CROCVM in vsu medico pręstãtissimum est Corycium, recens F ac probè coloratũ, paulum candidi gerens in capreolo, oblongum, suis partibus omnibus constãs, minimè fragile aut pingue, plenũ, cuius dilutum manus inficiat, nō cariosum aut humidũ, odore illiciens ac leuiter acre. Nam quod tale non est, aut vetustum est, aut maceratum. Secundùm verò a Corycio locum G obtinet, quod è tractu Lyciæ contermino, itémque quod ex Olympo Lyciæ monte: mox quod ex Ægis Æolię defertur. Cyrenaicum verò & quod ex Centuripino Sici-

liæ agro, viribus minùs pollēt: quippe cum sint omnia olerū instar satiua. Veruntamen propter succi copiam & coloris bonitatem, qui in Italia ligna thyina inficiunt, hoc postremo vtuntur: atque ideò etiam magno vēditur: sed ad medicamēta quod primo loco descriptum est vtilissimum existit. Adulteratur autem admixto crocomagmate tuso, aut sapæ sublitu, intrita, simul quò pondus adijciatur argēti spuma aut plumbagine. Sed maleficium indicat, tum quod occurrit puluerulentum, tum etiam defruti odor. Porrò vim habet crocus concoquendi, emolliendi, leuiter astringendi, & vrinas ciendi. Elegantem colorem præstat, crapulámque arcet ex passo bibitus: oculorū fluxiones illitus ex lacte muliebri cohibet. Miscetur & vtiliter potionibus quę ad internos parantur affectus, itémque subdititijs nodulis & cataplasmatis vtero sedive adhibēdis. Venerem quoq; stimulat, inflammationésque erysipelate comitatas inunctus demulcet: ac denique ad auriculares inflāmationes confert. Aiunt etiam exitiosum esse, si triū drachmarū pondere ex aqua bibatur. Quò verò faciliùs ad summum læuorem conteratur, apud solem in fictili calido exiccari, túmque celeriter idētidem versari oportet. Cæterùm & ipsius radix ex passo pota vrinas mouet.

De Crocomagmate. *Cap. XXVI.*

CROCOMAGMA ex crocino fit vnguēto, expressis aromatis & in pastillos digestis. Probatur quod odoratum est, modicè myrrheum, ponderosum, nigrum, ligni ramentorum expers: quódque sufficienter dilutum croci colorem reddat, læue, subamarum, ac dentes linguámque vehemēter & ad horas multas permanente colore inficiens. Tale verò est quod è Syria defertur. Vim habet ea detergendi quæ pupillis caliginem offundunt, vrinam ciendi, molliendi, concoquēdi & excalfaciendi. Denique ad croci vires quadantenus accedit: quippe cuius etiam plurima parte sit particeps.

A λίαν, ἀσθενὴς κατὰ δύναμιν, λαχανώδεις ὄντες πάντες. διὰ μέντοι τὸ πολύχυλον καὶ εὔχροον οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὴν θύϊαν βάπτοντες, τούτῳ χρῶνται. πολλοῦ δὲ πιπράσκεται διὰ τοῦτο. εἰς δὲ τὰ φάρμακα ὁ προγεγραμμένος ἐστὶ χρήσιμος. δολοῦται δὲ μίξει κροκομάγματος B κεκομμένου, ἢ δι' ἑψήματος ὑπαλειφόμενος συντετριμμένου, εἰς τὸ βαρυσταθμῆσαι, λιθαργύρου ἢ μολυβδαίνης. δηλοῖ δὲ ταῦτα τό, τε ἐντρέχον κονιορτῶδες, καὶ τὸ τὴν ὀσμὴν ἑψηματώδη τυγχάνειν. Ἔχει δύναμιν πεπτικήν, μαλακτικήν, ὑποστύφουσαν, οὐρητικήν· C παρέχει εὔχροιαν, καὶ ἀκραιπαλός ἐστι μετὰ γλυκέος πινόμενος· ῥεῦμά τε ὀφθαλμῶν ἐπιχριόμενος στέλλει σὺν γάλακτι γυναικείῳ. μίγνυται δὲ καὶ τοῖς πρὸς τὰ ἐντὸς πόμασι χρησίμως, καὶ προσθέμασι καὶ καταπλάσμασι τοῖς πρὸς τὴν μήτραν καὶ δακτύλιον. παρί-D στησι δὲ καὶ πρὸς ἀφροδίσια, τάς τε ἐρυσιπελατώδεις φλεγμονὰς πραΰνει καταχριόμενος, καὶ εἰς τὰς ὠτικὰς χρησιμεύει· φασὶ δὲ καὶ ἀναιρετικὸν αὐτὸν εἶναι μεθ' ὕδατος πινόμενον, πλῆθος < γ'. πρὸς δὲ τὸ εὐλέαντον αὐτὸν γενέσθαι, δεῖ ἐν ἡλίῳ ψύχειν ἐν ὀστρακίνῳ θερμῷ, ταχέως δὲ ἀνα-E στρέφειν. καὶ ἡ ῥίζα δὲ αὐτοῦ πινομένη σὺν γλυκεῖ, οὐρητική.

Vetus addit μελανίζων

V. codex ita legit καὶ λιθαργύρου ... [illegible]

Hæc aliqui codices non habent ... [illegible]

Ald. ψύχει. Acc. in ostrako ... [illegible] leg. sic videtur. ἐν ἡλίῳ ψύχειν ἢ ὀπτᾷν ἐν ὀστρακίνῳ θερμῷ.

Περὶ Κροκομάγματος. Κεφ. κϛ'.

ΤΟ ΔΕ κροκόμαγμα γίνεται ἐκ τοῦ κροκίνου μύρου, τῶν ἀρωμάτων ἐκπιεσθέντων, καὶ ἀναπλασθέντων. ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ εὐῶδες καλόν, μέσως κατὰ σμυρνόν, βαρύ, μέλαν, F ἄξυλον, ἐν τῷ διεθῆναι ἱκανῶς κροκῶδες τὴν χρόαν, λεῖον, ὑπόπικρον, βάπτον ἰσχυρῶς τοὺς ὀδόντας καὶ τὴν γλῶσσαν, ἐπιμένον τε συχνὰς ὥρας. τοιοῦτον δ' ἐστὶ τὸ ἀπὸ Συρίας. Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις, οὐ-G ρητικήν, μαλακτικήν, πεπτικήν, θερμαντικήν. ἀναλογεῖ δὲ κατὰ ποσόν τι τῇ τοῦ κρόκου δυνάμει. πλεῖστον γὰρ τούτου μετείληφεν.

Ruellius malè legisse videtur συχνάς.
Ista non habentur in Paris. quæ tamen agnoscũt Serapio, Hermolaus & Ruellius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Περὶ Ἑλενίου. Κεφ. κζ. A

ΕΛΕΝΙΟΝ φύλλα ἔχει φλόμῳ τῷ στενοφύλλῳ παραπλήσια, τραχύτερα δὲ καὶ ἐπιμήκη. καυλὸν δὲ οὐκ ἀνίησιν ἔν τισι τόποις. ῥίζαν ὑπόπυρρον, εὐώδη, μεγάλην, ὑπόπικρον, ἀφ' ἧς εἰς τὴν φύτευσιν, καθάπερ ἐπὶ τῶν κρίνων ἢ ἄρων, λιπαραὶ παραφυάδες λαμβάνονται. γίνεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς καὶ συσκίοις καὶ ἐνίκμοις τόποις. ὀρύσσεται δὲ ἡ ῥίζα θέρους, καὶ τμηθεῖσα ξηραίνεται. κινεῖ δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον οὖρα καὶ ἔμμηνα. αὐτὴ δὲ ἡ ῥίζα λαμβανομένη ἐν ἐκλεικτῷ μετὰ μέλιτος, ἁρμόζει βηξίν, ὀρθοπνοίαις, ῥήγμασι, σπάσμασιν, ἐμπνευματώσεσι, θηρίων δήγμασι, καθόλου θερμαντικὴ ὑπάρχουσα. τὰ δὲ φύλλα αὐτῆς ἐπιπλάττεται ἀφεψηθέντα μετ' οἴνου ἰσχιαδικοῖς ὠφελίμως. ἔστι δὲ καὶ εὐστόμαχος περιεχυθεῖσα ἐν γλυκεῖ. ξηράναντες γὰρ αὐτὴν ἐπ' ὀλίγον οἱ ἀλμευταί, εἶτα ἀφεψήσαντες, ἀποβρέχουσιν ὕδατι ψυχρῷ· εἶτα βάλλουσιν εἰς ἕψημα, ἀποτίθενται εἰς χρῆσιν. ποιεῖ δὲ λεία πινομένη, αἱμοπτοϊκοῖς.

Περὶ Ἑλενίου Αἰγυπτίου. Κεφ. κη.

Ἑλένιον ἄλλο ἱστορεῖ Κρατεύας φύεσθαι ἐν Αἰγύπτῳ· πόα δὲ ἐπὶ κλάδους ἔχουσα πηχυαίους, ἐπὶ γῆς ἐρριμμένους ὥσπερ τὸ ἕρπυλλον. φύλλα δὲ τοῖς τοῦ φακοῦ ὅμοια, μακρότερα δὲ καὶ πολλὰ περὶ τοῖς κλωνίοις, ῥίζαν ὠχράν, πάχος δακτύλου μικροῦ, κάτωθεν λεπτήν, ἄνωθεν δὲ παχυτέραν, φλοιὸν ἔχουσαν μέλανα. φύεται δὲ ἐν παραθαλασσίοις τόποις καὶ γεωλόφοις. Δύναμιν δὲ ἔχει μετ' οἴνου πινομένη μία ῥίζα, θηριοδήκτοις βοηθεῖν.

Περὶ Ἐλαίου ὠμοτριβοῦς. Κεφ. κθ.

ΕΛΑΙΟΝ πρὸς τὴν ὑγιείαν χρῆσιν ἄριστον τὸ ὠμοτριβές ὃ καὶ ὀμφάκινον καλεῖται. τούτου διαφέρει τὸ νέον, ἄδηκτον, εὐῶδες. χρήσιμον δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ εἰς τὴν τῶν μύρων κατασκευήν. ἔστι δὲ καὶ εὐστόμαχον διὰ τὸ στυφόν, καὶ οὖλα συσταλτικόν, καὶ ὀδόντων κρατυντικόν, κρατούμενον ἐν τῷ στόματι. καὶ ἱδρώτων ἐφεκτικόν.

V. addit λείᾳ
Pena pro στενοφύλλῳ legit πλατυφύλλῳ.
V. caret.
V. caret.
Al. μικρὰ
V. φυτείας, λαμβάνονται παραφυάδες, male.
V. caret.
Vulg. cod. ἀνίκμοις
V. caret.
V. ἐκλαμβανομένη
V. add καὶ
V. addit αἱματωδεσι.
V. ἀλμευταὶ
Pal. ποιεῖ δὲ λεία πινομένη
Quidam addit καὶ μικρᾶς
Marc. legendum πινομένη
V. καὶ οὐ μόνον διαφ.
V. quidam, ὡς καὶ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ τὸ γλυκὺ τοῦτο. Flor. μετὰ θερμοῦ
V. διαφορητικόν

De Helenio. Cap. XXVII. A

HELENIVM folia habet verbasco angustioribus folijs prædito similia, sed asperiora & oblonga: caulē verò quibusdā in locis non emittit. Radice est subruffa, odorata, grandi, subamara: ex qua ad consitionem, velut in serendis cinaris, opimi & insignes oculi decerpuntur. B Prouenit in montibus, locis vmbrosis & humidis. Æstate radix eruitur, & concisa siccatur. Huius decoctū potum vrinas mensésque ciet. Ipsa verò radix in eclegmate sumpta cū melle prodest tussi, orthopnœę, ruptis, conuulsis, inflationibus & venenatorum morsibus: quippe quæ C in vniuersum excalfaciendi vi polleat. Folia ex vino decocta vtiliter Ischiadicis illinuntur. Est & radix stomacho vtilis, dulci musto condita. Siquidem salgamarij paululum exiccatam eam, mox decoctam, aqua frigida demergunt: postea in defrutum conijciūt & ad vsum reponunt. Trita potáque ad sanguinis D reiectiones est efficax.

in pass.

De Helenio AEgyptio. Cap. XXVIII.

Helenij genus alterum in Ægypto gigni Crateuas memorat. Herba vero est ramis cubitalibus, serpylli modo humi sese spargentibus: folijs lenticulæ proximis, sed E longioribus numerosisque circa ramulos: radice pallida, digiti minimi crassitudine, ac per una quidem tenui, supernè verò crassiore, nigro vestita cortice. Nascitur locis maritimis & tumulosis. Radix vnica ex vino bibita contra serpētium ictus auxiliandi vim habet.

De oleo omphacino. Cap. XXIX. F

OLEVM ad vsum per sanitatem optimum: quod, quia ex crudis & acerbis seu immaturis oliuis exprimitur, crudum nec non etiam omphacinum appellatur. Excellit in hoc genere recēs, minimè mordens, atque odoratū. Est & tale ad G vnguentorum compositionem vtile: quinetiam propter astringendi vim stomacho accommodatum. Ore si contineatur, gingiuas contrahit, dentésque firmat: sudores denique cohibet.

De oleo communi. Cap. XXX.

Quod vetustius ac pinguius est, ad medicamentorum vsum est accommodatum. In vniuersum autem oleum omne calfaciendi vim habet, carnem emollit, corpus contra algores munit, ipsúmque ad actiones obeundas expeditius reddit. Bonam etiam aluum facit, éstq; molliendi vi præditum. Exulcerantium medicamentorum vires permistú hebetat. Exhibetur quoque contra venena, sic vt subinde bibatur ac reuomatur. Purgat heminæ mensura cú pari ptissanæ succo aut aqua epotum. Torminosis vtiliter datur in potu cum ruta decoctum sex cyathorum mensura, lumbricósq; pellit. Infunditur & idipsum ad ileosos maximè affectus. At vetus tum magis excalfacit, tum etiá vehementiùs discutit, & ad exacuendam oculorum aciem sublinitur. Sin desit vetus, hac præparatione opus est. De eo cuius est copia quod præstantius erit in vas defundito, & ad mellis crassitudinem decoquito, atque ita vtitor. Eandem enim cum prædicto vim asciscit.

Ventrisque a- ...
oculorum claritati sublita prodest

A Περὶ ἐλαίου κοινοῦ. Κεφ. λ.

Τὸ δὲ καὶ παλαιότερον καὶ λιπαρώτερον, εἰς τὴν τῶν φαρμάκων χρῆσιν εὔθετον. κοινῶς δὲ πᾶν ἔλαιον, θερμαντικόν ἐστι καὶ μαλακτικὸν τῆς σαρκός, δυσπερίψυκτον φυλάσσον τὸ σῶμα, ἑτοιμότερον πρὸς τὰς ἐνεργείας ποιοῦν. ἔστι δὲ B καὶ εὐκοίλιον καὶ μαλακτικόν, ἀμβλῦνόν τε τὰς τῶν ἑλκούντων φαρμάκων δυνάμεις ἐν τῇ μίξει. δίδοται δὲ καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα συνεχῶς πινόμενον καὶ ἐξεμούμενον. καθαίρει δὲ ὅσον κοτύλη σὺν πτισάνης ἴσῳ χυλῷ ποθὲν ἢ ὕδατι. στροφουμένοις τε ἐν ποτῷ ὠφελίμως δίδο- C ται μετὰ πηγάνου ἑψηθὲν κυάθων ἓξ πλῆθος, ἕλμινθάς τε ἐκβάλλει. καὶ ἐνίεται δὲ τὸ αὐτό, μάλιστα πρὸς τοὺς εἰλεώδεις. τὸ δὲ παλαιὸν θερμαντικώτερον καὶ διαφορητικώτερον· πρὸς ὀξυδερκίαν τε ὑπάλειμμα. μικτέον δὲ εἰ μὴ παρείη τὸ παλαιὸν ἔλαιον οὕτω, καταχεράσας D εἰς ἀγγεῖον τοῦ παρόντος τὸ κρεῖσσον, ἕψε ἕως οὗ σχῇ μέλιτος πάχος, καὶ χρῶ. τὴν γὰρ αὐτὴν τῷ προειρημένῳ εἰσφέρεται δύναμιν.

V. addit ...
Pal. ...
V. addit θερμοῦ Ald. in noth. θερμοῦ κοτύλας ς'. Pal. θερμοῦ
Corn. σκευαστέον
Cornarius legit καὶ τηρήσας & ie. &c.
Veteres his carent.

De oleo syluestris oliuæ. Cap. XXXI.

Quod è syluestri oliua exprimitur oleum vehementiùs astringit, & ad vsum sanorum secundum sibi locum vendicat. Caput dolentibus rosacei vice cóuenit. Sudores sistit, & defluos capillos inhibet. Quinetiam furfures & vlcera capitis manantia, scabiem ac lepras extergit: moratúrque canos, si quotidie illinatur.

Περὶ Ἐλαίου ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας. Κεφ. λα'.

Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον, στυπτικώτερον, πρὸς μὲν τὴν ἐν ὑγείᾳ E χρῆσιν, δεύτερον. κεφαλαλγοῦσι δὲ ἀντὶ ῥοδίνου ἁρμόζει, ἐπέχον καὶ ἱδρῶτας καὶ τρίχας ῥεούσας. ἀποσμήχει δὲ καὶ πίτυρα, καὶ ἀχῶρας, καὶ ψώρας, καὶ λέπρας· βράδιόν τε πολιοῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπαλειφόμενοι.

Add. Ald. cod. in noth. ...

Oleum candidum. Cap. XXXII.

Candidatur oleum hunc in modum: sumito album colore, nec anniculo vetustius, & in fictile nouum lati oris infundito centum heminarum mensura. Mox in sole expositum quotidie circa meridiem concha refundito, ex alto deturbás, vt frequenti volutatione ac verberatu agitatum alteretur & spumescat. Octaua deinde die fœnugræcum purgatum drachmarum 50 pódere, aquáque calida maceratú, atque adeo remollitú, aqua interim neutiquá expressa, in supradictum

permixtione

Ἔλαιον λευκόν. Κεφ. λβ'.

Λευκαίνεται δὲ ἔλαιον οὕτω· λα- F βὼν τὸ τῇ χρόᾳ μὲν λευκόν, τὴν ἡλικίαν δὲ μὴ πλέον ἐνιαυσίου, ἔγχεε εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον πλατύστομον, καινόν· ἔστω δὲ μέτρῳ κοτύλαι ρ'. εἶτα θεὶς ὑφ' ἥλιον, ἀνάχει κόχλῳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κατὰ τὸ μέσον, ὕψοθεν τῇ καταφορᾷ χρώμενος, ἵνα τῇ συνεχεῖ κυλίσει καὶ G πληγῇ μεταβάλη καὶ ἀφρίσῃ. τῇ δὲ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ βρέξας τήλεως καθαρᾶς < ν' ἐν ὕδατι θερμῷ, ἔμβαλε μαλακὴν γενομένην εἰς τὸ προειρημένον ἔλαιον χωρὶς τοῦ

στραγγίσαι τὸ ὕδωρ· προσαποθέσθαι δὲ καὶ δᾳδὸν πιτυΐνης ὡς ὅτι λιπαρωτάτην καὶ εἰς λεπτὰ κατατετμημένον τὰς ἴσας ὁλκάς, καὶ οὕτως ἐᾶσαι ἄλλας ὀκτὼ ἡμέρας διελθεῖν. μετὰ δὲ ταύτας ἀνασχεῖν τῷ κόγχῳ τὸ ἔλαιον. τό, τε λοιπὸν εἰ μὲν εἴη τοῦ τέλους τετυχός, εἰς καινὸν ἀγγεῖον προαποκεκλυσμένον οἴνῳ παλαιῷ καὶ τὰ κεράσας, ἀποτίθεσο προϋπεστρωμένων μελιλώτων στεφανίσκων ἁλίσκων ὁλκῶν ια. καὶ ἴρεως τῆς ἴσης· εἰ δὲ μή, πάλιν ἐν ἡλίῳ θετέον αὐτό. καὶ ἐργαστέον ἄχρις οὗ λευκὸν γένηται.

Commentatorum [illegible]

Par. [illegible]

Περὶ Σικυωνίου ἐλαίου. Κεφ. λγʹ.

Ἔνεστι δὲ καὶ Σικυώνιον τὸ προειρημένον οὕτω σκευάζειν· εἰς λέβητα κεκασσιτερωμένον, πλατύστομον, ἐγχέας νέου ἐλαίου ὠμοτριβοῦς καὶ λευκοῦ χοᾶ αʹ. καὶ ὕδατος ἡμίσεως, ἕψε κούφῳ πυρὶ κινῶν πραέως· ὅταν δὲ ἀναζέσῃ δίς, ὑπόσπασον τὸ πῦρ, καὶ ψύξας ἀποκάθαιρε τὸ ἔλαιον. εἶτα ἄλλο ἐπιδοὺς ὕδωρ, συναναζέσον αὐτό, καὶ τὰ λοιπὰ ποιήσας καθὼς σοὶ ὑποδέδεικται, ἀπόθου. σκευάζεται δὲ τοῦτο μάλιστα ἐν Σικυωνίᾳ, Σικυώνιον καλούμενον. Δύναμιν δὲ ἔχει ποσῶς θερμαντικήν, ἁρμόζον ἐν πυρετοῖς καὶ τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσι. χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ αἱ γυναῖκες ἐπὶ τοῦ στιλβώτερον.

Per χὸ pituo discrimine

V non legit [illegible]

Al. [illegible]

Al. [illegible]

Ῥύπος βαλανείων. Κεφ. λδʹ.

Ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς βαλανείοις συναγειρόμενος, δύναται θερμαίνειν, μαλάσσειν, διαφορεῖν, ῥαγάσι τε καὶ κονδυλώμασιν ἐν δακτυλίοις.

Hoc caput reperitur in Cr. textu attributum.

Ῥύπος ἐκ τῆς παλαίστρας. Κεφ. λεʹ.

Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς παλαίστρας προσειληφὼς τὴν κόνιν, ἐοικὼς δὲ ῥύπῳ, τὰς περὶ τοὺς κονδύλους συστροφὰς ἐπιτιθέμενος ὠφελεῖ· ὠφελεῖ καὶ ἰσχιαδικοὺς θερμὸς ἀντὶ μαλάγματος ἢ πυρίας ἐπιτιθέμενος.

Quidam in

Ῥύπος γυμνασίων. Κεφ. λϛʹ.

Καὶ ὁ ἐν τοῖς τῶν γυμνασίων τοίχοις ῥύπος, καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων, θερ-

A oleum conijcito: tædam quoquè pineam præpinguem & in tenues assulas cõcisam pari pondere insuper addito: atque ita dies octo alios elabi sinito. His transactis concha oleum denuo cõfundito. Postremò, si finẽ assecutũ fuerit, in vas nouum prius vetere vino elutum, substratis anteà sertulæ Campanæ corollis B drachmas vndecim pendentibus cum iridis pari pondere, decapulato atque recondito. Sin autem candorem nondum cõtraxerit, oleum rursus insolandũ, & opus ipsum repetendum, dum candidum illud euaserit.

De Sicyonio oleo. Cap. XXXIII.

C Sed & ex prædicto Sicyoniũ hoc modo parare licet. In lebetem oris ampli stanno inductum recentis olei omphacini candidiq; congiũ vnum, aquæ verò dimidium infundito: tùm igne leui coquito leniter agitando. At cumprimũ bis efferbuerit, ignem subtrahito, & vbi refrixerit, oleum decapulato. Tandẽ D alia adiecta aqua simul iterum feruefacito: ac reliquis, veluti præmonstratum est, peractis reponito. Maximè verò cõficitur oleum huiusmodi in Sicyonia: atque inde Sicyonij nomen accepit. Vim habet leuiter calfactoriam, in febribus ac neruorum affectibus accommodatum. Vtuntur & eo mulieres ad in- E ducendum cuti nitorem.

Strigmenta à balneis. Cap. XXXIIII.

STRIGMENTA quæ in balneis destringuntur, calfaciendi, molliendi, discutiendique vim habent: ad rimas sedis & condylomata per vnctione prosunt.

F
Strigmenta palæstrica. Cap. XXXV.

Quæ verò in palæstra puluerem sibi asciuere, similia sordibus, articulorum collectiones ac nodos imposita iuuant. Quin & calentia ischiadicis fotus aut malagmatis instar vtiliter admouentur.

G
Strigmenta gymnasiorum. Cap. XXXVI.

Sordes è gymnasiorum parietibus, simulacrísque derasæ, excalfactoriam

factoriam vim habent, discutiúntque tubercula quæ ægrè ad coctionem maturitatémve perducuntur: abrasis seu desquamatis & senum vlceribus aptè conueniunt.

De Elæomelite. Cap. XXXVII.

In Palmyreno Syriæ tractu quod Elæomeli vocát ex quodam caudice manat, oleum crassius melle, sapore dulci. Id cyathis duobus bibitum cum vna aquæ hemina, crudú biliosúmque humorem aluo detrahit. Sed qui assumpsere torpescunt, viribúsque deficiuntur: attamen eo minimè terreri oportet. Quin excitandi sunt, neque permittẽdum vt somno grauiore consopiantur.

Paratur & è germinum oleaginorum pingui oleum: in cuius genere optimú vetus, crassum, pingue, neque turbidú. Id verò calefacit, priuatímque superillitum facit ad ea quæ pupillis caliginem offundunt: quin & ad lepras neruorúmque dolores illitum confert.

De Cicino oleo. Cap. XXXVIII.

Cicinum oleũ fit hoc modo: Sumito maturorum ricinorum quantum videbitur, & instratos vuarũ in morem, quæ super cratibus dispositæ insolantur, ad solem exiccato, dũ ambiens cortex disruptus excidat: túmque collectam eorum carnem in pilam conijcito, ac diligenter tusam in lebetem stanno inductũ qui aquam habeat transferto, succensóque igni feruefacito. Cùm verò insitum humoré prorsus deposuerint, sublato ab igni lebete innatás oleum conchula tollito atque reponito. At Ægyptij quoniam copiosum ipsum expetunt, aliter conficiũt. Nam repurgatos ricinos molæ mandát accuratéque molunt: deinde quod molitũ est in sportulas coniectum torculo exprimũt. Tùm porrò tẽpestiui sunt ricini, cùm vestientibus folliculis exuuntur. Facit verò Cicinum oleum ad vlcera capitis manantia, psoras & sedis inflammationes, nec non ad vteri obstructiones atque euersiones: itémque ad cicatrices fœdas, auriúmque dolores. Quin & emplastris admistum ea reddit efficaciora.

A μαλάσσει τε καὶ διαχεῖ τὰ δύσπεπτα φύματα, καὶ πρὸς ἀποσύρματα καὶ πρὸς ἕλκη πρεσβυτικὰ ἁρμόζει.

Περὶ Ἐλαιομέλιτος. Κεφ. λζ.

Ἐλαιόμελι κατὰ Πάλμυραν τῆς Συρίας ἔκ τινος στελέχους ἔλαιον μέλιτος (Cornarius legendum putat κατ' ἐμπορίαν, & sic legisse videtur Plinius lib 15. cap 7. cum ait in maritimis nasci.)
B παχύτερον ῥεῖ, γλυκὺ τῇ γεύσει· ὅπερ πινόμενον πλῆθος κυάθων β' μετὰ κοτύλης μιᾶς ὕδατος, ἄγει κατὰ κοιλίαν ὠμὸν καὶ χολῶδες (V. addit χυμόν.)· ἐννωθεῖς δὲ γίνονται καὶ ἔκλυτοι οἱ λαμβάνοντες, ὅπερ οὐ δεῖ εὐλαβεῖσθαι· διεγείρειν δὲ αὐτοὺς μὴ ἐῶντας καταφέρεσθαι. σκευάζεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ λίπους (Marc. legit σίμους)
C τῶν θαλλῶν ἔλαιον· ἔστι δὲ αὐτοῦ κάλλιστον καὶ παλαιόν, καὶ παχὺ καὶ λιπαρόν, οὐ τεθολωμένον· θερμαίνει δὲ ἰδίως ποιοῦν πρὸς τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἐπιχριόμενον. καὶ λέπρας καὶ ἀλγήματα περὶ νεῦρα ἐγχριόμενον ὠφελεῖ. (V. ἐγχριόμενον)

Περὶ Κικίνου ἐλαίου. Κεφ. λη.

D Κίκινον ἔλαιον σκευάζεται τοῦτον τὸν τρόπον· λαβὼν ὡρίμων κροτώνων ὅσον (V. addit ἡμερῶν) ἂν δόξῃ, καὶ ψύξας εἰς ἥλιον, καταστρώσας ψιαθίδος τρόπον, ἕως ἂν ὁ περικείμενος φλοιὸς ἀπορραγεὶς ἐκπέσοι, συναγαγὼν τὴν σάρκα, ἔμβαλε εἰς ὅλμον,
E καὶ κόψας ἐπιμελῶς εἰς λέβητα κεκασσιτερωμένον βάλε, ὕδωρ ἔχοντα, καὶ ἀναζέσαι ὑποκαίων. ὅταν δὲ ἀμῶσι τὴν ἐν αὐτοῖς ὑγρότητα πᾶσαν, ἄρας τὸν λέβητα ἀπὸ τοῦ πυρός, ἀπόψα μύακι τὸ ἐπιπλέον ἔλαιον καὶ ἀπόθησο. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι διὰ τὸ δαψιλοῦς χρήζειν, ἑτέρως αὐτὸ (Per. δαψιλῶς)
F σκευάζουσι. μετὰ γὰρ τὸ καθᾶραι εἰς μύλον ἀποδιδόντες τοὺς κρότωνας, ἀλήθουσιν (Pal. ἀποδόντες) ἐπιμελῶς· εἶτα εἰς σπυρίδας ἐμβαλόντες τὸ ἀληλεσμένον, δι' ὀργάνου ἐκθλίβουσιν (Ald. ἀληλεσμένον & sic Pal.). ὥριμοι δέ εἰσιν οἱ κρότωνες, ὅταν ὑπὸ τῶν περιεχόντων αὐτοὺς σφαιρίων ἀπολύωνται. ποιεῖ δὲ τὸ κίκινον πρὸς ἀχῶρας καὶ
G ψώρας καὶ τὰς ἐν ἕδρᾳ φλεγμονάς, πρός τε ὑστέρας μύσεις καὶ διαστροφάς, ἔτι δὲ οὐλὰς ἀπρεπεῖς καὶ ὠταλγίας· ἐμπλάστροις τε μιχθέν, ἐμπρακτοτέρας αὐτὰς ἐργάζεται.

ἄγει δὲ καὶ κατὰ κοιλίαν ὑδατώδεις ποθὲν, ἐκκρίνει δὲ καὶ ἕλμινθας.

Περὶ Ἀμυγδαλίνου ἐλαίου.

Κεφ. λθ.

Ἀμυγδάλινον ἔλαιον, ὃ τινες μετώπιον καλοῦσι, σκευάζεται οὕτως· ἀμυγδάλων πικρῶν χοίνικας δ΄. καθάρας καὶ ξηράνας, κόψον ὑπέρῳ ξυλίνῳ ἐν ὅλμῳ κούφως μέχρις μάζα γένηται, ἐπιχέας τε ζεστοῦ ὕδατος κοτύλας β΄. ἔα συμπιεῖν ἡμιώριον, ἀφ᾽ ἧς πάλιν βιαιότερον τρῖβε, εἶτα ἀποθλίβειν πρὸς πλάκα ἐξίπου, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν δακτύλων εἰς μύακα ἀναλάμβανε· εἶτα πάλιν εἰς τὸ ἀποτεθλιμμένον κοτύλην ὕδατος μίαν ἐπιχέας, καὶ συμπιεῖν ἐάσας, τὸ αὐτὸ ποίει. ἀποδίδωσι δὲ κοτύλην α΄ τὸ τετραχοίνικον. ποιεῖ δὲ πρὸς τὰς ἐν μήτρᾳ ἀλγηδόνας καὶ πνίγας ὑστερικὰς, διαστροφάς τε καὶ φλεγμονὰς τῶν αὐτῶν τόπων· ἔτι δὲ κεφαλαλγίας καὶ ὤτων πόνους, καὶ ἤχους καὶ συριγμούς· ὠφελεῖ δὲ καὶ νεφριτικοὺς, καὶ δυσουριῶντας, καὶ λιθιῶντας, καὶ ἀσθματικοὺς, καὶ σπληνικούς· αἴρει δὲ καὶ σπίλους ἐκ προσώπου, καὶ ἐφήλεις καὶ ῥυτίδας, μέλιτι μιγνύμενον καὶ κρίνου ῥίζῃ καὶ κυπρίνῃ ἢ ῥοδίνῃ κηρωτῇ· καὶ ἀμβλυωπίας δὲ ἐστὶν ἀνασκευαστικόν· σὺν οἴνῳ δὲ ἀχῶρας καὶ πίτυρα σμήχει.

Actuarij interpres legisse videtur μάδων

Περὶ Βαλανίνου ἐλαίου. Κεφ. μ΄.

Ἐοικότως δὲ καὶ τὸ βαλάνινον σκευάζεται· δύναμιν δ᾽ ἔχει καθαρτικὴν σπίλων, φακῶν, ἴονθων, οὐλῶν μελανίας, κοιλίας καθαρτικόν· ἔστι δὲ κακοστόμαχον· ἁρμόζει δὲ καὶ ὠταλγίαις, καὶ ἤχοις, καὶ συριγμοῖς, μετὰ χηνείου στέατος ἐγχεόμενον.

Ἔλαιον σησάμινον καὶ καρύινον.

Κεφ. μα΄.

Ὁμοίως δὲ σκευάζεται τοῖς προειρημένοις, τό, τε σησάμινον ἐκ τοῦ σησάμου, καὶ τὸ καρύινον, ἐκ τῶν βασιλικῶν καρύων συντιθέμενον. δύναμιν δ᾽ ἔχουσι τὴν αὐτὴν τῷ βαλανίνῳ.

A Potum denique aquas per aluum ducit, lumbricósque pellit.

De Amygdalino oleo.

Cap. XXXIX.

Amygdalinum oleum, quod aliqui Metopium vocant, hoc modo paratur: Amygdalarum amararum repurgatarum & arefactarum chœ-
B nices quatuor in pila ligneo pistillo leuiter in offam contundito, affusísque aquæ feruentis heminis duabus sinito semihoræ spatio humorem imbibere, túmque postea maiore vi terito, ac deinde tabellis comprimens exprimito, quódque digitis hæserit concha excipito. Tandem magmati iterum aspersa
C aquæ hemina quam combibere siueris, idem facito. Singulas porrò heminas reddunt quaterni chœnices. Est autẽ efficax contra vuluarum dolores & strangulatus, ac eorundem locorum tum conuersiones tum etiam inflammationes: itémq; ad capitis dolores, auriúmque ægritudines, sonos incertos at-
D que tinnitus. Iuuat & vitijs renum laborantes, ægrè meientes atque calculosos. Suspiriósis itidem lienosísque prodest. Quin & maculas tollit è facie, à sole vstis medetur, & cutem erugat, admixtũ melli, lilij radici, ac cyprino rosaceóve cerato. Hebétem etiam oculorum
E aciem emendat: denique vlcera quoque manantia & furfures cum vino expurgat.

De Balanino oleo. Cap. XL.

Simili modo fit & oleum balaninum. Vim autẽ habet repurgandi maculas, lentigines, varos & cicatricum nigritias. Purgat idem
F aluum, sed stomacho aduersatur. Cõtra dolores aurium, sonos atque tinnitus auxilio est, cum anserino adipe infusum.

Olea Sesaminum & Caryinum.

Cap. XLI.

Eodem quoque quo antedicta
G modo sesaminum oleum ex sesama præparatur: itémque caryinũ, quod è iuglandibus nucibus conficitur. Easdem verò cum balanino vires obtinent.

De Hyoscyamino oleo. Cap. XLII.

Hyoscyaminum autem sic præparatur: semen ipsum album, siccum, recens accipito, & contusum aqua calida subigito, veluti in amygdalino dictum est. Dum verò insolabis, arescẽtes eius quæ sub manu sunt [hoc est, superiores] partes toti massæ permisceto. Idipsum tãdiu facito, dum nigrescat graueoléńsque reddatur: mox per linteolũ percolatũ & expressum reponito. Ad auriũ dolores est efficax, pessisq; ammiscetur: emolliendo vtile.

A Περὶ Ὑοσκυαμίνου ἐλαίου. Κεφ. μβ'.

Καὶ τὸ ὑοσκυάμινον δὲ σκευάζεται οὕτω· λαβὼν τὸν λευκὸν καρπὸν, ξηρὸν, πρόσφατον, καὶ κόψας, ὕδατι θερμῷ φύρα, ὡς προείρηται ἐπὶ τοῦ ἀμυγδαλίνου. ἡλιάζων δὲ τὰ ὑπὸ χεῖρα ξηραινόμενα αὐτοῦ μέρη, τῷ ὅλῳ ἀνάμισγε· καὶ τὸ αὐτὸ B ποίει ἄχρις ἂν μελανθῇ καὶ δυσώδες γένηται· εἶτα δι' ὀθονίου διηθήσας καὶ ἐκθλίψας ἀποτίθεσο. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ὠταλγίας, καὶ πεσσοῖς μίγνυται, μαλακτικὸν ὄν. Al. δι' ἱμαν. Par. caret.

De Gnidico oleo. Cap. XLIII.

Similiter etiam paratur quod ex Gnidio grano fit oleum, decorticato semine atque contuso. Potum id aluum soluendi vim habet.

Περὶ Κνιδελαίου. Κεφ. μγ'.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ διὰ τοῦ Κνιδείου σκευάζεται κόκκου λεπισθέντος καὶ κοπέντος· καθαρτικὴν δὲ ἔχει δύναμιν κοιλίας πινόμενον. C Al. λεπτισθέντος

De Cnicino oleo. Cap. XLIIII.

Eodem quoque modo Cnicinũ oleum cõficitur. Vis autem eadem quæ Gnidico, sed remissior.

Περὶ Κνικελαίου. Κεφ. μδ'.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ κνίκινον σκευάζεται. δύναμις δὲ ἡ αὐτὴ τῷ διὰ τοῦ κνιδίου κόκκου, ἀσθενὴς δὲ μᾶλλον. V. ὡς λέ.

De Raphanino oleo. Cap. XLV.

Raphaninum ex ipso fit raphani semine, quemadmodũ & reliqua. Ijs qui ex mala valetudine phthiriases contraxere conuenit, scabritiásque cutis in facie emendat. Eo vtuntur Ægyptij, vna cum obsonijs ipsum coquentes.

Περὶ Ῥαφανελαίου. Κεφ. με'.

D Τὸ δὲ ῥαφάνινον σκευάζεται ἐκ τοῦ αὐτῆς σπέρματος ὡς καὶ τὰ λοιπά. τοῖς ἐκ νόσου δὲ φθειριῶσιν ἁρμόζει, καὶ τὰς περὶ τὸ πρόσωπον σμήχει τραχύτητας. χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς προσοψήμασι συνέψοντες αὐτό. V. add. ἱμάτιον

De Melanthino oleo. Cap. XLVI.

Melanthinum easdem cum raphanino vires, consimilémque pręparationem sortitur.

Περὶ Μελανθελαίου. Κεφ. μς'.

E Καὶ τὸ μελάνθινον δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, καὶ σκευασίαν τῷ ῥαφανίνῳ. Hæc Ruellius omisit.

De Sinapino oleo. Cap. XLVII.

Sinapinum fit ad læuorem trito Sinapis semine & aqua calida macerato, adiecto postea oleo ac simul expresso. Facit ad dolores diuturnos, dum ipsa vitia ex alto extrahit.

Περὶ Σιναπελαίου. Κεφ. μζ'.

Τὸ δὲ σινάπινον σκευάζεται, λεαινομένου τοῦ σινήπεως καὶ βρεχομένου ὕδατι θερμῷ, ἔπειτα μιγνυμένου ἐλαίου, καὶ συνεκθλιβομένου. ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ χρόνια ἀλγήματα μεταστυγκρίνον. F

De Myrtino oleo. Cap. XLVIII.

Myrtei olei præparandi ratio hæc est: Myrti nigræ seu syluestris seu satiuæ tenerrima quæque folia tundito atque exprimito, succo deinde omphacini olei parem mensuram admisceto, & ad prunas calfacito, donec simul cocta fuerint, tollens id quod supernatat. Fuerit verò minùs operosa confectio, si foliorum mollissima contusa in aqua & oleo decoquas, & quod innatat deradas: peculiari quoque modo, si

Περὶ Μυρσινελαίου. Κεφ. μη'.

Μυρσίνινον δὲ σκευάζεται οὕτω· λαβὼν τὰ ἁπαλὰ φύλλα τῆς μελαίνης μυρσίνης ἢ ἀγρίας ἢ ἡμέρου, κόπτε πιέζων· ἴσον δὲ τῷ χυλῷ ἐλαίου ὀμφακίνου μίσγων, χλίαινε ἐπ' ἀνθράκων, ἕως ἂν συνεψηθῇ αἴρων τὸ ἐφιστάμενον. G εὐκοπωτέρα δὲ σκευασία, τὰ ἁπαλὰ τῶν φύλλων κόψαντα, ἕψειν μετὰ ὕδατος καὶ ἐλαίου, καὶ τὸ ἐφιστάμενον ἀποψᾶν· ἰδίως δὲ τὰ φύλ- V. addit ἀγρίας. V. μίγνυ.

λα καθέντα εἰς ἥλιον, ἐν ἐλαίῳ ἀποβρέχειν. ἔνιοι δὲ προστύφουσι τὸ ἔλαιον σιδίοις, κυπαρίσσῳ, κυπείρῳ, σχοίνῳ. ἔστι δὲ ἐμπρακτικώτερον τὸ γεύσει πικρίζον, καὶ ἐλαιῶδες, χλωρὸν, διαφανὲς, ὄζον μυρσίνης· Δύναμιν δὲ αὐτὸ στυπτικὴν, σκληρυντικὴν· διὸ καὶ ποιεῖ μισγόμενον ἀπουλωτικαῖς, καὶ πρὸς πυρίκαυστα, ἀχῶρας, πίτυρα, ἐξανθήματα, παρατρίμματα, ῥαγάδας, κονδυλώματα, ἄρθρα κεχαλασμένα· ἱδρῶτας στέλλει, καὶ ὅσα στύψεως ἢ πυκνώσεως ἔχει χρείαν.

A exposita Soli folia in oleo maceres. Nec desunt qui oleū priùs inspissēt malicorio, cupresso, cypero ac iunco odorato. Efficacius est quod gustu subamarū deprehēditur, oleosū, viride & translucidum cernitur, ac myrtū redolet. Vis porrò ei astringēdi & indurandi: quare efficaciter cicatricē obducētibus medicamentis
B immiscetur. Facit quoq; ad ambustiones, vlcera capitis manantia, furfures, papularū eruptiones, attrita, rhagadas, condylomata & laxatos articulos. Sudores compescit, ac denique ad omnia valet, quæ astrictionē densationémve desiderant.

Περὶ Δαφνελαίου. Κεφ. μθ'.

Τὸ δὲ Δάφνινον σκευάζεται διὰ τῶν δαφνίδων, ὅταν ὦσι δρυοπεπεῖς, ἑψομένων μεθ' ὕδατος· ἐκ γὰρ τοῦ περικειμένου λέπους ἀνίησιν λιπαρίαν τινὰ, ἣν διακόψαντες χερσὶν εἰς μύακας ἀναλαμβάνουσιν. ἔνιοι δὲ ὀμφάκινον ἔλαιον προστύψαντες κυπείρῳ, καὶ σχοίνῳ καὶ καλάμῳ, καὶ μετὰ ταῦτα δάφνης φύλλα ἁπαλὰ βαλόντες, συνέψουσιν. ④ δὲ, καὶ δαφνίδας, ἕως ἂν ἱκανὸν γένηται τῇ ὀσμῇ. ἔνιοι δὲ καὶ στύρακα μίσγουσι καὶ μυρσίνην. ἀρίστη δὲ πρὸς σκευασίαν ἡ ὀρεινὴ καὶ πλατύφυλλος δάφνη. διαφέρει δὲ τὸ δαφνίνου τὸ πρόσφατον, χλωρὸν τῇ χρόᾳ, πικρότατον, δριμύ. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀναστομωτικὴν, κόπων λυτικήν. ἁρμόζει καὶ τοῖς περὶ τὰ νεῦρα πάθεσι πᾶσι, καὶ ὠταλγίαις, καὶ καταρροϊζομένοις· [νεφριτικοῖς δὲ τοῖς ἀπὸ ψύξεως ἔγχριμμά ἐστιν ἄριστον, ὡς οὐδὲν ἕτερον ὠφελοῦν.] ἔστι δὲ καὶ ναυτιῶδες ποθέν.

Fortè ἀνίησι

Legēdum σμύρναν

V. addit [illegible]

Par. codex hac periodo caret. Ald. ad notha retulit.

De Laurino oleo. Cap. XLIX.

C Laurinum è drupis seu maturitate deciduis lauri baccis in aqua decoctis conficitur. Tùm enim ex ambiente cortice pinguitudinē quandā exudāt, quæ manibus priùs expresso è tritis baccis succo cōchis excipitur. Nonnulli verò vbi omphacinū oleum cypero, iunco odorato & calamo priùs inspissauerūt,
D tenera deinde lauri folia in id cōiecta simul decoquunt. Sunt qui lauri baccas addant, dum iustus odor accesserit: alij styracem & myrrham ammiscent. Porrò ad eiusmodi olei confectionē optima est laurus mōtana & latifolia. Laurinum verò oleū excellit, quod recens est, colore viride, amarissimū & acre. Vis ei
E excalfaciendi, emolliēdi, spiracula venarū aperiēdi, & lassitudines discutiendi. Quin & malis neruorū omnibus, doloribus auriū ac destillationibus cōfert: renum verò vitio ex frigore contracto laborantibus illitus est præstantissimus, & maximè si quid aliud vtilis. At potum idem nauseosum est.
F

[illegible] Pallad.

Περὶ Σχινελαίου. Κεφ. ν'.

Τὸ δὲ σχίνινον ὁμοίως ἐκ τοῦ καρποῦ πεπείρου σκευασθὲν, ὡς τὸ δάφνινον, προστυφθὲν, ὑγιάζει ψώρας κτηνῶν καὶ κυνῶν· καὶ εἰς πεσσοὺς καὶ εἰς ἄκοπα καὶ λεπρικὰ ἐπιτηδείως μίγνυται· στέλλει δὲ καὶ ἱδρῶτας. καὶ τὸ τερεβίνθινον δὲ ὁμοίως σκευάζεται· ψύχει δὲ καὶ στύφει.

V. προστυφὲν

Desunt hæc in Ald.

Fortè ψύχει

De Lentiscino & Terebinthino. Cap. L.

Lentiscinum vero similiter atque laurinum ex maturo fructu confectum ac priùs inspissatum, scabiem iumentorum canumque sanat. Pessis, acopis & ad lepras tollendas accommodatis medicamē-
G tis aptè & vtiliter immiscetur: ac sudores etiā cohibet. Eodem quoque modo paratur terebinthinum, quod exiccat & astringit.

De Mastichino. Cap. LI.

Mastichinum è trita mastiche paratur. Contra omnia vuluæ mala efficax est, leniter calfaciens, astringens simul & emolliens. Est & vtile ad prominentes circa stomachum scirrhos, vt & ad cœliacorum dysentericorúmque cruciatus. Vitia quæ sunt in facie emendat, colorémque meliorem prȩstat. Optimū verò in Chio insula componitur.

De vnguentorum compositione. Cap. LII.

QVANDOQVIDEM vnguēta nonnullis affectibus accommodantur, partim medicamentis admixta, partim instillata seu perfusa, partim etiā naribus obiecta, consequens esse ducimus, vt horum quoque tractationē persequamur. Eorū porrò periculum facientes obseruare oportet, an illud olfactui reprȩsentent, ex quo temperamentū ipsorū constat. Optimum siquidem est huiuscemodi iudiciū. Attamē id in nōnullis locū non habet, propter vehementiorū quæ miscentur prȩualēs dominiū: velut in amaracino, crocino & telino, nec non & alijs quibusdā: quȩ quidē ex crebra circa ipsa exercitatione ꝓbare cōueniet.

De Rosacei præparatione. Cap. LIII.

Rosaceum oleum fit hoc modo: Iunci odorati contusi & aqua subacti libras quinq; & bessem in olei libris xx & quincunce subinde mouēdo coquito: deinde vbi percolaueris, in olei libris illis xx & quincunce rosarū numero mille nō madefactarū foliola conijcito: vnctísq; melle odorato manibus sensim aliquantulū premēs identidē moueto: deinde vbi noctē vnā siueris, exprimito. Quū vero id quod fæculentū est subsederit, mutato recipiēte vase in craterē melle oblitū recōdito. Porrò expressis rosis in labellū coniectis olei inspissati libras viij & quadrantē affundito, iterúmq; exprimito: eritq; hoc tibi secundariū oleū. Quòd si volueris ad tertiam vsque quartámve macerationem progredi, toties oleum rosis affundito & exprimito. Fit enim & primarium & secundarium & tertiarium & quartarium vnguentum. Sed quoties id feceris, crateras melle priùs oblinito. Sin secundam iniectionem insti-

Περὶ Μαστιχελαίου. Κεφ. να'.

A Τὸ δὲ μαστίχινον ἐκ τῆς μαστίχης λείας σκευάζεται. ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ ἐν ὑστέρᾳ πάντα, ἠπίως θερμαῖνον, στῦφον, μαλάσσον, καὶ πρὸς τὰ περὶ τὸν στόμαχον ἐπιρριπτόμενα σκιρρώματα, καὶ κοιλιακὰ, καὶ δυσεντερικὰ, καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου B καθαῖρον, καὶ εὔχροιαν ποιοῦν. σκευάζεται δὲ ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ κάλλιστον.

Περὶ συνθέσεως Μύρων. Κεφ. νβ'.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ μύρα εὔθετα ἐπ' ἐνίων παθῶν, καὶ μιγνύμενα φαρμάκοις καὶ ἐμβρεχόμενα καὶ ὀσφραινόμενα, ἀκόλουθον ἡγησάμεθα καὶ τὴν τούτων παράδοσιν ποιήσασθαι. C ἃ δεῖ δοκιμάζοντας ἐπιβλέπειν, εἰ ἀφ' οὗ ἡ κρᾶσις ἐστὶ τοῦ μύρου, ἐκ τούτου ποιεῖ καὶ τὴν ὄσφρησιν. ἀρίστη δὲ ἐστὶν ἡ τοιαύτη κρίσις· ἐπ' ἐνίων μέντοι οὐ φυλάττεται τὸ τοιοῦτον διὰ τὸ ἐπικρατεῖν τῶν μιγνυμένων σφοδρότερον, ὡς ἐπὶ ἀμαρακίνου καὶ κροκίνου καὶ τηλίνου καὶ ἄλλων τινῶν, ἅπερ ἐκ τῆς περὶ D αὐτὰ γυμνασίας δοκιμαστέον.

Περὶ Ῥοδίνου σκευασίας. Κεφ. νγ'.

Ῥόδινον ἔλαιον γίνεται οὕτω· σχοίνου λίτρας ε'. οὐγγίας η'. τοῦ ἐλαίου λίτρας κ'. οὐγγίας ε' κόψας καὶ φυράσας ὕδατι, ἕψε διακινῶν· εἶτα ἀπηθήσας εἰς τὰς κ'. λίτρας καὶ οὐγγίας ε'. ἐλαίου, βάλε ῥόδων ἀ- E βρόχων ἀριθμῷ χίλια πέταλα· καὶ τὰς χεῖρας μέλιτι χρίσας, ἀνακίνει πλεονάκις ὑποθλίβων ἠρέμα· εἶτα ἐάσας τὴν νύκτα ἔκθλιβε· ὅταν δὲ τὸ τρυγῶδες ὑποστῇ, διάλλαξον τὸ ὑποδεχόμενον ἀγγεῖον· ἀποτίθεσο δὲ εἰς κρατῆρα μέλιτι κατακεχρισμένον. βαλὼν δὲ εἰς λουτηρίδιον τὰ ἐκθλι- F βέντα ῥόδα, ἐπίχει λίτρας η'. οὐγγίας γ'. τοῦ ἐστυμμένου ἐλαίου, καὶ πάλιν ἔκθλιψον. ἔσται δέ σοι τοῦτο δεύτερον, κἂν βούλῃ ἄχρι γ'. ἢ δ'. ἀποβροχῆς ἐπιχέων ἔκθλιψον. γίνεται γὰρ τὸ μὲν α'. τὸ δὲ β'. τὸ δὲ γ'. τὸ δὲ δ' μύρον. ὁσάκις δ' ἂν ποιῇς, τοὺς G κρατῆρας προκατάχριε μέλιτι. εἰ δὲ θέλεις δευτέραν ἐμβολὴν ποιή-

Ald. F. Sic & Pal.

σεσθαι, εἰς δὲ τὸ πρῶτον ἐξιπωθὲν ἔλαιον ἴσον ἀριθμὸν προσφάτων ῥόδων ἀβρόχων ἔμβαλε, καὶ ἀνακινῶν ταῖς χερσὶ προδιαβεβρεγμέναις μέλιτι, ἔκπιεζε, καὶ ποίει τὸ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ τέταρτον ὁμοίως ἐκθλίβων. καὶ ὁσάκις δ' ἂν ποιῇς τοῦτο, παραυτὰ ὀνυχίζων πρόσβαλλε ῥόδα. δυναμικώτερον γὰρ γίνεται· ἄχρι δὲ ἑβδόμης ἐμβροχῆς ἐπιδέχεται τὸ ἔλαιον τὴν ἐμβολὴν τῶν ῥόδων, ἔπειτα δὲ οὐκέτι· χριέσθω δὲ καὶ ἡ ληνὸς μέλιτι· δεῖ δὲ ἐπιμελῶς τὸ ἔλαιον τοῦ χυλοῦ χωρίζειν· ἀπολειφθὲν γὰρ τοὐλάχιστον, τὸ μύρον φθείρει. ἔνιοι δὲ αὐτὰ μόνα τὰ ῥόδα ὀνυχίσαντες καὶ ἡλιάσαντες, ἐναποβρέχουσι τῷ ἐλαίῳ ἔχοντα σταθμὸν οὐγγίας ϛʹ. εἰς μίαν ξέστην ἐλαίου, καὶ ἀλλάσσοντες ἡμέρας ηʹ. καὶ ἡλιάζοντες ἐπὶ ἡμέρας μʹ· ἄχρι τρίτης ἐμβροχῆς, οὕτως ἀποτίθενται. ἔνιοι δὲ προστύφουσι τὸ ἔλαιον, κάλαμον καὶ ἀσπάλαθον ἐμβάλλοντες· οἱ δὲ, καὶ ἄγχουσαν ἕνεκεν εὐχροίας, καὶ ἅλας πρὸς τὸ μὴ φθείρεσθαι. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικήν. εὔθετον εἰς ἐμβρέγματα καὶ καταπλασμάτων μίξεις· λύει δὲ καὶ κοιλίαν ποτιζόμενον, καὶ καῦσον σβέννυσι στομάχου. ἔστι δὲ καὶ θρεπτικὸν κοίλων ἑλκῶν, καὶ τῶν κακοήθων πραϋντικὸν, ἀχώρων καὶ ἐκζεμάτων ἐπάλειμμα. καὶ κεφαλαλγίας ἔμβρεγμα, ἐν ἀρχῇ ὀδονταλγίας διάκλυσμα· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς βλέφαρα ἐσκληρυμμένα ἐγχριόμενον, πρός τε ἐντέρων ἐρεθισμοὺς καὶ ὑστέρας ἐγκλυζόμενον χρήσιμον.

Περὶ Ἐλατίνου σκευασίας.
Κεφ. νδʹ.

Ἐλάτην θλάσας καὶ διακνίσας ἔμβαλε εἰς λουτῆρα, καὶ ἐπίχει ὀμφάκινον ἔλαιον ἐπὶ ἡμέρας γʹ. εἶτα ἀνελόμενος τὰ εἰς σπυρίδα ἔκθλιψον. ἔστω δὲ ἑκάτερα ἰσόσταθμα. εἶτα ἀποθέμενος ἐν καθαρῷ ἀγγείῳ, χρῶ. Δύναμιν δὲ ἔχει ἀναλογοῦσαν τῷ ῥοδίνῳ, κοιλίαν δὲ οὐ μαλάσσει.

tuere libet, in primò expressum oleum recentiũ ac minimè madidarũ rosarũ parem numerũ immittito, & manibus melle priùs imbutis agitans exprimito: ac secundò, tertiò aut quartò, simili modo exprimens facito, totiésque recentes rosas detractis vnguibus adijcito. Sic enim oleum multò potentius euadet. Porrò ad septimam infusionẽ oleum iniectionẽ rosarum admittit, præterea verò minimè. Cæterùm melle prælum illinatur: oleum à succo diligenter secerni oportet. Nam si huius vel tantillum relinquatur, vnguentum vitiabit. Sunt qui rosas ipsas solas vnguibus detractis insolatas selibræ põdere immergunt in olei sextarium vnum: ac per dies octo permutantes, & ad dies XL insolãtes sic vt tertiò rosarum maceratio fiat, ita recondunt. Nonnulli additis calamo & aspalatho oleum priùs inspissant: alij anchusam pulchri coloris conciliandi gratia & salem quò minus corrumpatur, adijciunt. Vim astringendi & refrigerandi obtinet, irrigationibus & cataplasmatum mixtionibus accommodatam. Aluum quoque potum soluit, ardorémque stomachi restinguit. Caua item vlcera nutrit ac replet: maligna verò demulcet. Ad manantia capitis vlcera ac feruidas eruptiones illinitur. Caput dolens eo perfunditur. Ad dentium dolores inter initia colluitur. Illitum quoque ad palpebras induratas efficax est: denique ad intestinorum ac vuluæ rosionem proritationémve vtiliter infunditur.

De Elatini confectione.
Cap. LIIII.

Tusam discerptámque elaten (hoc est, florentium adhuc palmarum fructus corticem seu inuolucrum) in labrum conijcito, & omphacinum oleum affundito: in quo tridui spatio eam macerari sinito. Mox fiscella excipito & exprimito. Sint verò vtraque paria pondere. Tandem vbi vase mundo reposueris, vtitor. Vim habet rosaceo proportione respondentem: sed aluum minimè mollit.

De Melini compositione. Cap. LV.

Oleum melinum hunc in modum præparatur. Vbi olei sextarios sex & aquæ sextarios decem simul commiscueris, spathę seu elatę cōtusæ vnc. iij. iūci odorati vnc. j. adiicito: ac posteaquam diem vnum macerari siueris, coquito. Mox excolatum oleum in vas oris lati coniicito, ac imposita matta arundinacea aut storea rariore, mala cotonea desuper insternito, eáque obuelata vestimētis ad dies satis multos sinito, dum oleum malorum vires ad sese allexerit. Alij mala operimentis obuoluunt ad dies decem, vt coerceatur, minimé q; exhalet odoris suauitas: ac postea duorū dierum totidémque noctium spatio in oleo macerant, tandémque oleum expressum recondunt. Vim porrò astringentem & refrigeratoriā obtinet: facitque ad scabiosa vlcera, furfures, perniones & herpetas. Ad vuluæ exulcerationes commodè instillatur: quin & concitatam vrinam infusum sistit, sudorésque cohibet. Bibitur & contra cantharidas, buprestes & pinorū erucas. Probatur verò in hoc genere maximè, quod cydonia mala redolet.

De OEnanthini confectione. Cap. LVI.

OEnanthen ex vua (syluestri) odoratam posteaquam marcescere siueris, in oleum omphacinum coniicito, & vndiquaque versando agitato: porrò cum ad biduum siueris, exprimito atque reponito. Vim habet astrictoriā rosaceo proportione respondentem, prætérquàm quòd aluum neque soluit neque mollit. Probatissimum verò etiam est, quod œnanthen odore quam maximè refert.

De Telini componendi ratione. Cap. LVII.

Fœnigræci libras v. olei libras IX. calami libram vnam, cyperi libras ij macera in oleo ad dies septem, ita vt ter quotidie agites: dein exprimito atque reponito. Sūt qui pro calamo quidem cardamomum, pro cypero verò xylobalsamum simul macerant: alij oleum iis ipsis priùs inspissant, ac deinde fœnumgræcum in ipso macerant,

Περὶ Μηλίνου σκευασίας. Κεφ. νε΄.

A Ἔλαιον μήλινον σκευάζεται τὸν τρόπον τοῦτον· ἐλαίου ξέστας ϛ΄. ὕδατος ξέστας ι΄. μίξας, προσέμβαλε σπάθης τεθλασμένης οὐγγίας γ΄· σχοίνου οὐγγίαν α΄. καὶ ἐάσας ἡμέραν μίαν, ἕψησον. εἶτα ἀπηθήσας τὸ ἔλαιον, βάλε εἰς ἀγγεῖον πλατύστομον, ἐπιθεὶς τὸ ῥίπον ἐκ καλάμου, ἢ ψίαθον ἀραιάν, ἄνωθέν τε ἐπιθεὶς κυδώνια μῆλα, καὶ περικαλύψας ἱματίοις, ἔασον ἡμέρας ἱκανάς, ἕως αἱ ἐπισπάσηται τὴν ἀπὸ τῶν μήλων δύναμιν τὸ ἔλαιον. ἔνιοι δὲ τὰ μῆλα περιβάλλοντες ἱματίοις ἐπὶ ἡμέρας ι΄, ἵνα συνέχηται καὶ μὴ διαπνέηται ἡ εὐωδία, μετὰ ταῦτα ἀποβρέχουσι τῷ ἐλαίῳ ἡμέρας β΄ καὶ νύκτας· εἶτα ἐκπιέσαντες ἀποτίθενται. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν, ψυκτικήν· ποιεῖ πρὸς τὰ ψωρώδη ἕλκη καὶ πιτύρας, χίμετλα, ἕρπητας, καὶ πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ ἑλκώσεις ἐγχυματιζόμενον, οὖρά τε ἠρεθισμένα στέλλει ἐγκλυζόμενον, καὶ ἱδρῶτας ἐφίστησι. πίνεται δὲ καὶ πρὸς κανθαρίδας, βουπρήστεις, πιτυοκάμπας. ἔστι δὲ αὐτοῦ δόκιμον τὸ κυδωνίων ὄζον μήλων.

V. hac prima periodo caret. — Al. ϛ. — Lege σπάθης vel ἐλάτης. — Par. [illegible] — Al. [illegible] — V. non habet καὶ — V. non habet [illegible] — Vulg. [illegible]

Περὶ Οἰνανθίνου σκευασίας. Κεφ. ιϛ΄.

Οἰνάνθην τὴν ἐκ σταφυλῆς εὐώδη μαρανθεῖσαν, βάλε εἰς ὀμφάκινον ἔλαιον, καὶ κίνει μεταστρέφων· ἐάσας δὲ ἡμέρας δύο, ἔκθλιψον, καὶ ἀποτίθεσο. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν, ἀναλογοῦσαν τῇ τοῦ ῥοδίνου, ἐκτὸς τοῦ τὴν κοιλίαν λύειν ἢ μαλάσσειν. καὶ τούτου δὲ ἐστὶ δοκιμώτατον, τὸ ἐμφαῖνον ἐν τῇ ὀσμῇ τὴν οἰνάνθην.

Περὶ Τηλίνου σκευασίας. Κεφ. ιζ΄.

Τήλεως λίτρας ε΄. ἐλαίου λίτρας θ΄. καλάμου λίτραν α΄. κυπείρου λίτρας β΄. ἀπόβρεχε τῷ ἐλαίῳ ἐπὶ ἡμέρας ζ΄. κινῶν ἑκάστης ἡμέρας τρίς. εἶτα ἔκθλιψον καὶ ἀποτίθεσο. οἱ δέ, ἀντὶ μὲν καλάμου καρδάμωμον, ἀντὶ δὲ τῆς κυπείρου, ξυλοβάλσαμον συναποβρέχουσιν. ἔνιοι δέ, προστύφουσι τὸ ἔλαιον τούτοις· καὶ μετὰ ταῦτα τὴν τῆλιν ἀποβρέχοντες

V. θ΄. — V. ε΄. — V. [illegible] & sic etiam habet Aetius.

ἐξίπουσι. Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικὴν ἀποστημάτων, πεπτικήν. μάλιστα δὲ ἁρμόζει τοῖς περὶ μήτραν πᾶσι σκληρώμασι. δυστοκούσαις τε ἐγχυματίζεται, ἐπειδὰν κατάξηρα τὰ περὶ τοὺς τόπους γένηται, προεκκριθέντων τῶν ὑγρῶν, πρός τε τὰς ἐν δακτυλίῳ φλεγμονάς, καὶ ἐγκλύζεται ἐπὶ τῶν τεινεσμῶν ὠφελίμως, πίτυρά τε καὶ ἀχῶρας σμήχει. καὶ πρὸς κατακαύματα καὶ χίμετλα ποιεῖ μετὰ κηροῦ, σμήχει τε ἐφηλίδας· καὶ εἰς στιλβώματα μίγνυται. ἐκλέγου δὲ τὸ πρόσφατον καὶ μὴ λίαν παρεμφαῖνον τὴν τῆς τήλεως ὀσμήν, σμῆχον τὰς χεῖρας, γλυκύπικρον ἐν τῇ γεύσει· τὸ γὰρ τοιοῦτον κάλλιστον.

V. πεπτικήν [illegible]
V. καὶ ἐγχυμα.
Al. δακτυλίῳ
V. caret
Marc. σμῆχον

A tandémque exprimunt. Porrò vim habet apostemata molliendi atque maturandi: maximè autem omnibus circa vterū duritijs accommodatum est: ægrè parientibus commodè instillatur, vbi excretis antè humoribus loci muliebres siccitatem contraxerint. Quin & ad sedis inflammationes, necnon ad tenesmos B vtiliter infunditur: furfuresq; & vlcera capitis manantia detergit. Facit & ad ambusta & perniones, addita cera. Maculas quoque à Solis ardore contractas exterit, atque medicamentis ad faciei nitoré inducendum admiscetur. Cæterùm eligito recens, quódque fœnigræci odorem non admodū referat, manúsque abstergat, ac dulcedinis C amarori permixtæ saporé redoleat. Tale siquidem præstantissimum iudicatur.

Περὶ Σαμψυχίνου σκευασίας. Κεφ. νη΄.

Ἑρπύλλου, κασσίας, ἀβροτόνου, σισυμβρίου ἄνθους, μυρσίνης πετάλων, σαμψύχου, ἑκάστου λαμβάνων στοχασμῷ πρὸς τὴν ἑκάστου αὐτῶν δύναμιν ἀποβλέπων, κόπτε ἐν ταὐτῷ πάντα, καὶ ἐπίχει ἐλαίου ὀμφακίνου τοσοῦτον, ὥστε μὴ κατακρατεῖσθαι τὴν δύναμιν τῶν ἐν αὐτῷ βρεχομένων, καὶ ἔασον ἡμέρας τέτταρας· καὶ ἔκθλιβε, καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ πλῆθος τῶν αὐτῶν προσφάτων ἀπόβρεχε ἐπὶ ἴσον χρόνον, καὶ ἐξίπου. ἔσται γὰρ εὐτονώτερον. ἐκλέγου δὲ τὸ μελάγχλωρον τῇ χρόᾳ, σάμψυχον ἐπιπολὺ ὄζον, μετρίως δριμύ. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, λεπτυντικήν, δριμεῖαν· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς μύσιν καὶ διαστροφὴν ὑστέρας, ἔμμηνά τε, δεύτερα καὶ ἔμβρυα ἐπισπᾶται, καὶ πνίγας ὑστερικὰς ἀνακτᾶται, ὀσφύων τε καὶ βουβώνων ἀλγήματα παρηγορεῖ, σὺν μέλιτι δὲ αὐτῷ χρῆσθαι βέλτιον, ἐπεὶ τῇ σφοδρᾷ στύψει σκληροῖ τοὺς τόπους, λύει καὶ κόπους συγχριόμενον, εἴς τε τὰ ἐπὶ τῶν ὀπισθοτονικῶν καταπλάσματα ἐπιτηδείως μίγνυται, καὶ τῶν ἄλλως σπωμένων.

C. Byzantinus caret
C Ald. caret itémque Pal.
C Leon. & Ald. tribus sequentibus vocibus carent, necnon & Pal.
Al. add. δὲ
V. ἐπὶ γὰρ
V σαμ λέγεται [illegible] Pal. σαμψύχου [illegible]
Voce δεύτερα caret vulg. exemp
In quibusdã veterib. codicibus est hoc capitis exordium [illegible]

De Sampsuchini componendi ratione. Cap. LVIII.

Serpylli, cassiæ, abrotoni, florum sisymbrij, myrti foliorum, sampsuchi, singulorum sumito quan- D tum ad ipsorum vniuscuiusque vires animum attendens sat esse conieceris, vnáque omnia tundito: & olei omphacini quantum fuerit satis affundito, dummodò ne euincatur eorum vis quæ in ipso macerantur, ac post quatriduum exprimito. Rursum verò illorum eorundé re- E centium par pondus æquali tempore in eodé oleo macerato & excolato: sic enim efficacius reddetur. Verum sampsuchum eligito colore ex nigro viridi, plurimùm odoratū ac mediocriter acre. Vim habet calfactoriá, extenuantem & acré. Facit porrò ad vuluæ præclusionem F atque distorsioné: menstruáque, secundas & partus extrahit, ac vuluæ strangulatus recreat. Lumborū inguinúmque dolores lenit. At cum melle satius est ipso vti: quandoquidem vehementi astrictione locos indurat. Lassitudines etiam illitum discutit, ac denique aptissimè opisthotonicorum alitérque conuulso- G rum cataplasmatis inseritur.

Περὶ Ὠκιμίνου σκευασίας. Κεφ. νθ΄.

Λαβὼν ἐλαίου λίτρας κ΄. ὠκίμου σταθμῷ λίτρας ια΄. οὐγγίας η΄. ἀποφυλ-

De Ocimini preparatione. C. LIX.

Olei libras x x. ocimi pondo libras x I. & bessem sumito: huius

decerpta folia in oleo ipso diei vnius noctisque spatio macerato, dein exprimito atq; reponito. Exemptis porrò è quasillo folijs rursum olei parem mensuram affundito & excolato. Vocatur autem hoc secundarium: tertiam enim macerationem minimè admittit. Exinde recentis ocimi æquale pondus iterum macera, vt in rosaceo dictum est, ita vt affuso prioris macerationis oleo temporis eodē spatio madere finas: túmque postea exprimito atque recōdito. Quòd si ter quatérve macerare volueris, recens ocimum semper inijcito. Potest & ex omphacino confici: sed illo modo melius. Eadem quæ sampsuchinum præstat: at minus est efficax.

De Abrotonini confectione.

Cap. LX.

Abrotoninum. In olei ad cyprinum conficiendum aromatibus imbuti libras IX & quincuncem, abrotoni foliorum libras VIII immittito, ac posteaquam diem noctémque vnam macerauеris, excolato. Quòd si perennius ac magis durabile conficere volueris, abiectis prioribus folijs, alia apponito, & macerata exprimito. Vim porrò habet calfactoriá, ad vuluæ præclusiones & duritias efficacé: menstrua secundásque pellit.

De Anethini componendi ratione.

Cap. LXI.

Anethi florum libras XI & bessem in olei libris octo & dodrante diem vnam immergito, ac deinde manibus exprimito, atque reponito. Sin macerationem iterare volueris, recentem anethi florem similiter madefacito. Locos muliebres emolliēdi relaxandíque vi pollet, & ad rigores certo circuitu redeuntes cōuenit, quippe quod excalfaciat: lassitudines discutit, & articulorum doloribus auxiliatur.

De Susini compositione.

Cap. LXII.

Susinum, quod lirinum seu liliaceum nonnulli appellát, ita temperatur: Olei libras IX & quincuncem, calami libras V & quadrantē, myrrhę quincūcem posteaquam

A λίσας, ἀπόβρεχε νύκτα καὶ ἡμέραν ἐν τῷ ἐλαίῳ, εἶτα ἔξιπου καὶ ἀπόθησο. [ἐκκενώσας δὲ τὰ ἀπὸ τῆς κυρτίδος, ἐπίχει πάλιν τὸ ἴσον πλῆθος τοῦ ἐλαίου καὶ ἔξιπου.] καλεῖται δὲ τοῦτο δεύτερον· τρίτην γὰρ οὐκ ἐπιδέχεται βροχήν. εἶτα πρόσφατον ὤκιμον λαβὼν ἴσον, πάλιν ἀπό- *V. hæc non habet.* *Veteres τὸ ἴσον*

B βρεχε, ὡς ἐπὶ τοῦ ῥοδίνου εἴρηται· τὸ δὲ ἤδη ἀποβεβρεγμένον ἐπιχέων ἔα ἐπὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἔκθλιβε καὶ ἀπόθησο. κἂν τρὶς δὲ ἢ τετράκις θέλῃς, ἀπόβρεχε, πρόσφατον ἀεὶ ὤκιμον ἐμβάλλων. δύναται δὲ καὶ ἐκ τοῦ ὀμφακίνου σκευάζεσθαι· βέλτιον δὲ ἐκείνως· δύναται δὲ

C τὰ αὐτὰ τῷ σαμψυχίνῳ, ἔλαττον ἐνεργοῦν.

Περὶ Ἀβροτονίνου σκευασίας.

Κεφ. ξ.

Ἀβροτόνινον ἐκ τοῦ εἰς τὸ κύπρινον ἠρωματισμένου ἐλαίου λίτρας θ΄ οὐγγίας ε΄. ἀβροτόνου φύλλων λίτρας η΄. ἐμβαλὼν *V. ἐμβαλε*

D ἔα ἀποβρέξας, νύκτα καὶ ἡμέραν ἔξιπου. πολυχρόνιον δ᾽ εἰ βούλει ποιῆσαι, ἐκβαλὼν τὰ πρῶτα φύλλα, ἔμβαλε ἕτερα φύλλα, καὶ ἐναποβρέχων ἐκπίεζε. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, ποιοῦσαν πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ μύσεις καὶ σκληρίας, ἄγει ἔμμηνα καὶ δεύτερα. *V. ἐμβαλὼν δὲ*

E

Περὶ Ἀνηθίνου σκευασίας.

Κεφ. ξα΄.

Ἐλαίου λίτρας η΄. οὐγγίας θ΄. ἀνήθου ἄνθους λίτρας ια΄. οὐγγίας η΄. ἐναπόβρεχε τῷ ἐλαίῳ ἡμέραν α΄· εἶτα ἐκπίεζε ταῖς χερσί, καὶ ἀπόθησο. ἐὰν δὲ θέλῃς δίβροχον ποιῆσαι, πρόσφατον ἀνήθου ἄνθος *Orib. ἐλαίου λίτρας ια΄ οὐγγ. ε΄. ἀνήθου ἄνθους τὸ αὐτό.*

F ὡσαύτως ἀπόβρεχε. δύναται δὲ μαλάσσειν τὰ περὶ μήτραν καὶ ἀναστομοῦν, ἁρμόζον πρὸς τὰ περιοδικὰ ῥίγη θερμαῖνον καὶ κόπους λύον, καὶ ἀλγήματα ἄρθρων ὠφελοῦν. *Antiquus alter, κόπους λύει. Goupylus.*

Περὶ Σουσίνου σκευασίας. Κεφ. ξβ΄.

G Τὸ δὲ σούσινον, ὃ ἔνιοι κρίνινον καλοῦσιν, οὕτω σκευάζεται· ἐλαίου λίτρας θ΄. οὐγγίας ε΄. [καλάμου λίτρας ε΄, οὐγγίας γ΄.] σμύρνης οὐγγίας ε΄. φυράσας *V οὐγγίας γ΄. In veterib. nonnullis hæc desiderantur. V. μυρίσας*

οἴνῳ εὐώδει, ἕψε, εἶτα ἀπηθήσας τὸ ἔλαιον, A
ἀπόχει μετὰ καρδαμώμου κεκομμένου
καὶ βεβρεγμένου ὕδατι ὀμβρίῳ * λίτρας
γ΄. οὐγγίας ϛ΄. καὶ ἐάσας βραχῆναι,
ἀπόθλιβε· καὶ λαβὼν ἐκ τοῦ ἐσυμμέ-
νου ἐλαίου τρεῖς καὶ ἥμισυ λίτρας, κρίνα
V. ἀριθμῷ
ἀριθμῷ χίλια, ἀποφυλλίσας, * θὲς ἐν
λουτῆρι πλατεῖ, μὴ βαθεῖ· ἐπιχέας τε B
τὸ ἔλαιον, ἀνακίνει ταῖς χερσὶ μέλιτι κε-
χρισμέναις· ἐάσας δὲ ἡμέραν μίαν καὶ νύ-
Cornarius legit κυρτίδα aut σπυρίδα
κτα, πρωῒ ἐνελόμενος εἰς * πυξίδα ἐξί-
που, τὸ δὲ φερόμενον ἄπηθε εὐθέως ἀπὸ
τοῦ συνεκθλιβέντος ὕδατος τοῦ ἐλαίου·
οὐ γὰρ ὑπομένει ὡς τὸ ῥόδινον, συνθερ-
μαινόμενον δὲ ἀναζεῖ καὶ σήπεται. με- C
τάγγιζε δὲ πολλάκις εἰς ἕτερα ἀγγεῖα
μέλιτι κατακεχρισμένα, προπάσσων
V. ἅλας
* ἅλα λεπτὸν, καὶ τὴν συλλεγομένην
Cor. [illegible]
ἀκαθαρσίαν ἐπιμελῶς ἀφαιρῶν. * με-
τακενώσας δὲ ἐκ τοῦ κυρτιδίου τὸ ἐκ-
πιεσθὲν * ἄρωμα εἰς τὸν λουτῆρα, πάλιν
ἐπίχει τοῦ ἠρωματισμένου ἐλαίου τὸ ἴ- D
σον πλῆθος τῷ προτέρῳ, καὶ καρδαμώ-
μου κεκομμένου συνέμβαλλε ὁλκὰς ί. καὶ
Corn. legit [illegible]
* ἀνακινήσας χρησίμως ταῖς χερσὶ, καὶ
ἐπισχὼν μικρὸν, ἐξίπου, τὸ ἀποῤῥέον ἀ-
ποκαθαίρων. καὶ τρίτον ἐπιχέας πά-
λιν τὸ αὐτὸ ποίει, προσεπεμβάλλων καὶ
V. τοὺς ἅλας
τὸ καρδάμωμον καὶ * τοὺς ἅλας ὁμοίως, E
V. caret.
Al. καὶ τὰς χεῖρας μέλιτι χρίων καὶ θλίβων.
Par. πρῶτον
* καὶ τὰς χεῖρας * βρέχων τῷ μέλιτι θλί-
βων, καὶ ἔσται τὸ μὲν * πρῶτον ἐκπιε-
σθὲν ἄριστον· ἐχόμενον δὲ τὸ ἑξῆς· τρί-
τον δὲ τὸ τελευταῖον. καὶ πάλιν λαβὼν
χίλια κρίνα καὶ ἀποφυλλίσας διαθὲς
καὶ ἐπιχέας τὸ πρῶτον ἐκπιεσθὲν μύ-
ρον, τὰ αὐτὰ ποιῶν ὥσπερ ἐποίεις ἐπὶ F
τοῦ πρώτου, καρδάμωμον προσμί-
σγων, εἶτα ἐκπιέζων. ποίει τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ
τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου ὡς εἴρηται, προ-
Hæc nō habētur in Palat. no codice & fortasse redundant.
σεμβάλλων καὶ τὸ καρδάμωμον· [εἶτα
ἐξίπου καὶ ποίει τὰ αὐτά.] ὁσάκις δ᾽ ἂν
ἀποβρέξῃς νεαρὰ κρίνα, δυναμικώτε-
ρον ἕξεις τὸ μύρον. ἐπὶ τέλει δὲ ὅταν G
V. ἔχειν δόξῃ
αὐτάρκως ἔχειν * σοι δοκῇ, μίσγε ἑκάστῃ
σκευασίᾳ σμύρνης χρηστῆς < οβ΄. κρόκου
V. < οε.
< ί. * καρδαμώμου < οε. οἱ δὲ κρόκου καὶ

A vino odorato subegeris, coquito. Deinde colo traiectum oleum vna cum cardamomi tusi & aqua pluuia macerati libris iij & semisse refundito: ac vbi macerari siueris, exprimito. Tùm olei huius inspissati tres libras cum semisse sumito, liliáque numero mille. Horũ decerpta folia in labello lato, non tamen pro- B fundo, ponito, affusóque oleo perunctis melle manibus versato. Tandem vbi diem noctémque vnam cõquiescere siueris, mane in fiscellam translatum excolato: quod verò supernatabit oleum illico ab aqua quę simul cum eo expressa fuerit secernito. Neque enim vti rosaceum mistá sibi patitur aquá: con- C calfactum siquidem referuet atque cõputrescit. In alia porrò vasa melle oblita sæpius transfundito, salem tenuem priùs inspergens, & collectam immunditiem diligenter auferens. Expressum autem magma postquá ex quasillo in labrũ transtuleris, aromatibus imbuti olei par priori pondus rursum affundito, si- D múlque cardamomi tusi drachmas x conijcito. Hæc vbi probè manibus agitaueris, interiecta breui mora exprimito, & quod defluet repurgato. Tertiò demum affuso oleo, idẽ rursum facito & cardamomum ac etiamnum salem insuper adijciens, & manibus melle imbutis premens. Erit porrò primo ex- E pressum oleum optimũ: ab hoc secundum, quod sequitur: tertium locum sibi védicat, quod postremum est. Tum verò denuo lilia mille decerptis folijs sumito atque disponito: & affuso quod primò expressum est oleo, eandem quam in primo viam & rationem inito, idémque F facito, cardamomum adhuc admiscens, ac deinde exprimẽs. Eadem quoque in secundo ac tertio veluti dictum est præstato, cardamomum pariter adijciens: deinde excolato, ac reliqua denique similiter conficito. Quò porrò frequentius lilia recentia maceraueris, eo potentius efficaciúsve vnguentum habebis. Tandem cùm satis esse tibi visum G fuerit, vnicuique preparationi myrrhę quam optimę drachmas LXXII croci drachmas x, cinnamomi drachmas LXXV misceto. Alij croci &

cinnamomi æquale pondus immiſcent. Hæc tuſa cretáque in labrum cum aqua conijcito, primóque expreſſum vnguentum affundito: ac non ita multo poſt in vaſcula excipito ſicca, prius illita gummi aut myrrha, & croco ac melle aqua dilutis. Eadem in ſecunda, itémque tertia expreſſione facito. Nonnulli verò ſimplex ex balanino alióve oleo ac lilijs conficiunt. Excellere porrò videtur quod in Phœnice & Ægypto paratur, ac cum primis laudatur quod lilia redolet. Vim habet excalfaciendi, molliendi, aperiendique vuluæ præcluſiones: eiuſdem inflammationibus accommodatū eſt, ac in vniuerſum ad muliebria mala eſt vtiliſſimū. Conuenit & ad vlcera in capite manantia, varos, furfures ac feruidas eruptiones. Vibices etiā quamprimùm emendat, & reliquæ cuti concolores efficit: denique egregiè rarefacit. Potū quoque bilem per aluum extrahit, vrinámque ciet: at ſtomacho noxium eſt, nauſeámque parit.

De Narciſſini miſtura. *Cap. LXIII.*

Narciſſinū oleum ſpiſſatur hunc in modum: olei eloti libras LXX & quincuncem, aſpalathi libras VI cū ſextante ſumito. Hunc tuſum & aqua maceratū tertiæ olei parti miſceto & coquito. Dein exempto aſpalatho calami libras V. & beſſem adijcito: quin & myrrhę grumū vbi contuderis atque cribraueris, vino vetere odorato ſubigito, itidémque miſceto atque decoquito. Simulac autē cum ijs efferbuerit oleum, ab igne amoueto, & refrigeratum excolato. Tandem eius portionem in labellū refundito, & flores narciſſi quamplurimos immittito, biduiq́; ſpatio agitato: túmque, vt in Suſino dictum eſt, excolato, ac frequenter decapulato: ſiquidem hoc quoque corruptioni eſt obnoxium. Facit autem ad vuluæ vitia: quippe quod ipſius duritias emolliat, præcluſionéſque aperiat: ſed capitis dolores facit.

De Crocini confectione. C. LXIIII.

Ad præparandū Crocinū, oleum priore loco ſpiſſabis, velut in Suſino

A κινναμώμου τὸ ἴσον κόψας, σήσας ἔμβαλε εἰς τὴν λουτῆρα μεθ' ὕδατος, καὶ ἐπίχεε τὸ πρῶτον ἐκπιεσθὲν μύρον· εἶτα ἐάσας μικρὸν, ἀναλάμβανε εἰς ἀγγεῖα μικρὰ ξηρὰ, προκεχρισμένα κόμμει ἢ σμύρνῃ, καὶ κρόκῳ καὶ μέλιτι μεθ' ὕδατος διειμένοις. τὰ δ' αὐτὰ ποίει καὶ ἐπὶ τοῦ δευτέρου ἐκπιέσματος
B καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου. ἔνιοι δὲ τὸ ἁπλοῦν ἐξ ἐλαίου βαλανίνου ἢ ἄλλου καὶ κρίνου σκευάζουσι· δοκεῖ δὲ διαφέρειν τὸ ἐν Φοινίκῃ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενον. ἄριστον δέ ἐστιν αὐτοῦ, τὸ ὄζον κρίνων. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀναστομωτικὴν τῶν περὶ μήτραν μύ-
C σεων καὶ φλεγμονῶν. [καὶ καθόλου πάντων ἐστὶ χρησιμώτατον πρὸς τὰ γυναικεῖα· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ἀχῶρας, ἰόνθους, πίτυρα, ἐκζέματα. μώλωπάς τε ταχέως μεταβάλλει καὶ ὁμόχρους ποιεῖ.] καὶ καθόλου ἐστὶν ἀραιωτικόν· ἄγει δὲ καὶ χολὴν κατὰ κοιλίαν πινόμενον· κινεῖ δὲ καὶ οὔρησιν. ἔστι δὲ καὶ
D κακοστόμαχον, καὶ ναυτίας ποιητικόν.

Paris. caret.
Corn. expungit
Deest in Ald. & V. cod.
Par. [illegible]
V. τὰ δ' αὐτὰ
Vulg. cod. ἢ κρίνου ἢ ἄλλου ἐλαίου καὶ.
Ant. quidem [illegible]
Hæc in Ald. deſiderantur: neque non etiam in vetuſto codice manuſcripto.

Περὶ Ναρκισσίνου σκευασίας. Κεφ. ξγ'.

Ἔλαιον ναρκίσσινον στύφεται οὕτως· ἐλαίου πεπλυμένου λίτρας ό. οὐγγίας έ. ἀσπαλάθου λίτρας ϛ'. οὐγγίας β'. κόψας καὶ βρέξας ὕδατι, τῷ τρίτῳ τοῦ ἐλαίου μίξας, ἕψε. εἶτα ἐξελὼν τὸν ἀσπάλαθον καλάμου βάλε λίτρας έ. οὐγγίας ή. καὶ σμύρνης χόνδρον κόψας καὶ σήσας, φύρασον οἴνῳ παλαιῷ εὐώδει, καὶ μίξας ἕψε· ὅταν δὲ καὶ μετὰ τούτων ἀναζέσῃ, ἐξελὼν ἀπόθου τὸ ἔλαιον ψυχρόν· εἶτα
F λαβὼν ἐκ τοῦ ἐλαίου εἰς λουτῆρα, ἀπόχει, καὶ τοῦ ναρκίσσου ὡς ὅτι πλεῖστον ἔμβαλε τὸ ἄνθος, ἐπὶ ἡμέρας β'. κινῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ σουσίνου, ἔξιπου τε καὶ μετάγγιζε πυκνῶς· καὶ γὰρ τοῦτο σήπεται. ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ ἐν ὑστέρᾳ, μαλάσσον τὰς περὶ αὐτὴν σκληρίας καὶ μύσεις· ἔστι δὲ κε-
G φαλαλγές.

In Leoniceni cod. in principio legitur. Ναρκίσσινον δὲ [illegible]
V. addit [illegible]
Cor. [illegible]
Al. [illegible]
V. [illegible]
Ald. & Pal. ἀπόθου τὸ ἔλαιον ψυχρόν.
Pal. [illegible]

Περὶ κροκίνου σκευασίας. Κεφ. ξδ'.

Κρόκινον δὲ σκευάζειν, προστύψεις τὸ ἔλαιον, ὡς εἴρηται ἐπὶ τοῦ Σουσίνου,

A πλήθει καὶ συσταθμίᾳ τῇ αὐτῇ· λαβὼν δὲ ἐκ τοῦ ἐστυμμένου ἐλαίου εἰς τὸ σούσινον λίτρας τρεῖς ἥμισυ, βάλε κρόκου < η. καὶ ἀνακίνει πολλάκις τῆς ἡμέρας, ποιῶν τοῦτο συνεχῶς ἐπὶ ἡμέρας ε. τῇ δὲ ἕκτῃ * ἀπόχει τὸ ἔλαιον ἀπὸ τοῦ κρόκου καθαρίως, ἐπὶ δ' αὐτῷ τῷ κρόκῳ ἐπίχει τὸ ἴσον πλῆθος τοῦ ἐλαίου καὶ ἀνακίνει ἡμέρας * γ'. εἶτα ἀποχέας B πρόσμιξον σμύρνης κεκομμένης καὶ σεσησμένης < μ'. καὶ κίνει ἐν ὅλμῳ χρησίμως, εἶτα ἀπόθου. ἔνιοι δὲ * τὸ ἴσον εἰς κύπρινον ἠρωματισμένου ἐλαίου καὶ εἰς τὸ κρόκινον χρῶνται. ἔστι δὲ αὐτοῦ κράτιστον, τὸ καταχόρως κρόκου πνέον, ὅπερ εἰς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἁρμόζει. δεύτερον δὲ τὸ τῇ σμύρνῃ παρεμφέρον. C Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, ὑπνωτικήν, ὅθεν πολλάκις ἐπὶ φρενιτικῶν ἁρμόζει καταβρεχόμενον, ἢ ἀποσφραινόμενον, ἢ καὶ κατὰ μυκτήρων διαχριόμενον· ἔστι δὲ καὶ πυοποιὸν, καὶ καθαρτικὸν ἑλκῶν, καὶ πρὸς τὰς ἐν τῇ μήτρᾳ σκληρίας καὶ μύσεις καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κακοήθη, σὺν κηρῷ καὶ D κρόκῳ καὶ μυελῷ καὶ ἐλαίῳ διπλασίονι. * συμπέπτει γὰρ καὶ μαλάσσει καὶ ὑγραίνει καὶ πραΰνει· ποιεῖ καὶ πρὸς τὰς ἀπογλαυκώσεις μεθ' ὕδατος ὑπαλειφόμενον. ἀναλογεῖ δὲ αὐτῷ καὶ τὸ λεγόμενον βουτύρινον καὶ ὀνύχινον, καὶ στυράκινον, τοῖς ὀνόμασι μόνον διαφέροντα, τῇ μέντοι σκευασίᾳ E καὶ τῇ δυνάμει ὄντα παρόμοια.

Ruell. legit ἐγα... V. πλεονάκις

V. τῶν σμύρνης παρεμφερον, vt inferius cap de cinnamomino.

V. πολλάκις δὲ ... φρενιτικῶν ... καταβρεχομένοις ἢ ἀποσφραινομένοις ἢ ... μυκτήρων διαχριόμενον.

V. συμπέσσει pro eodem.

Περὶ Κυπρίνου στύψεως καὶ σκευασίας ἐλαίου. Κεφ. ξε'.

Ἐλαίου ὀμφακίνου πεπλυμένου * μέρος α', ὕδατος ὀμβρίου μέρος α καὶ ἥμισυ. τὸ μὲν ἐπίχει τῷ ἐλαίῳ, τὸ δὲ φύρα σὺν τοῖς ἐμβληθησομένοις ἀρώμασιν· εἶτα λαβὼν F ἀσπαλάθου λίτρας ε, ἥμισυ. καλάμου λίτρας ς', ἥμισυ· σμύρνης λίτραν α. καρδαμώμου λίτρας γ'. οὐγγίας θ'. καὶ * ἐλαίου λίτρας θ', οὐγγίας ε. τὸν ἀσπάλαθον κόψας καὶ βρέξας ἐν ὕδατι ἐμβαλὼν, ἕψε μετὰ τοῦ ἐλαίου, ἕως ἂν συναναζέσῃ· τὴν δὲ σμύρναν δεύσας οἴνῳ παλαιῷ εὐώδει, καὶ κά- G λαμον κεκομμένον συναναφύρα μετὰ τῆς σμύρνης, καὶ ἐξελὼν τὴν ἀσπάλαθον, ἔμβαλε τὸ φύραμα τοῦ καλάμου.

Vtrobique κεράμιον legendū existimant Cornarius.
Vulg. cod. ...

Corn. legit ἐλενίου, & recte.
Corn. addit τὸ ἐλένιον καὶ τὸν &c.

A dictum est, eadem seruata mensurę ponderisque æqualitate. Sumptis igitur olei ad Susinū conficiendum spissati libris tribus & semisse, croci drachmas octo immittito, ac sępius quotidie versato, opere ad dies quinque continuato. Sexta demum die oleum purè probéque à croco succernito: eidémque croco parem B olei modum affundito, & triduo agitato. Deinde vbi refuderis, myrrhæ tusæ & cribratæ drachmas XL admisceto, ac in pila exactè moueto, tandémque recōdito. Nonnulli verò oleo ad cyprinū conficiēdum aromatibus imbuto, etiam ad crocinum vtuntur. Est porrò præstantissimū, quod abundè crocum spi- C rat, éstque id vsui medicinę aptum: proximū verò quod myrrham redolet. Vim habet excalfaciendi somnúmque conciliandi: quò fit vt sępenumero phreneticis subueniat seu perfusum, seu olfactū, seu denique naribus illitū. Pus quoque mouet & vlcera purgat. Valet & ad vteri duritias, præclusiones malignáque vlcera, cū cera, croco, medul- D la & oleo duplo. Concoquit enim, emollit, humectat ac etiamnum lenit. Facit & ad oculorū glaucomata ex aqua sublitum. Huic autē proportione respondent butyrinum, onychinum & styracinum: quę quidem vnguenta nominibus tantùm differunt, præparādi verò modo ac E viribus sunt per quàm simillima.

De Cyprini olei spissamento ac praparatione. Cap. LXV.

Sumito olei omphacini eloti ceramium vnum, aquę pluuię tantundem cum semisse: huius partem v- F nam oleo affundito, alterā injiciendis aromatis admisceto. Dein assumptis aspalathi libris V cum semisse, calami libris VI & semisse, myrrhę libra vna, cardamomi libris III & dodrante, heleni libris IX & quincunce, helenium & aspalathū vbi cōtuderis & aqua maceraueris, oleo incoquito donec cōferuescāt. G Calamum autem contusum simul cum myrrha vino vetere odorifero diluta subigito, exéptóq; aspalatho calami misturam illam immittito. Vbi

A Vbi verò cum hac efferbuerit oleũ, amotum ab igne de aheno excolato, & ad cardamomum contusum aquáque reliqua subactum affundito, ac spatha perpetuò & sine intermissione donec refrixerit peragitato. Posteà percolato oleo in XLVIII libras olei, floris cypri libras XLVI & bessem inijcito, atque vbi macerari siueris, per fiscellam exprimito. B Quòd si copiosius desideraueris, florum recentium par pondus immittito, ac similiter exprimito. Potes etiam iterum tertióve macerare, si volueris: efficacius enim hoc modo redditur. Eligi autem oportet bonum, quódque cum odoris gratia nares feriat. Sunt & qui cinnamomũ immisceant. C Porrò vim habet calfaciendi, molliendi, osculáque vasorum aperiẽdi: atque adeò vuluæ neruorúmque vitijs conuenit: sic & pleuriticis & fracturis tũ per se, tum etiã cerato immistũ. Quin & in malagmata quæ opisthotonicis, angina laborantibus & inguinum inflammationi conueniunt, itémque in acopa additur. D

De Irini spissamento. Cap. LXVI.

Spathæ seu elatæ quàm minutissimè contusæ libras VI cum besse in olei libris LXXIII & quincunce, ammixtis aquæ heminis decẽ, æreo vase coquito, quoad oleum odorem spathæ contraxerit: hoc postea in craterem melle oblitum excolato. E Ex hoc ipso aromatis imbuto oleo primũ irinum temperatur, iride in oleo spissato, velut inferiùs scriptum est, macerata, vel hoc modo: In olei libris LXX & quincunce xylobalsami contusi, veluti dictum est, libras V & sextantem excoquito: F postea detracto xylobalsamo calami contusi libras IX & dextantem, ac myrrhæ grumum vino vetere odorato perfusum adijcito. Postmodum assumptis olei spissati & aromatibus imbuti libris XIIII, iridis contusæ par pondus ad duos dies totidémque noctes in eo macerato: G tandémque fortiter ac strenuè exprimito. Quòd si vis efficacius fieri, æquale pondus secundò ac tertiò

A ὅταν δὲ μετὰ τούτου ζέσῃ, καθελὼν ἀπήθησον τοῦ χαλκοῦ τὸ ἔλαιον· καὶ καταχέας κατὰ τοῦ καρδαμώμου κεκομμένου καὶ πεφυραμένου τῷ λοιπῷ ὕδατι, καὶ κίνει σπάθῃ ἕως ἂν ψυγῇ μὴ διαλείπων. εἶτα ἀπηθήσας τὸ ἔλαιον, ἔμβαλε εἰς τὰς κη΄. τοῦ ἐλαίου λίτρας ἄνθους κυπρίνου B λίτρας μϛ΄. οὐγγίας η΄. ἐάσας τε ἀποβραχῆναι, ἔκθλιψον διὰ σπυρίδος. ἐὰν δὲ πλείω θέλῃς, τοῦ νεαροῦ ἄνθους τὸ ἴσον ἐμβαλὼν πλῆθος ὁμοίως ἔκθλιψον, ἐάν τε δίβροχον, ἐάν τε τρίβροχον βούλῃ ποιεῖν· δυναμικώτερον γὰρ γίνεται. ἐκλέγεσθαι δὲ δεῖ τὸ χρηστὸν καὶ μετ' εὐωδίας πληκτι- C κόν. ἔνιοι δὲ καὶ κιννάμωμον μίσγουσι.

Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, μαλακτικήν, ἀναστομωτικήν, ἁρμόζουσαν τοῖς περὶ μήτραν καὶ νεῦρα πάθεσι, καὶ πλευριτικοῖς καὶ κατάγμασι, καθ' ἑαυτό τε καὶ κηρωτῇ μιγνύμενον. μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι τοῖς ἁρμόζουσιν ὀπισθοτονι- D κοῖς, συναγχικοῖς, βουβώνων φλεγμονῇ, καὶ ἀκόποις.

V. intefferit ἀ... — Corn. legit μς΄. Legendum αὐθου — V. ἰδὼν: pro eodem. — V. συναγχ. Idem βουβώνων

Περὶ στύψεως ἰρίνου. Κεφ. ξϛ΄.

Σπάθης λίτρας ϛ΄. οὐγγίας η΄. ἐλαίου λίτρας ογ΄. οὐγγίας ε΄. κόψας ὡς λεπτότατα, μίξον ὕδατος κοτύλας ι. καὶ βα- E λὼν εἰς χαλκοῦν, ἕψε μέχρις ἂν οὗ τὴν ὀσμὴν ἀναλάβῃ· εἶτα ἀπήθει εἰς κρατῆρα μέλιτι κατακεχρισμένον. ἐκ τούτου τοῦ ἠρωματισμένου ἐλαίου τὸ πρῶτον ἴρινον σκευάζεται, ἐναποβρεχομένης τῷ ἐστυμμένῳ ἐλαίῳ ἴρεως ὡς ὑποτέτακται, ἢ οὕτως· ἐλαίου λίτρας ο΄. οὐγγίας ε΄. ξυλοβαλσάμου λίτρας ε΄. F οὐγγίας β΄. κόψας ὡς εἴρηται, σύνεψε· εἶτα ἐξελὼν τὸ ξυλοβάλσαμον, [τρεῖς] ἔμβαλε καλάμου κεκομμένου [λίτρας] θ΄. οὐγγίας ι. σμύρνης χόνδρον οἴνῳ παλαιῷ ἐμβρέχων εὐώδει· εἶτα λαβὼν ἐκ τοῦ ἐστυμμένου ἐλαίου καὶ ἠρωματισμένου λίτρας ιδ΄. ἐναπόβρεχε ἴρεως κεκομμέ- G νης ἴσον τῷ σταθμῷ, ἐῶν ἡμέρας β΄. καὶ νύκτας β΄. εἶτα ἔκθλιψον βιαίως καὶ νεανικῶς. καὶ εἰ βούλει δυναμικώτερον εἶναι, τὸ ἴσον σταθμὸν καὶ δὶς καὶ τρὶς

Marcellus legit ϛ΄. — V. ὧδε ἐλαίου — In quodam vetusto codice & apud Ruellium voces hæ desiderantur.

ὁμοίως ἐναποβρέχων ἐκθλίπτουσι. κράτιστον δὲ A ὑπάρχει τὸ ἐν ὀσφρήσει μηδενὸς ἄλλου, μόνης δὲ τῆς ἴριδος * ποιοῦν. τοιοῦτον δὲ ἐστὶ τὸ ἐν Πέργῃ τῆς Παμφυλίας, καὶ ἐν Ἤλιδι τῆς Ἀχαΐας * σκευαζόμενον.

Corn. ἴριν. Lonicerus ποιότητα retinet, & subaudiendum putat ὀσμήν.

Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικὴν, θερμαντικήν. ἐσχάρας τε καὶ σηπεδόνας καὶ ῥυπαρίας ἀνακαθαίρει, καὶ ταῖς περὶ μή- B τραν διαθέσεσιν ἁρμόζει, φλεγμοναῖς τε καὶ μύσεσιν, ἔμβρυά τε ἐκβάλλει, καὶ αἱμορροΐδας ἀναστομοῖ, πρός τε ἤχους ὤτων σὺν ὄξει καὶ πηγάνῳ καὶ πικροῖς ἀμυγδάλοις, καὶ πρὸς καταῤῥοὺς χρονίζοντας, διαχριομένων τῶν μυξωτήρων, καὶ πρὸς ὀζαίνας· καθαίρει δὲ καὶ τὴν κοι- C λίαν, κυάθου πλῆθος ποθέν. ποιεῖ καὶ πρὸς εἰλεώδη, κινεῖ καὶ οὖρα. καὶ ἐπὶ τῶν δυσχερῶς ἐμούντων, διαχριομένων τῶν δακτύλων, ἢ τῶν ἐμετηρίων, καὶ ἐπὶ συναγχικῶν διαχριόμενον ἢ ἀναγαργαριζόμενον σὺν μελικράτῳ, καὶ πρὸς τραχύτητα ἀρτηρίας. δίδοται καὶ τοῖς D κώνειον ἢ μύκητας ἢ κόριον πεπωκόσιν.

Περὶ γλευκίνου σκευασίας. Κεφ. ξζ.

Γλεύκινον δὲ σκευάζεται τὸ ἁπλοῦν, ἔκ τε ἐλαίου ὀμφακίνου, καὶ σχοίνου, καὶ καλάμου, καὶ νάρδου Κελτικῆς, καὶ σπάθης, καὶ ἀσπαλάθου, καὶ * μελιλώτου, καὶ E κόστου, καὶ γλεύκους * συμπεριτιθεμένων τῶν στεμφύλλων τῷ ἔχοντι ἀγγείῳ τὰ ἀρώματα καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον. κινεῖται δὲ ἐπὶ ἡμέρας λ΄. δὶς τῆς ἡμέρας, καὶ μετὰ ταῦτα ἐκπιεσθὲν ἀποτίθεται.

V μείζονος.

Apud Gal. 7 κατὰ γένη legitur συμπεριτιθεμένων &c.

Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀνετικήν· ποιοῦσαν πρὸς τὰ * ῥίγη F καὶ τὰ * νευρικὰ πάθη, καὶ τὰ ἐν ὑστέρᾳ. πάντως δὲ ἀκόπου μᾶλλον ὠφελεῖ μαλακτικὸν ὄν.

Par. ῥίγη

Al. νευρικὰ πάντα

Περὶ Ἀμαρακίνου. Κεφ. ξη.

Ἀμαράκινον δὲ ἐν Κυζίκῳ κάλλιστον γίνεται· σκευάζεται δὲ διά τε ὀμφακίνου ἐλαίου καὶ βαλανίνου, συμφορουμένων ξυλοβαλσά- G μῳ, * σχοίνῳ, καὶ καλάμῳ, ἡδυνομένων δὲ ἀμαράκῳ, κόστῳ, ἀμώμῳ, νάρδῳ, καρποβαλσάμῳ καὶ σμύρνῃ. οἱ δὲ πολυτελέστερον αὐτὸ ποιοῦντες, μίσγουσι καὶ κινά-

Ald. in nothis κασσία addit, cuius etiam meminit Plinius.

similiter maceratum exprimito. Est verò longè optimum, quod nullius alius præterquam solius iridis qualitate odorarum afficit. Tale porro est, quod in Perga Pamphyliæ & Elide Achaię præparatur. Vim habet emollientem & calfactoriam: crustas vlcerum, putredines ac sordes repurgat: vuluæ affectibus confert, nimirum eius inflammationibus atque præclusionibus: partus eijcit: hæmorrhoidas recludit, ad aurium sonitus ex aceto, ruta & amaris amygdalis prodest. Diuturnis etiam destillationibus, si nares eo illinantur, itémque contra ozænas auxiliatur. Aluum quoque purgat cyathi mensura potum. Facit & ad ilei cruciatus, vrinámque ciet. Ægrè vomentibus opitulatur, perunctis eo digitis, aliísve quæ ad vomitum ciendum ori induntur. Angina quoque laborantibus illinitur, aut ex aqua mulsa gargarizatur, vt & contra arteriæ asperitatem. Datur & ijs qui cicutam, fungos aut coriandrum hauserint.

De Gleucini compositione. Cap. LXVII.

Gleucinum simplex præparatur ex oleo omphacino, schœno, calamo, nardo Gallico, spatha, aspalatho, meliloto, costo, musto, circundatis interim vinaceis vasi quod aromata vinum oleúmque continet. Triginta porrò diebus, bis singulis permiscentur: post demùm expressum oleum reconditur.

Vim habet calfaciendi, molliendi atque relaxandi: quò fit vt ad rigores & neruorum vuluæque affectus conferat. Omni autem acopo vtilius est, quippe quod emolliat.

De Amaracino. Cap. LXVIII.

Fit in Cyzico Amaracinũ probatissimum. Paratur autẽ ex oleis omphacino & balanino: quæ quidẽ xylobalsamo, * schœno & calamo spissata fuerint: suauiora verò reddita amaraco, costo, amomo, nardo, carpobalsamo & myrrha. Miscẽt & cinnamomũ qui sumptuosius ipsũ con-

vel, iunco odorato

ficiunt. Assumuntur autem mel & vinum, tum ad vasorum illitionem, tum ad comminuta aromata subigenda. Porrò calfacit, soporem inducit, vasorum spiracula recludit, emollit, feruorem excitat, vrinam cit, putredinibus ac fistulis cõducit, necnon & aquosis ramicibus post curationem ope manus adhibitam. Crustas quoque ac efferata vlcera circumquaque rumpit. Vrinæ difficultati illita sede succurrit. Quin & huius ipsius inflammationibus & ad recludendas hæmorrhoidas itidem oblitum auxiliatur. Vtero appositum menses ciet, vuluę duritias & œdemata discutit, sauciatis denique neruis ac musculis confert, rarioribus lanæ hapsis eo irrigatis & impositis.

De Megalio. Cap. LXIX.

Quondã factitabatur quod Megalium appellatur: at nũc planè intercidit. Veruntamen ad historiæ complementum eius quoque meminisse non abs re fuerit. Huius igitur mistura cum amaracino eadem est, nisi quòd resina ampliùs accedit, qua quidem sola discrepat. Leniter emollit. Resina porrò neque conseruationis, neque voluptatis gratia, sed coloris crassamentíque causa vnguentis adijcitur. Miscetur autem terebinthina decocta, donec olere desinat. Eius verò coquendæ ratio in resinæ tractatione declarabitur.

De Hedychroo. Cap. LXX.

Sed & quod Hedychroon cognominant, quódque in Co præparatur, easdẽ vires eundémque præparandi modum cum Amaracino obtinet: at odoratius existit.

De Metopio. Cap. LXXI.

Præparatur & in Ægypto vnguẽtum, vernaculo nomine Metopium dictũ: scilicet propter galbani permistionem. Lignum enim è quo galbanum emanat, Metopion Ægyptijs appellatur. Ex oleo omphacino & amygdalarum amararum, cardamomo, schœno, calamo, melle, vino, myrrha, balsami

A μωμον. παραλαμβάνεται δὲ μέλι καὶ οἶνος εἰς τὴν τῶν ἀγγείων χρίσιν, καὶ φύρασιν τῶν κεκομμένων ἀρωμάτων. ἔστι δὲ θερμαντικόν, καρωτικόν, ἀναστομωτικόν, μαλακτικόν, πυρωτικόν, οὐρητικόν, ὀχετευτικὸν εἴς τε τὰς σῆπας καὶ σύριγγας, καὶ V. ἰσχ. ὑδροκήλας μετὰ τὰς χειρουργίας· περι-
B ρρήσσει τε τὰς ἐσχάρας καὶ τὰ τεθηριωμένα ἕλκη. πρός τε δυσουρίαν ἁρμόζει περιχριομένου τοῦ δακτύλου· καὶ πρὸς τὰς φλεγμονὰς αὐτοῦ, καὶ πρὸς αἱμορροΐδων ἀναστόμωσιν περιχριόμενον· ἔμμηνά τε κινεῖ προστιθέμενον τῇ μήτρᾳ, καὶ σκληρίας καὶ οἰδήματα ἐν ὑστέρᾳ διαφορεῖ. καὶ
C πρὸς τὰ νευρότρωτα καὶ μυότρωτα συμφέρει ἐν πλήμασιν ἀραιοῖς βρεχόμενον Pat. ἐν αὐτ. καὶ ἐπιτιθέμενον.

Περὶ Μεγαλείου. Κεφ. ξθ'.

Τὸ δὲ Μεγάλειον καλούμενον, πάλαι μέν ποτε ἐσκευάζετο· ἐκλέλοιπε δὲ νῦν.
D πρὸς ἐκπλήρωσιν δὲ τῆς ἱστορίας, οὐκ ἔστιν ἄτοπον καὶ τούτου ἐπιμνησθῆναι. καὶ τούτου Patisicare. δὲ σκευασία ἡ αὐτὴ τῷ ἀμαρακίνῳ, πλεονάζει δὲ τῇ ῥητίνῃ, καὶ ταύτῃ διαφέρει. ἔστι δὲ μαλακτικὸν ἠπίως. ἡ μέν τοι ῥητίνη μίγνυται τοῖς μύροις, οὔτε φυλακῆς οὔτε ἡδονῆς χάριν, χρώματος δὲ καὶ πάχους ἕνεκα.
E μίγνυται δὲ ἡ τερεβινθίνη ἀφεψομένη, ἄχρις ἂν ἄοσμος γένηται. δηλωθήσεται δὲ ἐν τοῖς περὶ ῥητίνης ἡ ἕψησις αὐτῆς.

Περὶ Ἡδυχρόου. Κεφ. ο'.

Καὶ τὸ καλούμενον δὲ ἡδύχρουν, σκευαζόμενον δὲ ἐν Κῷ, τῆς αὐτῆς ἔχεται δυ- V. ἐν τῇ Αἰγύπτῳ νάμεώς τε καὶ σκευασίας τῷ ἀμαρακί-
F νῳ· εὐωδέστερον δὲ τυγχάνει.

Περὶ Μετωπίου. Κεφ. οβ'.

Σκευάζεται δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μύ- V. ἐν αὐτῇ ρον, ἐπιχωρίως ὑπ' αὐτῶν καλούμενον μετώπιον, διὰ τὴν τῆς χαλβάνης μίξιν· τὸ γὰρ ξύλον ἐξ οὗ γίνεται ἡ χαλβάνη, με-
G τώπιον καλεῖται. διὰ ἀμυγδάλων δὲ πικρῶν καὶ ἐλαίου ὀμφακίνου καὶ καρδαμώμου, σχοίνου τε καὶ καλάμου καὶ μέλιτος καὶ οἴνου καὶ σμύρνης καὶ βαλσάμου

A καρποῦ καὶ χαλβάνης καὶ ῥητίνης σκευάζεται. δόκιμον δέ ἐστι τὸ βαρύοσμον καὶ λιπαρὸν, ἐμφαῖνον μᾶλλον τῆς καρδαμώμου καὶ τῆς σμύρνης, ἤπερ τῆς χαλβάνης· σφόδρα δὲ θερμαίνει καὶ πυροῖ καὶ ἀναστομοῖ, ἐπισπᾶταί τε καὶ καθαίρει ἕλκη· πρός τε νεῦρα καὶ μύας διακοπέντα ποιεῖ, ὑδροκήλας τε σὺν *σηπτικαῖς. μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι καὶ κηρωταῖς. πρός τε ῥίγη καὶ ὀπισθοτονικῶς σπωμένοις χρησιμεύει· κινεῖ δὲ καὶ ἱδρῶτας, καὶ ἀναστομοῖ τὰ περὶ ὑστέρας, καὶ σκληρείας τὰς περὶ αὐτὴν χαλᾷ· καὶ καθόλου μαλακτικὴν ἔχει τὴν δύναμιν.

Vulg. cod. σπιναῖς. Sed cum Cornario σηπτικαῖς ex Pal. cod. legimus & subintelligimus ἐμπλάστροις.

Περὶ Μενδησίου. Κεφ. οβʹ.

Καὶ τὸ Μενδήσιον δὲ λεγόμενον, ἐκ τοῦ βαλανίνου ἐλαίου καὶ σμύρνης καὶ κασίας καὶ ῥητίνης σκευάζεται. ἔνιοι δὲ μετὰ τὸν κατασταθμισμὸν, κιννάμωμον μικρὸν προσεπεμβάλλουσιν ἀνωφελῶς· οὐκ ἐκδίδωσι γὰρ τὰ μὴ *συνεψημένα τὴν δύναμιν. ἐμφερῆ δὲ ἔχει τὴν ἐνέργειαν τῷ μετωπίῳ, ἥττονα μέντοι.

Samb. συντετριμμένα

Περὶ Στακτῆς. Κεφ. ογʹ.

Στακτὴ δὲ καλεῖται τῆς προσφάτου σμύρνης τὸ λιπαρὸν, κεκομμένης μεθ' ὕδατος ὀλίγου, *ἀποτεθλιμμένου τε δι' ὀργάνου. εὐώδης τε λίαν καὶ πολυτελής ἐστι καὶ καθ' ἑαυτὴν *οὖσα μύρον τὸ καλούμενον στακτή. δόκιμος δέ ἐστιν ἡ ἀμιγὴς ἐλαίῳ, καὶ ἐν ἐλαχίστῳ πλείστην δύναμιν κεκτημένη, οὖσα θερμαντικὴ, ἀναλογοῦσα τῇ σμύρνῃ καὶ τοῖς θερμαίνουσι τῶν μύρων.

Περὶ κινναμωμίνου. Κεφ. οδʹ.

Κινναμώμινον δὲ ἐκ τε ἐλαίου βαλανίνου καὶ στυμμάτων ξυλοβαλσάμου, *καλάμου, σχοίνου. ἡδυσμάτων δὲ κινναμώμου, βαλσάμου καρποῦ, σμύρνης τετραπλασίονος παρὰ τὸ κιννάμωμον σκευάζεται. μίγνυται δὲ καὶ μέλι εἰς τὴν φύρασιν. δόκιμον δέ ἐστι τὸ μὴ *δριμὺ, μαλακὸν δὲ τῇ ὀσμῇ, καὶ παρεμφαῖνον σμύρνης, παχύ τε καὶ *εὐῶδες, ἄγαν δὲ τῇ γεύσει πικρόν. τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐκ ἐκ ῥητίνης, ἀλλ' ἐκ σμύρνης ἔχει τὸ πάχος· ἡ γὰρ ῥητίνη

Deest in v. cod.

Parif. τὸ δριμύ. Sed negationem hic quoque addunt Marcellus Vergilius & Ruellius. Locu-na legit [illegible] V. [illegible] τῇ γεύσει πικρόν.

A semine, galbano & *resina, componitur. Probatur quod grauiter olet ac pingue est, quódque cardamomum & myrrhā potiùs quàm galbanum resipit. Vehementer autem calfacit, adurit, ora vasorum aperit, attrahit, vlceráque expurgat. Ad neruos & musculos præcisos efficax est, itémq; ad aquosos ramices B septicis emplastris adhibitum. Malagmatis etiam ac ceratis inseritur. Rigoribus quoq; ac retrorsum curuato corpore conuulsis conducit. Ciet & sudores, atque vteri vasorū oscula reserat, eiusdémque duritias laxat. Atque in vniuersum molliendi vi præditum est.

Plin. meliboticum

C De Mendesio. Cap. LXXII.

Quod Mendesium dicitur, ex balanino conflatur oleo, myrrha, cassia & resina. Nonnulli postquam alia singula certis ponderibus iniecerunt, cinnamomi exiguum insuper addunt, sed vtilitate nulla. Nec enim suas vires conferunt quæ non simul contrita fuerint. Cæterum D similem Metopio vim obtinet, attamen inferiorem.

De Stacte. Cap. LXXIII.

Stacte verò vocatur pinguitudo recentis myrrhæ cum aqua pauca contusæ & organo expressæ. Ea per quàm odorata ac pretiosa est: quippe quæ vnguentum per se faciat, E quod stacte nominatur. Probatur quæ olei nihil admixtum habet, quæque vel minima quātitate vim maximam sortita est, nimirum calfactoriam, ac myrrhę vnguentísque calfacientibus proportione respondentem.

F De Cinnamomino. Cap. LXXIIII.

Cinnamominum ex oleo cōstat balanino, & xylobalsami, calami ac schœni spissamētis: cinnamomi verò, balsami seminum & quadruplæ ad cinnamomū myrrhæ odoramentis. Quin & ad ea ipsa subigenda mel adijcitur. Probatur minime acre, G molli odore, myrrhæ quiddam referés: quippe quod crassū sit & odoratū, ac gustu perquā amaro. Tale enim nō a resina, sed myrrha crassitudinem obtinet: quin neque resina

amaritudinem, neque odoris gratiam addit. Vim habet admodú acrem, calfacientem & amaram. Proinde ora venarum calfaciendo aperit: humores quoque ac flatus discutit, diffundit & attrahit, sed caput aggrauat. Facit & ad vuluæ vitia cú oleo duplo, cera & medulla: sic enim de acrimonia sua multú amittit, emolliẽdique vim asciscit. Nam alioqui comburit, ac prę cęteris crassis vnguentis vehementissimè indurat. Ad fistulas etiá ac putredines euidéter est efficax: itémque ad aquosos ramices, carbunculos & gangręnas cum cardamomo. Quin & ad rigores circuitu redeútes, tremores ac virulentarum bestiarú morsus illinitur: scorpionum verò ictibus phalangiorúmq; morsibus cum tritis grossis imponitur.

De Nardino vnguento.
Cap. LXXV.

Nardinum vnguentum variè addito malabathri folio, aut sine eo, præparatur. Vtplurimum autem balanino oleo aut omphacino spissandi quidem gratia iuncus odoratus admiscetur: ad odoris verò gratiam conciliandá, costus, amomum, nardum, myrrha, balsamum. Laudatur tenue, minimè acre, nardi aridæ aut amomi odorem retinens.

Vis ei extenuás, acris ac detergẽs: nec non & humores rarefaciendi & excalfaciendi vi pollet. Liquidum vero est, nec habet strigmenti crassitudinem, nisi resinam recipiat. Conficitur quoque vilius ex omphacino oleo, iunco, calamo, costo atque nardo.

De Malabathrino. Cap. LXXVI.

Malabathrinum seu foliatú eadẽ habet quæ nardinum spissamenta, myrrhæ autem plusculum additur: qua de causa calfacit, crocino aut amaracino viribus respondens.

De Myrrha. Cap. LXXVII.

MYRRHA lachryma est arboris nascentis in Arabia, Ægyptiacæ spinæ similis: qua quidem incisa lachryma in substratas tegetes destillat, pars verò circa caudicem ipsum concrescit.

A οὐ προσδίδωσι πικρίαν, οὐδὲ εὐωδίαν.

Δύναμιν δὲ ἔχει σφόδρα δριμεῖαν καὶ θερμαντικὴν καὶ πικράν. ἀναστομοῖ γοῦν θερμαίνουσα καὶ διαφορεῖ, καὶ διαχεῖ καὶ ἐπισπᾶται ὑγρά, καὶ πνεύματα· ἔστι δὲ καρηβαρικόν. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ περὶ μήτραν σὺν ἐλαίῳ διπλασίονι καὶ κηρῷ καὶ μυελῷ. B οὕτω γὰρ ἀποβάλλει τὸ πολὺ τῆς δριμύτητος, καὶ γίνεται μαλακτικόν. ἄλλως γὰρ συγκαίει καὶ σκληρύνει βιαιότατα πάντων τῶν παχέων μύρων. ποιεῖ καὶ πρὸς σύριγγας καὶ *σήψεις ἐναργῶς· καὶ πρὸς ὑδροκήλας καὶ ἄνθρακας καὶ γαγγραίνας σὺν καρδαμώμῳ· πρὸς ῥίγη τὰ περιοδικὰ καὶ C πρὸς τρόμους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἰοβόλων θηρίων δακνομένους ἐν συγχρίσματι, ἐπίθεμά τε σκορπιοπλήκτοις καὶ φαλαγγιοδήκτοις *σὺν ὀλύνθοις τετριμμένοις.

Hæc vox deest in v. cod.

Al. σὺν ὀλύνθοις λείοις. Sic habent & Ruellii codex. Sed vulg. exempl. carent.

Περὶ Ναρδίνου μύρου. Κεφ. οεʹ.

Νάρδινον μύρον ποικίλως σκευάζεται D διά τε τοῦ μαλαβαθρίνου *φύλλου, καὶ δίχα τούτου. ὡς τὸ πολὺ δὲ μίγνυται τῷ βαλανίνῳ *ἐλαίῳ, ἢ ὀμφακίνῳ, πρὸς μὲν τὴν στύψιν τοῦ ἐλαίου σχοῖνος· πρὸς δὲ τὴν εὐωδίαν *κόστος, ἄμωμον, νάρδον, σμύρνα, βάλσαμον. ἔστι δὲ χρηστὴ ἡ *λεπτή, μὴ δριμεῖα, ἔχουσα τὴν εὐωδίαν τῆς ξηρᾶς νάρδου ἢ ἀμώμου. E Δύναμις δὲ αὐτῇ λεπτυντική, δριμεῖα, σμηκτική, ἀραιωτικὴ ὑγρῶν, θερμαντική. ὑγρὰ δέ ἐστι καὶ οὐ γλοιώδης, ἐὰν μὴ ῥητίνην ἔχῃ. σκευάζεται δὲ καὶ λιτὴ δι' ὀμφακίνου ἐλαίου καὶ σχοίνου καὶ καλάμου, καὶ κόστου, καὶ νάρδου.

V μίγνυ

V. μύρῳ Sed minus rectè.

In vet. codi. non legitur.

Codex Marcelli λιτὴ

Περὶ Μαλαβαθρίνου. Κεφ. οϛʹ.

F Τὸ δὲ μαλαβάθρινον, ἔχει μὲν στύμματα ἃ καὶ ἡ νάρδος, σμύρνης δὲ πλέον· διὸ καὶ γίνεται θερμαντικόν, ἀναλογοῦν τῷ κροκίνῳ καὶ ἀμαρακίνῳ τὴν δύναμιν.

*Περὶ Σμύρνης. Κεφ. οζʹ.

ΣΜΥΡΝΑ δάκρυόν ἐστι δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ, ὅμοιον τῇ *Αἰ- G γυπτιακῇ ἀκάνθῃ· οὗ ἐγκοπτομένου ἀπορρεῖ τὸ δάκρυον εἰς ὑπεστρωμένας ψιάθους· τὸ δέ, *ἐπὶ τῷ στελέχει περιπήγνυται.

Sunt qui hoc loco de Iasmelæo caput interserunt, totidé ferè verbis ex Aëtio transcriptum. In Florentino certè quidé codice insertú reperitur. Nos Aldinú codicem secuti ad notha relegauimus

V. caret.

καὶ λέγεται αὐτῆς ἡ μέν τις πεδιάσιμος λιπαρά, ἧς πιεζομένης, ἡ στακτὴ λαμβάνεται· ἡ δέ τις γαβιρέα λιπαρωτάτη, ἐν βαθυγείοις καὶ λιπαροῖς τόποις γεννωμένη, ἣ καὶ πολλὴν ἀφίησι τὴν στακτήν. πρωτεύει δὲ ἡ Τρωγλοδυτικὴ καλουμένη ἀπὸ τῆς γεννώσης αὐτὴν χώρας, ὑπόχλωρος καὶ δηκτικὴ οὖσα, διαυγής. συλλέγεται δέ τις καὶ λεπτὴ μετὰ τὴν Τρωγλοδυτικὴν ἀριθμουμένη, ἐναπαλλὰς οὖσα ὡς τὸ βδέλλιον, ὑπόβρωμος τῇ ὀσμῇ, ἐν εὐηλίοις τόποις γεννωμένη. ἡ δέ τις καυκαλὶς λεγομένη, ὑπόξηρος, μέλαινα, κατοπτός. ἡ δὲ χειρίστη ἐν ἁπάσαις ἐργασίμη καλεῖται, ψαφαρὰ καὶ ἄλιπος, δριμεῖα, κομμίζουσα τῇ ὄψει καὶ τῇ δυνάμει· καὶ ἡ ἀμιναία δὲ καλουμένη, ἀποδόκιμος. καὶ πιέσματα δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται· ἀπὸ μὲν τῶν λιπαρῶν εὐώδη καὶ λιπαρά· ἀπὸ δὲ τῶν ξηρῶν ἄλιπη καὶ οὐκ εὐώδη, ἄτονα διὰ τὸ μὴ προσειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν. δολίζεται δὲ κόμμει βραχέντι σμύρνης ἀποβρέγματι καὶ μιγνυμένῳ. ἐκλέγου δὲ τὴν νέαν, ψαθυράν, κούφην, ὁμόχρουν πανταχόθεν, καὶ τὴν εἴσω θλασθεῖσαν ἔνδοθεν λευκὰς, ὀνυχώδεις ἔχουσαν διαφύσεις, λείας, μικροβώλους τε, πικράν, εὐώδη, δριμεῖαν, θερμαντικήν· ἡ δὲ βαρεῖα καὶ τῇ χρόᾳ πισσώδης, ἐστὶν ἄχρηστος. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, [ἐφεκτικὴν ῥευμάτων, καρωτικήν, κολλητικήν, ξηραντικήν, στυπτικήν· μαλάσσει δὲ καὶ μήτρας μεμυκυίας καὶ ἀναστομοῖ. ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα συντόμως, σὺν ἀψινθίῳ ἢ θέρμων ἀποβρέγματι, ἢ πηγάνου χυλῷ προστιθεμένη. λαμβάνεται δὲ καὶ καταπότιον μέγεθος κυάμου, πρὸς βῆχα χρόνιον καὶ ὀρθόπνοιαν, καὶ πλευρᾶς πόνον καὶ θώρακος, λύσιν τε κοιλίας καὶ δυσεντερίας. λύει δὲ καὶ ῥίγη, [ἐπιπολὺ τὰ τεταρταῖα, πρὸ δύο ὡρῶν τῆς ἐπιβολῆς μετὰ πεπέρεως καὶ ὕδατος τὸ μέγεθος κυάμου ποθεῖσα, ἀρτηρίας τε τραχύτητα καὶ δασυσμοὺς φωνῆς ἀποκαθίστησιν ὑποτιθεμένη τῇ γλώττῃ καὶ ἀποχυλιζομένη. κτείνει δὲ καὶ ἕλμινθας, καὶ πρὸς δυσωδίαν στόματος διαμασᾶται· πρὸς δὲ μασχαλῶν πόνους μετὰ στυπτηρίας ὑγρᾶς διαχρίεται· σὺν οἴνῳ δὲ καὶ

Marc & Corn. [illegible]
V [illegible]
V. ὀσμῇ
Corn. μιναία
Sic Corn. at Par. ἄτονα
V. interserit ἐν
Al. ψαφαρά
Addunt Ald. & v. cod. καὶ Cornario redundat. Par. βαρεῖα
Vulg. exempl. non habent.
Forte ἀψινθίῳ
V. addit ἢ τεταρταῖα [illegible]
Vulg. exempl. carent.

A Ac myrrha quidé quædam pediasimos, quasi campestris, appellatur, pinguis, qua expressa stacte excipitur. Alia vero Gabirea læto ac pingui solo prouenięns, quæ multam quoque stactem sudat. Primas verò tenet quæ Troglodytica cognominatur a loco in quo gignitur, subuiridis ea quidem, mordax atque pel- B lucida. Colligitur etiamnum tenuis quædam, quæ à Troglodytica secunda est, bdellij modo lentescens, odore quodammodo viroso, locis nascens apricis. Alia Caucalis dicitur, exoleta, nigra & retorrida. Omnium deterrima quæ Ergasima nominatur, quippe quæ sit squalore obsita, acris ac minimè pinguis, C & aspectu viribusque gummi referat. Improbatur etia quæ Aminea nominatur. Ex ijs porro expressiones fiunt: e pinguibus quidem odoratæ ac pingues: è siccis vero, haudquaquá pingues, nec odoratæ, inualidæ: propterea quòd oleum dum conformarentur asciuerint. Adulteratur gummi macerato aqua in D qua myrrha maduerit ac permisto.

Eligito recentem, friabilé, leuem, vndiquaque concolorem, quæque confracta intercurrentes lineas intrinsecus habeat cádidas, vnguium speciem præ se ferentes ac læues, quæque insuper minutis sit glebis, amara, odorata & acris. Ponderosa autem & quæ picei coloris est, inu- E tilis censetur. Vim habet calfaciendi, fluxiones sistendi, soporem inducendi, glutinandi, siccandi & astringendi. Emollit etiam præclusam vuluam & aperit. Menses & partus celeriter extrahit, cum absinthij vel lupinorum diluto aut rutæ succo admota. Deglutitur vero F catapotij instar ad molé fabæ contra diuturná tussim, orthopnœam, lateris ac thoracis doloré, alui profluuium atque dysenteriam. Rigores quoque, maximéque quartanarios, discutit horis ante accessioné duabus, cú pipere & aqua fabæ magnitudine pota. Subdita linguæ liquatáque arteriæ asperitaté ac vo- G cis raucitatem emendat. Quin & lumbricos enecat, & ad oris graueolentiam commanducatur. Aduersus alarum tædia cum alumine liquido illinitur: cum vino vero &

fortè pellucens

oleo colluta dentes ac gingiuas stabilit. Inspersa quoque capitis vulnera glutinat. Fractis auribus nudatisque ossibus cum cochleæ carne peruncta medetur. Itémque purulentis auribus, nec non & inflammatis, cum meconio, castorio & glaucio. Ad varos autem cum cassia & melle illinitur. Impetigines ex aceto detergit: defluétes capillos cum ladano vino & myrtino oleo firmat. Diuturnas etiam defluxiones compescit, si narium pinnæ illinatur. Oculorum vlcera complet, exteritque albugines & ea quæ pupillis tenebras offundunt: quin & scabritias seu asperitudines expolit. Fit & ex ea quemadmodum è thure fuligo, veluti postea ostendimus, ad eadem efficax.

De Bœotica myrrha. Cap. LXXVIII.

Bœotica verò myrrha ex arbore quadam in Bœotia nascente stillat, incisa radice: eligito quæ myrrham odoris suauitate repræsentet. Calfaciendi, molliendi, diffundendique vi pollet. Vtiliter quoque suffimentis inseritur.

De Styrace. Cap. LXXIX.

STYRAX lachryma est arboris cuiusdam cotoneæ malo similis. Præfertur flauus ac pinguis, resinosus, albicantibus grumis, quàm diutissimè in sua odoris gratia permanens, quique dum mollitur subigitúrve melleam quandam humiditaté ex se remittit. Talis est Gabalites, itémque Pissidiacus atque Cilicius. Deterior niger, friabilis ac furfurosus. Inuenitur & lachryma gummi similis, translucida, myrrhæ æmula: verum hæc perpauca nascitur. Adulteratur porro arboris ipsius scobe, quæ vermiculorũ erosione facta fuerit, admisto melle ac iridis crassamento & quibusdam alijs. Nonnulli quoque ceram aut sebum aromatis imbutum ad Solem acerrimum vnà cum styrace subigunt, & per colum latis foraminibus peruium in aquam frigidá quasi vermiculos effingentes exprimũt & vænundant. Styracem hunc ideò Scolecitem quasi vermiculatũ cognominát: atque imperiti tanquam

A ἐλαίῳ διακλυζομένη, ὀδόντας καὶ οὖλα
κρατύνει· κολλᾷ δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ
τραύματα ἐπιπασσομένη, καὶ τὰ τεθλασμέ-
να ὦτα καὶ ἐψιλωμένα ὀστᾶ ἰᾶται σὺν κο-
χλίου σαρκὶ ἐπιχριομένη, καὶ τὰ πυορροοῦν-
τα τῶν ὤτων καὶ φλεγμαίνοντα, σὺν μηκω-
νίῳ καὶ καστορίῳ καὶ γλαυκίῳ· πρὸς δὲ ἰόν-
B θους μετὰ κασσίας καὶ μέλιτος ἐπιχρίεται,
λειχῆνάς τε ἀποσμήχει σὺν ὄξει, καὶ τρίχας
ῥεούσας μετὰ λαδάνου καὶ οἴνου καὶ μυρσινίνου
καταχριομένη ῥώννυσι· πραΰνει δὲ καὶ τοὺς
χρονίους καταρρόους διαχριομένη πτερὸν τῶν (Corn. διαχριομένη)
μυξωτήρων· πληροῖ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς
ἕλκη, καὶ καθαίρει τὰ λευκώματα καὶ τὰ ἐπι-
C σκοτοῦντα ταῖς κόραις, καὶ τραχώματα σμήχει.
γίνεται δὲ καὶ λιγνὺς ἐξ αὐτῆς ὁμοίως τῇ
ἐκ τοῦ λιβάνου, ὡς ὑποδείξομεν, ἁρμό-
ζουσα πρὸς τὰ αὐτά.

Περὶ Βοιωτικῆς σμύρνης. Κεφ. οη΄.

Ἡ δὲ Βοιωτικὴ σμύρνα, ἐστὶ δένδρου τινὸς
ἐν Βοιωτίᾳ γεννωμένου ῥίζα * τετμημένη.
D ἐκλέγου δὲ τὴν ἐμφερῆ σμύρνῃ κατὰ τὴν
εὐωδίαν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν,
μαλακτικήν, *διαλυτικήν. μίγνυται δὲ (Corn. ex Gal. διαπνευστικὴν sic & Paulus & Oribas.)
καὶ θυμιάμασι χρησίμως.

Περὶ στύρακος. Κεφ. οθ΄.

ΣΤΥΡΑΞ δάκρυόν ἐστι δένδρου τινὸς
ὁμοίου *κυδωνίᾳ. διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ξαν- (V. [illegible])
E θὸς καὶ *λιπαρός, ῥητινώδης, θρόμβους ἔχων (Al. [illegible])
ὑπολεύκους, ἐπιδιαμένων τῇ εὐωδίᾳ ὡς
ὅτι πλεῖστον, καὶ ἐν τῷ μαλάσσεσθαι ἀνιεὶς ὑ-
γρασίαν τινα μελιτώδη· τοιοῦτος δὲ ἐστιν ὁ
*Καβαλίτης καὶ Πισιδικὸς καὶ Κιλί- (V. [illegible])
κιος. φαῦλος δὲ ὁ μέλας καὶ *ψαθυρός, καὶ (Al. ψαφαρὸς & sic quoque Plinius legisse videtur.)
πιτυρώδης. εὑρίσκεται δὲ καὶ δάκρυον κόμ-
F μει ἐοικός, διαυγές, σμυρνίζον· ὀλίγον δὲ τοῦτο
γεννᾶται. δολοῦσι δὲ αὐτὸ τοῖς ἐκ τοῦ δέν-
δρου πρίσμασιν ἅπερ ὑπὸ τῶν σκωλήκων ἀ-
ναλίσκεται, μιγνυμένοις μέλιτι καὶ *ἴρεως (V. [illegible])
ὑποστάθμῃ, καὶ ἄλλοις τισίν. ἔνιοι δὲ κηρὸν ἢ
στέαρ ἀρωματίσαντες *συμμαλάσσου- (V. συμμαλάσσουσιν)
σιν ἐν τοῖς ὀξυτάτοις ἡλίοις τῷ στύρακι,
G καὶ διὰ ἠθμοῦ ἀραιοτρήτου ἐκθλίβου-
σιν εἰς ὕδωρ ψυχρόν, ποιοῦντες σκω-
λήκια, καὶ πωλοῦσι σκωληκίτην ὀνο-
μάζοντες. *ἐγκρίνουσι δὲ οἱ ἄπειροι (V. addit στύρακα)

τούτου ὡς ἀκέραιον, οὐ προσέχοντες τῇ κατὰ τὴν ὀσμὴν εὐτονίᾳ· δριμὺς γὰρ λίαν ἐστὶν ὁ ἄδολος. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, μαλακτικήν, πεπτικήν· ποιεῖ πρὸς βῆχας καὶ καταῤῥόους, κορύζας, βράγχους, ἀποκοπὴν φωνῆς· ἁρμόζει καὶ πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ μύσεις καὶ σκληρίας· ἔμμηνά τε ἄγει πινόμενος καὶ προστιθέμενος, κοιλίαν τε κούφως μαλάττει καταπινόμενος ὀλίγος μετὰ ῥητίνης τερεβινθίνης· μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι διαφορητικοῖς καὶ ἀκόποις χρησίμως. καίεται δὲ καὶ ὀπτᾶται καὶ φώγνυται καὶ αἰθαλοῦται ὡς λίβανος· ἁρμόζει τε ἡ αἰθάλη πρὸς ἃ καὶ ἡ τοῦ λιβάνου. τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ σκευαζόμενον χρῖσμα ἐν τῇ Συρίᾳ στυράκινον, θερμαίνει καὶ μαλάττει ἰσχυρῶς· κεφαλαλγὰς μέντοι καὶ βαρὺ καὶ καρωτικὸν καθίστησιν.

Περὶ Βδελλίου. Κεφ. π.

ΒΔΕΛΛΙΟΝ, οἱ δὲ μάδελκον, οἱ δὲ βολχὸν καλοῦσι· δάκρυον ἐστὶ δένδρου Σαρακηνικοῦ. δόκιμον δέ ἐστιν αὐτοῦ τὸ τῇ γεύσει πικρόν, διαυγές, ταυροκολλῶδες, λιπαρὸν διὰ βάθους καὶ εὐμάλακτον, ἀμιγὲς ξύλων καὶ ῥυπαρίας, εὐῶδες ἐν τῇ θυμιάσει, ἐοικὸς ὄνυχι. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ῥυπαρὸν καὶ μέλαν, ἁδρόβωλον, παλαθῶδες, κομιζόμενον ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. φέρεται δὲ ἀπὸ τῆς Πέτρας, ξηρόν, ῥητινῶδες, ὑποπέλιον, δεύτερον τῇ δυνάμει. δολοῦται δὲ μιγνύμενον κόμμει. τὸ δὲ τοιοῦτον οὐχ ὁμοίως πικραίνει τὴν γεῦσιν, ἔν τε τῇ ὑποθυμιάσει οὐχ οὕτως εὐῶδές ἐστι. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, μαλακτικήν, διαλυτικὴν σκληριῶν καὶ βρογχοκηλῶν, καὶ ὑδροκηλῶν, ἀνεθὲν πτυέλῳ ἀσίτου· ἀνοστομοῖ καὶ τὰς μήτρας προστιθέμενον καὶ ὑποθυμιώμενον· ἐφέλκεται δὲ καὶ τὰ ἔμβρυα καὶ πᾶσαν ὑγρασίαν· θρύπτει δὲ καὶ λίθους πινόμενον, καὶ οὖρα ἄγει. βηχικοῖς τε καὶ θηριοδήκτοις ὠφελίμως δίδοται· ἀγαθὸν δὲ καὶ πρὸς ῥήγματα, σπάσματα, καὶ πλευρᾶς πόνον καὶ διαδρομὰς πνευμάτων· μίσγεται δὲ καὶ μαλάγμασι τοῖς ἁρμόζουσι πρὸς τὰς σκληρίας καὶ δίσεις τῶν νεύρων.

V. μάδελκον
V. βολχόν
Orib. ... Addit Ald. τῇ χροιᾷ
V. ... quidam vetus codex ... habet
Al. ...
V. τῇ γεύσει
Ald. ...
V. μίγνυται
V. καὶ ...

A sincerum admittũt, non attendentes ad insignem odoris vehementiam. Est enim admodum acris qui fraudis expers est. Vim habet calfactoriam, emollientem & concoctoriam. Medetur tussi, destillationibus, grauedinibus, raucitatibus & vocis interceptioni: vuluæ quoque præclusæ duritiáque laboranti conuenit.
B Cit mẽses potu appositúque, & aluum leuiter mollit, si exiguum cum resina terebinthina deglutiatur. Vtiliter etiam malagmatis discutientibus & acopis admiscetur. Vritur autem, assatur torretúrve: atque ex eo, quemadmodũ & è thure, fuligo colligitur: quæ quidem ad eadẽ, ad quæ thuris fuligo accom-
C modatur. Styracinũ vero vnguentum quod ex eo in Syria concinnatur, calfacit ac potenter emollit: verùm capitis dolorẽ grauitatémque ac soporem conciliat.

De Bdellio. Cap. LXXX.

BDELLIVM nonnulli madelcum, alij bolchum appellant.
D Lachryma est arboris Sarracenicæ. Probatur gustu amarum, translucidum, taurino glutini simile, pingue intima parte & facilè mollescens, lignorum ac sordium expers, in suffitione vnguis odorati in modum odoratum. Est & alterum sordidum ac nigrum, grãdioribus glebis, in offas conuolutum, quod qui-
E dem ex India aduehitur. Defertur etiam à Petra oppido siccum, resinosum, subliuidum, sed facultate secundum. Adulteratur admixto gummi: verùm ita vitiatum non perinde gustui amaritudinem repræsentat, neque vsqueadeò suffitionibus odoratum est. Vim porrò obtinet calfaciendi, molliendi,
F discutiendi duritias, turgescentia guttura, & aquosas hernias, ieiuni saliua dilutum. Tum appositu, tum etiam suffitu vuluæ spiracula laxat, & partus humiditatémque omnẽ extrahit. Calculos potu cõminuit, & vrinas ducit. Tussientibus & ijs qui à virulentis bestijs demorsi fue-
G rint, vtiliter exhibetur. Valet quoq; ad rupta, conuulsa, lateris dolorẽ & vagos ac discurrentes flatus. Inseritur & malagmatis quæ ad duritias & nodos neruorum conueniunt.

Contusum verò subigitur affuso vi-
no aut aqua calida.

De Thure. Cap. LXXXI.

THvs in ea quidem Arabia gi-
gnitur, quæ thurifera cognomi-
natur. At primas tenet masculum
stagonias appellatum, naturæ spon-
te rotundum. Tale autem minimè
sectum est, candidumque visitur, &
cùm frangitur intrinsecus pingue,
cúmque adoletur, statim ardet. In-
dicum verò subfuluum est & liuido
colore, sed rotundum etiam arte &
industria factitatur. Nam in qua-
drangulares formas dissectum ficti-
libus tandiu versant atque volutát,
donec formam rotundam contra-
xerit. Verùm huiusmodi thus tem-
pore flauescit, atomúmq; aut sya-
grium appellatur. Secundú locum
tenet orobium, quódque in Amelo
nascitur. Id nonnulli copiscum no-
minant, & minus ac fuluius existit.
Est & genus quoddá cui amomitæ
cognomen, quódque cætera candi-
dum quidem est, at dum mollitur
subigitúrve, mastiches more digi-
tis cedit. Adulteratur porrò thus o-
mne pinea resina & gummi artifi-
ciosè tractatum. Sed maleficium
facilè deprehenditur. Siquidem in-
censum gummi flammam nó con-
cipit: resina in fumú vanescit, thus
verò *exardescit. Eiusmodi præter- *conflagrat
ea fraudem & odor ipse prodit.

Calfaciendi astringendiq; vi pol-
let, nec non & ea exterédi quæ pu-
pillis caliginem offundút. Caua vl-
cera implet & ad cicatricem per-
ducit. Cruéta vulnera glutinat: san-
guinis eruptionem omnem cohi-
bet, ac eam etiam ipsam quæ fit è
meningibus. Cum lacte tritum &
linamento exceptum sedis ac reli-
quarú partium maligna vlcera mi-
tigat. Myrmecia inter initia impe-
tiginésque ex aceto & pice illitum
tollit. Quin & igni ambusta vlcera
pernionésque cum adipe suillo aut
anserino sanat. Vlcera verò capitis
manantia cum nitro affrictum per-
curat. Paronychijs cum melle, &
contusis auribus cum pice mede-
tur. Ad reliquos autem aurium do-
lores cum vino dulci vtiliter infun-
ditur. Perunctum quoque cum ci-
molia & rosaceo mammis confert

A κατεργάζεται δὲ κοπτόμενον, παραχεο-
μένου οἴνου ἢ ὕδατος θερμοῦ.* Vetus his sub-dit, τὸ δὲ λιβανω-τὸν αἰγ[illegible]

Περὶ Λιβάνου. Κεφ. πα´.

ΛΙΒΑΝΟΣ γίνεται μὲν ἐν Ἀρα-
βίᾳ τῇ λιβανοφόρῳ καλουμένῃ. πρω- V. λιβανωτοφόρῳ
τεύει δὲ ὁ ἄῤῥην καλούμενος σταγονίας, στρογ-
B γύλος φυσικῶς. ἔστι δὲ ὁ τοιοῦτος ἄτομος, Orib. ἄτμητος
λευκός τε καὶ θλασθεὶς ἔνδοθεν λιπαρὸς,
ἐπιθυμιαθείς τε ταχέως ἐκκαιόμενος. ὁ
δὲ Ἰνδικὸς ὑπόκιῤῥός τέ ἐστι, καὶ πελιὸς τὴν
χρόαν. γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὸ ἐπιτήδευσιν στρογ-
γύλος· τέμνοντες γὰρ αὐτὸν εἰς τετράγωνα
σχίσματα καὶ βάλλοντες εἰς κεράμια, κυλίου-
C σιν ἕως ἂν ἀπολάβοι τὸ στρογγύλον σχῆμα·
χρόνῳ δὲ ὁ τοιοῦτος ξανθοῦται, ἄτμος ἢ Marc & Corn. ἄτομος. le-gitur & Al. [illegible]
σύαγρος καλούμενος. δευτερεύει δὲ ὁ
*Ἀραβίας καὶ ὁ ἐν Ἀμήλῳ, ὃν ἔνιοι κοπί- Marc. ὀρόβιας καὶ ὁ μαλ[illegible] Par. σμίλᾳ. V. ἀμίλῳ
σκον καλοῦσι, μικρότερος καὶ κιῤῥότερον
ὄντα. λέγεται δέ τις καὶ ἀμωμίτης, ἄλ-
λως μὲν λευκός· ἐν δὲ τῷ μαλάσσε-
D σθαι ἐνδιδοὺς ὡς μαστίχη. δολοῦται δὲ
πᾶς λίβανος τῇ πιτυΐνῃ ῥητίνῃ μεθοδευό-
μενος, καὶ κόμμι. εὐχερὴς δέ ἐστιν ἡ διά-
γνωσις. τὸ μὲν γὰρ κόμμι οὐκ ἐκφλογοῦ-
ται θυμιώμενον, ἡ δὲ ῥητίνη εἰς καπνὸν ἐκ-
τυφοῦται· ὁ δὲ λίβανος ἐξάπτεται. V. ὁ μὲν πάλιν [illegible]
δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ὀσμὴ τὸ τοιοῦτο. Δύναται
E δὲ θερμαίνειν, στύφειν, ἀποκαθαίρειν τὰ ἐπι-
σκοτοῦντα ταῖς κόραις, καὶ τὰ κοῖλα τῶν
ἑλκῶν πληροῦν καὶ ἀπουλοῦν, κολλᾶν V. καὶ ἀπουλοῦν καὶ [illegible]
τε ἔναιμα τραύματα, αἱμοῤῥαγίαν τε πᾶ-
σαν, καὶ τὴν ἐκ μηνίγγων ἐπέχειν. περι- V. ἐπέχ. περιγρά-φει δὲ καὶ τὰ
γράφει καὶ τὰ περὶ δακτύλιον καὶ τὰ λοι-
πὰ μέρη κακοήθη ἕλκη μετὰ γάλακτος λειωθεὶς, σὺν
γάλακτι. καὶ τὰς ἐν ἀρχῇ μυρμηκίας
F καὶ λειχῆνας σὺν ὄξει καὶ πίσσῃ καταχρι- Serapio legit λ-λαίῳ
όμενος αἴρει. καὶ τὰ πυρίκαυστα δὲ
ἕλκη καὶ χίμετλα ἰᾶται σὺν στέατι χοι-
ρείῳ ἢ χηνείῳ. ἀχῶρας δὲ σὺν νίτρῳ
σμώμενος ἰᾶται, παρωνυχίας τε σὺν
μέλιτι, ὦτα δὲ θλασθέντα σὺν πίσσῃ, τοὺς
G δὲ τὰ λοιπὰ ἀλγήματα τῶν ὤτων,
σὺν οἴνῳ γλυκεῖ ἐγχεόμενος, μαστούς
τε τοὺς ἀπὸ τοκετῶν φλεγμαίνοντας
σὺν κιμωλίᾳ καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενος

ὠφελεῖ· μίγνυται δὲ καὶ ταῖς περὶ ἀρτηρίας ὠφελίμως, καὶ ταῖς σπλαγχνικαῖς φαρμάκοις, αἱμοπτοϊκοῖς τε ὠφελεῖ πινόμενος· μανιώδης δὲ ἐστι πινόμενος ὑπὸ τῶν ὑγιαινόντων, πλείων δὲ μετ' οἴνου ποθεὶς καὶ κτείνει. καίεται δὲ λίβανος ἐπ' ὀστράκου καθαροῦ τεθεὶς, ὑφαπτόμενός τε χόνδρῳ ἀναφθεὶς ἀπὸ λύχνου, ἄχρις ἂν ἐκκαῇ· δεῖ δὲ μετὰ τὴν τελείαν καῦσιν πωμάζειν τινὶ, ἄχρις ἂν σβεσθῇ· οὕτω γὰρ οὐκ ἐκτεφροῦται. ἔνιοι δὲ περιτιθέασι τῷ λοπαδίῳ ἀγγεῖον χαλκοῦν, κοῖλον, κατὰ μέσον τετρημένον, πρὸς ἔκληψιν τῆς λιγνύος, ὡς ὑποδείξομεν ἐν τῷ περὶ αἰθάλης λιβάνου λόγῳ. ἄλλοι δὲ, εἰς ὠμὴν χύτραν βάλλοντες καὶ περιπλάσσοντες πηλῷ, καίουσιν ἐν καμίνῳ. φώγνυται δὲ ἐπ' ὀστράκου καινοῦ καὶ ἀνθράκων διαπύρων, ἕως ἂν μηκέτι πομφολυγίζῃ, μηδὲ λιπαρότητά τινα ἢ ἀτμίδα ἀνίῃ. θρύπτεται δὲ εὐχερῶς κατακεκαυμένος.

V. addit καὶ λίθους θρύπτων
V. ἀγωνιζόντων
V. πωμάζων
V. ἔνιοι δὲ καὶ περιτιθέασι
V. κατὰ τὸ μέσον τετρημένον εἰς ἔκληψιν
V. περιπλάσσοντες

Περὶ φλοιοῦ Λιβάνου. Κεφ. πβ'.

Φλοιὸς δὲ λιβάνου διαφέρει ὁ παχὺς καὶ λιπαρὸς καὶ εὐώδης, πρόσφατος, λεῖος καὶ μὴ λεπυρώδης ἢ ὑμενώδης. δολοῦται δὲ μιγνυμένου αὐτῷ φλοιοῦ στροβιλίνου ἢ πιτυΐνου· ἔλεγχος δὲ καὶ τούτων τὸ πῦρ· οἱ μὲν γὰρ λοιποὶ θυμιαθέντες οὐκ ἀνάπτονται, καπνιζόμενοι δὲ δίχα εὐωδίας ἐκτύφονται· ὁ μέν τοι τοῦ λιβάνου φλοιὸς ἅπτεται καὶ μετ' εὐωδίας ἐκθυμιᾶται. καίεται δὲ καὶ οὗτος ὡς λίβανος. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν καὶ ὁ λίβανος, ἐνεργέστερος ὢν καὶ στυπτικώτερος. ὅθεν ποθεὶς, αἱμοπτοϊκοῖς μᾶλλον καὶ ῥοϊκοῖς ἁρμόζει ἐν προσθέτῳ· ποιεῖ καὶ πρὸς οὐλὰς ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ κοιλώματα καὶ ῥυπαρίας. φωσθεὶς δὲ καὶ πρὸς ψωροφθαλμίας ποιεῖ.

V. cod. & Ald. addunt καὶ

Περὶ Μάννης Λιβάνου. Κεφ. πγ'.

Μάννα δὲ λιβάνου δοκιμός ἐστιν ἡ λευκὴ καὶ καθαρὰ, ἔγχονδρος. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν καὶ ὁ λιβανωτὸς, ἀνειμένως δὲ μᾶλλον. μίσγουσι δὲ ἔνιοι δολίζοντες ῥητίνην πιτυΐνην σεσησμένην καὶ γύρεως, ἢ φλοιὸν λιβανωτοῦ κεκομμένου·

A à partu inflammatis. Sic & arteriæ internorúmque viscerum medicamentis vtiliter ammiscetur, & sanguinem expuentes potu iuuat. Verùm in secũda valetudine haustum furorem inducit, & largius cum vino potum etiam interficit. Cæterùm thus in fictili mundo positum crematur grano succẽsum de lucerna accẽso, donec exuratur: B post perfectam autem vstionem operculo quodã integere oportet, vsquedum restinguatur: sic enim in cineres minimè redigitur. Nonnulli porrò ollulæ vas æneum cauum & in medio perforatum superimponunt ad fuliginem excipiendã, veluti mox, cùm de thuris fuligine fiet mentio, C demonstrabimus. Alij in ollam crudam luto oblitam immittũt, vrũntque in fornace. Torretur quoque candẽtibus carbonibus in fictili nouo, dum nõ ampliùs bullet, aut pinguitudinem vaporémve vllũ emittat. Friatur verò facilè quod perustum est.

D *De Thuris cortice. Cap. LXXXII.*

Cortex thuris pręstat crassus, pinguis, odoratus, recens, læuis ac minimè scaber aut membranaceus. Adulteratur autem admixto strobilino aut pineo cortice. Sed & horum index est ignis. Siquidem reliqui cortices incensi nequaquã conflagrant, E sed citra odoris gratiam in fumum euanescũt: thuris verò cortex ardet, & cum odoris fragrantia suffitur. Cæterùm & hic ipse thuris modo vritur. Vis autem ei eadem quæ thuri, verùm efficacior & magis astrictoria. Quare potus sanguinem expuentibus accommodatior est, itémque alui vteri ve fluxione laborãtibus noduli vice subditus. F Est & ad oculorum cicatrices, cauitatésque ac sordes efficax. Torrefactus autem scabris etiam lippitudinibus auxiliatur.

De Manna thuris. Cap. LXXXIII.

Manna thuris probatur candida, G pura & granosa. Vim habet eandem quã thus, sed aliquantò remissiorem. Sunt qui admixtis resina pini cribrata & polline, aut etiã thuris contusi cortice ipsam adulterẽt.

Sed hæc quoque maleficia ignis arguit. Neque enim incensa æquè ac pari vigore aëris modo purum vaporé, sed fuliginosum & impurú emittet. Quin & odori grato permixta graueolentia comperietur.

De Thuris fuligine. Cap. LXXXIIII.

Thuris verò fuliginem sic facito: Thuris grana forcipicula singulatim apprehensa de lucerna accendito, & in nouam fictilem ollam concauam imponito. Deinde æreo vase introrsum cauo ac in medio perforato diligétérque deterso obtegito. Tùm ex altera eius parte, aut etiam vtrinque lapillos quaternûm digitorum altitudine subijcito, quò faciliùs introspici queat, vtrum illa vrantur: & locus vt sit per quem grana alia supponas, priusquá granum primum penitus restinctum fuerit. Hoc verò facies, donec sat fuliginis collegisse videare. Assiduè tamen externas æramenti partes aqua frigida ex spongia vndique imbuito. Sic enim ipso non magnoperè calente fuligo omnis firmiùs adherescit, quæ alioqui sua leuitate delapsa thuris cineri permiscetur. Derasa itaque prima fuligine, idem opus repetito, quoties visum fuerit: ac cinerem quoque è cremato thure seorsim excipito. Cæterùm illa oculorum inflammationes leniendi vi pollet, fluxiones cohibet, vlcera expurgat, caua explet, & carcinomata compescit.

De Fuliginis confectione. Cap. LXXXV.

AD eundem modum è myrrha, resina & styrace fuligo conficitur, quam ad eadem accommodant. Ex reliquis quoque lachrymis fuliginem similiter excipito.

De Pinu. Cap. LXXXVI.

PINVS vulgo nota arbor est. Eiusdem verò generis est quæ picea dicitur: specie siquidem duntaxat hæc ab illa differt. Vtriusque cortex astrictorius est: ad intertrigines tritus & inspersus confert, itémque ad superficiaria vlcera & ambusta cú argéti spuma & manna.

A ἐλέγχει δὲ καὶ ταῦτα τὸ πῦρ. οὔτε γὰρ καὶ ἴσον καὶ ἰσοτόνως θυμιαθήσεται ἀεὶ ζοίῳ τῷ ἀτμῷ, ἀσβολῶδες δὲ καὶ οὐ καθαρῷ, ἥ τε εὐωδία μικτὴν ἔχει τὴν ἀποφοράν.

Περὶ αἰθάλης λιβανωτοῦ. Κεφ. πδ΄.

Αἰθάλην δὲ λιβανωτοῦ ποίει οὕτω· λαβιδίῳ καθ' ἕνα χόνδρον τοῦ λιβάνου ἅπτων (B) πρὸς λύχνον, ἐπιτίθει εἰς κοῖλον λοπάδιον ὀστράκινον καινόν· εἶτα περίκαλυψον χάλκωμα ἔγκοιλον, τετρημένον κατὰ μέσον καὶ ἐσμηγμένον ἐπιμελῶς, *ἐπιτίθει τε κατὰ τὸ ἕτερον αὐτοῦ μέρος ἢ ἀμφότερα, λιθάρια ὕψει τετραδακτυλιαῖα πρὸς τὸ διαφαίνειν εἰ καίεται. καὶ (C) ἵνα χώρα ᾖ ὑποτιθέναι ἑτέρους χόνδρους ἀεί, πρὸ τοῦ τὸν πρῶτον χόνδρον ἀποσβεσθῆναι παντελῶς· καὶ τοῦτο ποίει, ἕως ἂν αὐτάρκη λιγνὺν δόξῃς συνηχέναι. συνεχῶς μέντοι σπόγγῳ ἐξ ὕδατος ψυχροῦ περίμασσε τὰ ἐκτὸς μέρη τοῦ χαλκώματος· οὕτω γὰρ προσκαθίζει (D) πᾶσα λιγνύς, μὴ ἄγαν αὐτοῦ πυρουμένου· ἐπεὶ ἀποπίπτουσα διὰ τὴν κουφότητα, μίγνυται τῇ τοῦ λιβάνου σποδιᾷ. ἀποψήσας οὖν τὴν πρώτην λιγνύν, ποίει τὸ αὐτὸ ἐφ' ὅσον ἂν δοκῇ, ἀναιροῦ δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ καέντος λιβάνου σποδὸν ἰδίᾳ. Δύναμιν δὲ ἔχει πραϋντικὴν τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς φλεγ- (E) μονῶν, σταλτικὴν ῥευμάτων, ἀνακαθαρτικὴν ἑλκῶν, πληρωτικὴν κοιλωμάτων, σταλτικὴν καρκινωμάτων.

Περὶ λιγνύος σκευασίας. Κεφ. πε΄.

ΤΟΝ αὐτὸν δὲ τρόπον σκευάζεται καὶ ἐκ τῆς σμύρνης καὶ ἐκ τῆς ῥητίνης, καὶ ἐκ τοῦ στύρακος λιγνύς· ἁρμόζουσι δὲ πρὸς τὰ αὐ- (F) τά. καὶ ἐκ τῶν λοιπῶν δὲ δακρύων ὁμοίως τὴν λιγνὺν λάμβανε.

Περὶ Πίτυος. Κεφ. πς΄.

ΠΙΤΥΣ γνώριμον δένδρον· ἔστι δὲ τοῦ αὐτοῦ γένους καὶ ἡ λεγομένη πεύκη, εἴδει διαφέρουσα· ἀμφοτέρων δὲ ὁ (G) φλοιὸς στυπτικός, ἁρμόζων πρός τε παρατρίμματα λεῖος καταπλασσόμενος, καὶ πρὸς τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἑλκῶν καὶ κατακαύματα σὺν λιθαργύρῳ καὶ μάννῃ.

V addit de [illegible]
V καὶ τὸ βρωδία
V. [illegible] λύχνῳ
V ἐπὶ κοῖλον λοπάδιον ὀστράκινον [illegible]
Ald. codex in notis [illegible]
Hæc verba sic leguntur in altero manuscr. pro [illegible] ut Hermolaus legisse videtur. Goupylus.
V. ἑτέρους χόνδρους
ὁμοίως voce v. caret. Ruellius vero hæc latinè omisit.
Par. [illegible], al. [illegible]
Corn. καταπασσόμενος

ἀναληφθεὶς δὲ κηρωτῇ μυρσίνῃ, ἀπου-
λοῖ τὰ ἐπὶ τῶν τρυφεροχρώτων ἕλκη. καὶ
τὰ ἑρπυστικὰ ἐπέχει μετὰ χαλκάνθης
λεῖος, ἔμβρυά τε καὶ δεύτερα ὑπο-
θυμιαθεὶς ἐκβάλλει, κοιλίαν τε ποθεὶς
ἐφίστησι, καὶ οὖρα κινεῖ. καὶ τὰ φύλλα δὲ αὐ-
τῶν καταπλασθέντα λεῖα φλεγμονὰς
παρηγορεῖ, καὶ τραύματα ἀφλέγμαντα
διατηρεῖ· λειανθέντα δὲ καὶ ἑψηθέντα ἐν
ὄξει, ὀδονταλγίας θεραπεύει διακλυζόμε-
να θερμά· ἁρμόζει δὲ καὶ ἡπατικοῖς τῶν
φύλλων ὁλκὴ μία σὺν ὕδατι ἢ μελικρά-
τῳ ποθεῖσα. ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ καὶ ὁ τῆς
στροβίλου φλοιὸς καὶ τὰ φύλλα ποθέντα.
καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν δὲ δαδίον σχισθὲν εἰς λε-
πτὰ καὶ ἑψηθὲν σὺν ὄξει, ὀδονταλγίας
θεραπεύει, κρατουμένου τοῦ ἀφεψήματος
κατὰ τοῦ πεπονθότος ὀδόντος. καὶ σπάθη δὲ
ἐξ αὐτῶν γίνεται εἰς ἀκόπων σκευασίας
καὶ πεσσῶν ἐπιτήδειος· ἡ δὲ ἐξ αὐτῶν λι-
γνὺς καιομένων ἐκλαμβάνεται πρὸς μέ-
λανος γραφικοῦ κατασκευήν, ποιοῦσα καὶ
πρὸς καλλιβλέφαρα καὶ κανθοὺς βε-
βρωμένους, πρός τε πτίλα βλέφαρα καὶ
ὀφθαλμοὺς δακρύοντας.

Περὶ Πιτυΐδων. Κεφ. πζ.

Πιτυΐδες δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς
τῆς πίτυος [καὶ τῆς πεύκης] ὁ εὑρισκόμενος
ἐν τοῖς κώνοις. Δύναμιν δὲ ἔχουσι στυ-
πτικήν, θερμαίνουσι πως. βοηθοῦσι δὲ βη-
ξὶ καὶ τοῖς περὶ θώρακα πάθεσι, καθ' ἑ-
αυτὰς καὶ μετὰ μέλιτος λαμβανόμεναι.

Περὶ Στροβίλων. Κεφ. πη.

Στρόβιλοι δὲ καθαροὶ ἐσθιόμενοι,
ἢ μετὰ γλυκέος καὶ σικύου σπέρματος
πινόμενοι, οὐρητικοί, ἀμβλυντικοὶ τῶν περὶ
κύστιν καὶ νεφροὺς δριμυτήτων. παρηγοροῦσι
δὲ καὶ στομάχου δηγμούς, μετ' ἀνδράχνης χυ-
λοῦ λαμβανόμενοι· ἐξερείδουσί τε ἀτο-
νίαν σώματος, καὶ τὰς τῶν ὑγρῶν διαφθορὰς
ἐξαμβλύνουσιν. ὅλοι δὲ οἱ στρόβιλοι ἀπὸ
δένδρων πρόσφατοι θλασθέντες καὶ ἐν
γλυκεῖ ἑψηθέντες, ἁρμόζουσι παλαιαῖς
βηξὶ καὶ φθίσεσι, τοῦ ἐξ αὐτῶν ὑγροῦ
καθ' ἑκάστην ἡμέραν λαμβανομένου κυά-
θων τὸ πλῆθος τριῶν.

A Cerato myrteo exceptus vlcera tenella cute præditorum ad cicatricem perducit: eadem illa serpentia cum atramento sutorio tritus cohibet. Suffitu partus & secundas ejicit: potu vero aluum sistit & vrinas mouet. Quin & ipsarum folia trita & imposita inflammationes leniút, & vulnera ab inflammatione B vindicant. Ad læuorem autem trita & in aceto decocta dentium dolores demulcent, si calida colluantur. Prosunt & hepaticis folia, drachmę vnius pódere ex aqua mulsáve pota. Eadem præstant Strobili cortex foliáque epota. Quinetiam tæda ex ipsis in tenues assulas concisa & in aceto cocta dentium dolores miti- C gat, si qua parte dens dolet decoctum id ore contineatur. Ex ipsis etiam spatha fit, ad acoporum & pessorum præparationes idonea. Quin & ex ijs, dum cremantur, fuligo excipitur, ad librarij atramenti confectionem vtilis: itémque ad medicamenta honestandis palpebris dicata. Erosis quoque oculo- D rum angulis, glabris callosisque genis, & lachrymantibus oculis opitulatur.

De Pityidibus. Cap. LXXXVII.

Pityidum nomine picearum & pinorum fructus appellantur, qui in conis reperiuntur. E Vim habent astrictoriá & aliquatenus excalfacientem. Tussi pectorísque vitijs tum per se, tum etiam cum melle sumptæ auxiliantur.

De Strobilis. Cap. LXXXVIII.

Strobili si repurgati edantur, aut cum passo & cucumeris semi- F ne bibantur, vrinas cient, & humorum acrimoniam hebetant, qui vesicam & renes infestant: sedant & rosiones stomachi sumptæ cum portulacæ succo: necnon corporis infirmitatem roborant, corruptorúmque humorum labem obtundunt. Toti autem strobili ab arbo- G ribus decerpti ac recentes contusi & in passo decocti ad vetustam tussim & tabitudinem conducunt, si ex eo liquore terni quotidie cyathi assumantur.

De

V. ἐπουλοῖ

V. quidam καταπλασσόμενα

Ald. λειανθέντα

Sunt qui legant, στροβίλινος τῆς φλοιοῦ καὶ τὰ φύλλα ποθέντα καὶ ἑψηθέντα

V. caret. al. σὺν ἀφεψήματι ὄξει

Al. πεσσῶν

Hoc caput v. cod. cum præcedente iungit, vti & sequens.

Hæc verba suspicatur Math. olim alicunde in contextum perperã irrepsisse.

V. πίτυινον. al. ἐξωθεν συστέλλον, quasi extremis partibus astringat, intestinis vim calfaciendi adhibeat.

Al. φθορὰς

V. ἐξαίρουσιν ἀτονίας. Ita & Corn.

Plinius cap. 8. l. 23 διαφορὰς legisse videtur.

Par. θλασθέντες ἐν γλυκεῖ καὶ ἑψηθέντες

Par. addit καὶ

V non habet ἡμέρας, ita vt καθ' ἑκάστην hoc loco vertendũ videatur, singulis vicibus, hoc est, quotiescunque vsus fuerit. Sãb.

De Lentisco. Cap. LXXXIX.

LENTISCVS nota arbor est, partibus sui omnibus astrictoria. Etenim ipsius fructus, folium, ramorum & radicis cortex pares vires sortiuntur. Exprimitur & succus ex cortice, radice ac folijs sufficienter in aqua decoctis: quæ deinde vbi à coctione refrigerata fuerit, abiectis folijs iterum coquatur, donec mellis habeat crassitudinem. Valet is, qua pollet astringendi vi, ad sanguinis reiectiones, alui profluuia & dysenterias in potu: itémque contra sanguinis ex vtero eruptiones, atque tum ipsius vteri, tum etiam sedis procidentias. In summa denique acaciæ & hypocistidis vice ipso vti licet. Eadem quoque præstat succus è tritis folijs expressus. Quin & eorum decoctum fotu caua explet, ossáque quæ nondum conferbuerunt obducto callo solidat, ex vtero fluxiones sistit, nomas arcet, vrinas ciet, ac dentes mobiles collutione firmat atque stabilit. Virentes autem surculi arundineorum dentiscalpiorum vice dentibus affricti, eos repurgant. Fit denique & ex ipso lentisci fructu astringens oleum, ad ea quæ astrictionem desiderant accommodatum.

De Resina lentiscina. Cap. XC.

E lentisco quoque resina nascitur, lentiscina cognominata, & à nonnullis mastiche dicta. Pota sanguinis reiectioni & veteri tussi vtiliter adhibetur. Stomacho quoque est vtilis, ructúmque mouet. Additur etiam in dentifricia & faciei illitus: quippe quæ nitorem cuti conciliet. Quin & pilos oculorum fluentes glutinat & cohibet: commanducata oris halitum commendat, gingiuásque contrahit. Præstantissima porro & copiosissima in insula Chio prouenit. Præfertur pellucida, ceræ Tyrrhenicæ candore similis, crassior, arida, friabilis & odorata. Viridis autem minùs probatur. Adulteratur vero admistis thure ac resina strobilina.

vel pinea

Περὶ Σχίνου. Κεφ. πθ'.

A ΣΧΙΝΟΣ δένδρον γνώριμον, συπτικὸν ὅλον· καὶ γὰρ ὁ καρπὸς αὐτῆς καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ φλοιὸς τῶν κλάδων καὶ τῆς ῥίζης ἰσοδυναμοῦσι. γίνεται δὲ καὶ χύλισμα ἐκ τοῦ φλοιοῦ, καὶ τῆς ῥίζης καὶ τῶν φύλλων ἑψομένων σὺν ὕδατι ἐφ' ἱκανόν·
B εἶτα μετὰ τὸ ἐψηθῆναι, τῶν φύλλων ῥιπτομένων, τοῦ ὕδατος δὲ πάλιν ἑψομένου μέχρι μελιτώδους συστάσεως. ποιεῖ δὲ σύμφωνα πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς καὶ ῥύσεις κοιλίας καὶ δυσεντερίας πινόμενος, καὶ πρὸς τὰς ἐκ μήτρας αἱμορραγίας καὶ προπτώσεις ὑστέρας καὶ δακτυλίου· καὶ
C καθόλου ἀντὶ ἀκακίας καὶ ὑποκιστίδος ἔνεστιν αὐτῷ χρῆσθαι. καὶ ὁ χυλὸς δὲ τῶν φύλλων ἐκθλιβέντων τὰ αὐτὰ ποιεῖ. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καταντλούμενον, τὰ ἀσυμπλήρωτα πληροῖ, καὶ τὰ ἀπώρωτα πωροῖ ὀστέα, καὶ τὰς ἐκ μήτρας ῥεύσεις στέλλει, καὶ τῶν νομῶν ἀποτρεπτικὸν
D καὶ οὐρητικόν ἐστιν. ἵστησι δὲ καὶ σειομένους ὀδόντας διακλυζόμενον. τὰ δὲ ξυλάρια χλωρὰ αὐτῆς καλαμίδων παρατριβόμενα τοῖς ὀδοῦσι, σμήχει τούτους. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔλαιον συπτικόν, ἁρμόζον πρὸς τὰ στύψεως δεόμενα.

E

Περὶ Ῥητίνης σχινίνης. Κεφ. ϟ'.

Γεννᾶται δὲ καὶ ῥητίνη ἐξ αὐτῆς σχινίνη καλουμένη, ὑπ' ἐνίων δὲ μαστίχη. χρησιμεύουσα πρὸς αἵματος ἀναγωγάς, καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα πινομένη· ἔστι δὲ εὐστόμαχος ἐρευκτική. μίγνυται δὲ καὶ σμήγμα-
F σιν ὀδόντων. καὶ ἐπιχρίσμασι προσώπου στιλβοποιοῦσα. ἀνακολλᾷ δὲ καὶ τρίχας ἐν ὀφθαλμοῖς, στόματός τε εὐωδίας ποιεῖ διαμασωμένη, καὶ οὔλων ἐστὶ σταλτική. γεννᾶται δὲ καὶ καλλίστη καὶ πλείστη ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ. διαφέρει δὲ αὐτῆς ἡ λαμπρυνίζουσα, καὶ Τυρρηνικῷ κη-
G ρῷ ὁμοία τῇ λευκότητι, ἁδρὰ καὶ καπυρὰ καὶ εὔθρυβης καὶ εὐώδης. ἡ δὲ χλωρὰ ἧττον. δολοῦται δὲ λιβάνου καὶ ῥητίνης στροβιλίνης μισγομένων αὐτῇ.

V. hæc omittit καὶ τῆς ῥίζ.

Oribasij interpres legisse videtur φλοιοῦ τῆς ῥίζης

Marcelli codex addit καὶ ψυχθῆναι.

V. ἄχρι

Pro. αἱμορραγίας

V. quidem [illegible]

V. [illegible]

Hoc caput v. c. præcedenti iungit.

V. εὐωδίας τε καὶ [illegible]

Quidam καπυρὰ

In v. c. non legitur καὶ

V. λιβάνῳ καὶ ῥητίνῃ στροβιλίνῃ μισγομένων

Περὶ Τερμίνθου. Κεφ. ςα'.

Τέρμινθος γνώριμον δένδρον, ἧς τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς καὶ ὁ φλοιὸς στυπτικὰ ὄντα ἁρμόζει πρὸς ἃ καὶ ἡ σχῖνος, σκευαζόμενα ὁμοίως καὶ λαμβανόμενα. ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς ἐστὶν ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, οὐρητικός, θερμαντικός· ἔστι δὲ ἄριστος πρὸς ἀφροδίσια. σὺν οἴνῳ δὲ ποθεὶς, πρὸς φαλαγγίων δήγματα ἁρμόζει. ἡ δὲ ἐξ αὐτῆς ῥητίνη κομίζεται μὲν ἐξ Ἀραβίας τῆς ἐν Πέτρᾳ. γεννᾶται δὲ καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ καὶ Συρίᾳ καὶ ἐν Κύπρῳ καὶ ἐν Λιβύῃ καὶ ἐν ταῖς Κυκλάσι νήσοις· ἡ δὴ καὶ διαφέρει διαυγεστέρα οὖσα, λευκή, ὑαλίζουσα τῷ χρώματι καὶ κυανίζουσα, εὐώδης, τερμίνθου πνέουσα. προάγει δὲ πασῶν τῶν ῥητινῶν ἡ τερμινθίνη καὶ μετὰ ταύτην ἡ σχινίνη, εἶτα ἡ πιτυΐνη καὶ ἡ ἐλατίνη· μεθ' ἃς ἀριθμοῦνται ἥ τε πευκίνη καὶ ἡ στροβιλίνη. ἔστι δὲ πᾶσα ῥητίνη μαλακτική, θερμαντική, διαφορητική, ἀνακαθαρτική, βηξὶν ἁρμόζουσα καὶ φθισικοῖς, ἐν ἐκλείκτοις καθ' ἑαυτὴν ἢ μετὰ μέλιτος, ἀνακαθαίρουσα καὶ τὰ ἐκ θώρακος. ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὴ καὶ πεπτικὴ, κοιλίας τε μαλάσσει, ἔν τε ἀνακολλήσει τριχῶν ἁρμόζει τῶν ἐν βλεφάροις, καὶ πρὸς λέπρας σὺν ἰῷ χαλκοῦ καὶ χαλκάνθῳ καὶ νίτρῳ, πρός τε τὰ ἰχωρορροοῦντα ὦτα σὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ, καὶ πρὸς κνησμὸν αἰδοίων. μίγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις, καὶ μαλάγμασι καὶ ἀκόποις. καὶ πλευρᾶς ἀλγήμασι βοηθεῖ καθ' ἑαυτὴν ἐπιχρισθεῖσα ἢ ἐπιτεθεμένη.

In altero manu scripto codice est hic capitis finis.
Ma[...] in plerisque [...]
V. ὑαλίζουσα [...]
Ἀ[...]
V. [...]
V. [...]
V. πλευρᾶς
Vulg. exempl. καὶ

Περὶ Ῥητινῶν ἄλλων. Κεφ. ςβ'.

Γίνεται δὲ ῥητίνη ὑγρὰ πιτυΐνη καὶ πευκίνη, κομιζόμεναι ἀπὸ Γαλλίας καὶ Τυρρηνίας. καὶ ἀπὸ Κολοφῶνος δὲ πάλαι ποτὲ ἐκομίζετο, ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχε Κολοφωνία κληθεῖσα. καὶ ἀπὸ Γαλατίας τῆς πρὸς ταῖς Ἄλπεσιν, ἣν ἐπιχωρίως οἱ τῆσδε ἔποικοι λάρικα ὀνομάζουσιν. ἐξόχως ποιοῦσα πρὸς τὰς χρονίους βῆχας ἐν ἐκλείκτῳ καὶ καθ' ἑαυτήν. διάφοροι δέ εἰσι τῷ χρώματι καὶ αὐταί· ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι λευκή, ἡ δὲ ἐλαιώδης, ἡ δὲ μέλιτι ἔοικεν, ὥσπερ ἡ λάριξ. γίνεται δὲ καὶ κυπαρισσίνη ῥητίνη ὑγρά.

Vulg. nō habēt δὲ
Ald. λάρικα
V. add. καὶ
In altero veterū codicum hoc est capitis initium.

De Terebintho. Cap. XCI.

A Terebinthus cognita arbor est: cuius folia, fructus & cortex qua pollent astringendi vi ad eadem ad quæ etiam lentiscus conueniunt, simili parata modo sumptáque. Eius fructus esculentus est, at stomacho noxius: vrinam vero ciet & excalfacit. B Est & ad excitandam venerem aptissimus: ex vino vero potus contra phalangiorũ morsus prodest. Resina eius ex Arabia Petræa conuehitur. Prouenit tamen etiam in Iudæa, Syria, Cypro, Africa & Cycladibus insulis. Præfertur autem magis perlucida, candida, vitreo colore & in cæru- C leum vergente, odorata ac terebinthum olens. Resinas porro omnes antecedit terebinthina: proxima huic lẽtiscina: deinde pinea & abiegna. Post has numerantur ea quã ferunt piceæ & strobilina. Vis autẽ resinæ cuiuis molliendi, calfaciendi, discutiendi dissipandive & expurgandi. Tussi ac tabi conueniunt D in eclegmate per se aut ex melle, quæque ex pectore educi oportet expurgant. Vrinam quoque mouẽt, cruda concoquunt & ventrem emolliunt: ad agglutinandos palpebrarũ pilos conferunt: itémque ad lepras cũ ęrugine, sutorio atramento ac nitro. Ad aures denique sanie E manantes cum melle & oleo, necnõ ad genitalium pruritum sunt vtiles. Emplastris quoque, malagmatis & acopis admiscentur: quin & per se illitæ aut impositæ laterum doloribus auxilio sunt.

De Resinis alijs. Cap. XCII.

F Manat & resina liquida tum è pinu, tum & è picea. Hæ ex Gallia & Hetruria conuehuntur. Quin & olim è Colophone asportabatur, quæ inde Colophoniæ cognomen sibi vendicauit. Itémque ex Gallia subalpina, quam incolæ nomine vernaculo laricem appellant. Ea in linctu & per se ad veterem tussim præclare facit. Ipsæ quoque in- G ter se colore differunt: siquidem candida quædam est, alia oleosa, alia denique mellis similitudinem habet, vti larigna. Prouenit & è cupresso resina liquida, quę quidem

ad eadem omnia est efficax. Ex siccis autem resinis alia est strobilina, alia abiegna, alia quam fundit picea, alia denique pinea. Eligito omnium maxime odoratam, perlucidam, non valde aridam neque humentem, sed cerę similem atque friabilem. In eo genere præstant pinea & abiegna: odoratæ enim sunt atque thus odore imitantur. Præstantiores ex Pityusa insula, quę secundum Hispaniam sita est, deferuntur. Quæ vero ex picea, strobilo & cupresso manarunt, inferiores sunt, neque tantis atque illæ viribus pollent. Veruntamen eorundem gratia, quorum & illæ, vsurpari solent. Lentiscina vero terebinthinę proportione respondet.

De Vrendæ resinæ modo, eiusdémque fuligine. Cap. XCIII.

Vritur resina omnis liquida in vase quadruplę capacitatis ad liquoris infundēdi quātitatē. Congiū enim resinæ, duos autē aquæ pluuiæ congios in ahenū immitti oportet, & ad prunas lēto igne coqui assiduè mouendo, dum odor penitus aboleatur, friabilis & arida reddatur, ac digitis minimè cedat. Tandem vbi refrixit, in fictile vas acomitum, (vel derasa) hoc est, minimè picatum, reconditur: fitque hoc modo candoris eximij. Attamen resinam omnem eliquatam priùs excolari oportet, quo sordidi quicquid est secernatur. Vruntur quoque sine aqua super carbonibus leuiter primum: deinde vbi spissari cœperint, vehementiùs: sicque multis subiectis carbonibus ad dies tres totidémque noctes citra intermissionē discoqui oportet, vsque dū prius memoratas notas sibi asciuerint. Mox, vti dictum est, reponito. Attamen siccas tota die decoxisse suffecerit, atque ita reponere. Vstæ porro magnoperè cōducunt ad odorata malagmata & acopa, necnon & ad vnguenta colorāda. E resina quoque, perinde atque de thure dictum est, fuligo excipitur: quę ad honestādis palpebris dicata medicamenta, ad circūrosos oculorū angulos, humore superfluo madentes palpebras, & lachrymātes oculos prosunt. Ex hac eadē fit etiā atramētū, quo scribim*.

A ἢ λιπαροῖς παρὰ τὰ αὐτά. τῶν μέντοι ξηρῶν, ἡ μέν ἐστι στροβιλίνη καὶ ἐλατίνη, ἡ δὲ πευκίνη, ἡ δὲ πιτυίνη. ἐκλέγου δὲ πασῶν τὴν εὐωδεστάτην καὶ διαυγῆ, καὶ μήτε κατάξηρον μήτε κάθυγρον, κηρώδη δὲ καὶ εὔθρυπτον. διαφέρει δὲ αὐτῶν ἡ πιτυίνη καὶ ἐλατίνη· εὐώδεις γάρ εἰσι καὶ λιβανίζου- (V. ἡ μέν τοι ξηρά, ποτὲ δὲ ἐλατίνη) (V. διάφοροι)
B σαι. κομίζονται δὲ διάφοροι ἐκ Πιτυούσης τῆς νήσου, ἥτις κεῖται κατὰ τὴν Ἱσπανίαν. ἡ δὲ πευκίνη καὶ στροβιλίνη, καὶ κυπαρισσίνη, ἐνδεέστεραί εἰσι, καὶ οὐχ ὁμοίως κέχρηνται ταῖς δυνάμεσιν ὡς ἐκεῖναι. παραλαμβάνονται δὲ πρὸς ὅσα καὶ ἐκεῖναι· ἡ μέντοι σχινίνη, ἀνάλογος τῇ τερμινθίνῃ. (Hæ voces ὡς ἐκεῖναι desunt in v. cod.)

C

*Περὶ λιγνύος ῥητίνης. Κεφ. ϙγ'.

Καίεται δὲ πᾶσα ῥητίνη ὑγρὰ ἐν τετραπλασίονι ἀγγείῳ κατὰ τὸ τοῦ ἐγχεομένου ὑγροῦ πλῆθος. δεῖ γὰρ χοῦν μὲν τῆς ῥητίνης, δύο δὲ χόας ὀμβρίου ὕδατος βαλόντας εἰς ἀγγεῖον, ἕψειν ἐπ' ἀνθράκων πράως, (In altero Goupyli codicē hoc caput cum superiore coniunctū est.) (V. inserit ὑγρὸν) (V. τοῦ ἐγχεομένου ὕδατος μέτρον.) (Marc. μαλακῶς, sic & Oribas.) (Al. πυρῶν)
D διηνεκῶς κινοῦντας ἄχρις οὗ ἄοσμος γένηται καὶ εὔθρυπτος καὶ κραυρά, καὶ ὡς τοῖς *δακτύλοις εἴκειν. λοιπὸν δεῖ ψύξαντας εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον ἀκόνιτον, (τουτέστιν ἀπίσσωτον,) ἀποτίθεσθαι· γίνε[ται] δὲ ἐξόχως λευκή. δεῖ μέντοι προδιυλίζειν πᾶσαν ῥητίνην τήκοντας, ἵνα χωρισθῇ τὰ ῥυπώδη (V. non habet καὶ κραυρά) (Al. τοῖς. V. λοιπὸν δὲ ψύξαντας) (Goupylus hæc verba non reperit in manuscriptis codicibus.)
E αὐτῆς. καίονται δὲ καὶ δίχα ὕδατος ἐπ' ἀνθράκων κούφως τὸ πρῶτον, ὅταν δὲ μέλλωσι συστρέφειν, ἀθρόως· καὶ πολλοὺς ὑποθετέον τοὺς ἄνθρακας, καὶ ἑψητέον ἀδιαλείπτως ἐφ' ἡμέρας καὶ νύκτας τρεῖς, ἄχρις οὗ τὸ προειρημένον ἰδίωμα *ἀπολάβωσιν· ἀποτίθεσο δὲ ὡς εἴρηται. τὰς μέντοι ξηρὰς ἀρκέσει δι' ὅλης ἡμέρας ἑψή- (Legitur etiam συστρέφεσθαι, ita Ruellius legisse videtur.) (V. ἀθρόως)
F σαντας ἀποτίθεσθαι. ἁρμόζουσι δὲ καὶ αἱ κεκαυμέναι, εἴς τε τὰ εὐώδη τῶν μαλαγμάτων καὶ ἄκοπα, καὶ εἰς χρωματισμοὺς μύρων. ἐκλαμβάνεται δὲ καὶ λιγνὺς ῥητίνης, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ λιβάνου· ἥτις χρησιμεύει πρός τε καλλιβλέφαρα, καὶ (In v. c. non habetur καὶ)
G περιβεβρωμένους κανθοὺς καὶ μυδῶντα βλέφαρα, καὶ δακρύοντας ὀφθαλμούς. γίνεται δὲ ἐξ αὐτῆς καὶ μέλαν ᾧ γράφομεν. (V. καλλιβλέφαρα καὶ δακρύοντας ... interiecta sunt.)

Περὶ Πίσσης ὑγρᾶς. Κεφ. ϟδ'. A

Πίσσα ἡ μὲν ὑγρά, ἣν ἔνιοι κῶνον καλοῦσι, συνάγεται μὲν ἐκ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων πεύκης καὶ πίτυος. ἔστι δὲ καλὴ ἡ στίλβουσα καὶ λεία καὶ καθαρά. ποιεῖ δὲ πρὸς θανάσιμα φάρμακα, φθισικούς, ἐμπυϊκούς, βῆχας, ἄσθματα, δυσαναγώγως τὰ ἐν θώρακι ὑγρά, ἐκλειχομένη κυάθου πλῆθος μετὰ μέλιτος. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν παρισθμίων καὶ σταφυλῆς φλεγμονὰς καὶ συνάγχας διαχριομένη· καὶ πρὸς τὰ πυορροοῦντα ὦτα σὺν ῥοδίνῳ, καὶ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα σὺν ἁλσὶ λείοις καταπλασσομένη. κηρῷ δὲ ἴσῳ μιγεῖσα, λεπροὺς ὄνυχας ἀφίστησι, φύματά τε ὑστέρας καὶ σκληρίας δακτυλίου διαφορεῖ· σὺν κριθίνῳ δὲ ἑψηθεῖσα ἀλεύρῳ καὶ παιδὸς οὔρῳ, χοιράδας περιρρήσσει· μετὰ δὲ θείου ἢ πίτυος φλοιοῦ ἢ πιτύρων, ἕρπητας ἐπέχει καταχριομένη· μάννῃ δὲ καὶ κηρωτῇ μιγεῖσα, τὰς ὑποφορὰς προσκολλᾷ, πρός τε τὰς ἐν ποσὶ καὶ δακτυλίῳ ῥαγάδας ἁρμόζει καταχριομένη, πληροῖ τε τὰ ἕλκη, καὶ ἀποκαθαίρει σὺν μέλιτι· σὺν σταφίδι δὲ καὶ μέλιτι, ἄνθρακας καὶ σηπεδόνας περιχαράσσει· μίγνυται δὲ καὶ σηπτικαῖς χρησίμως.

Gal. & Aetius addunt, καὶ λειχῆνας ἀπάγει, ideoque voces [illegible] verunt Serapio, Marcellus & Ruellius, impetiginesque emendat. Marcellus transposita castitus [illegible], legendumque, [illegible]. V. πο.

V. σταφίδι.

Περὶ Πισσελαίου. Κεφ. ϟε'.

Γίνεται δὲ καὶ πισσέλαιον ἐκ τῆς πίσσης, χωριζομένου τοῦ ὑδατώδους αὐτῆς. ἐφίσταται δὲ τοῦτο καθάπερ ὀρρὸς γάλακτι, καὶ ἐκλαμβάνεται δὲ ἐν τῇ ἑψήσει τῆς πίσσης, ὑπεραιωρουμένου ἐρίου καθαροῦ, ὅπερ ὅταν ἐκ τοῦ ἀναφερομένου ἀτμοῦ γένηται διάβροχον, ἐκθλίβεται εἰς ἀγγεῖον. καὶ τοῦτο γίνεται ἐφ' ὅσον ἂν χρόνον ἡ πίσσα ἕψηται. ποιεῖ δὲ πρὸς ὅσα καὶ ἡ ὑγρὰ πίσσα. δασύνει δὲ καὶ ἀλωπεκίας καταπλασσόμενον μετὰ κριθίνου ἀλεύρου· θεραπεύει δὲ τοῦτο καὶ ἡ ὑγρὰ πίσσα, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν κτηνῶν ἕλκη καὶ ψώρας ἐπιχριομένη.

In v. cod. deest γάλακτι.

V. κατακεχρισθέν.

V. καταχριομένη.

Περὶ Λιγνύος τῆς ἐξ ὑγρᾶς πίσσης. Κεφ. ϟϛ'.

Γίνεται δὲ καὶ λιγνὺς τῆς ὑγρᾶς πίσσης οὕτως· εἰς λύχνον καινὸν

V. add. [illegible]

De Pice liquida. Cap. XCIIII.

PIx liquida, quam nonnulli conum appellant, è pinguissimis piceæ pinique lignis colligitur. Probatur splendida, læuis ac sincera. Facit autem ad lethalia medicamẽta, phthisicos, purulenta excreantes, tusses, anhelationes & humores intra pectus contẽtos ęgrè excreabiles, si cyathi mensura cum melle delingatur. Peruncta valet ad tonsillarum ac vuæ inflammationes & anginas, itémque ad aures purulentas cum rosaceo, necnon & ad serpentium morsus cum trito sale adhibita. Pari verò ceræ admista, scabros vngues detrahit: vuluæ tubercula sedísque duritias discutit. Cum farina hordeacea vrináque pueri decocta strumas circumquaque rumpit. Cum sulphure, pineo cortice aut furfuribus illita, quę serpunt vlcera cohibet. Mannæ thuris ac cerato permista, sinuosa vlcera agglutinat: pedum sedísque rhagadibus commodè illinitur: vlcera replet, & cum melle repurgat. Quin & cum vua passa & melle carbunculos putrescentiáque vlcera emarginat. Septicis quoque seu erodentibus emplastris vtiliter immiscetur.

De picino Oleo. Cap. XCV.

E Pice fit picinum oleum, separato quod in ea aquosum est, quodq; eidem veluti serum lacti supernatat. Excipitur porrò interea dum pix coquitur, expansis supra eam mundis velleribus: quæ postquam halitu ex ea sublato permaduerint, in vas aliquod exprimuntur. Iteratur illud, tantisper dum pix ea coquitur. Ad eadem ad quæ pix liquida est efficax. Cum hordeacea etiánum farina alopecijs adhibitum, capillos restituit. Idipsum quoque præstat pix liquida, quæ prætereà iumentorum vlcera scabiémque illita emendat.

De Picis liquidæ Fuligine. Cap. XCVI.

Fit & è liquida pice fuligo hunc in modum. In lucernam nouam

ellychnio instructam picis nonnihil indito: illud accendito, ac fictili vase nouo in clibani speciem conformato, supernè quidem rotundo & angusto, infernè verò, vti clibani solent esse, perforato lucernam operito & ardere sinito: consumptóque priore liquore nouum infundito, donec sat fuliginis collegeris, atque tum vtitor. Vim habet acrem & astrictoriam. Ea verò vtendum ad pigmenta quibus palpebræ honestantur, & ad circumlitiones. Itẽ vbi superfluo humore madentibus atque adeo glabris genis pilos restitui oportet. Denique ad imbecilles, lacrymosos ampliúsque exulceratos oculos est vtilis.

De Pice spissa siue arida. Cap. XCVII.

Pix sicca è liquida decocta fit. A nonnullis ea palimpissa, quasi pix iterum cocta nominatur. In hoc genere quędam est visci modo lentescens, boscas cognominata: altera sicca. Probatur pura, pinguis, odorata & subrutila ac resinosa. Talis Lycia & Brutia, quę quidem vtranque picis simul & resinæ naturam sortiuntur. Calfactoriam vim habet, mollit, pus mouet, tubercula panósque discutit, vlcera replet, ac vtiliter vulnerarijs medicamentis permiscetur.

De Zopissa. Cap. XCVIII.

Zopissam sunt qui nominent nauibus derasam cũ cera resinã, quam nonnulli apochyma appellant. Ea dissipandi vim habet, quoniã aqua marina macerata fit. Alij pineã resinam eo nomine vocauerunt.

De Bitumine. Cap. XCIX.

BITVMEN Iudaicũ cæteris præstat. Probatur purpuræ modo splendens, odoris intensi ac ponderosum. Nigrum autem ac sordidum damnatur: admixta siquidem pice adulteratur. Nascitur in Phœnice, Sidone, Babylone & Zacyntho. Gignitur & in Agrigentino Siciliæ agro liquidum fontibus supernatãs,

A ἐλλυχνιασμένον δεῖ τι τῆς πίσσης, ἅψον καὶ πωμάσας τὸ λύχνον καινῷ ἀγγείῳ κεραμίῳ κλιβανοειδεῖ, ἄνωθεν μὲν περιφερεῖ καὶ στενῷ, κάτωθεν δὲ τρῆμα ἔχοντι καθάπερ οἱ κλίβανοι, ἔα καίεσθαι. ὅταν δὲ ἀναλωθῇ τὸ πρότερον ὑγρὸν, ἄλλο ἐπίχεε, ἕως ἂν αἰθάλωσις λιγνύος αὐτάρκης, καὶ B χρῶ. Δύναμιν δὲ ἔχει δριμεῖαν καὶ στυπτικήν. χρηστὴ δὲ αὕτη εἰς τὰ καλλιβλέφαρα καὶ περιχρίσματα, καὶ ὅπου μαδήσαντα βλέφαρα τριχοφυῆσαι δεῖ. καὶ πρὸς ἀσθενέστερα καὶ δακρυορροοῦντα, ἔτι δὲ εἰς ἑλκώδη ὄμματα χρήσιμος. V. [illegible]

C

Περὶ ξηρᾶς Πίσσης. Κεφ. ϛζ'.

Ἡ δὲ ξηρὰ πίσσα ἑψομένης τῆς ὑγρᾶς γίνεται. καλεῖται δὲ αὕτη ὑπ' ἐνίων παλίμπισσα. γίνεται δὲ αὐτῆς, ἡ μέν τις ἰξώδης, βοσκὰς καλουμένη· ἡ δὲ, ξηρά. ἔστι δὲ καλὴ ἡ καθαρὰ, καὶ λιπαρὰ, εὐώδης τε καὶ ὑπόκιρρος καὶ ῥητινώδης. D τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ Λυκιακὴ καὶ Βρυτία δύο φύσεων ἐχόμεναι, πίσσης ἅμα καὶ ῥητίνης. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, πυοποιὸν, διαφορητικὴν φυμάτων καὶ φυγέθλων, καὶ πληρωτικὴν ἑλκῶν· μίγνυται δὲ καὶ τραυματικοῖς χρησίμως.

Orib. legit ἰξώδης.

Non habentur hæc in veteribus, vsque ad δύναμιν. Cornarius λιβυκὴ legendum ex eo colligit, quòd Paulo lib. 4. cap. 3. pix Africana probetur.

V. [illegible]

E

Περὶ Ζωπίσσης. Κεφ. ϛη'.

Ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν, εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ, καλουμένην ὑπ' ἐνίων ἀπόχυμα, οὖσαν διαφορητικὴν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι· οἱ δὲ, τὴν πιτυΐνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν. V. [illegible]

F

Περὶ Ἀσφάλτου. Κεφ. ϛθ'.

ΑΣΦΑΛΤΟΣ διαφέρει ἡ Ἰουδαϊκὴ τῆς λοιπῆς· ἔστι δὲ καλὴ ἡ πορφυροειδῶς στίλβουσα, εὔτονος τῇ ὀσμῇ καὶ βαρεῖα· ἡ δὲ μέλαινα καὶ ῥυπώδης, φαύλη. δολοῦται γὰρ πίσσης μιγνυμένης. γεννᾶται καὶ ἐν Φοι- G νίκῃ, καὶ ἐν Σιδῶνι, καὶ ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐν Ζακύνθῳ. γίνεται δὲ καὶ ὑγρὰ κατὰ τὴν Ἀκραγαντίνων χώραν τῆς Σικελίας ὑγρὸν ἐπινηχόμενον ταῖς κρήναις,

V. πορφυροειδὴς

V. δὲ

ᾧ χρῶνται εἰς τοὺς λύχνους ἀντὶ ἐλαίου, καλοῦντες αὐτὸ Σικελὸν ἔλαιον, πλανώμενοι· ἔστι γὰρ ἀσφάλτου ὑγρᾶς εἶδος.

A quo ad lucernarum lumina olei vice vtuntur, quódque Siculum oleũ falsò appellant: nanque liquidi bituminis genus esse constat.

Περὶ Πισσασφάλτου. Κεφ. ρ.

De Pissasphalto. Cap. C.

Vulg. exempl. Ἐπιδαύρῳ

V. ἀντὶ τοῦ

Γίνεται δέ τις καὶ πισσάσφαλτος γεννωμένη ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ πρὸς Ἐπιδάμνῳ, ἥτις ἐκ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν συγκαταφέρεται B τῇ τοῦ ποταμοῦ ῥύμῃ, καὶ ἐκβράζεται κατὰ τὰς ἠιόνας, βωλοειδὴς συμπεπηγυῖα, ὄζουσα πίσσης μεμιγμένης ἀσφάλτῳ.

Gignitur in Apollonia Epidamno vicina quę Pissasphaltos appellatur. Ea è montibus Ceraunijs B æstuantis fluminis impetu deuoluitur, & in littus expuitur. illic in- (conglobatur) glebas coacta mistam bitumini picem redolet.

Περὶ Νάφθας. Κεφ. ρα΄.

De Naphtha. Cap. CI.

V. cod. tres hæc vsque ad Δυνάμει alterum non agnoscunt.

Vulg. exempl. ποιοῦσαν

V. ἀσθματικοῖς

V. μετὰ σπόδου διὰ μήλης. Vulg. exempl. θερμανθεῖσα δὲ ἀρήγει καί

Hæc pertinét ad finem capitis de Pissasphalto. V. ἡ δὲ πίσσα καὶ ἄσφαλτος atque ita capita clauditur

V. ψύχει καὶ στύφει

Καλεῖται δέ τις καὶ νάφθα, ὅπερ ἐστὶ τῆς Βαβυλωνίου ἀσφάλτου περιήθημα, C τῷ χρώματι λευκόν· εὑρίσκεται δὲ καὶ μέλαν. Δύναμιν ἔχει ἁρπακτικὴν τοῦ πυρός, ὥστε καὶ ἐκ διαστήματος ἁρπάζειν αὐτό. ὅπερ πρὸς ὑποχύσεις χρησιμεύει καὶ λευκώματα. Δύναμιν δ' ἔχει πᾶσα ἄσφαλτος ἀφλέγμαντον, κολλητικήν, διαφορητικήν, μαλακτικήν, ποιοῦσα D πρὸς πνίγας ὑστερικὰς καὶ περιπτώσεις, περιχριομένη ἢ ὀσφραινομένη ἢ ὑποθυμιωμένη. ἐλέγχει δὲ καὶ ἐπιληπτικοὺς ὑποθυμιαθεῖσα, καθάπερ ἢ ὁ Γαγάτης λίθος. πινομένη δὲ μετ' οἴνου ἢ καστορίου ἔμμηνα κινεῖ, καὶ βηξὶ χρονίαις καὶ ἀσθματικοῖς καὶ δυσπνοίαις βοηθεῖ, καὶ ἑρ- E πετῶν δήγμασι, ἢ ἰσχίων πόνοις καὶ πλευρᾶς. δίδοται δὲ καὶ κοιλιακοῖς καταπότιον, καὶ θρόμβους αἵματος διαλύει σὺν ὄξει ποθεῖσα· ἐγκλύζεται ἢ ἐπὶ δυσεντερικῶν σὺν πτισάνῃ τακεῖσα, καὶ κατάρροις ὑποθυμιωμένη θεραπεύει, ἢ ὀδόντων ἀλγήματα περιπλασθεῖσα πραΰνει· F κολλᾷ δὲ καὶ τρίχας ἡ ξηρὰ διὰ μηλωτίδος θερμανθεῖσα. ἀρήγει δὲ καὶ ποδαγρικοῖς, καὶ ἀρθριτικοῖς καὶ ληθαργικοῖς σὺν ὠμηλύσει καὶ κηρῷ καὶ νίτρῳ καταπλασθεῖσα. ἡ δὲ πισσάσφαλτος δύναται ὅσα πίσσα καὶ ἄσφαλτος μιχθέντα.

Naphtha quoque vocatur bituminis Babylonij colamẽ colore cã- C didum: inuenitur etiam nigrum. Vim obtinet ignis rapacem, adeò vt etiam è longinquo illum concipiat. Ad suffusiones oculorum & albugines est efficax. Porrò bitumen omne vim habet inflammationes arcendi, glutinandi, discutiendi atque etiã molliendi, ad vuluæ stran- D gulationes & procidẽtias efficacẽ, seu appositum, seu olfactum, seu etiam suffumigatum. Quin & comitiali morbo laborantes, veluti gagates lapis, suffitu prodit. Cum vino & castorio potum menses elicit. Tussi veteri, anhelationi spirandíque difficultati auxilio est: serpentiũ quoque morsibus, atque coxendicum E laterisque doloribus medetur. Cœliacis etiam catapotij instar deglutiendum exhibetur: & grumos sanguinis soluit cum aceto potum. Dysentericis itidem cũ ptissana liquatum infunditur, distillationibus suffitione medetur, dentium dolores circumlitũ mitigat. Cæterùm quod F siccum est, specillo impositum calfactúmque pilos agglutinat. Cum hordeacea autem farina, cera ac nitro adhibitum podagricos, arthriticos atque lethargicos iuuat. At verò pissasphaltos eadem quæ pix & bitumen, si ambo hæc fuerint permixta, potest.

Περὶ Κυπαρίσσου. Κεφ. ρβ΄.

G De Cupresso. Cap. CII.

ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΣ στύφει, ψύχει· τὰ φύλλα ποθέντα μετὰ γλυκέος καὶ σμύρνης ὀλίγης, κύστει ῥευματιζομένῃ

Cupressus astringit & refrigerat. Eius folia ex passo & myrrha pauca epota vesicæ fluxione

tentatæ ac vrinæ difficultatibus auxiliantur. Pilulæ autem contusæ & ex vino bibitæ ad sanguinis reiectionem, dysenteriā, alui fluxionē, orthopnœam atque tussim conueniunt. Quin & earum decoctum idem pręstat. Cum fico tusæ duritias etiam emolliunt, nariúmque polypis medentur. Ex aceto etiamnum decoctæ & cū lupinis tritæ scabros vngues detrahunt: ramices quoque intestinorum adhibitæ reprimunt. Folia iisdem pollent viribus. Sed & pilulæ cum arboris coma suffitæ culices fugare existimantur. Folia verò trita & imposita vulnera glutinant, sanguinémque supprimunt: cum aceto etiam trita capillos tingunt. Porrò tum per se, tum etiam cum polenta illinuntur ad erysipelata, herpetas, carbunculos & oculorum inflammationes. Cerato verò mista & admota ventriculum roborant.

ramices

De Iunipero. Cap. CIII.

IVNIPERVS quędam maior est, minor altera. Vtraque acris est, extenuat, vrinas ciet, excalfacit, accensáque serpentes fugat. Vnius fructus nucis Ponticę magnitudine reperitur: alterius verò fabā æquat, at rotundus est, odoratus, dulcis in mandendo ac subamarus, arceuthis, id est, iuniperi bacca dictus. Moderatè calfacit & astringit, stomacho vtilis. Potus ad pectoris vitia, tusses, inflationes, tormina virulentarúmq; bestiarum venena cōfert. Vrinas quoque ciet: vnde & conuulsis, & ruptis, & vuluæ strangulatui subuenit.

De Sabina. Cap. CIIII.

SABINAM nonnulli barathrum appellant: cuius duo sunt genera. Vnum folijs quidem est cupresso simile, at spinosius, graueolens, acre ac feruentis naturę. Curta est arbor, ac sese magis in latitudinem fundit: folijs quidam ad suffitus vtuntur. Alterum genus est folio tamarici simile. Vtriusque folia nomas compescunt, & phlegmonas adhibita mitigant: nigritias

A καὶ δυσουρίαις βοηθεῖ. τὰ δὲ σφαιρία κοπέντα καὶ σὺν οἴνῳ πινόμενα, ἁρμόζει πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν καὶ δυσεντερίαν, καὶ κοιλίας ῥευματισμὸν, ὀρθόπνοιαν, βῆχα· καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν τὸ αὐτὸ ποιεῖ. μαλάττει δὲ καὶ σκληρίας κοπέντα μετὰ σύκου, καὶ πολύποδας τοὺς ἐν μυκτῆρσιν ἰᾶται. ἐκβάλλει δὲ καὶ λεπριώσας ὄνυχας, σὺν ὄξει καθεψηθέντα καὶ λειανθέντα μετὰ θέρμων· στέλλει δὲ καὶ ἐντεροκήλας καταπλασθέντα. καὶ τὰ φύλλα δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ. δοκεῖ δὲ καὶ κώνωπας διώκειν τὰ σφαιρία μετὰ τῆς κόμης θυμιαθέντα. τὰ δὲ φύλλα λεῖα καταπλαττόμενα, τραύματα κολλᾷ· ἔστι δὲ καὶ ἴσχαιμα. σὺν ὄξει δὲ λειωθέντα, τρίχας βάπτει. καταπλάσσεται δὲ καθ' αὑτὰ καὶ σὺν ἀλφίτῳ πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας, ἄνθρακας, καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονάς. κηρωτῇ δὲ μιχθέντα, στόμαχον κρατύνει ἐπιτιθέμενα.

Περὶ Ἀρκεύθου. Κεφ. ργ΄.

D ΑΡΚΕΥΘΟΣ ἡ μέν τις ἐστὶ μεγάλη, ἡ δὲ μικρά· δριμεῖαι δὲ ἀμφότεραι, διουρητικαὶ καὶ θερμαντικαὶ, θυμιώμεναί τε θηρία διώκουσιν. τῆς μέν τοι καρποῦ ὁ μέν τις κατὰ καρύου ποντικοῦ μέγεθος εὑρίσκεται, ὁ δὲ κυάμῳ ἴσος, στρογγύλος τε καὶ εὐώδης καὶ γλυκὺς ἐν τῷ διαμασᾶσθαι, καὶ ὑπόπικρος, ἀρκευθὶς καλούμενος, θερμαντικὸς μετρίως καὶ συπτικὸς, εὐστόμαχος· ποιεῖ πρὸς τὰ ἐν θώρακι, καὶ E βῆχας καὶ πνευματώσεις καὶ στρόφους καὶ θηρία πινόμενος. ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὸς, ὅθεν καὶ σπάσμασι καὶ ῥήγμασι καὶ ὑστερικαῖς πνιγομέναις ἁρμόζει.

Περὶ Βράθυος. Κεφ. ρδ΄.

F ΒΡΑΘΥΣ, ἔνιοι βάρα, θεῶν καλοῦσι· ἔστι δὲ τούτου εἴδη δύο. τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἐστὶ τοῖς φύλλοις ὅμοιον κυπαρίσσῳ, ἀκανθωδέστερον δὲ καὶ βαρύοσμον, δριμὺ, πυρωτικόν· κολοβὸν δὲ τὸ δένδρον καὶ εἰς πλάτος μᾶλλον χεόμενον. χρῶνται δέ τινες τοῖς φύλλοις ἀντὶ θυμιαμάτων. Τὸ δὲ ἕτερον G μυρίκῃ τοῖς φύλλοις ὅμοιον. ἀμφοτέρων δὲ τὰ φύλλα ἵστησι νομὰς, καὶ φλεγμονὰς καταπλαττόμενα πραΰνει, ἀποκαθαίρει

V. δυσουρίᾳ
V. add. καὶ αἵματα
V. δυσεντερίας καὶ κοιλίας ῥευματικῆς
V. ἀφέψημα δὲ αὐτῶν
V. horum nihil habet vsque ad λεπριώσας δὲ
V. δὲ καὶ σὺν ἀλφίτῳ καθ' αὑτὰ καὶ πρὸς ἕρπητας
Quidā ἐρυσιπέλατα
Forte ἀρκευθίδες
Vulg. tex ἔστι ἀρκευθὶς, ἡ μὲν μικρὰ ἡ δὲ μεγάλη.
Ald. addit τῶν μὲν ὑπὸ μικρῶν, ἀρκευθίδες, οἱ δὲ μεγάλοι, οἱ δὲ ἀρκευθὶς καλοῦσι
V. ἀμφότεραι δὲ θερμαίνουσι καὶ λεπτύνουσι, εἰσὶ δὲ καὶ οὐρητικαὶ
Vulg. exempl. ὃ δὲ καρπὸς αὐτῶν ὁ μέν τις καρύου μέγεθος εὑρίσκεται.
ὁ δὲ καρύου ποντικοῦ loco.
Forte δὲ
Quidam ὑστερικαῖς, sed perperā.
In v. cod. τοῖς αὐτῆς non habetur
Dodonæus μυρίκῃ legendum suspicatur.
V ἰσχνὸν
V. νομὰς
Al. μίσγεται

τὰ μελανίας σὺν μέλιτι καταπλασσόμενα, καὶ τὰ ῥυπαρὰ· καὶ ἄνθρακας περιρρήσσουσι, σὺν οἴνῳ ποθέντα, καὶ αἷμα δι᾽ οὔρων ἄγει, ἔμβρυα τε ἐκτινάσσει. προστεθέντα δὲ καὶ ὑποθυμιαθέντα, τὸ αὐτὸ ποιεῖ. μίγνυται δὲ καὶ τοῖς θερμαντικοῖς χρίσμασιν, ἰδίως δὲ τῷ γλευκίνῳ.

V. add. ꝫ

Par. desiderantur

Περὶ Κέδρου. Κεφ. ρε'.

ΚΕΔΡΟΣ δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται. καρπὸν δὲ ἔχει ὡς τῆς κυπαρίσσου, μακρότερον μὲν παρὰ πολύ. λέγεται δὲ καὶ ἄλλη κέδρος μικρά, ἀκανθώδης, ὥσπερ ἄρκευθος, καρπὸν φέρουσα μέγεθος μύρτου, περιφερῆ. Τῆς δὲ κεδρίας ἀρίστη ἡ παχεῖα καὶ διαυγής, βαρεῖα τῇ ὀσμῇ. ἀποχεομένη δὲ κατὰ σταλαγμοὺς ἐπισχεμένουσα καὶ μὴ διαχεομένη. Δύναμιν δὲ ἔχει σηπτικὴν μὲν τῶν ἐμψύχων, φυλακτικὴν δὲ τῶν νεκρῶν σωμάτων. ὅθεν καὶ νεκροῦ ζωήν τινες αὐτὴν ἐκάλεσαν. καὶ ἱμάτια δὲ καὶ δέρματα φθείρει διὰ τὸ θερμαίνειν ἐπιτεταμένως καὶ ξηραίνειν. εὐθετεῖ δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικά· ὀξυδερκεῖς γὰρ ποιεῖ ἐγχριομένη, καὶ λευκώματα καὶ οὐλὰς σμήχει. σὺν ὄξει δὲ ἐγκλυζομένη, σκώληκας τοὺς ἐν ὠσὶ κτείνει, ἤχους τε καὶ συριγμοὺς παύει σὺν ὑσσώπου ἀφεψήματι ἐγχεομένη. εἰς τὰ ἐμβρώματα ὀδόντων ἐνσταλαχθεῖσα, θραύει μὲν τὸν ὀδόντα, παύει δὲ τὴν ἀλγηδόνα· σὺν ὄξει δὲ διακλυζομένη τὸ αὐτὸ ποιεῖ. περιχρισθεῖσα δὲ αἰδοίῳ πρὸ τῆς συνουσίας, ἀτόκιόν ἐστι, συναγχικοῖς τε περιχριστός ἐστι, καὶ παρισθμίων φλεγμοναῖς βοηθεῖ, φθεῖράς τε καὶ κονίδας φθείρει περιχρισθεῖσα. κεράστου δὲ δήγμασι σὺν ἁλσὶ καταπλασσομένη, ἀρήγει. πρός τε λαγωοῦ θαλασσίου πόσιν, σὺν γλυκεῖ λαμβανομένη βοηθεῖ, ὠφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας. ἐκλειχομένη ἢ περιχριομένη καθαίρει καὶ τὰ ἐν πνεύμονι ἕλκη, καὶ ἰᾶται ὅσον κύαθος ῥοφουμένη, σκώληκάς τε καὶ ἀσκαρίδας ἐγκλυζομένη φθείρει καὶ ἔμβρυα καταφέρει. γίνεται δὲ καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτῆς, χωριζόμενον ἀπὸ τῆς κεδρίας διὰ τῶν ὑπεραιωρουμένων ἐν τῇ ἑψήσει ὡς ἐπὶ τῆς πίσσης, ποιοῦν πρὸς ὅσα

Hæc quæ desiderabantur in vulg. exempl. adieci ex Caiacini exēp.

Guilland. Suspicabatur ex Gal.

Deest in cod. Par.

A & sordes cum melle inducta repurgant, carbunculósque circumquaque rumpunt. Cum vino autem pota, sanguinem per vrinas educunt & partus expellunt: idipsum tum appositu, tum etiam suffitu præstát. Calfactorijs etiam vnguentis, ac priuatim gleucino immiscentur.

B

De Cedro. Cap. CV.

CEDRVS arbor magna est, ex qua cedria dicta colligitur. Fructum profert vti cupressus, at multò grandiorem. Dicitur & altera cedrus, eáque parua, spinosa, iuniperi modo, fructum ferens myrti baccarum magnitudine, rotundum. C Cedria verò laudatissima est, crassa, perlucida, grauis odoris: quæ dum effunditur in guttas coit, miniméque diffunditur. Vim ea obtinet viuentium quidem corporum corruptricem, defunctorum verò conseruatricem: qua ex causa quidam mortui vitam appellauerunt. Vestes quoque & pelles corrumpit, eò D quòd vehementiùs calfaciat & siccet. Ocularijs porrò medicamentis accommodatur: quippe quæ inuncta oculis claritatem conciliet, eorundémque albugines ac cicatrices detergeat. Cū aceto instillata vermes aurium necat, & cum hyssopi decocto infusa sonitus sibilósque sedat. Erosorum dentium cauis in- E dita, eos quidem frangit, at dolores leuat: idem quoque facit, si ex aceto colluatur. Genitali ante coitum circumlita, sterilitatē facit. Anginosi quoque ea per vnguntur: quin & tonsillarum inflammationibus auxilio est. Pediculos ac lendes illitu enecat: cerastæ morsibus cum sale F adhibita subuenit. Cōtra hausta leporis marini venena in passo sumpta auxiliatur. Iuuat & elephanticos. Linctu aut perunctione pulmonis vlcera purgat: & si cyathi mensura sorbeatur, persanat. Tum vermes alios, tum & ascaridas infusa necat, & partus extrahit. Fit & ex ea oleum quod à cedria se- G paratur, velleribus interea dum coquitur supra eam expansis, vt de pice dictum est: ad eadé omnia, ad

quæ cedria vtile. Priuatim tamen oleum viriliter perúctum scabiem quadrupedum, canum boúmque, persanat: iis inhærentes ricinos admotum enecat, & vlcera ex tonsura oborta ad cicatricem perducit. Fuligo ipsius quo modo è pice colligéda, iisdem quibus illa viribus prædita. Cedrides porrò cedri fructus appellantur. Calfactoriam vim habét & stomacho aduersantur: tussi verò, conuulsis, ruptis & stranguriæ auxiliantur. Ex trito pipere poti menstrua ciunt, & contra haustum leporem marinum in vino sumuntur. Fugantur & serpentes, iis perunćto corpore ex cerui adipe aut medulla: denique in antidota quoque adduntur.

A καὶ ἡ κεδρία· θεραπεύει δὲ τὸ ἔλαιον ἰδίως καὶ ψώρας ἐπὶ τῶν τετραπόδων ψώρας καὶ κυνῶν καὶ βοῶν ἀνδρικῶς καταχριόμενον, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτοῖς κρότωνας φθείρει προσσταζόμενον· καὶ τὰς ἐπὶ τῇ κουρᾷ γινομένας ἑλκώσεις αὐτῶν ἐπουλοῖ. τὴν δὲ λιγνὺν συνακτέον αὐτῆς, B ὥσπερ τὴν τῆς πίσσης, δύναμιν ἔχουσαν τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ. κεδρίδες δὲ καλοῦνται ὁ ἐξ αὐτῆς καρπός. Δύναμιν δὲ ἔχουσι θερμαντικήν, κακοστόμαχον. βοηθοῦσι δὲ βηξί, σπάσμασι, ῥήγμασι, στραγγουρίαις· καὶ ἔμμηνα ἄγουσι μετὰ πεπέρεως λείου C πινόμεναι, καὶ πρὸς λαγωοῦ θαλασσίου πόσιν σὺν οἴνῳ λαμβάνονται. διώκουσι καὶ θηρία χριομένου τοῦ σώματος σὺν ἐλαφείῳ στέατι ἢ μυελῷ. μίγνυνται δὲ καὶ ἀντιδότοις.

De Lauro. Cap. CVI.

LAVRVS quædam est tenui folio, altera latiore. Vtraque excalfactoriam emollientémque naturam habet. Itaque decoćtum ex his insessu vuluæ ac vesicæ vitiis conuenit. Virentia folia aliquantulum astringunt: trita & illita vesparum apúmque ictibus opitulantur. Eadem adhibita cum polenta & pane ad inflammationem quamlibet leniendam valent. Pota verò stomachum grauant & vomitiones mouent. Porrò lauri baccæ magis quàm folia calfaciunt. Proinde in elegmate tritæ cum melle aut passo prosunt tabi, orthopnϾæ ac thoracis rheumatismis. Contra scorpionum ictus ex vino bibuntur, & vitiligines emaculant. Expressus ex ijs succus aurium doloribus auditúsque grauitati auxiliatur, cum vino vetere & rosaceo instillatus. Inseritur & acopis & vnguentis tum calfaciendi, tum etiam discutiendi vi præditis. Cæterùm cortex radicis calculos rumpit, partus necat & hepaticis prodest, tribus obolis in vino odorato potus.

Περὶ Δάφνης. Κεφ. ρϛ'.

D ΔΑΦΝΗ, ἡ μέν τίς ἐστι λεπτόφυλλος, ἡ δὲ, πλατυτέρα. θερμαντικαὶ δὲ ἀμφότεραι καὶ μαλακτικαί· ὅθεν τὸ ἀφέψημα αὐτῶν εἰς ἐγκαθίσματα τὰ περὶ μήτραν καὶ κύστιν ἁρμόζει. τὰ δὲ χλωρὰ τῶν φύλλων ἠρέμα ἀποστύφει· ὠφελεῖ δὲ λεῖα καταπλα-E σθέντα σφηκῶν καὶ μελισσῶν πληγάς.

Δύναται δὲ καὶ πᾶσαν φλεγμονὴν πραΰνειν σὺν ἀλφίτῳ καὶ ἄρτῳ καταπλασθέντα. ποθεῖσα δ' ἀνατρέπει στόμαχον, καὶ ἐμέτους κινεῖ. αἱ δὲ δαφνίδες θερμαντικώτεραι τῶν φύλλων εἰσί· ποιοῦσιν ἐκλειχόμεναι λεῖαι σὺν F μέλιτι ἢ γλυκεῖ, πρὸς φθίσιν καὶ ὀρθόπνοιαν καὶ τοὺς περὶ θώρακα ῥευματισμούς. πίνονται δὲ σὺν οἴνῳ πρὸς σκορπιοπλῆκτας, καὶ ἀλφοὺς δὲ σμήχουσι. τὸ δὲ χύλισμα αὐτῶν, ὠταλγίαις καὶ δυσηκοΐαις βοηθεῖ, σὺν οἴνῳ παλαιῷ καὶ ῥοδίνῳ ἐγχεόμενον. μίγνυνται καὶ ἀκό-G ποις καὶ συγχρίσμασι θερμαντικοῖς καὶ διαφορητικοῖς. ὁ δὲ φλοιὸς τῆς ῥίζης αὐτῶν, λίθους θρύπτει καὶ ἔμβρυα κτείνει καὶ ἡπατικοῖς ὠφελεῖ, τριώβολον πλῆθος σὺν οἴνῳ εὐώδει πινόμενος.

Περὶ Πλατάνου. Κεφ. ρζʹ.

ΠΛΑΤΑΝΟΥ τὰ τρυφερὰ τῶν φύλλων ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ καὶ καταπλασθέντα, ἵστησι ῥεύματα ὀφθαλμῶν· κουφίζει δὲ καὶ τὰ οἰδήματα καὶ φλεγμονάς. ὁ δὲ φλοιὸς ἑψηθεὶς ἐν ὄξει, ὀδονταλγίας ἐστὶ διάκλυσμα. τὰ δὲ σφαιρία χλωρὰ σὺν οἴνῳ ποθέντα, ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ· αἰθαλωθέντα δὲ στέατι, πυρίκαυστα θεραπεύει. ὁ δὲ χνοῦς τῶν φύλλων καὶ τῶν σφαιρίων ἀκοὴν καὶ ὄψιν ἐμπεσὼν λυμαίνεται.

De Platano. Cap. CVII.

TENERRIMA platani folia in vino decocta, mox illita, oculorum fluxiones sistunt, ac tum œdemata tum phlegmonas leuant. Cortex in aceto coctus ad dentium dolores colluitur. Pilulæ verò virides in vino potæ serpentium morsibus auxiliantur: exceptæ autem adipe, igni ambusta sanant. Cæterùm foliorum pilularúmque lanugo (in aures & oculos) illapsa auditum visúmque labefactat.

Περὶ Μελίας. Κεφ. ρηʹ.

ΜΕΛΙΑ δένδρον ἐστὶ γνώριμον, οὗ τῶν φύλλων ὁ χυλός, καὶ αὐτὰ σὺν οἴνῳ πινόμενα καὶ καταπλασσόμενα, ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ. ὁ δὲ φλοιὸς καεὶς καὶ καταχρισθεὶς μεθ' ὕδατος, λέπρας ἀφίστησι. τὰ δὲ πρινίσματα τοῦ ξύλου ποθέντα, φασὶν ἀναιρετικὰ εἶναι.

De Fraxino. Cap. CVIII.

FRAXINVS arbor nota est: cuius foliorum succus & ea ipsa cũ in vino pota, tum etiam imposita viperarum morsibus opitulantur. Cortex vstus & ex aqua illitus lepras remouet. Ligni ramenta pota lethalia perhibentur.

Περὶ Λεύκης. Κεφ. ρθʹ.

ΛΕΥΚΗΣ τοῦ δένδρου ὁ φλοιὸς ποθεὶς ὅσον οὐγγίας μιᾶς πλῆθος, ἰσχιάδας ὠφελεῖ καὶ στραγγουρίας. ἱστορεῖται δὲ καὶ ἀτόκιος εἶναι, ποθεὶς μετὰ ἡμιόνου νεφροῦ. καὶ τὰ φύλλα δὲ πινόμενα μετὰ κάθαρσιν σὺν οἴνῳ, τὸ αὐτὸ δρᾶν λέγεται. ὠφελεῖ καὶ ὠταλγίας ὁ χυλὸς τῶν φύλλων χλιαρὸς ἐνσταζόμενος. τὰ δὲ κατὰ τὴν ἐκβλάστησιν τῶν φύλλων σφαιρία λεῖα μετὰ μέλιτος ἐγχριόμενα, ἀμβλυωπίας θεραπεύει. ἔνιοι δὲ ἱστοροῦσι τὸν φλοιὸν τῆς λεύκης καὶ τῆς αἰγείρου τμηθέντα εἰς λεπτὰ μεγέθη, καὶ σπαρέντα πρασιαῖς κεκοπρισμέναις, ἐν παντὶ καιρῷ μύκητας ἐδωδίμους φύειν.

De Populo alba. Cap. CIX.

POPVLI albæ cortex vnciæ vnius pondere potus ischiadicis & stranguriæ prodest. Traditur & conceptum prohibere, si cum mulino rene bibatur. Sed & folia post purgationes cum vino pota idem præstare dicuntur. Tepidus quoque foliorum succus aurium doloribus vtiliter instillatur. Pilulæ verò quæ primo foliorum germinatu erumpunt, tritæ & cum melle illitæ oculorum hebetudini medentur. Nec desunt qui memoriæ prodiderint, tum albæ tum etiam nigræ populi corticem in tenuia frusta concisum ac stercoratis areolis sparsum & quasi satum quauis anni tempestate fungos edules proferre.

Περὶ Μάκερος. Κεφ. ριʹ.

ΜΑΚΕΡ φλοιός ἐστι κομιζόμενος ἐκ τῆς Βαρβάρου, ὑπόξανθος, παχύς, στύφων ἱκανῶς κατὰ τὴν γεῦσιν· πίνεται δὲ πρὸς αἵματος πτύσιν καὶ δυσεντερίας καὶ κοιλίας ῥευματισμόν.

De Macere. Cap. CX.

MACER cortex est è Barbaria aduehi solitus, subflauus, crassus & gustu per quàm astringens. Bibitur is ad cruentas excreationes, dysenterias & alui fluxiones.

De Vlmo. Cap. CXI.

VLMI & folia & rami & ipse cortex astringendi vim habent. Folia trita ex aceto ad lepram efficaciter illinuntur, & vulnera glutinant: multo vero magis cortex, si fasciæ loco circumuoluatur: est enim lori in modum flexilis. Crassior autem cortex in vino aut aqua frigida vnciæ pondere potus, pituitam educit. Quin & decoctum foliorum aut corticis radicúmve ossibus fractis si fotus gratia perfundatur, ea celeriùs obducto callo solidat. Humor autem qui in folliculis prima germinis eruptione reperitur, faciei illitus cuti nitorem inducit. Ille idem dum exiccatur, in animalcula culicibus similia resoluitur. Cæterum recentia folia ad opsonia olerum more vsurpantur.

De Lignorum carie. Cap. CXII.

QVÆ verò caries ex veteribus lignis & caudicibus veluti farina colligitur, imposita vlceribus ea repurgat & ad cicatricem perducit. Eadem serpentia cohibet cum pari aniso & vino subacta, itidémque trita, linteis indita & inspersa.

De Populo nigra. Cap. CXIII.

POPVLI nigræ folia ex aceto imposita podagricis doloribus auxiliantur: quæ verò ex ea manat resina, malagmatis ammiscetur. Semen ex aceto potum comitialibus vtile. Fertur populorum lachryma quæ secundum Padum amnem destillat concrescere, fierique succinum, quod electrum vulgo Græcorum, nonnullis chrysophorum appellatur. Id attritu iucundum odorem spirat, & colore aurum æmulatur. Tritum potúmque stomachi aluique fluxiones sistit.

De Harundine. Cap. CXIIII.

IN harundinum genere quædam nastos, id est, plena solidáve appellatur: ex qua sagittæ factitari solent: altera fœmina, ex qua tibiis li-

A

Περὶ Πτελέας. Κεφ. ρια΄.

ΠΤΕΛΕΑΣ τὰ φύλλα καὶ οἱ ἀκρέμονες καὶ ὁ φλοιὸς στυπτικά. ποιεῖ δὲ τὰ φύλλα πρὸς λέπρας λεῖα σὺν ὄξει ἐπιπλαττόμενα, καὶ τραύματα κολλᾷ, μᾶλλον δὲ ὁ φλοιὸς αὐτῆς ἐπιδέσμου τρόπον περιειλούμενος· ἔστι γὰρ ἱμαντώδης. ὁ δὲ
B παχύτερος φλοιὸς σὺν οἴνῳ ἢ ὕδατι ψυχρῷ ποθεὶς ὅσον οὐγγίας α΄. πλῆθος, ἄγει φλέγμα. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῶν φύλλων ἢ τοῦ * φλοιοῦ τῶν ῥιζῶν καταντλούμενον, κάταγμα πωροῖ τάχιον. τὸ δὲ ἐν ταῖς * φύσαις κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν εὑρισκόμενον ὑγρόν, * στίλβει πρόσωπον ἐπιχριόμενον.
C ξηραινόμενον δὲ τὸ ὑγρὸν τοῦτο, ἀναλύεται εἰς θηρία κωνοποειδῆ. * λαχανεύεται δὲ τὰ πρόσφατα τῶν φύλλων ἑψόμενα εἰς προσφήματα.

V. πτελέα: & sic deinceps. De vlmo lignorumque marcore duo capita in vetustis desiderantur in margine tamen epigraphe κοντῷ ῥίζοτμον.

Deest in vulg. exempl. quanquam à Plinio & Serapione omissum non est.

V. καὶ delet & legit τὸ δ' ἀφ.

V. φύσαις

Forte στίλβει

V. καὶ λαχανεύεται δέ

Quidam supplent ὡς λάχανα.

Περὶ Σαπρότητος ξύλων. Κεφ. ριβ΄.

Ἡ δ' ἀπὸ τῶν παλαιῶν ξύλων καὶ
D πρέμνων σαπεία συνισταμένη, ὥσπερ ἄλευρον καταπλασσομένη, ἀνακαθαίρει καὶ ἀπουλοῖ ἕλκη· τὰ δ' ἑρπυστικὰ ἐπέχει, σὺν ἴσῳ ἀνίσῳ φυραθεῖσα * καὶ οἴνῳ, ἐν ὀθόναις τε καθεῖσα καὶ λεία * καταπλασσομένη.

V. σὺν

V. καθεῖσα

Περὶ Αἰγείρου. Κεφ. ριγ΄.

E ΑΙΓΕΙΡΟΥ τὰ φύλλα μετ' ὄξους καταπλαττόμενα, ποδαγρικὰς ὀδύνας ὠφελεῖ. ἡ δ' ἐξ αὐτῆς ῥητίνη μίγνυται μαλάγμασιν. ὁ δὲ καρπὸς μετ' ὄξους πινόμενος, ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ. ἱστορεῖται δ' ὅτι τὸ ἐξ * αὐτῶν δάκρυον κατὰ
F τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν καταχεόμενον πήγνυται, καὶ γίνεται τὸ καλούμενον ἤλεκτρον, ὑπὸ ἐνίων δὲ χρυσοφόρον· εὐῶδες ἐν τῇ παρατρίψει καὶ χρυσοειδὲς τῷ χρώματι, ὅπερ πινόμενον λεῖον, στομάχου καὶ κοιλίας ῥεῦμα ἵστησι.

In antiquis codicibus caput hoc capiti ἀκτῆς adiunctum ascriptum est. Vulg. αἰγείρου. πόπου ad

V. ἀφ' αὐτῶν ἱστορεῖται λέγεται δ' ἐν Marc. αὐτῆς

V. ἀποχεόμενον

Περὶ Καλάμου. Κεφ. ριδ΄.

V. καλάμου

G

ΚΑΛΑΜΩΝ ὁ μέν τις καλεῖται νασός, ἐξ οὗ τὰ βέλη γίνεται. ὁ δέ τις θῆλυς, ἐξ οὗ αἱ γλῶτται τοῖς

v. l. ἐν τῷ

αὐλοὶ κατασκευάζονται. ἄλλος δὲ συριγγίας, πολύσαρκος, πυκνογόνατος, εἰς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος. ὁ δέ τις παχὺς καὶ κοῖλος, παρὰ ποταμοῖς φυόμενος, ὃς καὶ δόναξ καλεῖται, ὑπό τινων δὲ Κύπριος. καὶ ἕτερος φραγμίτης, λεπτὸς ὑπόλευκος, πᾶσι γνώριμος· οὗ ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα λεία, καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ σὺν βολβοῖς, ἐπισπᾶται σκόλοπας καὶ ἀκίδας. σὺν ὄξει δὲ στρέμματα καὶ ὀσφύος ἀλγήματα παρηγορεῖ. τὰ δὲ φύλλα χλωρὰ κοπέντα καὶ ἐπιτεθέντα, ἐρυσιπέλατά τε καὶ τὰς ἄλλας φλεγμονὰς ἰᾶται. ὁ δὲ φλοιὸς ἀλωπεκίας θεραπεύει καεὶς καὶ μετ' ὄξους καταπλασθείς. ἡ δὲ ἀνθήλη τῶν καλάμων ἐμπεσοῦσα εἰς τὰς ἀκοάς, κώφωσιν ἐργάζεται. Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ καὶ ὁ Κύπριος λεγόμενος κάλαμος ποιεῖν.

V. [illegible] — V. [illegible] al. [illegible] — Al. [illegible] — V. [illegible]

Περὶ Παπύρου. Κεφ. ριε'.

ΠΑΠΥΡΟΣ γνώριμός ἐστι πᾶσιν, ἀφ' ἧς ὁ χάρτης κατασκευάζεται· εὐχρηστεῖ δὲ πρὸς τὴν ἐν ἰατρικῇ χρῆσιν, πρὸς ἀναστόμωσιν συρίγγων σκευασθεῖσα διάβροχος, περιειλουμένου λίνου ἄχρι ξηρασίας. στενουμένη γὰρ καὶ καθιεμένη ἐμπίπλαται ὑγρασίας, καὶ ἐξοιδοῦσα διανοίγει τὰς σύριγγας. ἔχει δέ τι ἡ ῥίζα αὐτῆς καὶ τρόφιμον· διαμασώμενοι γοῦν αὐτὴν οἱ ἐν Αἰγύπτῳ, ἀποχυλίζουσιν ἐκπτύοντες τὸ διαμάσημα. χρῶνται δὲ καὶ ἀντὶ ξύλων αὐταῖς. ἡ δὲ κεκαυμένη πάπυρος ἄχρι τεφρώσεως δύναται νομὰς ἐπέχειν τὰς ἐν στόματι καὶ παντὶ μέρει· βέλτιον δὲ ὁ χάρτης καεὶς δρᾷ τὸ τοιοῦτον.

Marcellus & Cornarius legunt [illegible]. Al. [illegible]. V. [illegible]. V. [illegible]. [illegible]

Περὶ Μυρίκης. Κεφ. ρις'.

ΜΥΡΙΚΗ δένδρον ἐστὶ γνώριμον, παρὰ λίμναις καὶ τοῖς στασίμοις ὕδασι φυόμενον, καρπὸν ὥσπερ ἄνθος φέρουσα

V. [illegible]. V. eodem addit [illegible]. V. [illegible]

gulæ conficiuntur. Alia syringias, hoc est, fistulosa, multa carne prædita, geniculis densior, ad librorum scriptionem accommodata. Alia denique crassa & concaua, circum amnes nascens, quæ etiam donax & à quibusdam Cypria vocatur. Est & alia phragmites, quasi sepimentis idonea, gracilior, candicans, vulgo nota. Cuius radix contrita, ac tum per se, tum cum bulbis imposita spicula aculeósque corpore extrahit. Ex aceto verò luxata doloréſque lumborum demulcet. Virentia porrò folia tusa & imposita tum erysipelatis, tum alijs inflammationibus medentur. Cortex vstus & ex aceto illitus alopecias emendat. Cæterùm paniculæ flos, si aures intrauerit, exurdat. Eadem quoque præstare valet quæ Cypria harundo dicitur.

De Papyro. Cap. CXV.

PAPYRUS nulli non cognita, ex qua charta paratur. Præcipuæ verò est in Medicina vtilitatis ad laxanda fistularum orificia, si præparata fuerit, hoc est, liquore quopiam macerata lino fuerit obuoluta vsque dum inaruerit. Ita enim coarctata atque immissa humore completur, & intumescendo fistulas aperit. Habet autem radix alimenti nonnihil: quò fit vt eam commanducantes Ægyptij succum exugant, commansum reliquum expuant. Ipsis quoque radicibus iidem pro ligno vtuntur. At vsta papyrus dum in cinerem redacta fuerit, depascentia vlcera cùm omnium partium, tum oris maximè cohibet. Verùm id meliùs combusta charta præstat.

De Myrica seu tamarice. Cap. CXVI.

MYRICA nota arbor est, apud paludes ac resides stagnantésve aquas nascens, fructúmque veluti florem ferens compa-

compage muscosum. Gignitur & in Ægypto Syriáque satiua quædam, cæterà syluestri similis, at fructum ferens gallæ proximum, gustu inæqualiter astringentem, quíque vice gallæ ad oris oculorúmque medicamenta accommodatur. Datur & ad sanguinis excreationes in potu: cœliacis quoque & fœminis vuluæ profluuio laborantibus, necnon & contra morbum regium, phalangiorúmque morsus. Impositus etiam œdemata inhibet. Cortex verò eadem quæ fructus præstat. At foliorum decoctum in vino potum lienem liquat, & ore collutum ad dentium dolores salutare est. Quin & insessu mulieribus vuluæ fluxioni opportunis auxiliatur: ijs quoque qui pediculos lendésque gignunt affusum prodest. Sed & ligni cinis appositus fluxionem ex vtero sistit. Sunt & qui è caudice calices parent, quibus poculorum vice splenetici vtantur, ceu datus in eiusmodi vasis potus lieni conferat.

De Erica. Cap. CXVII.

ERICA fruticosa est arbor, myricæ similis, at longè minor: cuius flore dum vtuntur apes, minimè probatum mel efficiunt. Huius tam flos quàm coma serpentium morsibus illitu medetur. *vitiosum*

De Acacalide. Cap. CXVIII.

ACACALIS fructus est nascentis in Ægypto fruticis, myricæ fructui quadantenus similis: cuius dilutum ad collyria additur, quæ visus claritati conueniunt.

De Rhamno. Cap. CXIX.

RHAMNVS frutex est circa sepes nascens, virgas gerens erectas, spinásque oxyacanthæ modo aculeatas: folijs paruis, oblongis,

A βρυώδης κατὰ τὴν σύστασιν. Γεν-
νᾶται δέ τις ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Συ-
ρίᾳ ἥμερος, κατὰ τὰ ἄλλα ὁμοία τῇ
ἀγρίᾳ, καρπὸν φέρουσα ἐμφερῆ
κηκίδι, ἀνωμάλως στύφοντα κατὰ
τὴν γεῦσιν· ἁρμόζοντά τι ἀντὶ κη-
κίδος εἰς τὰ στοματικὰ καὶ ὀφθαλ-
B μικά, καὶ πρὸς αἵματος πτύσεις ἐν
ποτῷ, καὶ κοιλιακαῖς καὶ ῥοικαῖς
γυναιξὶν, ἰκτέρῳ τε καὶ φαλαγγιοδή-
κτοις· οἰδήματά τε στέλλει κατα-
πλασθείς. καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τὰ αὐτὰ
ποιεῖ τῷ καρπῷ. τῶν δὲ φύλλων τὸ
ἀφέψημα σὺν οἴνῳ ποθὲν, σπλῆνα
C τήκει· καὶ ὀδονταλγίαις βοηθεῖ δια-
κλυζόμενον, ἐγκάθισμά τε ῥοικαῖς, καὶ
περίχυμα τοῖς φθεῖρας καὶ κονίδας
γεννῶσιν ἐπιτήδειον· καὶ ἡ ἀπὸ τῶν
ξύλων τέφρα προστεθεῖσα, ῥοῦν ἐκ
μήτρας στέλλει. κατασκευάζουσι δὲ
ἔνιοι καὶ κύλικας ἐκ τοῦ πρέμνου, αἷς
D ἐπὶ τῶν σπληνικῶν χρῶνται ἀντὶ ποτη-
ρίων, ὡς τοῦ δι' αὐτῶν πόματος ὠφε-
λοῦντος.

Περὶ Ἐρείκης. Κεφ. ριζ.

Pal. ἐρείκης

ΕΡΕΙΚΗ δένδρον ἐστὶ θαμνῶδες, ὅ-
μοιον μυρίκῃ, μικρότερον δὲ πολ-
E λῷ· οὗ τῷ ἄνθει μέλιτται χρώμεναι,
μέλι ἐργάζονται οὐ σπουδαῖον· ταύτης
ἡ κόμη καὶ τὸ ἄνθος καταπλασσόμενα,
ἑρπετῶν δήγματα ἰᾶται.

Περὶ Ἀκακαλίδος. Κεφ. ριη.

ΑΚΑΚΑΛΙΣ θάμνου καρπός ἐ-
F στι γεννωμένου ἐν Αἰγύπτῳ, ἐοι-
κὼς κατά τι τῷ μυρίκης καρπῷ· οὗ
τὸ ἀπόβρεγμα μίγνυται κολλυρίοις τοῖς
πρὸς ὀξυδορκίαν ἁρμόζουσιν.

Περὶ Ῥάμνου. Κεφ. ριθ.

ῬΑΜΝΟΣ θάμνος ἐστὶ περὶ φρα-
G γμοὺς φυόμενος, ῥάβδους ἔχων ὀρθὰς
καὶ ὀξείας ἀκάνθας, ὥσπερ ἡ ὀξυάκαν-
θα· φύλλα δὲ μικρά, ὑπομήκη, ὑπο-

Hæc verba ἐστι δὲ καὶ ἑτέρα &c. ex fide Goupylo, nō inueniūtur in altero codice quē habuit manuscripto
Vulg.exempl. non habent.
V. ἧττον δὲ καὶ ἐπακμ.

λίπαρα, μαλακά. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα παρὰ ταύτην λευκοτέρα· καὶ τρίτη μελαντέρα ἔχουσα τὰ φύλλα, καὶ πλατύτερα σὺν τῷ ἠρέμα ἐρυθραίνεσθαι. ῥάβδους μακρὰς πηχέων ὡς πέντε, καὶ μᾶλλον ἀκανθώδεις, ἧττον δὲ στερεὰς καὶ ἐπάκμους ἔχει τὰς ἀκάνθας. καρπὸς δὲ πλατὺς, λευκὸς, λεπτὸς, ὡς θυλακώδης, ἐοικὼς σφονδύλῳ. ποιεῖ δὲ πασῶν τὰ φύλλα πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας καταπλασσόμενα. λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτῆς, θύραις ἢ θυρίσι προστεθέντας, ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας.

Pat. σφονδύλῳ
Al. ἀποκρούειν, leto discrimine.

A suppinguibus ac mollibus. Præter hanc altera est candidior: itémque tertia nigrioribus latioribúsque folijs & quadantenus rubentibus, virgultis quinos ferè cubitos longis: spinosioribus quidem, at minùs firmos, rigidósve, minúsque acutos aculeos habentibus. Fructus est latus, candidus, tenuis, B folliculi propè figura, verticillo similis. Omnium folia erysipelatis & herpetibus efficaciter illinuntur. Feruntur & huius rami ianuis fenestrísve appositi veneficorū maleficia depellere. vel arcere

Περὶ Ἁλίμου. Κεφ. ρκ΄.

Vulg exempl. non habent.
V. λεῖας
Vulg. exempl. non habent.
Addit Oribas. ἐρημοῖς

ΑΛΙΜΟΣ θάμνος ἐστὶ φραγμίτης, ὅμοιος ῥάμνῳ, ὑπόλευκος, οὐκ ἔχων ἀκάνθας· φύλλα δὲ ἐλαίᾳ παραπλήσια, πλατύτερα μέντοι καὶ ἁπαλώτερα. φύεται ἐν παραθαλασσίοις* καὶ φραγμοῖς· λαχανεύεται δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα, ἑψόμενα εἰς βρῶσιν. τῆς δὲ ῥίζης < α΄. ὁλκὴ ποθεῖσα σὺν μελικράτῳ, σπάσματα, ῥήγματα καὶ στρόφους παρηγορεῖ, καὶ γάλα κατασπᾷ.

V. quidam cassi

De Halimo. Cap. CXX.

C HALIMVS frutex est circa sepiméta nascens, similis rhamno, subalbidus, sine spinis, folijs oleæ proximis, sed latioribus ac mollioribus. Nascitur in maritimis (locis præruptis) ac sepibus. Eius folia ciborum gratia olerum modo decoquuntur. Radix verò D drachmæ pondere in aqua mulsa pota, conuulsa, rupta, torminaque mitigat, & lactis vbertatem præstat.

Περὶ Παλιούρου. Κεφ. ρκα΄.

Pal. παλιούρου
V. γνώριμος, ἀκανθώδης

ΠΑΛΙΟΥΡΟΣ γνώριμός ἐστι θάμνος, ἀκανθώδης, στερεός, οὗ τὸ σπέρμα λιπαρὸν καὶ *λινώδες εὑρίσκεται· ὅπερ πινόμενον βηξὶν ἀρήγει, καὶ τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτει, καὶ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα ποιεῖ. τὰ δὲ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα στυπτικὰ, ὧν τὸ ἀφέψημα ποθὲν, κοιλίαν ἵστησιν, οὖρά τε ἄγει, καὶ θανασίμοις καὶ θηριοδήκτοις βοηθεῖ. διαφορεῖ δὲ πάντα τὰ πρόσφατα φύματα καὶ οἰδήματα ἡ ῥίζα, *λεία ἐπιπλασθεῖσα.

Pal. σὺ
* In v.cod. nō legitur, λεῖα.

De Paliuro. Cap. CXXI.

PALIVRVS frutex est vulgo notus, aculeatus, solidus, cuius semen pingue & lini seminis æmulum E reperitur: quod quidem potum tussi opitulatur, vesicæ calculos comminuit & serpentium morsibus aduersatur. Folia & radix astrictoriam vim habent: quorum decoctum potum aluum sistit, vrinas trahit, & contra venena venenatorumque morsus auxiliatur. F Radix verò trita & imposita recentia quæuis tubercula & œdemata discutit.

Περὶ Ὀξυακάνθης. Κεφ. ρκβ΄.

Quidam perperam πυρακάνθην

ΟΞΥΑΚΑΝΘΑ· ἣν οἱ μὲν πυρίνην, οἱ δὲ πυξυάνθην καλοῦσι. δένδρον ἐστὶ παραπλήσιον ἀχράδι, μικρότερον δὲ καὶ ἀκανθῶδες ἄγαν. καρπὸν δὲ φέρει μύρτῳ ἐμφερῆ, ἁδρὸν, ἐρυθρὸν, εὔθρυπτον, ἔνδοθεν πυρῆνα ἔχοντα, ῥίζαν πολυσχιδῆ καὶ βαθεῖαν.

De Acuta spina. Cap. CXXII.

OXYACANTHA, quam pyrinam nonnulli, alij pyxyanthen vocant, arbor est pyrastro similis, G at minor & valde spinosa. Fructum profert myrti baccis assimilem, plenum, rubrum, fragilem, nucleo intus præditum: radicem multifidam & profundam. Hu-

ius fructus tum potus, tum in cibo sumptus alui profluuium fluxúmque muliebrem sistit. Radix trita & illita infixa corpori spicula & aculeos extrahit. Perhibetur & radix abortus facere posse, si ter ea venter leniter feriatur aut perungatur.

De Cynosbato. Cap. CXXIII.

RVBVM canis alij oxyacantham appellant. Frutex est rubo longè maior, ad arboris magnitudinem accedens. Folia fert multò latiora quàm myrtus, robustos verò circa virgulta aculeos, florem candidum, fructum oblongum, oliuæ nucleo similem: qui quidem dum maturescit fuluus, intus verò lanuginosus conspicitur. Fructus arefactus exempta interiore lanugine (est enim arteriæ noxia) tum in vino feruefactus & potus, aluum sistit.

vel validos

De Cypro. Cap. CXXIIII.

CYPRVS arbor est folijs circum virgulta oleæ similibus, sed latioribus, mollioribus & viridioribus: floribus candidis, muscosis, odoratis: semine nigro, sambuci fructui simili. Optima nascitur in Ascalone & Canopo. Folia astrictoriam vim habent: quare oris vlceribus commanducata medentur, & illita cum feruidis alijs inflammationibus, tum etiam carbunculis prosunt. Eorundem decoctum igni ambustis affunditur. Ruffant & capillos trita & illita folia, quę in struthij succo maduerint. Flos ex aceto tritus & fronti inductus capitis dolores sedat. Cæterùm quod ex eo præparatur cyprinũ vnguentum, odoratum est, ac vim asciscit excalfaciendi molliendique neruos: siquidem feruenti natura præditorum medicamentorum mixturam recipit.

De Phillyrea. Cap. CXXV.

PHILLYREA arbor est cypri magnitudinem æquans, foliis o-

A τούτου ὁ καρπὸς διάῤῥοιαν ἵστησι, καὶ ῥοῦν γυναικεῖον πινόμενος καὶ ἐσθιόμενος. ἡ δὲ ῥίζα καταπλασθεῖσα λεία, σκόλοπας καὶ ἀκίδας ἐπισπᾶται. ἱστορεῖται δὲ δύνασθαι τὴν ῥίζαν καὶ ἐκτρωσμοὺς ἐργάζεσθαι, τῆς κοιλίας ἡσυχῇ τρὶς πληγείσης ἢ χρισθείσης.

V. ῥίζα

V. addit ἢ περιαψάσης.

B

Περὶ Κυνοσβάτου. Κεφ. ρκγ'.

ΚΥΝΟΣΒΑΤΟΝ ἢ δὲ ὀξυάκανθαν καλοῦσι· θάμνος ἐστὶ βάτου πολλῷ μείζων, δενδρώδης· φύλλα φέρει πολλῷ πλατύτερα μυρσίνης· ἀκάνθας δὲ περὶ ταῖς ῥάβδοις ἰσχυράς, C ἄνθος λευκὸν, καρπὸν ἐπιμήκη, πυρῆνι ἐλαίας ἐοικότα, ἐν τῷ πεπαίνεσθαι πυῤῥὸν, τὰ δὲ ἐντὸς ἐριῶδες. ἵστησι δὲ κοιλίαν ὁ καρπὸς ξηρὸς, δίχα τοῦ ἐν αὐτῷ ἐριώδους (κακωτικὸν γὰρ τῆς ἀρτηρίας ἐστὶ) ἀποζεννύμενος ἐν οἴνῳ καὶ πινόμενος.

In v. cod. deest βάτου

In v. cod. deest πολλῷ

Vulg. exempl. ἀποζεννύμενος ἐν οἴνῳ καὶ πινόμενος

D

Περὶ Κύπρου. Κεφ. ρκδ'.

ΚΥΠΡΟΣ δένδρον ἐστὶ περὶ ταῖς ῥάβδοις φύλλα ἔχον ἐλαίᾳ παραπλήσια, πλατύτερα δὲ καὶ μαλακώτερα καὶ χλωρότερα· ἄνθη λευκά, βρυώδη, εὐώδη· σπέρμα μέλαν, ὅμοιον E τῷ τῆς ἀκτῆς. γίνεται δὲ ἀρίστη ἐν τῇ Ἀσκάλωνι καὶ Κανώπῳ. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα στυπτικήν· ὅθεν διαμασηθέντα ἄφθας ἰᾶται, καὶ τὰς ἄλλας πυρώδεις φλεγμονὰς καταπλασθέντα ὠφελεῖ, καὶ ἄνθρακας. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν, πυρικαύστων καταιόνημα. ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας στρουθίου χυλῷ τὰ φύλλα λεῖα βραχέντα καὶ ἐγχρισθέντα. F τὸ δὲ ἄνθος ἐπιπλασθὲν τῷ μετώπῳ λεῖον μετ' ὄξους, κεφαλαλγίας παύει. τὸ δὲ σκευαζόμενον ἐξ αὐτοῦ χρίσμα κύπρινον, θερμαντικὸν γίνεται καὶ μαλακτικὸν νεύρων, εὐῶδες, ἐν τῷ προσλαμβάνειν G πυρωτικὰ μίγματα.

V. ἐλαίας

Alij ἐκείνῳ δέ. alius λευκότερα legit. al. πλατύτερα δὲ καὶ χλωρότερα

Orib. βρυώδη v. caret, habetque tantummodo λευκὰ καὶ εὐώδη

Pal. & ἐπὶ ἀφέψημα quod legitur in fine periodi, habet post λεῖα.

V. ἢ στρουθίου

V. addit, καὶ περιπαύει

Ald. εὐώδης ἐκ τοῦ προσλαμβάνειν θερμαντικὰ φάρμακα.

Περὶ Φιλλυρέας. Κεφ. ρκε'.

ΦΙΛΛΥΡΕΑ δένδρον ἐστὶν ὅμοιον κύπρῳ κατὰ μέγεθος, φύλλα δὲ ἐλαίας ὅ-

μοια, πλατύτερα δὲ καὶ μελάντερα. καρπὸν δ' ἔχει σχίνῳ ἐμφερῆ, μέλανα, ὑπόγλυκυν, ὡς ἐν βότρυσι κείμενον. ἐν τραχέσι δὲ τόποις γίνεται. ταύτης τὰ φύλλα στύφει ὡς ἀγριελαία, ποιοῦντα πρὸς τὰ στύψεως δεόμενα. μάλιστα τοῖς ἐν στοματίοις ἕλκεσι διαμάσημα καὶ διάκλυσμα τὸ ἀφέψημα. καὶ πινόμενον δὲ οὖρα καὶ ἔμμηνα ἄγει.

V. κινεῖ pro eodem.

Περὶ Κίστου. Κεφ. ρκϛʹ.

V. κισθὸς, & sic deinceps.

ΚΙΣΤΟΣ, ὃν ἔνιοι κίσθαρον ἢ κίσσαρον καλοῦσι, θάμνος ἐστὶν ἐν πετρώδεσι τόποις φυόμενος, πολύκλαδος, φυλλώδης, οὐχ ὑψηλός, φύλλα ἔχων περιφερῆ, μέλανα, δασέα. ἄνθη ἄρρενος, ὥσπερ ῥοιᾶς· ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεος, λευκά. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν· ὅθεν τὰ ἄνθη λεῖα πινόμενα δὶς τῆς ἡμέρας ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ, δυσεντερίαις ἁρμόζει· καθ' αὑτὰ δὲ καταπλασθέντα, νομὰς ἐφίστησι. σὺν κηρωτῇ δὲ πυρίκαυστα καὶ παλαιὰ ἕλκη ἰᾶται.

Cat. ξυλώδης. Sic quoque Serapio.
Vulg. exempl. στρογγύλα.
In vulg. exempl. deest.
Pal. στυπτικήν· τὰ ἄνθη λεῖα στρεφόμενα καὶ ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ δυσεντερικοῖς ἁρμόζει· πινόμενα δὶς τῆς ἡμέρας.

Περὶ Ὑποκιστίδος. Κεφ. ρκζʹ.

Φύεται δὲ παρὰ τὰς ῥίζας τοῦ κίστου ἡ λεγομένη ὑποκιστίς, ὑπ' ἐνίων δὲ ῥόβεθρον, ἢ κύτινος καλουμένη, ὅμοιόν τι κυτίνῳ ῥοιᾶς. καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ κιρρόν, τὸ δὲ χλωρόν, τὸ δὲ λευκόν· ὅπερ χυλίζεται ὥσπερ ἡ ἀκακία. ἔνιοι δὲ ξηράναντες αὐτὴν καὶ θλάσαντες, βρέχουσί τε καὶ ἕψουσι, καὶ τὰ ἄλλα ποιοῦσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ λυκίου. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τῇ ἀκακίᾳ, στυπτικωτέραν δὲ καὶ ξηραντικωτέραν, ποιοῦσαν πρὸς κοιλιακούς, δυσεντερικούς, αἱμοπτοϊκούς, ῥοῦν γυναικεῖον, πινομένη καὶ ἐνιεμένη.

V. hæc delet usque ad τὸ αὐτ.
Pal. ῥοβέθρον.
Ald. ῥόβιθρον.
Ro. codex sic: καὶ ὃ μέν τι κιρρὸν, τὸ δὲ χλωρόν, τὸ δὲ λευκόν. Porrò τὸ δὲ χλωρὸν non legitur apud Oribasium.
V. ξηρόν.
V. addit πινόμενον καὶ περὶ ῥοῦν γυναικεῖον cætera delet.

Περὶ Λαδάνου. Κεφ. ρκηʹ.

Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κίστου, καλούμενον ὑπ' ἐνίων λῆδον, θάμνος κατὰ τὰ αὐτὰ φυόμενος τῷ κίστῳ· μακρότερα δὲ τὰ φύλλα ἔχει καὶ μελάντερα, λιπαρείας τινὰς κατὰ τὸ ἔαρ ἐπισπώμενα, οὗ τῶν φύλλων ἡ δύναμις στυπτικὴ καθέστηκε, ποιοῦσα πρὸς ὅσα καὶ ὁ κίστος. γίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ λεγόμενον λάδανον·

Al. [illegible]

leaceis, sed latioribus & nigrioribus, fructu lentisci, nigro, subdulci & quasi racemato. Locis asperis nascitur. Huius folia perinde ac oleastri astringunt, proptereáque ad ea faciunt quæ astrictionem desiderant, maximéque ad oris vlcera tum commanducata, tum etiam si decocto ea colluantur. Quin & potum decoctum vrinas mensésque ciet.

De Cisto. Cap. CXXVI.

CISTVS, quem nonnulli cistharon aut cissaron vocant, frutex est petrosis locis nascens, multos emittens ramulos, foliosus, improcerus, folijs rotundis, nigris, hirsutis. Flores masculo veluti mali punicæ, fœminæ albi. Vim habet astrictoriam: ideóque flores triti & ex vino austero bis die poti dysenterijs conferunt: ipsi verò per se illiti nomas cohibent, & cum cerato igni ambustis ac vetustis vlceribus medentur.

De Hypocistide. Cap. CXXVII.

Cisti radicibus adnascitur quiddam mali punicæ cytino simile, quod hypocistis dicitur: à nonnullis verò robethrum aut cytinus appellatur. Eius pars fulua, altera virens, quædam etiam candida cernitur. Ex ea succus acaciæ modo exprimitur. Aliqui tamen ipsam arefactam contusámque macerant & decoquunt, reliquáque vt in Lycio præstant. Vires habet acaciæ: verùm aliquantò magis astringit & exiccat. Prodest cœliacis, dysentericis, & sanguinem excreantibus, imò & fluxui muliebri tū pota tum etiam infusa.

De Ladano. Cap. CXXVIII.

Est & alterum cisti genus, Ledum à nonnullis appellatum, frutex eodem quo cistus modo nascēs, sed longioribus folijs ac nigrioribus, quæ verno tempore quiddam pingue contrahunt. Huius foliorum vis astringens eosdem quos cistus effectus præbet. Fit autem ex eo, quod ladanum appellatur.

Siquidem cùm cisti folia depascuntur capræ hircique, pinguitudinem cóspicuè barbis & femoribus, quoniam viscosa sit, adhærescenté excipiunt contrahúntve, quæ depexa colatur, & in offas efformata reponitur. Alij attractis per frutices funiculis, inhærentem ijs pinguitudinem deradunt & in offas cogunt. Maximè verò probatur odoratum, subviride, facilè mollescés, pingue, arenæ squalorisve expers ac resinosum. Tale autem est, quod in Cypro gignitur. Arabicum verò Libycúmque vilius est. Natura ei astringendi, calfaciendi, molliendi & vasorú oscula reserandi. Vino, myrrhæ & oleo myrteo admixtum fluentem capillum cohibet: cicatricibus decorem facit, cum vino illitum: aurium doloribus cum hydromelite aut rosaceo infusum medetur. Suffumigatur & ad secundas eijciendas: pessis immistum vuluę duritias sanat: denique in medicamenta sedandis doloribus ac tussi dicata, itémque malagmata vtiliter inseritur. Aluum quoque sistit cum vino vetere potum, ac vrinæ prætereà ciendæ accommodatum est.

De Ebeno. Cap. CXXIX.

EBENVS optima censetur Æthiopica, nigra, venarum pectinúmve expers, cornu elaborato læuore similis, quæque fracta densa apparet, mordet autem gustu ac leniter astringit. Prunis imposita cum odore iucundo & citra fumum vritur. Recens verò igni admota ob pinguitudinem accenditur, & ad cotem trita subfulua redditur. Est & altera Indica, intercurrentibus lineis prædita, candidis & fuluis, itémque maculis frequentibus: cæterùm prior bonitate antecedit. Nonnulli porrò mori aut acanthi ligna, quòd consimilia sint, pro ebeno vendunt. Ex eo autem internoscuntur, quòd fungosa sint, & in assulas ad purpuram vergentes resoluantur, nihil mordacitatis in gustu, nec suauis odoris in suffitu præ se ferentia.

A τὰ φύλλα γὰρ αὐτοῦ νεμόμεναι αἱ αἶγες καὶ οἱ τράγοι τὴν λιπαρίαν ἀναλαμβάνουσι τοῖς πώγωσι γνωρίμως, καὶ τοῖς μηροῖς προσπλαττομένην διὰ τὸ τυγχάνειν ἰξώδη, ἣν ἀφαιροῦντες ὑλίζουσι, καὶ ἀποτίθενται ἀναπλάσαντες μαγίδας. ἔνιοι δὲ καὶ σχοινία ἐπισύρουσι τοῖς B θάμνοις, καὶ τὸ προσπλασθὲν αὐτοῖς λίπος ἀποξύσαντες ἀναπλάσσουσι. κράτιστον δέ ἐστιν αὐτοῦ τὸ εὐῶδες, ὑπόχλωρον, εὐμάλακτον, λιπαρόν, ἀμέτοχον ψάμμου ἢ ψαφαρίας, ῥητινῶδες· τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ ἐν Κύπρῳ γεννώμενον· τὸ μέντοι Ἀραβικὸν καὶ Λιβυκὸν εὐτελέστερον. C Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν, θερμαντικήν, μαλακτικήν, ἀναστομωτικήν· ἵστησι δὲ τὰς ῥεούσας τρίχας, μετὰ οἴνου καὶ σμύρνης καὶ μυρσίνου ἐλαίου, οὐλάς τε εὐπρεπεστέρας ποιεῖ μετ' οἴνου καταχριόμενον, καὶ ὠταλγίας μεθ' ὑδρομέλιτος ἢ ῥοδίνου ἐγχεόμενον θερα- D πεύει· ὑποθυμιᾶται δὲ καὶ πρὸς δευτέρων ἐκβολάς· καὶ σκληρίας θεραπεύει τὰς ἐν μήτρᾳ ἐν πεσσῷ μιγέν, καὶ ταῖς ἀνωδύνοις καὶ βηχικαῖς καὶ μαλάγμασι χρησίμως μίγνυται· κοιλίαν τε ἵστησι σὺν οἴνῳ παλαιῷ ποθέν· ἔστι δὲ καὶ οὐρητικόν.

Marc. legit ἀνι... ἀνολίζουσι

Al. ἄμμου.

E

Περὶ ἐβένου. Κεφ. ρκθ.

ΕΒΕΝΟΣ κρατίστη ἡ Αἰθιοπική, καὶ μέλαινα, καὶ μὴ ἔχουσα κηδόνας, ἐμφερής κέρατι εἰργασμένῳ τῇ λειότητι, θλασθεῖσα δὲ πυκνή, δηκτικὴ ἐν τῇ γεύσει καὶ ὑποστύφουσα· τεθεῖσα τε ἐπ' ἀν- F θράκων μετ' εὐωδίας καὶ δίχα καπνοῦ ἐκθυμιωμένη. ἡ δὲ πρόσφατος διὰ τὴν λιπαρίαν ἀνάπτεται, πυρὶ προσαχθεῖσα· τριφθεῖσα δὲ ἐπ' ἀκόνης, ὑπόκιρρος γίνεται. Ἔστι δέ τις καὶ Ἰνδική, ἔχουσα διαφύσεις λευκὰς καὶ κιρράς, καὶ σπίλους ὁμοίως πυκνούς· πλὴν βελτίων ἡ προτέρα. ἔνιοι G δὲ τὰ σησάμινα ἢ ἀκάνθινα ξύλα ἐμφερῆ ὄντα, ἀντὶ ἐβένου πωλοῦσι· διαγινώσκεται δὲ ἐκ τοῦ χαυνά τε εἶναι, καὶ κατὰ σχίδακας μικρὰς ἀπολύεσθαι ἐμπορφύρους τῷ χρώματι, μηδὲν δὲ δηκτικὸν ἐχούσας ἐν τῇ γεύσει, ἢ ἐν τῇ θυμιάσει εὐῶδες.

In vet. cod. deest καὶ

V. θυμιωμένη

V sic ἔνιοι δὲ τὰ σησάμινα ἢ ἀκάνθινα ξύλα ... καλοῦσι. al. ἔνιοι δὲ καὶ ἀκάνθινα ἢ σησάμινα καλοῦσι ξύλα ἃ καὶ ἐμφερῆ ὄντα αὐτῇ ἐβ.

A Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ παλαιὰ ῥεύματα καὶ φλυκτίδας. εἰ δέ τις ποιήσας ἐξ αὐτῆς * ἀκόνιον χρᾶται εἰς τὰ κολλύρια, βέλτιον ἐνεργήσει. κατεργάζεται δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, τῶν τορνευμάτων ἢ ῥινημάτων βρεχομένων ἐν οἴνῳ Χίῳ ἡμέραν καὶ νύκτα. B εἶτα λελειωμένων ἐπιμελῶς, καὶ εἰς κολλύρια ἀναπλασσομένων. ἔνιοι δὲ προσβίψαντες διηθοῦσιν αὐτὰ, εἶθ' οὕτω τὰ λοιπὰ ποιοῦσι. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ οἴνου ὕδατι χρῶνται. καίεται δὲ ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, ἕως ἂν ἀνθρακωθῇ. καὶ πλύνεται ὡς ὁ κεκαυμένος μόλιβδος. C ἁρμόζει δὲ τὸ τοιοῦτον πρὸς * ψωροφθαλμίας καὶ ξηροφθαλμίας.

Al. εὐφρανὲς ποιῶ. — V. ὡς δεῖ ὀφθαλμικὰ, τῶν πριομένων ὁ ῥινισμάτων. — Vulg. ὧν ἀλλοιουμένων. — Al. διασήθουσιν αὐτά. — V. ἀπεκαύτο. — Deest in Par. cod. itéq. Coloniensi ψωροφθ. al. ψώρας καὶ ὀφθαλμίας.

Vim habet ebenus ea exterendi quæ pupillis caliginem offundunt: pollet & ad veteres fluxiones ac pustulas. Quod si quis facta ex ea coticula vtatur ad terenda collyria, efficaciùs medebitur. Ad oculorum medicamenta efficax quoque redditur, si scobes ramentáve in vino Chio per diem ac noctem macerata, diligentérque ad læuorem contrita in collyria digerantur. Nonnulli ipsa priùs trita cribro cernunt, ac deinde reliqua eo modo peragunt. Quidam pro vino aqua vtuntur. Vritur etiam in fictili nouo, donec in carbones redigatur: lauaturque plumbi vsti modo: itáque præparatum aridis scabrísque lippitudinibus conducit.

Περὶ Ῥόδων. Κεφ. ρλ.

ΡΟΔΑ ψύχει καὶ στύφει, τὰ δὲ ξηρὰ μᾶλλον στύφει. χυλίζειν δὲ δεῖ τὰ ἁπαλὰ ἀποψαλισθέντα τὸν ὄνυχα καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ D φύλλῳ. τὸ δὲ λοιπὸν ἐκθλίβειν καὶ * τρίβειν ἐν σκιᾷ, ἐν θυΐᾳ ἄχρις οὗ συστραφῇ, οὕτω τε ἀποτίθεσθαι εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς παρεγχύσεις. ξηραίνεται δὲ τὰ φύλλα ἐν σκιᾷ συνεχῶς στρεφόμενα, ἵνα μὴ εὐρωτιάσῃ. ποιεῖ δὲ τῶν ξηρῶν ἑψηθέντων ἐν οἴνῳ τὸ ἀπόθλιμμα, πρὸς ἄλγημα κεφα- E λῆς, ὀφθαλμῶν, ὤτων, οὔλων, δακτυλίου, ἀπευθυσμένου ἐντέρου, μήτρας, πτερῷ ἐγχριόμενον καὶ προσκλυζόμενον. αὐτὰ δὲ δίχα τοῦ ἐκθλιβῆναι, κοπέντα καὶ ἐπιπλασσόμενα, ποιεῖ πρὸς ὑποχονδρίων φλεγμονὰς, καὶ στομάχου πλάδον καὶ ἐρυσιπέλατα. ξηρὰ δὲ λεῖα παρὰ μηροῖς F προσπάσσεται, καὶ ἀνθηραῖς καὶ τραυματικαῖς ἀντιδότοις μίγνυται. καίεται δὲ καὶ εἰς τὰ καλλιβλέφαρα. τὸ δὲ ἐν μέσοις τοῖς ῥόδοις εὑρισκόμενον ἄνθος πρὸς οὔλων ῥευματισμοὺς ξηρὸν προσπασθὲν ποιεῖ. αἱ κεφαλαὶ δὲ ποθεῖσαι, κοιλίας ῥεούσας καὶ αἵματος ἀναγωγὴν ἐπέχουσιν. G

Marcellus παρὰ. — Deest in Par. — Vulg. exempl. δακτύλων. — Marc. προσπάσσεται μηροῖς. V. caretis vsque ad αὐτά. — Alij addunt: καὶ ἡ χυτὰ [illegible] ἀχρηστότατα. Margo verò [illegible].

De Rosa. Cap. CXXX.

ROSA refrigerat & astringit: sed sicca magis astringit. Succum autem è rosis recentibus exprimi oportet, resectis nimirũ prius forfice vnguibus (sic appellantur candidæ foliorũ partes) ita vt reliquum in pila prematur teratúrque: inde vero expressus succus in vmbra locari debet, dum spissescat, & ita ad oculorum circumlitiones recondi. Siccantur etiamnum folia in vmbra, continuò tamen versata, ne situm mucorémve contrahant. Siccarum vero rosarum in vino coctarum expressus liquor facit ad dolorem capitis, oculorum, aurium, gingiuarum, sedis, recti intestini ac vuluæ, siue illitus, siue etiam affusus. Eædem citra expressionem contusæ, móxque impositæ, hypochondriorũ inflammationibus, stomachi ex humiditate nimia solutionibus & erysipelatis conferũt: iisdem siccis ac tritis femina asperguntur: denique compositionibus quas antheras vocãt, & vulnerariis antidotis immiscentur: vtuntur & in calliblephara. Porrò flos qui in mediis rosis reperitur, aridus gingiuarũ fluxionibus efficaciter inspergitur. Capita verò pota fluentem aluum & cruentas reiectiones sistũt.

Περὶ Ῥοδίδων. Κεφ. ρλά.

ΑΙ λεγόμεναι δὲ ῥοδίδες, σκευάζονται τὸν τρόπον τοῦτον· ῥόδων χλωρῶν

De Roseis pastillis. Cap. CXXXI.

Pastilli quos rhodidas vocãt, hac arte præparantur: Rosarũ viridium,

quæ nullo antè humore madefactæ extabescere cœperit, drachmæ XL, Indicæ nardi drachmæ X, myrrhæ drachmæ VI tritæ digeruntur in pastillos ponderis ternûm obolorũ: qui quidẽ in vmbra siccati vase fictili non picato ac probè vndique obturato, reponuntur. Sunt qui costi drachmas II adijciant, & Iridis Illyricæ tantundem, vinum etiam Chium cum melle ammiscentes. Mulieribus moniliũ vice collo circundati vsui sunt ad retundendam sudoris graueolentiam. Iisdem etiã tritis vtuntur ad diapasmata, quę ad sudores coercendos corpori asperguntur, itémque ad illitiones à balneo, & postquã inaruerint corpori, frigida abluuntur.

De Lycio. Cap. CXXXII.

LYCIVM, quod aliqui pyxacantham vocant, arbor est spinosa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas folia sunt buxo similia, densa. Fructum habet piperis instar nigrum, amarũ, densum, læuem: corticem verò pallidum, lycio diluto similem, & radices numerosas, obliquas, lignosas. Nascitur plurimũ in Cappadocia, Lycia, pluribúsque alijs locis. Aspera loca amat. Succus elicitur radicibus cum frutice ipso tusis, & per dies multos maceratis, deindéque coctis: ac tùm ligna quidem abijciuntur, liquor verò iterum coquitur, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut absinthij succo, aut felle bubulo. Quod porrò spumosum innatat inter coquendũ eximito, & ad oculorum medicamenta reponito: reliquo ad alia vtitor. Simili modo & è fructu expresso & insolato succus elicitur. Optimum est lycium, quod igni accenditur, quódque dum restinguitur, rubẽtem spumam edit, extrinsecus nigrum, intus verò cùm dissecueris fuluum, minimè virosum, cum amaritudine astringens, colore croceo: quale est Indicũ, reliquo præstantius atque efficacius. Vim habet astrictoriam: quæ pupillis caliginem offundunt exterit, palpebrarũ scabiem, pruritus veterésque fluxiones sanat. Facit & illitum

A ἀβρόχων μεμαρασμένων < μ'. νάρδου Ἰνδικῆς < ι'. σμύρνης < ς'. λεῖα ἀναπλάσσεται εἰς τροχίσκους τριωβολιαίους· καὶ ἐν σκιᾷ ξηραίνεται, καὶ ἀποτίθενται εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον ἀκώνητον περιεσφιγμένον. ἔνιοι δὲ προστιθέασι καὶ κόστου < β'. καὶ ἴρεως Ἰλλυρικῆς τὸ αὐτό, μιγνύντες καὶ
B οἶνον Χῖον μετὰ μέλιτος. χρῆσις δὲ αὐτῶν ἐστιν, ἐπὶ γυναικῶν περιτιθεμένων τῷ τραχήλῳ ἀντὶ ὅρμων, ἀμβλυνουσῶν τὴν τῶν ἱδρώτων δυσωδίαν. χρῶνται δὲ καὶ λείοις ἐν * διαπάσμασι καὶ συγχρίσμασι μετὰ τὸ λουτρόν, καὶ μετὰ τὸ ξηρανθῆναι ἀποκλούονται ψυχρῷ.

C

Περὶ Λυκίου. Κεφ. ρλβ'.

ΛΥΚΙΟΝ, ὃ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, δένδρον ἐστὶν ἀκανθῶδες, ῥάβδους ἔχον τριπήχεις ἢ καὶ μείζονας· περὶ ἃς τὰ φύλλα πύξῳ ὅμοια, πυκνά. καρπὸν δὲ ἔχει ὡς πέπερι μέλανα, πικρόν, πυ-
D κνόν, λεῖον· καὶ τὸν φλοιὸν δὲ ὠχρόν, ὅμοιον τῷ διειθέντι λυκίῳ· ῥίζας δὲ πολλάς, πλαγίας, ξυλώδεις. φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Λυκίᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πολλοῖς· τραχέα δὲ φιλεῖ χωρία. χυλίζεται δέ, τῶν φύλλων σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντων καὶ βρεχέντων ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας, εἶθ' ἑψηθέντων,
E καὶ τῶν μὲν ξύλων ῥιπτομένων, τοῦ δὲ ὑγροῦ πάλιν ἑψομένου μέχρι μελιτώδους συστάσεως. δολοῦται δὲ ἀμόργης ἅμα τῇ ἑψήσει μιγνυμένης, ἢ ἀψινθίου χυλίσματι, ἢ βοείᾳ χολῇ. καὶ τὸ μὲν ἐπινηχόμενον ἀφρῶδες ἐν τῇ ἑψήσει ἀφελών, ἀπόθου εἰς τὰ ὀφθαλμικά· τὸ δὲ λοιπῷ εἰς τὰ ἄλλα χρῶ. γίνεται δὲ
F καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ ὁμοίως χύλισμα ἐκπιεζομένου καὶ ἡλιαζομένου. ἔστι δὲ κάλλιστον τὸ καιόμενον λύκιον, καὶ κατὰ τὴν σβέσιν τὸν ἀφρὸν ἐρυθρὸν ἔχον, ἔξωθεν μέλαν, διαιρεθὲν δὲ κιρρόν, ἄβρωμον, στῦφον μετὰ πικρίας, χρώματι κροκῶδες, οἷόν ἐστι τὸ Ἰνδικόν, διαφέρει τοῦ λοιποῦ καὶ δυναμικώτερον.
G Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν, καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις καθαίρει· ψωριάσεις δὲ τὰς ἐπὶ τῶν βλεφάρων, καὶ κνησμοὺς καὶ τὰ παλαιὰ ῥεύματα θεραπεύει· ποιεῖ δὲ καὶ

V. ἐμβρέχων
V. συμμίγνυντες μετὰ μέλιτος καὶ οἴνου Χίου γρ.
Pal. περιτιθεμένων τῷ τραχήλῳ αὐτὰ ὅρμου ἀντί. V. ἀντὶ ὅρμων
Quidã ἀμβλυνουσαι Pal. ἀμβλύνουσαι
V ὃ Flos dicitur καὶ λείοις
Vulg. διαπάσμασι
Pal. μετὰ τὸ λουτρὸν καὶ συγχρίσμα. Ald. malè ἀλείφεται
V. τριπήχεις ἢ καὶ μείζους
Quidam addunt μέσον θερμοῦ καὶ ψυχροῦ
In vet. cod. non habetur & Oribasius tamen

πρὸς ὦτα πυορροοῦντα, παρίσθμια, οὖλα ἑλκούμενα, καὶ διερρωγότα χείλη, ῥαγάδας ἐν δακτυλίοις, καὶ παρατρίμματα ἐπιχριόμενον. ἁρμόζει καὶ κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς, πινόμενον καὶ ἐγκλυζόμενον. δίδοται δὲ καὶ αἱμοπτοϊκοῖς καὶ βήττουσι σὺν ὕδατι, καὶ τοῖς ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς δηχθεῖσιν ἐν καταποτίῳ, ἢ σὺν ὕδατι ποτόν. ξανθίζει τε καὶ τρίχας· παρωνυχίας τε καὶ ἕρπητας, καὶ σηπεδόνας ἰᾶται· ἵστησι δὲ ῥοῦν γυναικεῖον προστιθέμενον· βοηθεῖ δὲ καὶ λυσσοδήκτοις ποθὲν μετὰ γάλακτος, ἢ αὐτὸ καταπότιον λαμβανόμενον. Λέγεται δὲ τὸ Ἰνδικὸν Λύκιον γίνεσθαι ἐκ θάμνου, τῆς λεγομένης λογχίτιδος. ἔστι δὲ εἶδος ἀκάνθης, ῥάβδους ἔχουσα ὀρθάς, τριπήχεις ἢ καὶ μείζους πολλὰς ἀπὸ τοῦ πυθμένος, παχυτέρας βάτου. φλοιὸς ῥαγεὶς ἐνερευθής· τὰ δὲ φύλλα ὅμοια ἐλαίᾳ, ἧς ἡ πόα ἐν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ ποτιζομένη ἱστορεῖται φλεγμονὰς σπληνὸς καὶ ἴκτερον ἰᾶσθαι, καὶ καθάρσεις γυναικείας ἄγειν. καὶ ὠμὴ δὲ λεία ποθεῖσα, τὰ αὐτὰ ποιεῖν παραδίδοται. τοῦ δὲ σπέρματος μύστρα δύο ποθέντα, ὑδατώδη καθαίρει, καὶ θανασίμοις βοηθεῖ.

Margin notes: V. ἑλκούμενα καὶ [illegible] — Deest καὶ in Ald. & Pal. — Marc. & Corn. hæc quia redundãt expungũt, & legunt [illegible] &c. Al. [illegible], vt Ruell. Hæc ad capitis vsque finem minime legitima esse suspicatur Marcellus. — V. [illegible] — Al. [illegible] — Quidam emendãt ἰκτέρους — V. παραδίδοται

Περὶ Ἀκακίας. Κεφ. ρλγ'.

Ἀκακία φύεται ἐν Αἰγύπτῳ· ἄκανθα δέ ἐστι δενδρώδης, θαμνοειδής, οὐκ ὀρθοφυής, ἄνθος ἔχουσα λευκόν, ἔχει δὲ καρπὸν ὥσπερ θέρμοι ἐν λοβοῖς κείμενον, ἐξ οὗ καὶ ἐκθλίβεται τὸ ἐγχύλισμα ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ, μέλαν μὲν ἐκ τοῦ πεπείρου καρποῦ, ὑπόκιρρον δὲ ἐκ τοῦ ὠμοῦ. ἐκλέγου δὲ τὸ ἠρέμα ὑπόκιρρον, εὐῶδες, ὡς ἐν ἀκακίᾳ. χυλίζουσι δέ τινες καὶ τὰ φύλλα σὺν τῷ καρπῷ. καὶ κόμμι δὲ ἐκ τῆς ἀκάνθης γεννᾶται. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν, ψυκτικήν. ἁρμόζει δὲ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ καὶ ἐρυσιπέλατα, ἕρπητας, χίμεθλα, πτερύγια, τὰ ἐν τῷ στόματι ἕλκη. καὶ προπτώσεις δὲ ὀφθαλμῶν καθίστησιν· ἐπέχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικεῖον. καὶ τὰς προπτώσεις δὲ τῆς ὑστέρας στέλλει, κοιλίας τε ῥεύματα ἐπέχει πινόμενος, καὶ ἐγκλυζόμενος· μελαίνει δὲ καὶ τρίχας. πλύνεται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικά, περιβομένου * μεθ' ὕδατος ἀποχεομένου τοῦ

Margin notes: V. θαμνώδης — V. τὸν καρπὸν ὥσπερ θέρμοι [illegible] — V. χύλισμα — Pal. καὶ τὸ κόμμι ἡ στυπτικὸν ἁρμόζει — Ald. χειμέθλας v. χιμέθλας — V. περιβαλλομένου [illegible] τὸ ὕδωρ

A ad aures purulentas, tonsillas, gingiuas exulceratas, labiorum fissuras, sedis rimas & attritus. Cœliacis & dysentericis tum potum tum etiam infusum conuenit. Datur & sanguinē excreantibus atque tussientibus ex aqua: itémque a rabioso cane demorsis, catapotij instar deuoratum aut ex aqua bibitum: B flauos facit capillos: reduuijs, herpetibus putrescentibúsque vlceribus medetur: fluxum muliebrem appositum sistit, & à rabiosis animalibus demorsis, seu in lacte bibitum, seu catapotij vice assumptum, auxiliatur. Fertur & Lycium Indicum fieri ex frutice, lonchitide appellato. Est is è spinarum genere, C virgas habens rectas tricubitales aut etiamnum maiores à fundo numerosas & rubo crassiores. Ruptus cortex rubescit: folia verò oleæ similia visuntur. Herba in aceto decocta propinatáque proditur lienis inflammationibus regióque morbo mederi, & fœminarũ purgationes elicere. Cruda quoque trita in D potu eadē præstare traditur. Seminis mystra duo epota aquosa expurgãt, súntque aduersus lethalia medicamenta remedio.

De Acacia. Cap. CXXXIII.

Acacia in Ægypto nascitur, spina ad arboris magnitudinē accedens fruticosa, in rectum minimè assurgens, florem habēs can- E didum, fructum verò lupini in modum, siliquis inclusum. Ex eo succus exprimitur, qui in vmbra siccatur, niger quidem ex maturo fructu, subfuluus autem ex immaturo. Eligito modicè fuluum & odoratum, vt in acacia esse potest. Sunt qui è folijs vnà cum ipso fructu suc- F cum exprimant. Manat & gummi ex ea spina. Vim habet astrictoriam & refrigerantem. Conuenit porrò succus ad oculorum affectus, erysipelata, herpetas, perniones, pterygia & oris vlcera. Quin & procidentes oculos in integrum restituit, fluxum muliebrem sistit, ac ipsius etiam vuluæ procidentias co- G hibet: alui quoq; profluuia supprimit tum potus, tum etiam infusus: capillos itidem denigrat. Lauatur & ad oculorum medicamenta cum aqua tritus, effuso identidem quod

in summo concreuerit, donec pura superstet aqua: atque ita in pastillos cogitur. Vritur & in olla cruda fornaci inditus, tandiúque relictus dum & ipsum fictile percoquatur. Torretur & super carbonibus, igne follibus ventilato. Spinæ verò decoctum solutos artus fotu committit. Præfertur eius spinæ gummi vermiculatum, vitrum referens, pellucidum, ligni expers: proximum est candidum: resinosum verò ac sordidum, inutile. Vim habet spiracula cutis obstruendi, medicamentorúmque acrium quibus admiscetur vires hebetat: nec non ex ouo illitum ambusta minimè patitur in pustulas erumpere. Altera quoque acacia in Cappadocia Pontóque prouenit, Ægyptiam referés: sed longè minor, humilis, ac tenerior, aculeis vallorum in modum obsita, folijs prædita rutæ similibus. Autumno semen profert lenticula minus, in folliculis connexis ternûm quaternúmve capacibus. E tota p[l]anta succus expressus etiam astringit, sed viribus inferior, & oculorum medicamentis haudquaquam est idoneus.

De Amurca. Cap. CXXXVIII.

AMVRCA est expressæ oliuæ veluti fæx & crassamentum. Ea in aheno cupreo ad crassitudinem mellis decocta astringit, eosdémque quos lycium præbet effectus: ex abundanti verò facit ad dentium dolores & vulnera, cum aceto, vino aut mulso illita. Additur & in oculorum medicamenta, eáque quæ spiracula cutis obstruendi vim habent. Inueterata melior euadit. Sedis, genitalium & vuluæ exulcerationi vtiliter infunditur. Dentes quoque *corruptos* extrahit, cum omphacio ad mellis crassitudinem cocta & oblita. Scabiem iumentorum cum lupinorũ & chamæleontis decocto peruncta sanat. Cruda vero & recens podagricos & arthriticos calente fotu iuuat. Velleri inducta & hydropicis imposita, tumoris molem reprimit.

Plin. cariosos euellit, vt nimis

A ἐπιπάγου, ἄχρις ἂν καθαρὸν ἐφιστῆται τὸ ὕδωρ, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς τροχίσκους. καίεται δὲ ἐν ὠμῇ χύτρᾳ μετὰ κεράμου ἐν καμίνῳ· ὀπτᾶται δὲ ἐπ' ἀνθράκων ἐκφυσωμένη· τὸ δὲ τῆς ἀκάνθης ἕψημα καταντλούμενον, ἄρθρα λελυμένα ἵστησι. Τὸ δὲ κόμμι τῆς ἀκάνθης B διαφέρει τὸ σκωληκοειδὲς, ὑαλίζον, διαυγὲς, ἄξυλον, εἶτα τὸ λευκόν. τὸ δὲ ῥητινῶδες καὶ ῥυπαρὸν, ἄχρηστον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν ἐμπλαστικὴν, ἀμβλυντικὴν δριμέων φαρμάκων οἷς μίγνυται. πυρίκαυστά τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι καταχριόμενον μετ' ᾠοῦ. Φύεται C δὲ καὶ ἑτέρα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Πόντῳ, παρεμφέρουσα τῇ Αἰγυπτίᾳ. ἐλάττων μὲν τι παραπολὺ καὶ χαμαίζηλος, καὶ τρυφερωτέρα· ἀδελφέοις δὲ ἀκάνθαις σκολοπώδεσι, φύλλα ἔχουσα πηγάνῳ ὅμοια. τῷ δὲ φθινοπώρῳ φέρει σπέρμα ἐν θυλακίοις συνε-D ζευγμένοις, τριχώροις ἢ τετραχώροις, ἔλαττον φακοῦ. στύφει δὲ καὶ αὐτὴ χυλιζομένη σύμπασα, πλὴν ἥττων τῇ δυνάμει καθέστηκεν, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἀνεπιτήδειος οὖσα.

Vulg. σκυταλίζουσι δὲ

Vulg. exempl. ὅμοια τῷ σπέρματι

Περὶ Ἀμόργης. Κεφ. ρλη'.

ΑΜΟΡΓΗ ὑποστάθμη ἐστὶν ἐλαίας E τῆς ἐκθλιβομένης, ἥτις ἑψηθεῖσα ἐν χαλκῷ κυπρείῳ μέχρι μελιτώδους συστάσεως, στύφει· ποιοῦσα πρὸς ἃ καὶ τὸ λύκιον, ἐκ περιουσίου δὲ καὶ πρὸς ὀδονταλγίας καὶ τραύματα, ἐπιχριομένη μετ' ὄξους ἢ οἴνου ἢ οἰνομέλιτος· μίγνυται δὲ καὶ ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσι καὶ ἐμπλαστι-F καῖς· παλαιουμένη τε βελτίων γίνεται. ἔγκλυσμά τε ἕδρᾳ καὶ αἰδοίῳ καὶ μήτραις εἱλκωμέναις ἐστὶ *χρήσιμος. ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐφθαρμένους ὀδόντας σὺν ὀμφακίνῳ ἑψηθεῖσα ἄχρι μελιτώδους συστάσεως, καὶ περιπλασθεῖσα· ψώρας τε κτηνῶν σὺν θέρμων ἀφεψήματι καὶ χα-G μαιλέοντος καταχριομένη θεραπεύει. ἡ δὲ ἀνέψητος καὶ πρόσφατος ποδαγρικοὺς καὶ ἀρθριτικοὺς ὠφελεῖ, θερμὴ καταντληθεῖσα· ἐγχριομένη δὲ εἰς κώδιον καὶ ἐπιτιθεμένη ἐπὶ τῶν ὑδρωπικῶν στέλλει τὸν ὄγκον.

Hoc caput olim reponi post CXXXIX. Orib. ἐλαίου

V. ὀδονταλγίας

Al. ἀποζέματι

V. καταπλασθεῖσα

Περὶ Ἄγνου. Κεφ. ρλε΄.

ΑΓΝΟΣ ἡ λύγος θαμνοειδές ἐστι δενδρῶδες, παρὰ ποταμοῖς καὶ πεδίοις ἐνύδροις, τραχέσι τε τόποις καὶ χαράδραις φυόμενος, ῥάβδους ἔχει δυσθραύστους, μακράς. φύλλα δὲ ὡς τὰ τῆς ἐλαίας, ἁπαλώτερα δὲ καὶ μείζονα. τὸ δ᾽ ἄνθος ἡ μέν τις λευκὸν σὺν τῷ ὑποπορφυρίζοντι, ἡ δὲ, πορφυροῦν φέρει· σπέρμα δὲ ὡς πέπερι.

Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, στυπτικήν. ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς πινόμενος βοηθεῖ θηριοδήκτοις, σπληνικοῖς, ὑδρωπικοῖς· κατασπᾷ δὲ καὶ γάλα, καὶ ἔμμηνα ἄγει πινόμενος ὅσον < α΄. πλῆθος σὺν οἴνῳ· ἐκλύει δὲ καὶ γονήν. ἅπτεται δὲ καὶ κεφαλῆς, [κάρον ἐπιφέρον.] τὸ δὲ ἀφέψημα τῆς πόας καὶ τοῦ σπέρματος, εἰς ἐγκαθίσματα ταῖς περὶ ὑστέραν διαθέσεσι καὶ φλεγμοναῖς ἀρήγει· ποθὲν δὲ μετὰ γλήχωνος καὶ ὑποθυμιαθὲν τὸ σπέρμα καὶ προστεθὲν, κάθαρσιν κινεῖ. λύει δὲ καὶ κεφαλαλγίας καταπλασσόμενον, καὶ ἐπὶ ληθαργικῶν τε καὶ φρενιτικῶν ἐμβρέχεται σὺν ὄξει καὶ ἐλαίῳ. καὶ τὰ φύλλα ὑποθυμιώμενά τε καὶ ὑποστρωννύμενα, θηρία διώκει, καὶ καταπλασσόμενα ἐπὶ τῶν θηριοδήκτων βοηθεῖ, σκληρίας τε διδύμων μετὰ βουτύρου καὶ φύλλων ἀμπέλου μαλάττει, ῥαγάδας τε τὰς ἐν δακτυλίῳ σὺν ὕδατι ἐπιπλασθὲν τὸ σπέρμα θεραπεύει· σὺν δὲ τοῖς φύλλοις, στρέμματά τε καὶ τραύματα ἰᾶται. δοκεῖ δὲ καὶ κωλυτήριον εἶναι ἐν ὁδοιπορίαις παρατρίμματος, εἴ τις ῥάβδον αὐτῆς παρὰ χεῖρας κρατοίη. ὀνομάζεται δὲ ἄγνος, διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ· λύγος δὲ, διὰ τὸ περὶ τὰς ῥάβδους αὐτῆς εὔτονον.

Vulg. exempl. non habent καὶ πεδ[illegible]

Deest in vulgatis exempl. Sed restituimus ex vet. codice, quod secutus est Serapio.

V. caret.

V. caret.

V. subdit: καὶ χρονίως ἐπεχόμενα τὰ ἔμμηνα.

Hæc in veteri desunt.

V. [illegible]

V. [illegible]

V. [illegible]

Vulg. [illegible]

Περὶ Ἰτέας. Κεφ. ρλϛ΄.

ΙΤΕΑ δένδρον ἐστὶ πᾶσι γνώριμον, οὗ ὁ καρπὸς καὶ τὰ φύλλα καὶ ὁ φλοιὸς καὶ ὁ χυλὸς στυπτικὴν ἔχει δύναμιν. ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα λεῖα μετ᾽ ὀλίγου πεπέρεως καὶ οἴνου ποθέντα εἰλεώδεσι· καθ᾽ ἑαυτὰ δὲ σὺν ὕδατι ληφθέντα, ἀσυλληψίας κατεργάζεται. ὁ δὲ καρπὸς ποθεὶς, αἱμοπτοϊκοὺς ὠφελεῖ. καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τὰ αὐτὰ δρᾷ. καεὶς δὲ καὶ φυραθεὶς ὄξει, τύλους καὶ ἥλους αἴρει καταπλασσόμενος.

In vet. cod. deest πᾶσι

In vet. cod. desunt καὶ ὁ χυλός

De Vitice. Cap. CXXXV.

VITEX siue lygos frutex est in arborem assurgens, qui in fluminũ ripis campísque palustribus nascitur, nec non & in locis asperis ac salebrosis. Virgulta gerit fractu contumacia & longa: folia verò oliuæ, sed teneriora atque maiora. Florem est quæ album cum aliquatenus purpureo mittat, altera purpureum profert: semen est piperis instar. Porrò excalfactoriam astringentémque vim sortitur. Fructus eius epotus à serpente demorsis, lienosis & hydropicis auxiliatur. Lactis abundantiam facit, mensésque ciet drachmæ pondere in vino potus: genituram quoque exoluit: caput verò tentat, soporémque infert. Herbæ ac seminis decoctum ad insessus vuluę affectibus & inflãmationibus opitulatur. Semen cum pulegio potum, suffitu etiam & apposito, purgationes mouet: dolorem quoque capitis dissoluit illitum. Cum aceto & oleo lethargicorũ phreniticorúmque capitibus instillatur. Quin & folia tũ suffitu tum etiam substratu venenata fugant: contra venenatorum morsus adhibita auxiliantur. Testium duritias cum butyro vitiúmque folijs emolliunt. Rimas sedis semen cum aqua illitum mitigat: cum folijs verò, luxatis vulneribúsque medetur. Creditur & viticis virga intertrigines arcere, si eam viator dum iter facit manu teneat. Cæterùm frutex hic Gręcis agnos, quasi castus, nominatus est, quòd in Thesmophorijs matronæ castitatem custodientes eo ad strata vterentur: lygos verò, quasi vimen, dictus est, propter virgarum ipsius firmitatem.

De Salice. Cap. CXXXVI.

SALIX arbor est vulgo nota: cuius fructus, folia, cortex & succus astringendi vim habent. Trita folia cum exiguo pipere & vino pota, ileosis subueniunt. Sumpta verò per se cum aqua, conceptum impediunt. Fructus epotus sanguiné expuentibus prodest: quin & cortex eadem præstat. Vstus verò & aceto subactus, callos clauósq; illitu tollit.

Al. reiectantibus

Al. aqua mistus

Ex foliis & cortice succus cum rosaceo in calyce punici calfactus, aurium doloribus auxiliatur. Sed & eorum decocto foueri podagras vtilissimum: id furfures quoque detergit. Excipitur & ex ipsa succus, inciso dum floret cortice: intus enim concretus inuenitur. Vim porrò habet ea expurgádi, quæ pupillis caliginem offundunt. Pl. oculis obstant

De Oleastro. Cap. CXXXVII.

SYLVESTRIS olea, quam nonnulli cotinum, alij Æthiopicam oleam appellant, folia habet astringendi vi prædita: quæ quidem trita & imposita, erysipelata, herpetas, epinyctidas, carbunculos, nomas reduuiásque cohibent. Crustas eadem emarginant cum melle illita. Quinetiam vlcera sordida repurgant, panos & inflammationes cum melle imposita discutiunt, & cutem à capite auulsam agglutinant. Oris etiam vlceribus & aphthis commanducata medétur. Sed & eorum succus ac ipsum etiam decoctum eosdem habent effectus. Admotus quoque succus sanguinis eruptionem, fluxum muliebrem, oculorum staphylomata pustulásque inhibet: insupérque vlcera veterésque defluxiones sistit. Quapropter etiam in collyria si addantur, genarum erosionibus conferunt. Ad exprimendum verò succum folia tundere oportet, & affuso vino aut aqua exprimere, illúmque sole siccatum in pastillos digerere. Est porrò qui cũ vino exprimitur tum valétior, tum ad recondédum aptior eo qui cum aqua expressus fuerit. Facit & ad aures purulétas atque exulceratas: folia cum hordeacea farina illita cœliacis conueniunt. Vruntur autem cum floribus folia, vt spodij vicem præstét, in olla cruda, cuius os luto sit oblitum, vsque dum figlinum percoquatur: deinde vino restinguuntur, iterúmque vino subacta eodem modo cremantur: postremò cerussæ modo lauantur, & cogũtur in pastillos. Cæterùm creduntur vstionis eiusmodi ratione in medicamentis oculorum spodio minimè cedere: quare & ijsdem viribus pollere censendum est.

A ἀθείς. ὁ δὲ ἐκ τῶν φύλλων καὶ τοῦ φλοιοῦ χυλός, ἐν κελύφει ῥοᾶς θερμανθεὶς μετὰ ῥοδίνου, ὠταλγίας ἀρήγει. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν, κατάντλημα ποδάγρας ἄριστον· σμήχει δὲ καὶ πίτυρα. λαμβάνεται δὲ καὶ ὀπὸς ἐξ αὐτῆς ἐντεμνομένου τοῦ φλοιοῦ κατὰ τὴν ἄνθησιν. ἔσω γὰρ εὑρίσκεται B συνεστώς. Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις. V. ὠτο...

Περὶ Ἀγριελαίας. Κεφ. ρλζ.

ΑΓΡΙΕΛΑΙΑ, ἣν ἔνιοι κότινον καλοῦσιν, οἱ δὲ, Αἰθιοπικὴν ἐλαίαν, ἔχει τὰ φύλλα στυπτικά· λεῖα δὲ καταπλασθέντα, ἐφεκτικά ἐστιν ἐρυσιπελάτων, ἑρπήτων, C ἐπινυκτίδων, ἀνθράκων, νομῶν, παρωνυχιῶν, παρεγχυματικά τε ἐσχαρῶν, σὺν μέλιτι καταπλασσόμενα· ἀνακαθαίρει δὲ καὶ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη, διαφορεῖ καὶ φύγεθλα καὶ φλεγμονὰς, σὺν μέλιτι καταπλασθέντα, καὶ δέρμα κεφαλῆς ἀποσπασθὲν προσκολλᾷ· ἰᾶται δὲ καὶ τὰ ἐν στόματι ἕλκη καὶ D ἄφθας διαμασηθέντα. καὶ ὁ χυλὸς δὲ αὐτῶν καὶ τὸ ἀφέψημα, τὸ αὐτὸ ποιεῖ· ἐπέχει δὲ καὶ αἱμορραγίας, καὶ ῥοῦν γυναικεῖον προστιθέμενος ὁ χυλός, καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς σταφυλώματα, καὶ φλυκταίνας. ἔτι δὲ ἕλκη καὶ παλαιὰ ῥεύματα στέλλει. διὸ καὶ μίγνυται κολλυρίοις πρὸς τὰς τῶν βλεφάρων E διαβρώσεις εὔθετα. χυλίζοντας δὲ δεῖ κόπτειν τὰ φύλλα, καὶ παραχέοντας οἶνον ἢ ὕδωρ ἐκθλίβειν, καὶ ξηραίνοντας ἐν ἡλίῳ ἀναπλάσσειν. ἔστι δὲ εὐτονώτερος, ὁ διὰ τοῦ οἴνου ἐκθλιβόμενος, καὶ εἰς ἀπόθεσιν μᾶλλον τοῦ δι᾽ ὕδατος ἁρμόζει. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ὦτα πυορροοῦντα καὶ ἑλκούμενα. τὰ δὲ F φύλλα καὶ ἐπὶ κοιλιακοῖς εὔθετα καταπλασσόμενα σὺν ὠμηλύσει· καίεται δὲ τὰ φύλλα μετὰ τῶν αἰθῶν, καὶ ἀντὶ σποδίου λαμβάνεται, ἐν χύτρᾳ ὠμῇ περιπλασσομένης πηλῷ τὸ στόμα μέχρις ὀπτήσεως τοῦ κεράμου. ἔπειτα κατασβέννυται οἴνῳ, καὶ φυραθέντα πάλιν οἴνῳ, ὁμοίως καίεται. εἶτα G πλύνεται ὡς τὸ ψιμύθιον καὶ ἀναπλάσσεται. δοκεῖ δὲ ἡ τοιαύτη καῦσις μὴ λείπεσθαι τοῦ σποδίου εἰς τὰ ὀφθαλμικά. ὅθεν καὶ τὴν δύναμιν ὁμοίως ἡγητέον.

Ita Flor. et vulg. exempl. διαβρώσεις.
In vet. τοῦ δι᾽ ὕδατος non legitur.
V. αἰθῶν ἐν σποδίου χύτρ.
Al. οἴνῳ
V. ὁμοίως

Hæc cum præcedenti capite in vetustis codicib. sunt continua.

Περὶ Ἐλαίας. Κεφ. ρλή.

Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ καὶ τὰ τῆς ἡμέρου ἐλαίας φύλλα, λείπεται δὲ τῇ δυνάμει· ὅθεν πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ μᾶλλον ἁρμόζει, διὰ τὸ ἐπιεικέστερον. Ὁ δὲ ἐκ χλωροῦ τοῦ ξύλου καιομένου ἐκκρινόμενον ὑγρόν, πίτυρα καὶ ψώρας καὶ λειχῆνας καταχριόμενον ἰᾶται· καὶ ὁ καρπὸς δὲ αὐτῶν καταπλασθεὶς, πίτυρα καὶ νομὰς θεραπεύει. Ὁ δὲ ἔσω τοῦ πυρῆνος μετὰ στέατος καὶ ἀλεύρου λεπροὺς ὄνυχας ἐκτινάσσει.

V. τὰ δὲ ἐν τοῖς πυρῆσιν αὐτῆς μετὰ &c.

Περὶ Κολυμβάδων ἐλαιῶν. Κεφ. ρλθ'.

V. αἱ δὲ κολυμβάδες λεῖαι

Ἐλαῖαι κολυμβάδες λεῖαι καταπλασθεῖσαι, πυρίκαυστα οὐκ ἐῶσι φλυκταινοῦσθαι, καὶ ῥυπαρὰ δὲ ἕλκη καθαίρουσιν. Ὁ δὲ ἐκ τῆς ἅλμης χυλὸς αὐτῶν διακλυζόμενος, οὖλα στέλλει, καὶ ὀδόντας σειομένους κρατύνει. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ὑπόκιρρος καὶ πρόσφατος ἐλαία, δυσκοίλιος, εὐστόμαχος· ἡ δὲ μέλαινα καὶ πέπειρος, εὔφθαρτος καὶ κακοστόμαχος, ὀφθαλμοῖς τε ἀνεπιτήδειος καὶ κεφαλαλγής. Φρυγεῖσα δὲ καὶ καταπλασθεῖσα, νομὰς ἵστησι, καὶ ἄνθρακας περιρρήγνυσι.

Al. [illegible]

Περὶ ἐλαίου ἀγρίας ἐλαίας. Κεφ. ρμ'.

Hoc velim trāsferri cap. de amurca.

Τὸ δὲ ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας ἔλαιον, διάκλυσμα οὔλοις μυδῶσι, καὶ σαλευόντων ὀδόντων ἐστί, πυρία τε δι' αὐτοῦ θερμαινομένου καὶ * διακλυζομένου ἐπιτήδειος οὔλοις ῥευματιζομένοις. Δεῖ δὲ ἔριον μηλωτῇ περιτιθέντας ἀποβάπτειν εἰς τὸ ἔλαιον, καὶ προσάπτεσθαι τοῖς οὔλοις, ἄχρις ἂν λευκὰ φανῇ.

Al. [illegible]

V. caret. Corn. legit διακλυζομένου

Hæc desunt in Ald. & veteri codice usque ad ἄχρις ἂν &c.

Περὶ δακρύου ἐλαίας Αἰθιοπικῆς. Κεφ. ρμα'.

Τὸ δὲ δάκρυον τῆς Αἰθιοπικῆς ἐλαίας, ἔοικέ πως σκαμμωνίᾳ, ἔγκιρρον, ἐκ μικρῶν σταγόνων συγκείμενον, δηκτικόν. Ὃ δὲ ὅμοιον κόμμι καὶ ἀμμωνιακῷ, μελανίζον καὶ οὐ δηκτικόν, ἄχρεον. Φέρει δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ ἡ παρ' ἡμῖν ἐλαία, καὶ ἡ ἀγριελαία. Ποιεῖ δὲ πρὸς ἀμβλυωπίαν, καὶ οὐλὰς καὶ λευκώματα ἐγχριόμενον· σμήχει, οὖρά τε καὶ ἔμμηνα κινεῖ, καὶ πρὸς ὀδόντων πόνους ἐνεργεῖ, ἐντιθέμενον εἰς τὸ βρῶμα.

V. caret & pro μελανίζον habet μέγα καὶ [illegible]

V. δὲ καὶ τὸ τοιοῦτον ἡ παρ'

V. καὶ ἀμβλυωποῦσι

V. κατὰ [illegible] ὀδόντων πόνους [illegible]

A *De Olea. Cap. CXXXVIII.*

Iisdem prædita sunt viribus & oleæ satiuæ folia, sed aliquanto minore efficacia: quare oculorum medicamentis ob suam vim mitiorem conuenientiora sunt. Qui verò humor ex accenso virente ligno emanat, furfures scabiem & lichenas illitu sanat. Quin & fructus B earum furfuribus ac nomis seu depascētibus vlceribus medetur. Quod autem intra nucleum est, cum adipe & farina scabros vngues excutit.

De Colymbadibus oliuis.

Cap. CXXXIX.

Oliuæ colymbades tritæ & ambustis illitæ pustulas gigni prohi- C bent, ac sordida etiam vlcera purgant. Succus autem ipsarum ex muria collutione gingiuas contrahit, emotósque dentes stabilit. Est porrò oliua subfulua ac recens aluo incommoda, sed stomacho vtilis. Nigra verò & matura corruptioni opportuna stomachóque aduersa est, ac tum oculis minimè cōuenit, tum D capitis etiam dolores inducit. Torrefacta autem ac illita nomas sistit, & carbunculos emarginat.

De syluestris oliuæ oleo.

Cap. CXL.

Syluestris oliuæ oleum ad gingiuas vligine putri laborantes colluitur, dentésque labantes confirmat. E Eiusdem calfacti & excolati fotus gingiuis fluxione tentatis est accōmodatus. Lanam porrò specillo circundatam in oleum demergere oportet, ac gingiuis tantisper adhibere, dum albæ conspiciantur.

De olea AEthiopica lachryma.

Cap. CXLI.

F Æthiopicæ oleæ lachryma quodammodo scammonio similis est, fulua, stillis constans exilibus, atque mordax. Quæ verò gummi & ammoniaci similitudinē refert, colore nigricans, nec gustu mordens, inutilis censetur. Nostrates oleæ oleastríque talem lachrymā ferūt. Facit porrò illa ad visus hebetudines, & G oculorum citratrices albuginésque illita emendat, vrinas mensésque ciet: erosorū dentiū cauis indita, ad eorum dolores efficaci est auxilio.

In me-

In medicamenta quoque exitiali vi prædita refertur, partúsque etiá pellit: sed impetiginibus ac lepræ medetur. Appellatur autem Æthiopica olea etiam olea sylvestris.

A ἀναγράφεται δὲ καὶ ἐν τοῖς φθαρτικοῖς· ἄγει δὲ καὶ ἔμβρυα· καὶ λειχῆνας θεραπεύει καὶ λέπρας. καλεῖται δὲ Αἰθιοπικὴ ἐλαία καὶ ἀγριελαία.

De Quercu. Cap. CXLII.

QVERCVS omnibus sui partibus astrictoriam vim habet: maximè verò astringit mēbranacea tunica, quæ corticem & caudicem ipsum interiacet, similitérque tunica quæ circum glandem est calyci subiecta. Harum decoctum datur cœliacis, dysentericis & sanguiné excreantibus. Trita preterea illa tunica fœminis fluxione vulue laborantibus in peso subditur.

Περὶ Δρυός. Κεφ. ρμβʹ.

ΔΡΥΣ πᾶσα συπτικὴν ἔχει δύναμιν, μάλιστα δὲ αὐτῆς στύφει τὸ μεταξὺ τοῦ (V. add. καὶ ξηραντικὴν)
B φλοιοῦ καὶ τοῦ πρέμνου ὑμενῶδες· ὁμοίως καὶ τὸ περὶ τῇ βαλάνῳ ὑπὸ τὸ κέλυφος. (V. περὶ τὴν βάλανον)
δίδοται δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν κοιλιακοῖς, καὶ δυσεντερικοῖς, καὶ αἱμοπτοϊκοῖς· καὶ ἐν πεσσοῖς λεῖον προστίθεται ῥοϊκαῖς γυναιξίν. (V. in fine: τὰ δὲ φύλλα [illegible] sed adductum puto.)

De Glandibus. Cap. CXLIII.

Quin & glandes eosdem effectus exhibent: vrinam quoque cient, capitis dolorem & flatus in cibú sumptæ pariunt: esitatæ verò virus eiaculantium ictibus resistunt. Earum quoque & corticis decoctum contra toxica prodest, ex lacte vaccino potum. Crudæ autem ac intritæ inflammationes illitu leniunt: cum axungia verò suilla salsa, ad malignas duritias & malefica vlcera conueniunt. Sunt porrò iligneæ glandes quernis efficaciores.

Περὶ Βαλάνων. Κεφ. ρμγʹ.

Καὶ αἱ βάλανοι δὲ τὰ αὐτὰ ποιοῦσιν·
C εἰσὶ δὲ καὶ οὐρητικαί, καὶ κεφαλαλγεῖς βιβρωσκόμεναι, καὶ πνευματοῦσαι· ἁρμόζουσι δὲ πρὸς τὰ ἰοβόλα ἐσθιόμεναι. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καὶ τοῦ φλοιοῦ, βοηθεῖ τοξικῷ μετὰ γάλακτος βοείου πινόμενον. ὠμαὶ δὲ καταπλασθεῖσαι λεῖαι, φλεγμονὰς πραΰνουσι· σὺν στέατι δὲ χοιρείῳ ταρι-
D χηρῷ, πρὸς κακοήθεις σκληρίας, καὶ πρὸς πονηρευόμενα ἕλκη ἁρμόζουσιν. ἰσχυρότεραι δὲ τῶν δρυΐνων αἱ πρίνιναι τῇ δυνάμει εἰσίν.

De Fago & Ilice. Cap. CXLIIII.

FAGVS & Ilex quercus genera cú sint, similes quoque vires habét. Ilignæ verò radicis cortex cum aqua coctus dum mollitus intabescat, & per totam nocté impositus, capillos denigrat priùs cimolia terra detersos*. Omnium folia tusa & trita tumoribus prosunt, & imbecillas membrorum partes corroborát. ([illegible])

Περὶ Φηγοῦ καὶ Πρίνου. Κεφ. ρμδʹ.

ΚΑΙ ἡ φηγὸς δὲ καὶ ἡ πρῖνος εἴδη ὄντα δρυός, ἐοικότα ἐνεργεῖ. τῆς δὲ ῥίζης τῆς
E πρίνου ὁ φλοιὸς ἑψηθεὶς σὺν ὕδατι ἄχρις οὗ τακερὸς γένηται, καὶ ἐπιπλασθεὶς νύκτα ὅλην, τρίχας μελαίνει, προαποσμηχθείσας κιμωλίᾳ γῇ. ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα πάντων, κοπέντα λεῖα οἰδήμασι· καὶ τὰ ἄτονα δὲ μέρη κρατύνει.

De Castaneis. Cap. CXLV.

SARDIANÆ glādes, quas aliqui lopima, castaneas, amota aut Iouis glandes appellant, cùm & ipsæ astringant, similes quoque præbent effectus: maximè vero tunicæ quæ carnem & putamen intercursant. Cæterùm caro iis qui ephemerum biberint conueniens est.

Περὶ Καστάνων. Κεφ. ρμεʹ.

F ΑΙ δὲ Σαρδιαναὶ βάλανοι, ἅς τινες λόπιμα ἢ κάστανα καλοῦσιν, ἢ μότα, ἢ Διὸς βαλάνους, στύφουσι καὶ αὐταί, τῶν ὁμοίων εἰσὶ δραστικαί, καὶ μάλιστα τὸ μεταξὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λέπους φλοιοί. ἡ δὲ σὰρξ καὶ τοῖς ἐφήμερον πεπωκόσιν ἁρμόζει. (Al. λόπιμα [illegible]) (Potest ἄμοτα ut apud Athen.) (V. [illegible])

De Gallis. Cap. CXLVI.

Galla fructus est quercus. Quædam omphacitis appellatur, parua quidem, sed tuberosa, grauis & nullo foramine peruia:

G Περὶ Κηκίδων. Κεφ. ρμϛʹ. (Pal. κηκίδων)

Κηκὶς καρπός ἐστι δρυός. ἡ μέν τις ὀμφακῖτις καλεῖται, μικρὰ καὶ κονδυλώδης, βαρεῖα, ἀτρύπητος. (V. [illegible])

ἡ δέ τις λεία, καὶ κούφη καὶ τετρημένη. ἐκλέγεσθαι δὲ δεῖ τὴν ὀμφακῖτιν, ἐνεργεστέραν οὖσαν. ἀμφότεραι δὲ στύφουσιν ἱκανῶς, καὶ στέλλουσι λεῖαι τὰς ὑπερσαρκώσεις, ῥευματισμούς τε οὔλων καὶ κιονίδος, καὶ τὰς ἐν στόματι ἄφθας. τὸ δὲ μέσον αὐτῶν, βρώματι ὀδόντων ἐντεθέν, παύει τὰς ὀδύνας. γίνονταί τε καὶ ἴσχαιμοι καεῖσαι ἐπ' ἀνθράκων ἄχρι πυρώσεως, καὶ κατασβεσθεῖσαι ἢ οἴνῳ ἢ ὄξει ἢ ὀξάλμῃ. τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῶν ποιεῖ καὶ πρὸς ἐγκαθίσματα, προπτώσεις ὑστέρας, καὶ ῥευματισμούς· μελαίνουσι δὲ καὶ τρίχας, ἀποβραχεῖσαι ἐν ὄξει ἢ ὕδατι. ἁρμόζουσι δὲ καὶ κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς ἐπιπλαττόμεναι οἴνῳ ἢ ὕδατι λεῖαι καὶ πινόμεναι· τοῖς τε προσοψήμασι μιγνύμεναι, ἢ προαφεψόμεναι ὅλαι ἐν τῷ ὕδατι, εἰς ὃ μέλλει τι ἕψεσθαι τῶν ἁρμοζόντων πρὸς αὐτούς· καὶ καθόλου ὅπου δεῖ στύψαι ἢ στῆσαι ἢ ἀναξηρᾶναι, παραλαμβάνεσθαι δεῖ τὴν χρῆσιν αὐτῶν.

altera verò plana, leuis & perforata. Eligi debet omphacitis, quippe quę sit efficacior. Vtraque vehementer astringit. Tritæ excrescentia in carne, gingiuarum & columellæ fluxiones, insuperq; oris vlcuscula cohibēt. Quod vero in earum medio est, dentium cauernis inditum dolores sedat. (mediam vel.) Crematæ carbonibus donec igne candeant, & vino, aceto, aut etiam aceto salso extinctæ, fluentis sanguinis sistendi vim asciscunt. Decoctum earum ad insessus efficax est contra vuluas procidentes & rheumatismos. Capillos quoque denigrant aceto aut aqua maceratæ. Cœliacis & dysentericis in aqua aut vino tritæ seu illitæ seu bibitæ conueniunt: necnon & obsoniis additæ, aut totæ in aqua priùs coctę, in qua nonnihil excoquendū sit eorum quæ iis affectibus conferant. In summa, vbi quid astringere sistere aut siccare opus est, vsurpandæ sunt.

Περὶ Ῥοός. Κεφ. ρμζ'.

ΡΟΥΣ ὁ ἐπὶ τὰ ὄψα, ὃν ἔνιοι ἐρυθρὸν καλοῦσι, καρπός ἐστι τῆς καλουμένης βυρσοδεψικῆς ῥοός, ἥτις ὠνομάσθη ἐκ τοῦ τοὺς βυρσοδέψας αὐτῇ χρῆσθαι, εἰς τὴν φύψιν τῶν δερμάτων. ἔστι δὲ δενδρύφιον φυόμενον ἐν πέτραις, ὡς δίπηχυ· ἐφ' οὗ φύλλα ἐπιμήκη, ὑπέρυθρα, τὴν περιφέρειαν ἐντετμημένα πριονοειδῶς. καρπὸς δὲ βοτρυδίοις ἐοικώς, πυκνός, κατὰ τὸ μέγεθος τερεβίνθου, ὑπόπλατυς, οὗ τὸ περικείμενον φλοιῶδές ἐστιν εὔχρηστον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα στυπτικήν, ποιοῦσαν πρὸς ἃ καὶ ἡ ἀκακία· μελαίνει δὲ τρίχας τὸ ἀφέψημα, δυσεντερίαις τε ἐστὶν ἔγκλυσμα, καὶ πόμα, καὶ ἐγκάθισμα, καὶ ὤτων πυορροούντων ἔγκλυσμα. πτερύγιά τε καὶ γαγγραίνας ἐπέχει καταπλασσόμενα τὰ φύλλα, μετ' ὄξους ἢ μέλιτος. καὶ τὸ χύλισμα δὲ τῶν φύλλων ξηρῶν ἑψομένων σὺν ὕδατι ὥσπερ τὸ λύκιον ἄχρι συστάσεως μελιτώδους, ἁρμόζει πρὸς ὅσα καὶ τὸ λύκιον· καὶ ὁ καρπὸς δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ, ἁρμόζων ἐν προσοψήμασι κοιλιακοῖς, δυσεντερικοῖς

De Rhu. Cap. CXLVII.

RHVS qui obsonijs aspergitur, quémque nonnulli erythron, hoc est, rubrum, appellant, fructus est rhois coriariæ sic vocatæ, quod ea coriarij ad spissanda perficiendáve coria vtantur. Est verò arbuscula in petris nascens, binûm ferè cubitorum altitudine, in qua folia sunt oblonga, subrubentia & in ambitu serrata: (aut ilicis modo serrata) fructus autem racemulis similis, densus, terebinthini magnitudine, quadantenus latus, cuius corticosa tunica acinos ambiens per quàm vtilis est. Folia vim habent astringendi, & acaciæ effectus præbent. Decoctum eorum capillos denigrat: dysentericis infunditur, ab iisdem bibitur, & ad insessum vsurpatur: necnon & purulentis auribus instillatur. Pterygia & gangrænas cohibent folia, ex aceto aut melle illita. Succus elicitur lycij in modum, aridis foliis ad mellis crassitudinem in aqua decoctis: & is quidem ad eadem ad quæ lycium conuenit. Quin & fructus eosdem exhibet effectus, ac cœliacorum dysentericorumq; obsonijs commodè inspergitur.

Contusa, desquamata liuidáque ex aqua illitus ab inflammatione vindicat: linguæ asperitates cum melle abstergit, alba fœminarum profluuia sistit, & hęmorrhoidas sanat cum querno carbone intrito impositus. Huius quoque dilutum si decoquatur, cogitur coitque, ipso etiam fructu efficacius. Gummi quoque profert hæc arbuscula, quod erosorum dentium cauis inditur ad dolores finiendos.

De Palma. Cap. CXLVIII.

PALMA in Ægypto gignitur. Ex ea verò fructus in medio * autumni vigore colligitur, Arabicę myrobalano similis, ac Poma dicitur, colore viridi, mali cotonei odoré referens. Quòd si ad integram maturitatem peruenire sinatur, phœnicobalanus fiet. Est porrò ille acerbus atque astringens, & contra alui profluuia, fluxúmque muliebré in vino austero bibitur. Hęmorrhoidas quoque sistit & vulnera illitu conglutinat. Phœnicobalani verò recentes plus siccis adstringunt: sed capitis dolorem afferunt, & copiosiores in cibo sumptę inebriant. Siccæ auté sanguinem excreantes, stomachicos ac dysentericos esitatæ iuuant: necnon & tritæ cum cydonio & cerato œnanthino, vesicæ vitijs vtiliter illinuntur. Maximè verò caryotæ si * comedantur, faucium asperitati medentur.

vel autumnalem fructum

Addit Marc. & Serap. cum pinnis madidis

De Palmis Thebaicis. Cap. CXLIX.

Thebaicarum decoctum potui datum * causonem sedat, & cũ hydromelite vetusto sumptum vires recreat. Quin & ipsæ cibo idem præstant. Fit etiam ex ijs vinum eiusdem cum fructu facultatis. Decoctum earum per se potum & gargarizatũ vehementer astringit & cohibet. Palmarum verò nuclei cæterorum omnium more in fictili nouo cremantur, deinde restincti vino lauantur, & tanquam spodij vicem supplentes ad ornandas decorandásve palpebras conducunt. Quòd si non sufficienter vsti fuerint, illud idem iteratur. Vim habent astringentem

febrilem ardorem

A ἀφλέγμαντά τι τηρεῖ, σὺν ὕδατι καταπλασθείς, θλάσματα, ἀποσύρματα, πελιώματα· γλώσσης τε τραχύτητας σμήχει σὺν μέλιτι, καὶ λευκὸν ῥοῦν ἵστησιν, αἱμορροΐδας τε θεραπεύει μετὰ δρυΐνου ἄνθρακος λείου ἐπιτιθέμενος. καὶ τούτου δὲ τὸ ἀπόβρεγμα ἑψόμενον συνίσταται, βέλτιόν πως τοῦ καρποῦ ποιοῦν. B φέρει δὲ καὶ κόμμι, ὅπερ ἐντίθεται τοῖς βρώμασι τῶν ὀδόντων πρὸς ἀπονίαν.

Περὶ Φοίνικος. Κεφ. ρμη'.

ΦΟΙΝΙΞ ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται. τρυγᾶται δὲ μεσοπωρούσης τῆς κατὰ τὴν ὀπώραν ἀκμῆς, παρεμφέρων τῷ Ἀραβι- C κῷ μυροβαλάνῳ, πόμα δὲ λέγεται, χλωρὸς δὲ χρῶμα, ἐμφερὴς κυδωνίῳ κατὰ τὴν ὀσμήν. εἰ δὲ * ἀφεψηθῇ πεπαινόμενος, γίνεται φοινικοβάλανος. ἔστι δὲ στρυφνός, σταλτικός, πινόμενος σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ πρὸς διαρροίας καὶ ῥοῦν γυναικεῖον. ἵστησι δὲ καὶ αἱμορροΐδας, καὶ τραύματα κολλᾷ κατα- D πλασθείς. αἱ δὲ * φοινικοβάλανοι, σταλτικώτεραι τυγχάνουσι τῶν ξηρῶν. κεφαλαλγεῖς δέ εἰσι καὶ πλείονες βρωθεῖσαι μεθύσκουσιν. αἱ δὲ ξηραὶ ὠφελοῦσι βιβρωσκόμεναι αἱμοπτοϊκούς, στομαχικούς, δυσεντερικούς, καὶ τὰ περὶ κύστιν, καταπλασσόμεναι μετὰ κυδωνίου καὶ κηρωτῆς οἰνανθίνης. E μάλιστα δὲ αἱ καρυωτίδες ἐσθιόμεναι, ἀρτηριακὰς τραχύτητας ἰῶνται.

Pal. λέγεται, τὸ χρῶμα χλωρός

Marcellus, ἀφεψηθῇ

V. hæc non habet Pal. ξηραὶ βοηθοῦσιν αἱμοπτοϊκοῖς, & sic deinceps in dandi casu.

Περὶ Φοινίκων Θηβαϊκῶν. Κεφ. ρμθ'.

Quidam hoc caput iungunt cum præcedenti.

Τῶν δὲ Θηβαϊκῶν τὸ ἀφέψημα ποθέν, παύει καύσωνα, καὶ τὰς δυνάμεις ἀνακτᾶται, μετὰ ὑδρομέλιτος παλαιοῦ F λαμβανόμενον· καὶ αὐταὶ βρωθεῖσαι, τὸ αὐτὸ ποιοῦσι. γίνεται δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐτῶν, τὰ αὐτὰ δυνάμενος τῷ καρπῷ. καὶ καθ' ἑαυτὸ ποθὲν τὸ ἀφέψημα αὐτῶν, καὶ ἀναγαργαριζόμενον ἰσχυρῶς στύφει καὶ στέλλει. οἱ δὲ πυρῆνες τῶν φοινίκων καίονται ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα. G εἶτα σβεσθέντες οἴνῳ πλύνονται, καὶ ὡς ἀντίσποδα εἰς τὰ καλλιβλέφαρα * χρησιμεύουσιν. ἂν μὴ αὐτάρκως καῶσι, πάλιν τὸ αὐτὸ γίνεται. Δύναμιν δὲ ἔχουσι σταλτικήν,

Aldus χρῶν

παρεμπλαστικὴν, ποιοῦσιν πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς φλυκτίδας, σταφυλώματα, μέλφας σὺν νάρδῳ· σὺν οἴνῳ δὲ στέλλουσι καὶ ὑπερσαρκώματα, καὶ ἀπουλοῦσιν ἕλκη. εὐθετοῦσι δὲ μάλιστα οἱ ἀπ' Αἰγύπτου, ἐκ τῶν χαμαιζήλων φοινίκων.

Περὶ Φοίνικος ἐλάτης. Κεφ. ρν'.

Φοίνιξ ὃν ἔνιοι ἐλάτην ἢ σπάθην καλοῦσι, περικάλυμμά ἐστι τοῦ καρποῦ τῶν φοινίκων ἀκμὴν ἀνθούντων. χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. ἔστι δ' αὐτῆς κρατίστη ἡ εὐώδης, στύφουσα, βαρεῖα, μεμυκυῖα, λιπαρὸν ἔχουσα τὸ ἐντός. Δύναμιν δ' ἔχει στυπτικήν, ἐφιστᾶσιν τὰ νεμόμενα τῶν ἑλκῶν. χαλασμούς τε ἄρθρων συνάγει, μαλάγμασι μιγνῦσα καὶ καταπλάσμασιν· ὠφελεῖ δὲ καὶ ὑποχόνδρια καὶ στόμαχον ἀτονοῦντα, καὶ ἡπατικὰς διαθέσεις, μιγνυμένη τοῖς ἁρμόζουσι τῶν καταπλασμάτων. μελαίνει δὲ καὶ τρίχας τὸ ἀφέψημα αὐτῆς, σμηχόμενον συνεχῶς. ποτιζόμενον δέ, νεφριτικοῖς καὶ τοῖς περὶ κύστιν καὶ σπλάγχνα ἁρμόζει, κοιλίαν τε καὶ ὑστέραν ῥευματιζομένην ἵστησιν. ἁπαλὴ δὲ σὺν ῥητίνῃ καὶ κηρῷ ἐπιτεθεῖσα, καὶ ἐαθεῖσα ἡμέρας εἴκοσι, ψώρας ἰᾶται. καὶ ὁ περιεχόμενος δὲ ὑπ' αὐτῆς καρπός, ἐλάτη καλεῖται, ὑπ' ἐνίων δὲ βόρασσος· καὶ αὐτὸς στυπτικὸς ὢν τὰ αὐτὰ δρᾷ τῇ σπάθῃ, χωρὶς τῆς ἐν τοῖς μύροις εὐχρηστίας. καὶ τὸ ἐγκάρδιον δὲ τοῦ πρέμνου λευκὸν καὶ αὐτὸ πρόσφατον βιβρωσκόμενον καὶ ἀφεψόμενον, ποιεῖ πρὸς ὅσα καὶ ὁ βόρασσος.

Περὶ Ῥοᾶς. Κεφ. ρνα'.

ῬΟΑ πᾶσα εὔχυμος, εὐστόμαχος, ἄτροφος· τούτων μέντοι ἡ γλυκεῖα εὐστομαχωτέρα, θερμασίαν ποιεῖ γεννᾶσα περὶ στόμαχον, καὶ πνευματοῦσα. ὅθεν ἐπὶ μὲν τῶν πυρεσσόντων ἐστὶν ἄχρηστος· ἡ δὲ ὀξεῖα καυσουμένῳ στομάχῳ βοηθεῖ, καὶ ἐστὶ σταλτικωτέρα καὶ οὐρητικωτέρα· ἄστομος δέ, καὶ στυπτική· ἡ δὲ οἰνώδης μέσην ἔχει δύναμιν. τῆς δὲ ὀξείας ὁ πυρὴν ξηρανθεὶς ἐν ἡλίῳ καὶ ἐπιπασσόμενος προσοψήμασι καὶ συνεψόμενος, κοιλίας καὶ στομάχου ῥεῦμα ἵστησι.

V. φλύκτεις
V. ἀπουλοῦσι
V. οἱ ἐκ τῆς Αἰγύπτου τῶν χαμ.
V. ἰσχνοῦσιν
V. χαλάσματα ἄρθρων
V. Infectis viscer.
V. σπλάγχνοις
V. ἁπαλὴ δὲ καὶ ῥητίνη σὺν κηρῷ ἑψηθεῖσα καὶ ἐπιτ.
Al. ψωριῶντας
V. ἡ ἐλάτη δὲ συνέχουσα τὸν αὐτὸν δύναμιν τῇ σπάθῃ
In v. deest ἐγκάρδιον
Ald. βόρασσος. al. βοράσσος.
V. Pal. εὔχυλος
V. ἐγχρονίως τοῖς πυρέσσουσιν
V. εὐρητικὴ Al. ἄστομος. al. ἀστόμαχος
Marc. in quodam vetusto codice legit ῥοιᾶς.

& spiracula cutis obstruentem, ad oculorũ pustulas, staphylomata, ciliorumq; defluuia addito nardo efficacem. Supercrescentem carnem cum vino reprimunt, & vlcera ad cicatricẽ perducunt. Omnium verò aptissimi sunt Ægyptij nuclei, qui ex humilibus palmis decerpuntur.

De Palma elate. Cap. CL.

Palma, quam nonnulli elaten aut spatham appellant, fructus palmarum adhuc florentium inuolucrum est. Eo vnguentarij in vnguẽtorum spissamenta vtuntur. Optima habetur odorata, astringens, ponderosa, præclusa, interna parte pinguis. Vis ei astrictoria, qua vlcera depascentia sistit, laxatosque articulos cõmittit, si trita malagmatis & cataplasmatis ammisceatur. Prodest & præcordijs ac stomacho imbecilli, necnon & iecinoris affectibus, conuenientibus mista cataplasmatis. Eius decoctum subinde affrictum capillos denigrat. Potui verò datum, renum, vesicæ, aliorúmque viscerum vitijs confert: alui vterique fluxiones sistit. Ipsa verò scabiẽ sanat diebus viginti, si adhuc tenera cũ resina & cera decocta imponatur. Porrò qui sub ea continetur fructus elate etiam appellatur, & à nonnullis borassus. Is ipse astrictorius cũ sit, spathæ quoque præbet effectus; nisi quòd ad vnguenta non æquè est vtilis. Cęterùm alba quoque caudicis medulla tum recens comesta, tum decocta ad eadem facit, ad quæ etiam borassus.

De Malo Punico. Cap. CLI.

MALVM Punicum omne iucũdi est saporis, stomachoque vtile, sed vix vllius alimenti. Attamen ex his dulcia stomacho vtiliora habentur: sed circa eum calorem aliquantulum gignũt, inflationésque pariunt: qua ex causa febricitantibus haudquaquam conueniunt. Acida verò æstuanti stomacho auxiliantur, magisque contrahũt, ac fœliciùs vrinam cient: sed ori ingrata sunt & astringẽdi vi prędita. Vinosa medias vires obtinent. Acidorũ nucleus in sole siccatus, & obsonijs inspersus ac cum ijs etiã decoctus, aluum stomachique fluxionem sistit.

Aqua verò cœlesti maceratus, sanguinem excreantes potu iuuat, & ad insessus dysentericorum profluuióque laborantium accommodatur. Porro succus ex acinis ipsis expressus si coquatur melli admixtus, pervtilis fuerit ad oris, genitalium & sedis vlcera, necnon ad digitorū pterygia, nomas & quæ in vlceribus excrescunt, itemq; ad auriū dolores & nariū vitia: maximè verò, si ex acidi punici granis exprimatur.

vel la varis- mus extubera- tiones

De Cytinis. Cap. CLII.

Huius flores, qui etiam cytini vocantur, & ipsi quoque astringunt, siccant & cohibent: cruenta vulnera glutinant, & quas Punicum præstat vtilitates. Eorum decoctum ad gingiuas humore flaccidas détesq; mobiles colluitur, & ramices ex intestini prolapsu cataplasmatis inditum agglutinat. Cæterùm sunt qui memoriæ tradant toto anno lippitudinem nō passuros, qui tres quantumuis exiguos cytinos deuorauerint. Ex iis velut ex hypocisthide succus elicitur.

De Malicorio. Cap. CLIII.

Et ipsa quoque Punici putamina, quæ Sidia nonnullis appellantur, astringendi vim habent, & quos cytini præbent vsus. Radicum autem decoctum latas ventris tineas potu pellit & enecat.

De Balaustijs. Cap. CLIIII.

Balaustium syluestris punicæ flos est, cuius complura sunt genera: reperitur enim candidum, rutilum & colore rosaceo. Domesticæ mali punicæ cytino simile est, & ex eo quoque succus elicitur hypocisthidis modo. Vis ei astrictoria, eadem efficiens quæ hypocisthis & cytinus.

De Myrto. Cap. CLV.

MYRTVS satiua nigra medicinæ vtilior quàm candida: & in eo ipso genere accōmodatior montana: fructum tamen inefficaciorē habet. Vis tum ipsi myrto, tū etiam fructui astrictoria. Ac fructus quidem seu viridis, seu etiam aridus in cibo datur sanguinē excreantibus, vesicæq; erosione laborantibus. Virétib' baccis expressus succus eosdē effect' exhibet, stomacho vtilis est; vrináq; ciet: prodest cū vino à phalágio demorsis & à scorpione ictis:

A ἀποβρεχθεὶς δὲ ἐν ὀμβρίῳ ὕδατι, αἱμοπτοϊκοὺς ὠφελεῖ πινόμενος, καὶ εἰς ἐγκαθίσματα δυσεντερικῶν καὶ ῥοικῶν ἁρμόζει. εὔχρηστον δὲ τὸ ἀπόθλιμμα τῶν * πυρήνων ἑψηθὲν καὶ μιγὲν μέλιτι, πρός τε τὰ ἐν στόματι καὶ αἰδοίῳ καὶ ἕδρᾳ ἕλκη, καὶ πτερύγια τὰ ἐν δακτύλοις, νομάς τε καὶ ὑπεροχὰς
B καὶ ὠταλγίας καὶ τὰ ἐν μυκτῆρσι, καὶ μάλιστα τῆς ὀξείας.

Περὶ Κυτίνων. Κεφ. ρνβ'.

Τὰ δὲ ἄνθη αὐτῆς, ἃ καὶ κύτινοι καλοῦνται, καὶ αὐτὰ στυπτικὰ καὶ ξηραντικὰ καὶ κατασταλτικά εἰσι, καὶ ἐναίμων κολλητικά, ἁρμόζοντα πρὸς ἃ καὶ ἡ ῥοά. τὸ δὲ ἀφέψη-
C μα αὐτῶν, οὔλων πλαδώντων καὶ ὀδόντων σειομένων διάκλυσμα, ἐνακόλλημά τε ἐντεροκηλικοῖς ἐν καταπλάσμασιν. ἱστοροῦσι δέ τινες, μὴ ὀφθαλμιᾶν δι' ὅλου τὸ ἔτος τοὺς καταπιόντας τρεῖς κυτίνους, ὡς ὅτι ἐλαχίστους. χυλίζονται δὲ ὡς ἡ ὑποκιστίς.

V. ἀνοφθαλμιάστους γίνεσθαι. Vet. inserit ὑγιεῖς

Περὶ Σιδίων. Κεφ. ρνγ'.

D Καὶ τὰ λέπη δὲ τῆς ῥοᾶς, ἅ τινες σίδια καλοῦσι, στυπτικὴν ἔχοντα καὶ αὐτὰ δύναμιν, πρὸς ὅσα καὶ οἱ κύτινοι ἁρμόζουσι. τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν ῥιζῶν, ἕλμινθας πλατείας πο θὲν ἐκτινάσσει καὶ ἀποκτείνει.

Galaſimata vocat.

V. ἁρμόζει

Quidam vetustus codex Matth. [illegible]

Περὶ Βαλαυστίων. Κεφ. ρνδ'.

E Βαλαύστιον ἐστὶν ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς· εἴδη δὲ ἐστὶν αὐτοῦ πλείονα· εὑρίσκεται γὰρ καὶ λευκὸν καὶ πυῤῥὸν καὶ ῥοδόχρουν. ἔοικε δὲ κυτίνῳ ῥοιᾶς. χυλίζεται δὲ ὡς ἡ ὑποκιστίς. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν, ποιοῦσα πρὸς ἃ καὶ ἡ ὑποκιστὶς καὶ ὁ κύτινος.

Orib. πυρρογενῶ. al. ῥοδόχρουν καὶ πυρρογενῶ. V. inserit καί.

Περὶ Μυρσίνης. Κεφ. ρνε'.

Codex Nicenus inscribit περὶ ἀγρίας μυρσίνης, alius περὶ μυρσίνης ἢ μυρσινίδος.

F ΜΥΡΣΙΝΗ ἡ ἥμερος, πρὸς μὲν τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν, ἡ μέλαινα τῆς λευκῆς ἁρμοδιωτέρα. καὶ ταύτης μᾶλλον ἡ ὀρεινή, τὸν μέντοι καρπὸν ἀτονώτερον ἔχει. Δύναμις δὲ αὐτῆς καὶ τοῦ καρποῦ στυπτική. δίδοται δὲ ὁ καρπὸς χλωρός τε καὶ ξηρὸς ἐσθιόμενος αἱμοπτοϊκοῖς καὶ τοῖς δακνομένοις τὴν κύ-
G στιν. καὶ ὁ ἐκ τῶν χλωρῶν δὲ μύρτων ἐκθλιβέντων χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ, εὐστόμαχος ὢν καὶ οὐρητικός. ἁρμόζει δὲ φαλαγγιοδήκτοις καὶ σκορπιοπλήκτοις σὺν οἴνῳ.

A καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τοῦ καρποῦ βάπτει τρίχας· ἑψηθεὶς δὲ σὺν οἴνῳ, καὶ καταπλασθεὶς, τὰ ἐν ἀκρωτηρίοις ἕλκη θεραπεύει· μετὰ πάλης δὲ ἀλφίτου καταπλασθεὶς, φλεγμονὰς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς παρηγορεῖ, καὶ πρὸς αἰγίλωπα δὲ ἐπιπλάττεται. καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς δὲ γινόμενος οἶνος, ἐκθλιβέντος τοῦ καρποῦ καὶ ἐπὶ ποσὸν ἀφεψηθέντος, B ὀξίζει γὰρ ὁ μὴ οὕτω σκευασθεὶς, ἀκραίπαλος ἐστὶ προπινόμενος, ποιεῖ πρὸς ὅσα καὶ ὁ καρπός. ἐγκαθίσματά τε μήτρας προπτώσεσι, καὶ δακτυλίου, καὶ ῥοικαῖς ἁρμόζει. σμήχει δὲ καὶ πιτύρας, καὶ ἀχῶρας, καὶ ἐξανθήματα, τρίχας τε ῥεούσας ἐπέχει. μίγνυται δὲ καὶ λιπαραῖς, ὥσπερ C καὶ τὸ ἐκ τῶν φύλλων αὐτῆς σκευαζόμενον ἔλαιον. καὶ τὸ τῶν φύλλων δὲ ἀφέψημα εἴς τε τὰ ἐγκαθίσματα ἁρμόζει, καὶ πρὸς τὰ χαλαρὰ καὶ ἀσυμπτώρωτα ἄρθρα, καὶ πρὸς ἀσυμπτώρωτα κατάγματα ὠφελίμως καταντλεῖται. σμήχει δὲ καὶ ἀλφούς, καὶ πρὸς ὦτα πυρρόοῦντα ἐγχυματίζεται, D καὶ μελασμοὺς τριχῶν, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν δὲ χυλὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ. αὐτὰ δὲ τὰ φύλλα λεῖα καταπλασσόμενα ἐν ὕδατι, ἁρμόζει τοῖς καθύγροις τῶν ἑλκῶν, καὶ ῥευματιζομένοις τόποις πᾶσι, καὶ κοιλιακοῖς· ἐλαίου ὀμφακίνου γὰρ ἢ ῥοδίνου ὀλίγου καὶ οἴνου μεμιγμένου, καὶ ἕρπησι, καὶ E ἐρυσιπέλασι, διδύμοις τε φλεγμαίνουσι καὶ ἐπινυκτίσι καὶ κονδυλώμασι. ξηρὰ δὲ λεῖα παρωνυχίαις καὶ πτερυγίοις χρησίμως καταπλάττεται, καὶ καθύγροις μασχάλαις καὶ μηροῖς, καὶ ἐπὶ καρδιακῶν στέλλει τοὺς ἱδρῶτας· κεκαυμένα δὲ καὶ ὠμὰ μετὰ κηρωτῆς, πυρίκαυστα καὶ πτερύγια καὶ παρωνυχίας ἰᾶται. F χυλίζεται δὲ τὰ φύλλα παραχεομένου οἴνου παλαιοῦ, ἢ ὕδατος ὀμβρίου, καὶ ἐκθλίβεται. ἡ δὲ χρῆσις αὐτοῦ προσφάτου ὄντος. ξηρανθεὶς γὰρ εὐρωτιᾷ καὶ ἀδυνατεῖ.

V. inferis re

V. inferis ... (marginal)

Κάθρα vetus ... legit ... mendosius.

Περὶ Μυρτιδάνου. Κεφ. ρνϛ'.

Τὸ δὲ μυρτίδανον λεγόμενον, ἐπίφυσίς ἐστιν ἀνώμαλος καὶ ὀχθώδης καὶ ὁμόχρους· G οἱονεὶ χεῖρες περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον· στύφει δὲ μᾶλλον τῆς μυρσίνης. ἀποτίθεται δὲ κοπὲν καὶ μιγὲν οἴνῳ αὐστηρῷ, ἀναπλασθὲν εἰς τρο-

V. his eorum

A Fructus quoque decoctum capillũ tingit. Ipſe cum vino ſubferuefactus & impoſitus, vlcera in extremitatibus corporis nata ſanat. Cum tenuiſſimo verò polẽtæ polline impoſitus, oculorum inflammationes lenit: quin & ad ægilopas illinitur. Vinũ porrò myrtites, quod expreſſo & aliquantum feruefacto fructu B fit, (aliter enim paratum aceſcit) præſumptum crapulam arcet, & ad eadem ad quæ fructus ipſe valet. Vtile quoque ipſum in deſſeſſionibus vuluarum & ſedis procidentię, itémque fœminis fluxione vuluæ laborantibus: detergit etiam furfures, vlcera capitis manantia & papularum eruptiones: fluentes quo- C que capillos continet. Additur & in emplaſtris lenibus quæ liparas vocant, veluti etiã quod ex ipſius foliis conficitur oleum. Quin & foliorum decoctum ad inſeſſus conuenit: eóque laxati & ægrè coëuntes articuli, itémque fracta quæ non cõferbuere, vtiliter fouentur. Viti- D ligines quoque emaculat: ad aures purulentas, denigrandóſque capillos infunditur. Sed & eorum ſuccus eadem efficit. Ipſa verò folia trita & ex aqua illita humidis vlceribus & partibus omnibus fluxione laborantibus, cœliacíſque proſunt. Siquidẽ admiſto oleo omphacino aut exiguo roſaceo cũ vino, valent E ad herpetas, eryſipelata, teſtium inflammationes, epinyctidas & condylomata. Arentia verò folia trita, paronychiis & pterygiis, itémque alis feminibúſque humẽtibus, adeóque tetrum virus ſpirantibus vtiliter inſperguntur, & cardiacorũ ſudores cohibent. Cæterùm cremata aut etiam cruda, cum cerato ambu- F ſtis, pterygiis & paronychiis medẽtur. Exprimitur & foliis ſuccus affuſo vino vetere aut aqua cœleſti, cuius recentis vſus eſt. Nam exiccatus ſitum contrahit, viréſque amittit.

(marginal: ſolideſcentes; ferruminationi repugnantia)

De Myrtidano. Cap. CLVI.

Quod myrtidanum dicitur, id eſt quod myrto adnaſcitur, inæquabi- G le, verrucoſum intumeſcénſque & cõcolor: quod perinde quaſi manus myrti caudicẽ amplectitur. Magis quàm myrtus aſtringit. Tuſum verò & vino auſtero addito coactũ in pa-

stillos, siccatúmque in vmbra reponitur. Efficacius porrò est tum fructu tum folio, cerato, pessis, insessionibus & cataplasmatis admistum, vbi constringendum aliquid est.

De Cerasis. Cap. CLVII.

CERASIA bonam quidem aluũ faciunt, si recentia sumantur: at sicca eadem aluum sistunt. Gummi verò cerasorũ cũ vino diluto sumptum diuturnæ tussi medetur, colorem quoque cõmendat, visum exacuit & appetentiam inuitat. Ex vino etiam potum calculosis prodest.

De Siliquis. Cap. CLVIII.

SILIQVÆ recentes quidem sumptæ stomacho inutiles sunt, aluúmque soluunt. Eædem siccatæ sistunt, stomachóque vtiliores sunt, ac vrinæ ciẽdæ vi præditæ: sed præcipuè quæ vinaceis condiuntur.

De Malo. Cap. CLIX.

CVM omnis mali, tũ verò maximè cotoneæ, folia, flores & germina astringunt: fructui verò immaturo quidẽ astringendi vis inest, maturo, nõ itẽ. Quæ verò mala verno maturescunt tempore, bilem gignunt, toti neruoso generi infesta sunt, inflationésque pariunt.

De Cotoneis. Cap. CLX.

Cotonea stomacho vtilia, vrinam cient: verùm tosta mitiora euadunt prosúntque cœliacis, dysentericis, sanguinem excreantibus & cholera laborantibus, præsertímque cruda. Quin & aqua in qua hæc ipsa macerata fuerint potui data, stomachi vẽtrísve fluxione infestatis cõuenit. Crudorum eorundem succus assumptus orthopnoicis opitulatur: decocto sedes & vulua fouentur, si procidát. Cotonea verò quę in melle condita sunt, & ipsa vrinam mouent: mel autem illorum constipantem constringentémque vim sibi asciscit. Quæ porrò cum melle decoquuntur, stomacho quidem vtilia sunt atque ori grata, sed minùs constringunt. Cruda eadem cataplasmatis adiiciuntur ad cohibendam aluum: itémque contra stomachi euersionem & æstum, mammarum inflãmationes, ac lienes in scirrhum induratos, atque condylomata

A χίσκους ἐν σκιᾷ ξηραίνεται. δραστικώτερα δέ ἐστι τοῦ καρποῦ καὶ τοῦ φύλλου, μιγνύμενοι κηρωτῇ καὶ πεσσοῖς, ἐγκαθίσμασί τε καὶ καταπλάσμασι τοῖς στύψεως δεομένοις.

Περὶ Κερασίων. Κεφ. ρνζʹ.

ΚΕΡΑΣΙΑ καὶ αὐτὰ μὲν χλωρὰ λαμβανόμενα, εὐκοίλια τυγχάνει. ξηρὰ δὲ ἵστησι κοιλίαν. τὸ δὲ κόμμι τῶν κερασίων χρονίαν βῆχα ἰᾶται, λαμβανόμενον μετὰ κράματος, εὔχροιάν τε καὶ ὀξυδορκίαν καὶ ὄρεξιν ποιεῖ· ὠφελεῖ δὲ καὶ λιθιῶντας μετ' οἴνου πινόμενον.

V. ἐσθιόμενα

Quidam καὶ μόλιστα μὲν τὰ χαμαικεράσια.

Περὶ Κερατίων. Κεφ. ρνηʹ.

C ΚΕΡΑΤΙΑ χλωρὰ μὲν λαμβανόμενα, κακοστόμαχα τυγχάνει καὶ κοιλίας λυτικά· ξηρανθέντα δὲ ἵστησι κοιλίαν, εὐστομαχώτερα ὄντα καὶ διουρητικά· μάλιστα δὲ τὰ ἐκ τῶν στεμφύλων συντιθέμενα.

Περὶ Μηλέας. Κεφ. ρνθʹ.

ΜΗΛΕΑΣ πάσης τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη καὶ οἱ βλαστοὶ, στύφουσι. μάλιστα
D δὲ τῆς κυδωνίας. καὶ ὁ καρπὸς ὁ ὠμὸς μὲν, στυπτικὸς καθέστηκε πεπανθεὶς δὲ, οὐχ ὁμοίως. τὰ δὲ τοῦ ἔαρος ἀκμάζοντα μῆλα, χολοποιὰ, ἀλλὰ τοῖς νευρώδεσι πᾶσι, ἐμπνευματώδη.

Περὶ Κυδωνίων μήλων. Κεφ. ρξʹ.

E Τὰ δὲ κυδώνια, εὐστόμαχα, οὐρητικά. ὀπτηθέντα δὲ προσηνέστερα γίνεται, χρήσιμα κοιλιακοῖς, καὶ δυσεντερικοῖς, καὶ ἐμπτυικοῖς, καὶ χολεριῶσι, μάλιστα ὠμά. καὶ τὸ ἀπόβρεγμα δὲ αὐτῶν ἁρμόζει τοῖς στόμαχον ἢ κοιλίαν ῥευματιζομένοις ἐν ποτῷ. ὁ δὲ χυλὸς ὠμῶν αὐτῶν λαμβανόμενος, ὀρθοπνοικοῖς ὠφελεῖ. τὸ δὲ ἀφέψημα,
F πρόσκλυσμα δακτυλίου καὶ ὑστέρας προπτώσει. τὰ δὲ ἐν τῷ μέλιτι, καὶ αὐτὰ μὲν οὐρητικά· τὸ δὲ μέλι τοῦ αὐτῶν ἀναλαμβάνεται δύναμιν. στυπτικὸν γὰρ καὶ σταλτικὸν γίνεται. τὰ δὲ σὺν τῷ μέλιτι ἑψόμενα, εὐστόμαχα μὲν καὶ εὔστομα, ἧττον δὲ
G στυπτικά. τὰ δὲ ὠμὰ καταπλάσμασι μίγνυται πρὸς στέγνωσιν κοιλίας, στομάχου ἀναστροφὴν καὶ πύρωσιν, μαστοὺς φλεγμαίνοντας, σπλῆνας ἐσκιρρωμένους, κονδυ-

V. ὠμοί

V. ἢ ἐγκαθίσματα

λεάσματα. Γίνεται δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐτῶν κοπτομένων καὶ ἐκθλιβομένων, πρὸς διαμονὴν μιγνυμένου τοῖς ιϛ΄ ξέσταις τοῦ χυλοῦ μέλιτος ξέστου ἑνός, ἐπεὶ ὀξίζει· ἁρμόζει δὲ πρὸς τὰ εἰρημένα πάντα. καὶ χρῖσμα δὲ ἐξ αὐτῶν σκευάζεται τὸ καλούμενον μήλινον, ᾧ χρώμεθα ὁπόταν στυπτικοῦ ἐλαίου δεηθῶμεν. ἐκλέγεσθαι δὲ δεῖ τὰ ἀληθινά· μικρὰ δέ ἐστι καὶ περιφερῆ καὶ εὐώδη ταῦτα. τὰ δὲ λεγόμενα στρουθία καὶ μεγάλα ἧττόν ἐστιν εὔχρηστα. τὰ δὲ ἄνθη αὐτῶν ξηρά τε καὶ χλωρὰ καταπλάσμασιν εὔθετα, πρὸς τὰ στύψεως χρείαν ἔχοντα, καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονάς, καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγάς, κοιλίας τε ῥύσιν καὶ ἐμμηνίων φορὰν ἁρμόζει μετ' οἴνου πινόμενα.

V μιγνύμενος

V ἔλαιον

Quidam ἀληθινὰ quæ propriè rotunda & pumila vel ... oblonga ... & tuberosa ...

Pal. cod. & Ald ῥύσιν

Pal. φορὰν

A ta. Fit etiamnum ex ipsis vinum tusis expressisq;, addito, quò diutiùs perennet, ad succi sextarios sedecim mellis sextario vno: alioquin acorem contraheret. Prodest auté ad eadem omnia quæ modò dicta sunt. Fit & oleum ex his quod melinum vocatur: quo quidem vtimur quoties oleo astringente opus habemus. Cæterum cotonea eligi oportet vera ac germana, qualia parua rotunda & odorata sunt. Quæ verò struthia & magna dicuntur, minùs vtilia censentur. Eorum flores sicci æquè ac virides cataplasmatis accommodantur, quæ astrictionem desiderát: ac etiamnú valent ad oculorum inflammationes. Contra sanguinis reiectiones, alui profluuium, mensiúmque impetus, vtiliter in vino bibuntur.

Περὶ Μελιμήλων. Κεφ. ρξα΄.

Τὰ δὲ μελίμηλα κοιλίαν μαλάσσει, καὶ θηρία ἐκτινάσσει. κακοστόμαχα δὲ καὶ καύσου ποιητικά. καλεῖται δὲ ὑπό τινων γλυκύμηλα.

De Melimelis seu musteis. C. CLXI.

Melimela ventrem molliunt, & ab eo animalia expellút, stomacho negotium exhibent, æstuosaq; sunt. A nonnullis porro, quasi dulcia mala, glycymela nuncupantur.

Περὶ Ἠπειρωτικῶν μήλων. Κεφ. ρξβ΄.

Τὰ δὲ Ἠπειρωτικὰ λεγόμενα, Ῥωμαϊστὶ δὲ ὀρβικουλάτα, εὐστόμαχα, κοιλίας σταλτικά, οὔρων προσκλητικά. ἀτονώτερα μέντοι τῶν κυδωνίων ἐστί.

V ὀρβικλάτα

V. non habet οὔρων προσκλ.

De Epiroticis malis. Cap. CLXII.

Epirotica mala, quę Latinè orbiculata dicútur, stomacho vtilia sunt: sed aluum sistunt, vrinásque euocát, malis tamen cotoneis inefficaciora sunt.

Περὶ ἀγριομήλων. Κεφ. ρξγ.

Τὰ δὲ ἄγρια ἔοικε τοῖς ἐαρινοῖς στύφοντα. δεῖ δὲ πρὸς τὰ στύψεως χρήζοντα, ἀωροτέροις ἅπασι χρῆσθαι.

V ἀωροτέροις pro quo forte legi oporteret χειμερινοῖς.

De Syluestribus malis. C. CLXIII.

Syluestria mala vernis similia sút, & astringút. Ad ea porrò quę astrictione opus habent, iis omnibus vtendum quę minùs matura fuerint.

Περὶ Περσικῶν μήλων. Κεφ. ρξδ΄.

Τὰ δὲ Περσικὰ μῆλα εὐστόμαχα, εὐκοίλια τὰ πέπειρα. τὰ δὲ ἄνωμα, στυπτικὰ κοιλίας. ξηρανθέντα δέ, καὶ στυπτικώτερα γίνονται. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν ξηρῶν λαμβανόμενον, στόμαχον καὶ κοιλίαν ῥευματιζομένην ἵστησιν.

De Persicis malis. Cap. CLXIIII.

Persica mala stomacho vtilia sunt, & aluum quoque bonam præstant, si matura fuerint. Immatura verò eandem cohibent, sed siccata vehementiùs. Sumptum eorundem siccorum decoctum in stomachum ventréq; decúbétes fluxiones sistit.

Περὶ Ἀρμενιακῶν. Κεφ. ρξε΄.

Τὰ δὲ μικρότερα, καλούμενα δὲ Ἀρμενιακά, Ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκια, εὐστομαχώτερα τῶν προειρημένων εἰσί.

Al. βρεκόκκια

De Armeniacis. Cap. CLXV.

Minora quæ Armeniaca, Latinè præcoqua dicútur, stomacho quàm antedicta vtiliora sunt.

Περὶ Μηδικῶν. Κεφ. ρξϛ΄.

Τὰ δὲ Μηδικὰ λεγόμενα ἢ Περσικὰ ἢ κεδρόμηλα, Ῥωμαϊστὶ δὲ κίτρια,

De Medicis. Cap. CLXVI.

Medica Persicáve aut Cedromela, quæ Latinè Citria dicuntur,

etiam vulgo cognita sunt. Est enim arbor omnibus anni tẽporibus fructifera, alijs atque alijs malis vicissitudine perpetua subnascentibus. Malum vero ipsum oblongum est, rugosum, aureo colore, cum grauitate odoratum: ac pyri semen habet. Id in vino bibitum venenis resistit, aluum subducit, decocto aut succo colluto suauitatem oris facit: estur verò maximè à mulieribus contra malaciam. Arcis quoque vestiarijs impositum, vestes ab erosionis vitio vindicare creditur.

De Pyro. Cap. CLXVII.

PYRORVM multa sunt genera: quæ quidem omnia astringunt, proindéque conuenienter addun tur in repellentia cataplasmata. Siccatorum decoctum, & ipsa quoque cruda si sumantur, aluum sistunt: cęterùm ieiunos esitata lædunt.

De Pyro syluestri. Cap. CLXVIII.

Achras Pyri syluestris genus est, quod tardè maturescit. Vim habet magis quàm pyrum astrictoriã: quò fit vt ad eadem conueniat: astringunt & ipsius folia. Vtriusque pyrorum generis ligni cinis ijs efficaciter proficit, quos fungi strangulant. Sunt & qui dicant, innoxios reddi fungos, si cum ijs syluestria pyra coquantur.

De Mespilis. Cap. CLXIX.

MESPILVS arbor, quæ à nonnullis Aronia vocatur, spinosa est, foliis oxyacanthæ: fructum fert exiguo malo similem, suauem, qui quidem tria continet intus officula, à quibus ipsum quoque nõnulli tricoccon quasi triplici grano præditũ appellant: tardè maturescit: esitatũ astringit, stomachum adiuuat, aluúmque cohibet.

De altera Mespilo. Cap. CLXX.

Mespili genus alterum in Italia nascitur, quod epimelida nonnulli, setanium alij nominant. Arbor est malo similis, nisi quòd foliis est minoribus. Fructum hoc quoque genus profert rotundum, esculentum, vmbilico latiore, leuiter astringentem, quique tardè maturescit.

A πᾶσι γνώριμα. φυτὸν γάρ ἐστι καρποφοροῦν δι' ὅλου τοῦ ἔτους ἐπαλλήλως. αὐτὸ δὲ τὸ μῆλον ἐπίμηκες, ἐρρυτιδωμένον, χρυσίζον τῇ χρόᾳ, εὐῶδες μετὰ βάρους, σπέρμα ἔχον ἀπίῳ ἐοικός. Δύναμιν δὲ ἔχει ποθὲν ἐν οἴνῳ, ἀντιπράττειν θανασίμοις, κοιλίαν τε ὑπάγειν. διάκλυσμά τέ ἐστι πρὸς
B εὐωδίαν στόματος τὸ ἀφέψημα, καὶ ὁ χυλὸς αὐτοῦ. βιβρώσκεται δὲ μάλιστα ὑπὸ γυναικῶν πρὸς τὴν κίσσαν. φυλάττειν δὲ καὶ ἱμάτια δοκεῖ ἄβρωτα, * ἐπιτιθέμενα κιβωτίοις.

Περὶ Ἀπίου. Κεφ. ρξζ´.

ΑΠΙΟΥ δὲ πολλὰ εἴδη. πᾶσαι δὲ στύ-
C φουσιν· ὅθεν εἰς τὰ ἀποκρουστικὰ κατα-πλάσματα ἁρμόζουσι. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν ξηρανθεισῶν, καὶ αὐταὶ λαμβανόμεναι ὠμαὶ, κοιλίας ἱστᾶσι· βλάπτουσι δὲ ἐσθιόμεναι τοὺς νήστεις.

V. cod. caput de mespilo hoc loco reponit

V. μίσγεται ad θηρίακοις

Περὶ Ἀχράδος. Κεφ. ρξη´.

Η δὲ ἀχρὰς εἶδός ἐστιν ἀγρίου ἀπίου,
D βραδέως πεπαινομένη. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικωτέραν ἀπίου. ὅθεν πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζει. στύφει δὲ καὶ τὰ φύλλα αὐτῆς. ἡ δὲ ἐκ τοῦ ξύλου αὐτῶν τέφρα, βοηθεῖ ἐναργῶς τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις. Φασὶ δέ τινες * ὅτι κἂν συνεψήσῃ τις ἀχράδας μύκησιν, ἀβλαβεῖς αὐτοὺς γίνεσθαι.

V. ἀχρὰς

V. πεπαινομένη

V. τῆς ἀπίου. ὅθεν καὶ πρὸς

E Περὶ Μεσπίλου. Κεφ. ρξθ´.

ΜΕΣΠΙΛΟΝ τὸ δένδρον, ὃ παρ' ἐνίοις ἀρωνία καλεῖται, ἀκανθῶδές ἐστιν, ὅμοιον τοῖς φύλλοις * ὀξυακάνθῃ, καρπὸν φέρει μικρῷ μήλῳ ὅμοιον ἡδὺν, ἔχοντα τρία ὀστάρια ἔνδοθεν, ἀφ' ὧν καὶ τρίκοκκον τινὲς * αὐτὸ ὀνομάζουσι, βρα-
F δέως πεπαινόμενον. στύφει δὲ βιβρωσκόμενον, εὐστόμαχόν τέ ἐστι, καὶ κοιλίας σταλτικόν.

In v. hic inseritur caput alterum.

Al. τοῖς φύλλοις ὀξυακάνθῃ καρπὸν φέρει μικρὸν
Pal. v. inserit πλατὺ ἔχοντα τὸ ὀμφάλιον
V. ἐνίοι τε addit
V. τινὲς
V. ἀνυσοῦν συ-στρέφει δὲ ... ἐστιν ...

Περὶ ἑτέρου Μεσπίλου Κεφ. ρο´.

Μεσπίλου δὲ καὶ ἕτερόν ἐστιν εἶδος ἐν Ἰταλίᾳ γινόμενον, ὃ ἔνιοι ἐπιμηλίδα καλοῦσιν. οἱ δὲ, σητάνιον ὀνομάζουσι. δέν-
G δρον ἐστὶ μηλέᾳ ἐμφερὲς καὶ τοῖς φύλλοις, ὅτι μὴ μικρότερον. ἔχει δὲ καρπὸν καὶ τοῦτο στρογγύλον, βρώσιμον, πλατὺν ἔχοντα τὸν πυθμένα, ὑποστύφοντα, πεπαινόμενον βραδέως.

Al. ἐπιμηλίδα
Pal. V. μηλίδα
Ita lego ex cod. Pal. sed vulg. exempl. non habent μὴ
V. c. his πλατὺ ... hoc loco carent & priores mespili fructibus in præcedenti capite attribuunt

Περὶ Λωτοῦ. Κεφ. ροα'.

ΛΩΤΟΣ τὸ δένδρον, φυτόν ἐστιν εὐμέγεθες. καρπὸν δὲ φέρει μείζονα πεπέρεως γλυκὺν, * βρώσιμον, εὐστόμαχον, κοιλίας σταλτικόν. τὸ δὲ ῥινισμάτων τοῦ ξύλου τὸ ἀφέψημα πινόμενον καὶ ἐγκλυζόμενον βοηθεῖ δυσεντερικοῖς καὶ γυναιξὶ ῥοϊκαῖς. ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας, καὶ ἐπέχει * γαστέρα ῥεούσας.

Marc. legisse videtur ῥεούσας.

Περὶ κρανίας. Κεφ. ροβ'.

ΚΡΑΝΙΑ δένδρον ἐστὶν ἁδρὸν, καρπὸν φέρον ὡς ἐλαίας, ἐπιμήκη, * χλωρὸν τὸ πρῶτον, πεπαινόμενον δὲ ξανθὸν, ἢ κηρῶδη, ἐδώδιμον, στύφοντα, ἁρμόζοντα πρὸς κοιλίας ῥύσεις καὶ δυσεντερίας, σωτήριον καὶ εἰς ἕψημα, καὶ εἰς βρῶσιν. ἐνταριχεύεται δὲ ὡς ἐλαία. ὁ δὲ τῶν χλωρῶν * φύλλων ἰχὼρ καιομένων, ἁρμόζει πρὸς λειχῆνας καταχριόμενος.

Aed. Lacuna legit in vetusto codice χλωρὸν μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ κηρώδη, ex Ruellianis περκαζόμενον. Caius exemp. habet pro κηρώδη, μεμεροκωμένον.

Περὶ Οὔων. Κεφ. ρογ'.

ΟΥΑ τὰ μηλίζοντα καὶ μήπω πέπειρα τμηθέντα καὶ ξηρανθέντα ἐν ἡλίῳ, σταλτικὰ γίνεται κοιλίας ἐσθιόμενα. καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν δὲ ἄλευρον ἀλεσθέντων * ἀντὶ ἀλφίτων λαμβανόμενον, καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν πινόμενον, τὸ αὐτὸ ποιεῖ.

V. ἀντὶ ἀλφίτου

Περὶ Κοκκυμηλέας. Κεφ. ροδ'.

ΚΟΚΚΥΜΗΛΕΑ δένδρον ἐστὶ γνώριμον, οὗ ὁ καρπὸς ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, κοιλίας μαλακτικός. τὸ δὲ Συριακῶν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν Δαμασκῷ γινομένων, ὁ καρπὸς ξηρανθεὶς, εὐστόμαχος καὶ κοιλίας σταλτικός. τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων ἐν οἴνῳ * σκευαζόμενον καὶ ἀναγαργαριζόμενον, κιονίδα καὶ οὖλα καὶ παρίσθμια ῥευματιζόμενα στέλλει. ταὐτὰ δὲ * παρέχει καὶ ὁ τῶν ἀγριοκοκκυμήλων καρπὸς, πέπειρος ξηρανθείς. ἑψηθεὶς δὲ μετὰ ἑψήματος, εὐστομαχώτερος καὶ σταλτικώτερος κοιλίας γίνεται. τὸ δὲ κόμμι τῆς κοκκυμηλέας ἐστὶ κολλητικὸν, * λίθων θρυπτικὸν πινόμενον σὺν οἴνῳ· σὺν ὄξει δὲ ἐπιχριόμενον λειχῆνας τοὺς ἐπὶ παιδίων θεραπεύει.

Marc. ex AEgineta legit διακλυζόμενον.

V. ἔχει τὸ αὐτὸ ποιοῦν

Add. Caius etc. κοκκυμηλέας τινὶ

Περὶ Κομάρου. Κεφ. ροε'.

ΚΟΜΑΡΟΣ δένδρον ἐστὶ παρόμοιον κυδωνίᾳ, * λεπτόφυλλον, καρ-

Cap. hoc in v. e. desideratur. Alibi legitur post caput de amygdalis.

A

De Loto. Cap. CLXXI.

LOTVS arbor, stirps est bene magna: fructũ verò fert pipere maiorem, dulcem, edulem, stomacho aptum quique aluum sistit. Ramentorum ligni decoctũ & potũ & infusum, dysentericis fœminisq; fluxione vuluæ laborantibus auxilio est: rufat quoque capillos, eosdémque defluentes continet. B

De Corno. Cap. CLXXII.

CORNVS fortis arbor est, fructũ ferens oliuæ modo oblongum, primùm quidem viridem, deinde per maturitatẽ flauum aut cerinũ, esculentum, astringentem, alui profluuio ac dysenteriæ salutarem, siue sapa conditus, siue aliter in cibo exhibeatur. Oliuę quoq; instar in muria seruatur. Sanies verò quã virentia folia dum vruntur exudant, lichenibus conuenienter illinitur. C

De Sorbis. Cap. CLXXIII.

SORBA luteum colorem referẽtia, si nondum matura dissecta soléque siccata fuerint, aluum in cibo sistendi vim acquirunt. Ex iisdem molitis farina polentæ loco sumpta ac ipsorum etiam decoctum potum idem præstant. D

De Pruno. Cap. CLXXIIII.

PRVNVS nota arbor est, cuius fructus esculentus est, sed stomachum malè habet, aluúmque mollit. At Syriacarum, & earum maximè quæ Damasci nascuntur fructus exiccatus stomacho vtilis est, aluúmque astringit. Decoctum foliorum ex vino paratum, vuam, gingiuas, tonsillásque fluxione laborãtes ore subinde colluto reprimit. Præstat idem syluestrium prunorũ fructus post maturitatẽ exiccatus. Cũ sapa verò decoctus stomacho vtilior & ad cohibẽdam aluum aptior euadit. Cæterùm gummi prunorũ agglutinandi vim habet, & in vino potum calculos comminuit. Ex aceto verò illitum lichenas infantium sanat. E F G

De Arbuto. Cap. CLXXV.

ARBVTVS arbor est cotoneæ malo assimilis, tenui cortice fru-

ctum proferés pruni magnitudine, nuclei expertem, cui memacylo cognomen est, quique vbi maturuit subfuluus aut rubicundus conspicitur, in esu acerosus: stomacho is aduersatur, capitisque doloré excitat.

De Amygdalo. Cap. CLXXVI.

AMYGDALÆ amaræ radix si trita decoquatur, maculas in facie à solis ardore contractas tollit. Ipsa quoq; amygdala illita eadé præstát: apposita verò menses cient: & capitis doloribus auxiliantur, fronti téporibúsve inducta cum aceto & rosaceo. Valent & ad epinyctidas ex vino, itemq; ad putrescétia vlcera, herpetas, canúq; morsus cú melle. Porrò comesta dolores adimunt, aluum emolliunt, somnum faciunt, vrinámque cient. Prosunt etiánum ad sanguinis reiectionem, si cum amylo & menta sumantur. Ex renibus verò & pulmonum inflammatione laborantibus conferunt cum aqua pota, aut in eclegmate cum resina terebinthina. Vrinæ difficultate affectis atque calculosis in passo opitulatur: itémque eclegmate cum melle & lacte hepaticis, tussi & coli inflationibus, nucis auellanæ magnitudine. Quinæ senæve si præsumantur, ebrietatem arcent. Enecant & vulpes cum quapiá esca deuoratæ. At Gummi ipsius arboris astringit, calfacit, & contra sanguinis reiectionem potum auxilio est: cú aceto verò illitum, impetigines in summa cute tollit. Tussi diuturnæ cum vino diluto potum medetur: calculosis verò cum passo bibitum prodest. Cæterùm dulcis & cibo idonea amygdala, quantú ad efficaciam spectat multò quàm amara est inferior: attamen & ipsa extenuandi, vrinásque ciendi vi pollet. Amygdalæ verò quæ virides cum suo putamine deglutiuntur, humida stomachi vitia emendant.

De Pistaciis Cap. CLXXVII.

PISTACIA, quæ certè quidé in Syria gignútur, pineis nucibus similia, stomacho amica sút. Siue porrò edátur, siue trita ex vino bibátur, contra serpentiú morsus auxiliátur.

De nucib⁹ inglādib⁹. C. CLXXVIII.

NVCES regiæ, quas nõnulli Persicas vocant, in cibo sumptæ, stó-

A τὸν ἔχων ὡς κοκκυμήλου μέγεθος, ἀπύρηνον, μεμάκυλα καλούμενον· πεπανθὲν δὲ ὑπόκιρρον ἢ ἐρυθρόν, ἐσθιόμενον ἀχυρῶδες, κακοστόμαχον δὲ καὶ κεφαλαλγές.

Περὶ Ἀμυγδαλῆς. Κεφ. ρος΄.

ΑΜΥΓΔΑΛΕΑΣ πικρᾶς ἡ ῥίζα
B ἀφεψηθεῖσα λεία, ἐφήλεις τὰς ἐν προσώπῳ ἀποκαθαίρει. καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἀμύγδαλα καταπλασθέντα, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. προστιθέμενα δὲ ἄγει καταμήνια, καὶ κεφαλαλγίαις βοηθεῖ καταπλασθέντα μετώπῳ ἢ κροτάφοις μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου, καὶ πρὸς ἐπινυκτίδας σὺν οἴνῳ· πρὸς δὲ
C σηπεδόνας καὶ ἕρπητας καὶ κυνόδηκτα, σὺν μέλιτι. ἐσθιόμενα δέ ἐστιν ἀνώδυνα, κοιλίας μαλακτικά, ὑπνωτικά, οὐρητικά, καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν μετὰ *ἀμύλου λαμβανόμενα· πρὸς δὲ νεφριτικοὺς καὶ περιπνευμονικούς, σὺν ὕδατι πινόμενα ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερε-
D βινθίνῃ. δυσουριῶσι δὲ καὶ λιθιῶσι σὺν γλυκεῖ βοηθεῖ, καὶ ἡπατικοῖς καὶ βηξὶ καὶ κόλου ἐμπνευματώσεσι, σὺν μέλιτι καὶ γάλακτι ἐκλειχόμενα, καρύου ποντικοῦ τὸ μέγεθος. ἔστι δὲ καὶ ἀμέθυσα προλαμβανόμενα ὡσεὶ ε΄ ἢ ζ΄. κτείνει δὲ καὶ ἀλώπεκας βρωθέντα σὺν τινί. τὸ δὲ κόμμι αὐτῆς στύφει
E καὶ θερμαίνει, καὶ βοηθεῖ πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενον. σὺν ὄξει δὲ ἐπιχριόμενον, λειχῆνας ἐπιπολαίους αἴρει· ἰᾶται καὶ βῆχα χρονίαν, μετὰ κράματος ποθέν. λιθιῶντας δὲ ὠφελεῖ σὺν γλυκεῖ πινόμενον. ἡ δὲ γλυκεῖα καὶ ἐδώδιμος ἀμυγδαλῆ, κατὰ πολὺ ἥττων ἐστὶν ὡς πρὸς ἐνεργείαν
F τῆς πικρᾶς. καὶ αὐτὴ δὲ λεπτυντική, οὐρητική. βρωθέντα δὲ σὺν τῷ λέπει τὰ ἀμύγδαλα χλωρά, στομάχου πλαδῶντας ἀποκαθίστησι.

Περὶ Πιστακίων. Κεφ. ροζ΄.

ΠΙΣΤΑΚΙΑ τὰ μὲν γεννώμενα ἐν Συρίᾳ, ὅμοια στροβίλοις, εὐστόμαχα. ἐσθιόμενα δὲ καὶ πινόμενα ἐν οἴνῳ λεῖα, ἑρ-
G πετοδήκτοις βοηθεῖ.

Περὶ Καρύων βασιλικῶν. Κεφ. ροη΄.

ΚΑΡΥΑ βασιλικά, ἃ ἔνιοι Περσικὰ καλοῦσιν, ἐσθιόμενα, δύσπεπτα,

Flor. ἀπυρήνα ad
In cod. Pal. non legitur ἢ ἐρυθρόν
Dodoneus suspicatur legendū ἀχυρώδης
Al. καταπλασθέντα ἀρχὴν τῷ μετώπου καταπλασσόμενα.
Marcellus I
V. νεφριτικοῖς καὶ περιπνευμονικοῖς
V. σὺν ὕδατι
V. δυσουριῶσι
V. καρύου ποντικοῦ μέγεθος.
V. προλαμβανόμενα
Marcellus legit in quodam codice κτείνει δὲ καὶ ἰκτίδας καὶ ἀλώπεκας.
V. ἐπιχρ.
Palmar. ἀγρίως δ' μετὰ κράματος ποθεῖσα ἀγάπου
Al. ἀποκαθαίρει
Marc. Virgil. I. nouimus. In v. στέμμα τὰ γενόμενα.

ad fluxiones, nomas & tonsillarum inflammationes. Sed augetur eius vis adiectis, alumine scissili, galla, myrrha & croco: insupérque fructu tamaricis, iride atque thure. Immatura autem mora siccata contusáque, rhois vice obsonijs ammiscétur, cœliacósque iuuant. Radicis verò cortex decoctus in aqua & potus aluum soluit, latas ventris tineas expellit, & ijs auxiliatur qui aconitum hauserint. Folia trita cum oleo imposita, ambustis igni medentur. Cocta verò in aqua pluuia cum vitis ficíque nigræ folijs, capillum tingunt. Succus foliorum cyathi mensura potus, à phalangio demorsis opitulatur. Corticis autem & foliorum decocto dentes aptissimè in dolore colluuntur. Cæterùm radix circa messem circunfossa & incisa dat succum, qui quodammodo concretus postridie reperitur. Is ad dentium dolores efficax est: tubercula discutit, aluúmq; purgat.

Pluuiali

De Sycomoro. Cap. CLXXXI.

SYCOMORUM aliqui etiã sycaminũ vocant: cuius fructus Sycomoron quoque, propter ignauum, infirmúmque saporem appellatur. Est autem arbor magna, fico similis, largo succo abundans, folijs mori: fructum ea ter quatérve anno profert, non è summis ramis, vt ficus, sed è caudice ipso, caprifico similem, grossis dulciorem, sine granis interioribus: quique non maturescit, nisi vngue ferróve scalpatur. Nascitur plurima in Caria, Rhodo, aliisque locis non multi tritici feracibus: vbi propter fructus perennitatem in rei frumentariæ penuria iuuamentum affert. Est porrò fructus aluo vtilis, & perquàm exile præbet alimentum, stomachóque aduersatur. Liquoré verò fundit arbor primo vere, priusquàm fructum proferat, lapidis ictu summo cortice desquamato: si enim frangantur altiùs, nihil quicquã emittit. Spongia aut vellere lachryma colligitur, quæ siccata & in pastillos coacta fictili vase reponitur.

A πρὸς ῥεύματα, καὶ νομὰς, καὶ παρίσθμια φλεγμαίνοντα. ἐπιτείνεται δὲ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ παραμιγείσης στυπτηρίας σχιστῆς, καὶ κηκῖδος, καὶ σμύρνης, καὶ κρόκου· ἔτι δὲ καὶ μυρίκης καρποῦ καὶ ἴρεως, καὶ λιβανωτοῦ. τὰ δὲ ἄωρα μόρα ξηρὰ κοπέντα, ἀντὶ ῥοὸς τοῖς ὄψοις μίγνυται, καὶ

B κοιλιακοὺς ὀνίνησιν. ὁ δὲ τῆς ῥίζης φλοιὸς συνεψηθεὶς ὕδατι καὶ ποθεὶς, κοιλίαν λύει, καὶ πλατεῖαν * ἕλμινθα ἐκτινάσσει, καὶ τοῖς ἀκόνιτον πεπωκόσι βοηθεῖ. τὰ δὲ φύλλα λεῖα σὺν ἐλαίῳ καταπλασθέντα, πυρίκαυστα ἰᾶται. ἑψηθέντα δὲ ἐν ὀμβρίῳ ὕδατι, σὺν ἀμπέλου καὶ συκῆς μελαίνης Al. ὑμο

C φύλλοις, βάπτει τρίχας. ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων φαλαγγιοδήκτοις ἀρήγει, ποθεὶς κυάθου πλῆθος. τοῦ φλοιοῦ δὲ καὶ τῶν φύλλων τὸ * ἀπόζεμα, διάκλυσμα εὔθετόν ἐστιν ὀδονταλγίαις. ὀπίζεται δὲ περὶ τὸν * πυραμητὸν τῆς ῥίζης περιορυχθείσης καὶ ἐγκοπείσης. εὑρίσκεται γὰρ τῇ V. αἰφι τονο

D ὑστεραίᾳ ἐπίπαγός τις * ὅς πρός τε ὀδονταλγίας ποιεῖ, καὶ φύματα διαφορεῖ, καὶ κοιλίαν καθαίρει. V. ἐστι πρὸς ὀδοντ.

Περὶ Συκομόρου. Κεφ. ρπα'.

ΣΥΚΟΜΟΡΟΝ, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦτο συκάμινον λέγουσι. καλεῖται δὲ καὶ ὁ ἀπ' * αὐτοῦ καρπὸς συκόμορον, διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύ- V. αὐτῶ

E σεως. δένδρον δέ ἐστι μέγα, ὅμοιον τῇ συκῇ, * πολύχυλον σφόδρα, τοῖς φύλλοις ἐοικὸς μορέᾳ. φέρει δὲ καρπὸν * τρεῖς καὶ τετράκις τοῦ ἔτους, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων ὡς ἐπὶ τῆς συκῆς, ἀπὸ δὲ τοῦ στελέχους ὅμοιον ἐρινεῷ. γλυκύτερον * ὀλύνθων, οὐκ ἔχοντα δὲ κεγχραμίδας, μηδὲ Vulg. πολύκαμον Pal. ita distinguit πολύχυμον σφόδρα τοῖς φύλλοις ἐοικὸς μορέᾳ V τρεῖς ἢ τετράκις V. ὀλύνθου

F πεπαινόμενον δίχα τοῦ ἐπικνισθῆναι ὄνυχι ἢ σιδήρῳ. φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Καρίᾳ καὶ Ῥόδῳ, καὶ ἐν τοῖς οὐ πολυπύροις τόποις· βοηθεῖ δὲ ἐν ταῖς σιτοδείαις, διὰ τὸ διηνεκὲς τοῦ καρποῦ. ἔστι δὲ εὐκοίλιος ὁ καρπὸς, ἄτροφος, κακοστόμαχος. ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὶν * καρποφορεῖν Vulg. καρποφορεῖ πρ.

G ἔαρος ἀρχομένου, τοῦ φλοιοῦ ἐξεπιπολῆς λίθῳ θλωμένου· βαθύτερον γὰρ θλασθεὶς, οὐδὲν ἀνίησι. συλλέγεται δὲ σπόγγῳ, ἢ ἐρίῳ τὸ δάκρυον, καὶ ξηρανθὲν καὶ ἀναπλασθὲν, ἐν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ ἀποτίθεται.

Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς μαλακτικὴν, κολλητικὴν τραυμάτων, διαφορητικὴν τῶν δυσπέπτων. πίνεται δὲ καὶ συγχρίεται πρὸς ἑρπετῶν δήγματα καὶ ἐσκιῤῥωμένους σπλῆνας, στομάχου τε ἀλγήματα καὶ φρικίας. ταχέως δὲ τερηδονίζεται ὁ ὀπός.

V. καὶ στομάχου ἀλγήματα καὶ [illegible]

A Vim habet is liquor emolliendi, vulnera conglutinandi, & ea discutiendi quæ ægrè maturantur. Bibitur etiam, necnon & illinitur cõtra serpentium morsus, in scirrhum induratos lienes; stomachi dolores atque perfrictiones. Celeriter verò teredinem sentit.

Hoc de fico Cypria caput non habet codex Florentinus. Forte, οὐδὲ διάφορον.

Περὶ Συκῆς ἐν Κύπρῳ. Κεφ. ρπβ'.

De fico Cypria. Cap. CLXXXII.

B Γίνεται δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ εἶδος διαφέρον· πτελέα γὰρ οὖσα, συκαμίνου τὰ φύλλα ἔοικε. τὸν δὲ καρπὸν κατὰ τὸ μέγεθος κοκκυμήλων, καὶ γλυκύτερον. τὰ δὲ ἄλλα πάντα ὅμοια τοῖς προειρημένοις.

Gignitur & in Cypro arbor specie differens: quippe quæ vlmus cùm sit, folia sycamini refert: fructum verò gerit prunorum magnitudine, & quàm pruna ipsa dulciorem. Cætera omnia antedictis similia sunt.

Περὶ Σύκων. Κεφ. ρπγ'.

De ficubus. Cap. CLXXXIII.

V. ῥᾳδίως γὰρ ὁ ἐξ αὐτῶν ῥευ.

ΣΥΚΑ πέπειρα τὰ ἁπαλὰ, κακοστόμαχα, κοιλίας λυτικά· ῥᾳδίως δὲ ὁ ἐξ αὐτῶν ῥευματισμὸς ἵσταται. ἐξανθηματικὰ καὶ ἱδρώτων προκλητικὰ, ἄδιψα δὲ καὶ σβεστικὰ θερμασίας. τὰ δὲ ξηρὰ τρόφιμα, θερμαντικὰ, διψητικώτερα, εὐκοίλια, ἄθετα δὲ ῥευματισμοῖς στομάχου καὶ κοιλίας· βρόγχῳ δὲ καὶ ἀρτηρίᾳ καὶ κύστει καὶ νεφροῖς εὔθετα, καὶ τοῖς ἐκ μακρονοσίας κακοχροοῦσι, καὶ ἀσθματικοῖς καὶ ἐπιληπτικοῖς καὶ ὑδρωπικοῖς. ἀνακαθαίρει δὲ καὶ τὰ ἐν θώρακι, ἀποζεσθέντα σὺν ὑσσώπῳ καὶ ποθέντα· ἁρμόζει δὲ καὶ παλαιοῖς βηξὶ, καὶ τοῖς περὶ πνεύμονα χρονίοις πάθεσι, κοιλίαν τε μαλάσσει κοπέντα μετὰ νίτρου καὶ κνίκου καὶ ἐσθιόμενα. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν, ταῖς περὶ ἀρτηρίαν καὶ παρίσθμια φλεγμοναῖς ἁρμόζει εἰς ἀναγαργάρισμα. καὶ εἰς τὰς ὠμηλύσεις δὲ μίγνυται, καὶ εἰς γυναικείας πυρίας μετὰ τήλεως ἢ πτισάνης. σὺν πηγάνῳ δὲ ἀφεψημένα, στρόφοις ἐστὶν ἔγκλυσμα. καταπλαττόμενα δὲ ἑφθὰ λεῖα, διαφορεῖ σκληρίας. παρωτίδας, δοθιῆνας μαλάσσει, φύγεθλα πεπαίνει, καὶ μᾶλλον σὺν ἴριδι ἢ νίτρῳ ἢ ἀσβέστῳ· καὶ ὠμὰ δὲ κοπέντα σὺν οἷς εἴρηται, τὰ αὐτὰ δρᾷ. σὺν σιδίῳ δὲ ῥοιᾶς, πτερύγια ἀνακαθαίρει· μετὰ χαλκάνθου δὲ, τὰ ἐν κνήμαις ῥευματικὰ, δυσαλθῆ καὶ κακοήθη ἰᾶται. ἑψηθέντα δὲ ἐν οἴνῳ καὶ μιχθέντα ἀψινθίῳ καὶ κριθίνῳ ἀλεύρῳ, ὑδρωπικοῖς ὠφελεῖ καταπλασθέντα. κεκαυμένα δὲ μιχθέντα κηρωτῇ,

V. [illegible]
V. παλαιαῖς
Sic Serapio. Vulg. [illegible]
V. γυναικείας
Plinius [illegible] legisse videtur.
V. τὰ ἐν κνήμαις δυσαλθῆ [illegible]
V. δὲ καὶ μιχθέντα

C FICI maturæ recentes stomachũ lædũt, aluúmq; soluũt: sed cõtracta ab ijs alui fluxio facilè cohibetur: papulas euocant, sudorésq; mouẽt: sitim sedãt, caloréq; restinguũt. Siccę verò sũt alibiles & excalfactoriæ: sitim magis afferũt, aluóq; sunt vtiles: at stomachi aluíq; rheumatismis cõtrariæ: gutturi autẽ, arteriæ, D vesicæ, ac renibus magnificè vtiles: nec nõ & ijs qui ex lõga valetudine decolorati sunt, anhelatoribus, comitialibus atq; hydropicis. Feruefactæ cũ hyssopo & potę, quæ pectore continentur expurgant: veteri tussi ac diuturnis pulmonũ vitijs conueniunt, aluumque molliunt cum nitro & cnico tusæ, deinde manducatæ. E Ipsarũ decoctum arteriæ ac tonsillarum inflammationibus gargarizatu prodest. Quin & cataplasmatis ex hordeacea farina miscetur, itémque in muliebres fotus cũ fœnogræco aut ptissana. Cæterùm cũ ruta coctæ ad tormina infunduntur. Coctæ, deindéque tritæ ac impositæ, duritias discutiũt, parotidas F & furunculos emolliũt: panos maturãt, efficaciúsque, addita iride, nitro aut calce viua. Crudæ quoque si cum antedictis tundantur, eadem efficiunt. Cum malicorio, terygia repurgant. Cum atramento sutorio, medentur ægrè sanabilibus G malignisque tibiarum fluxionibus. Quin & in vino deferuefactæ, addito absinthio & hordeacea farina, vtiliter hydropicis illinũtur. Crematę & cerato admixtæ,

Plin. cum malo punico
Pl. atra flore
Pl. vlceribus

perniones sanát. Quòd si crudæ terátur, & liquido sinapi exceptæ auribus indátur, sonitus tinnitúsq; sanát. Porrò tá sylvestris quàm satiuæ fici lacteus succus coaguli modo lac cótrahit, coagulatúmq; aceti modo dissoluit. Idem corpora exulcerat, ora vasorum reserat, aluum soluit, & vterum relaxat cum trito amygdalo potus: menses quoque ciet appositus cum oui luteo aut cera Tyrrhenica: podagricorum cataplasmatis cum farina fœnigræci & aceto vtilis: lepras verò, lichenas, maculas à Solis ardore contractas, vitiligines, psoras vlceráque capitis manantia cum polenta expurgat. Instillatus plagæ, percussis à scorpione, venenatorum ictibus & canis morsibus auxiliatur: dentium dolori prodest lana exceptus, & in eorum cauis additus: denique *formicosam verrucá tollit, carne quæ in ambitu est adipe circumlita.

formicationē

De Ficu sylvestri. Cap. CLXXXIIII.

Hæc eadem præstat succus è teneris sylvestris fici cauliculis, quandiu lacteo liquore prægnant, necdum oculus egerminauit. Tùm enim hi tusi exprimuntur, & succus siccatus in vmbra reponitur. Porrò & liquor & succus ad exulceratoria medicamenta vsurpantur. Decocti verò cum bubulis carnibus ficulnei surculi efficiunt, vt hæ faciliùs percoquantur. Lac quoque redditur maiore soluédi vi præditum, siquidem inter coquendum ficulneo eiusmodi surculo spathæ loco moueatur.

De Grossis. Cap. CLXXXV.

Grossi, quæ à nonnullis erinei nominantur, coctæ & illitæ collectionem omnem, strumásque emolliunt. Crudæ verò cum nitro & farina impositæ, formicationes thymósque tollunt. Quin & hæc eadem ipsa folia possunt. Cum aceto autem & sale illita, vlcera in capite manantia, furfures & epinyctidas sanant. Ijs quoq; ficosę scabręq; genæ perfricantur. At nigræ fici folijs ramulísve vitiligines albæ perunguntur. Faciunt quoque aduersus canum morsus cum melle,

A *χιμέτλας ἰᾶται. λεῖα δὲ ὠμὰ σὺν νάπυϊ ὑγρῷ ἀναληφθέντα καὶ ἐντεθέντα ἐν ὠσὶν, ἤχους καὶ *συριγμοὺς θεραπεύει. ὁ δὲ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς, πηκτικός ἐστι γάλακτος ὥσπερ ἡ πιτύα, λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς *ὥσπερ τὸ ὄξος· *ἑλκωτικός τε σωμάτων καὶ ἀναστομωτικὸς, κοι-
B λίας τε λυτικὸς, καὶ ὑστέρας ἀναχαλαστικὸς, μετὰ ἀμυγδάλου λείου πινόμενος. καὶ ἐμμηνίων ἀγωγὸς προστεθεὶς σὺν ὠοῦ λεκύθῳ, ἢ κηρῷ Τυῤῥηνικῷ· ποδαγρικοῖς τε καταπλάσμασι χρήσιμος μετὰ *τηλίνου ἀλεύρου καὶ ὄξους· σμήχει δὲ λέπρας καὶ λειχῆνας, ἐφήλεις, ἀλφοὺς, ψώρας,
C ἀχῶρας σὺν ἀλφίτῳ· καὶ σκορπιοπλήκτοις, κατὰ τῆς πληγῆς ἐπισταζόμενος, καὶ ἰοβόλοις, καὶ κυνοδήκτοις βοηθεῖ· καὶ ὀδονταλγίας ὠφελεῖ ἐρίῳ ἀναληφθεὶς, καὶ εἰς τὸ βρῶμα ἐντιθέμενος. καὶ μυρμηκίας αἴρει, στέατι περιπλασθείσης τῆς ἐν κύκλῳ σαρκός.

D *Περὶ Ἀγρίας συκῆς. Κεφ. ρπδʹ.*

Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ χυλὸς ποιεῖ τῶν ἀπὸ τῆς ἀγρίας συκῆς ἁπαλῶν κλάδων, ἡνίκα αἱ ἔγκυοι ὦσι, μήπω τοῦ *ὀφθαλμοῦ βεβλαστηκότος. κοπτόμενοι δὲ ἐκθλίβονται, καὶ ὁ χυλὸς ξηραινόμενος ἐν σκιᾷ ἀποτίθεται. λαμβάνεται δὲ καὶ εἰς ἑλκωτικὰς
E δυνάμεις ὅ, τε ὀπὸς καὶ ὁ χυλός. αἱ δὲ *κράδαι βοείοις κρέασι καθεψόμεναι, εὔεψα ταῦτα ποιοῦσι. καὶ τὸ γάλα δὲ λυτικώτερον ἐν τῇ ἑψήσει κινούμενον αὐτὶ σπάθης αὐταῖς παρασκευάζουσιν.

Περὶ Ὀλύνθων. Κεφ. ρπεʹ.

Οἱ δὲ ὄλυνθοι, ὑπὸ δέ τινων ἐρινεοὶ
F καλούμενοι, ἑφθοὶ καταπλασθέντες, πᾶσαν συστροφὴν καὶ χοιράδας ἐκμαλάσσουσιν. ὠμοὶ δὲ μυρμηκίας καὶ θύμους, σὺν νίτρῳ καταπλασθέντες καὶ ἀλεύρῳ *αἴρουσι. *καὶ τὰ φύλλα δὲ τὰ αὐτὰ δύναται. σὺν ὄξει δὲ καὶ ἁλσὶ *καταπλασθέντα, ἀχῶρας, πίτυρα καὶ ἐπινυκτίδας ἰῶνται· τρα-
G χύνονται δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ συκώδη καὶ τραχέα τῶν βλεφάρων. καὶ λεῦκαι δὲ καταπλάσσονται τοῖς τῆς μελαίνης συκῆς φύλλοις ἢ *τοῖς κλάδοις. *ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ κυνόδηκτα σὺν μέλιτι,

Al. χιμέθλας
Marc. legit ὑδρῷ
Ruell. συν νάπυϊ ἢ ὑγρῷ τινὶ
Vulg. κνησμοὺς
V. ὥσπερ καὶ τὸ ὄξος
Vulg. ἀλκωτικός τε
Vulg. τινου
V. ἀνθεῖν
V. & Ald. κράδαι
V. addit πᾶσαν συστροφὴν ἀφιστᾶσι.
Quidam carent his vsque ad σὺν ὄξει.
Marc. legit τοῖς κράδαις V. etiam habet τοῖς κράδαις
V. hæc vsque ad ἀλφοὺς omisere.

καὶ πρὸς τὰ κηρία. ἀνάγουσι δὲ οἱ ὄλυνθοι καὶ ὀστᾶ σὺν μήκωνος ἀγρίας φύλλοις, δοθιῆνάς τε σὺν κηρῷ διαλύουσι· σὺν ὀρόβῳ δὲ καὶ οἴνῳ καταπλασθέντες, πρὸς μυγαλῆς δήγματα καὶ σκολοπένδρας ἁρμόζουσι.

A & ad vlcera quæ faui, Græcis ceria, vocantur. Grossi cum papaueris syluestris folijs ossa extrahunt: furunculósque cum cera discutiunt. Cæterùm cum eruo ac vino impositæ, contra muris aranei morsus & scolopendræ venena prosunt.

Περὶ Κονίας τῆς συκῆς. Κεφ. ρπϛʹ.

B Γίνεται δὲ καὶ κονία, ἀγρίας συκῆς καὶ ἡμέρου καέντων τῶν κλάδων ἐκ τῆς τέφρας· πολύβροχον δὲ αὐτὴν δεῖ ποιεῖν καὶ πολυήμερον. ἁρμόζει δὲ καὶ *πρὸς τὰ καυστικὰ, καὶ γαγγραινούμενα· ἀνακαθαίρει γὰρ καὶ ἀναλίσκει τὰ περισσά. χρῆσθαι δὲ αὐτῇ δεῖ, σπόγγον βρέχοντας συνεχῶς καὶ ἐπιτιθέντας. ἐφ' ὧν *δὲ καὶ ἐνκλύζοντας, ὡς ἐπὶ δυσεντερικῶν καὶ παλαιῶν ῥευματισμῶν, καὶ κόλπων ὑπονόμων καὶ μεγάλων· καθαίρει γὰρ καὶ κολλᾷ καὶ σαρκοῖ, καὶ συμφύει ἐοικότως τοῖς ἐναίμοις. καὶ ποτίζεται δὲ πρὸς αἵματος ἐκθρόμβωσιν καὶ πτώματα, ῥήγματα, σπάσματα, σὺν ὕδατος κυάθῳ προσφάτως διυλισμένη, καὶ ἐλαίου μετ' ὀλίγου. κοιλιακοῖς τε καὶ δυσεντερικοῖς, καθ' ἑαυτὴν κυάθου πλῆθος βοηθεῖ διδομένη. καὶ τοῖς νευρικοῖς δὲ καὶ σπάσμασι σύγχρισμα ἁρμόδιον σὺν ἐλαίῳ, ἱδρῶτας κινοῦσα. καὶ πρὸς γύψου πόσιν καὶ φαλαγγίων δήγματα πίνεται· παρέχουσι δὲ τὰ αὐτὰ καὶ αἱ λοιπαὶ κονίαι, μάλιστα δὲ ἡ δρυΐνη· *στυπτικαὶ δέ εἰσι πᾶσαι.

V. αὐτά

V. δὲ καὶ

V. δὲ κοίλων ἑλκῶν.

V. σὺν ὕδατος ἢ σὺν ὕδατι τῆς τε προσφάτως διυλισμένης

In v. desunt hæc verba βοηθεῖ διδομένη

De Lixiuio ficus. Cap. CLXXXVI.

Fit & è crematorum tam syluestris quàm satiuæ ficus caulicolorũ cinere lixiuium. Sed cinerem plurimùm diutissiméque macerari oportet. Vtile porrò est ad medicamenta caustica, & partibus prodest gangræna tẽtatis. Nam expurgat & & consumit quæ excrescunt. Vsus C verò hic est, vt eo imbuta subinde spongia superponatur. Interdum & infunditur, quemadmodũ dysentericis, & in vetustis fluxionibus, nec non & sinibus cuniculatim depascentibus, iísque magnis. Etenim purgat, conglutinat, carne replet, & oras committit, æquè ac emplastra quæ cruentis vulneribus imponun- D tur. Propinatur & ad sanguinem in grumos concretum: itémque contra præcipitationes, rupta atque cõuulsa cum aquæ cyatho recẽs excolatum, admisto olei exiguo. Cœliacis ac dysentericis per se cyathi mensura datum auxiliatur. Neruorũ vitijs & conuulsis ex oleo conuenienter illinitur: quippe quod sudores moueat. Bibitur & aduersus E gypsi potũ, phalangiorũmque morsus. Eosdem porrò effectus exhibẽt lixiuia reliqua, præsertimq; quernũ: omnia verò astringendi vi pollent.

Περὶ Περσέας. Κεφ. ρπζʹ.

Περσέα δένδρον ἐστὶν* ἐν Αἰγύπτῳ, καρπὸν φέρον ἐδώδιμον, εὐστόμαχον· ἐφ' οὗ καὶ τὰ λεγόμενα κρανοκόλαπτα φαλάγγια εὑρίσκεται, μάλιστα δὲ ἐν Θηβαΐδι. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα λεῖα* ἐπιπλαττόμενα ξηρὰ, αἱμορραγίας ἱστάναι. τοῦτο δὲ ἱστόρησάν τινες ἐν Περσίδι ἀναιρετικὸν εἶναι, μετατεθὲν δὲ εἰς Αἴγυπτον, ἀλλοιωθῆναι καὶ ἐδώδιμον γενέσθαι.

V. αὐτῇ Θηβαΐδι

De Persea. Cap. CLXXXVII.

Persea arbor est in Ægypto fructũ ferens cibo idoneum, stomacho vtilem: in quo phalangia F cranocolapta nomine reperiuntur, præsertim verò in Thebaide. Arida folia trita & inspersa sanguinis eruptionem sistendi vim habẽt. Hanc arborẽ prodidere nonnulli in Perside quidem exitiosam esse: translatam verò in Ægyptũ natura mutata in cibos receptam.

Περὶ Ἰβερίδος. Κεφ. ρπηʹ.

*Ἴβερις ἤτοι καρδαμαντικὴ ἔχει τὰ φύλλα παρόμοια καρδάμῳ, ἐν ἔαρι εὐθαλέστερα. *μῆκος δὲ ὅσον πηχυαῖον ἢ ἔλαττον. φύεται δὲ ἐν ἀγεωρ-

G

De Iberide. Cap. CLXXXVIII.

Iberis, siue cardamantica, folia habet nasturtij, vere virentiora. Caulis longitudo cubitalis est, plus minúsve: locis incul-

tis nascitur. Æstate porrò lacteum florem promit, ac tum quoque efficacior est. Radices binas habet nasturtio * similes, calfaciendi & adurendi vi præditas. Ipsæ enim ischiadicis vtiles, si cum axungia suilla salsa emplastri modo quaternis horis impositæ fuerint: deinde verò in balneum descendatur: ac postea oleo ac vino cum lana locus affectus perungatur. (V. adure)

Primi libri finis.

A γείοις τόποις. θέρους δὲ γαλακτῶδες ἄνθος προβάλλει, καὶ τότε ἐστὶ δραστικώτερον. ἔχει δὲ δύο ῥίζας παρεμφερεῖς καρδάμῳ, θερμαντικὰς καὶ καυστικάς· αὗται γὰρ ἀγαθαὶ αἱ ῥίζαι πρὸς ἰσχιαδικούς, σὺν λίπει ὑείου τεταριχευμένου, ὡς ἐμπλαστρῶδες θεῖσαι κατὰ ἔμπλασμα μέχρις ὡρῶν τεσ-
B σάρων· ἔπειτα ἐν βαλανείῳ ἐμβιβαζέσθω, καὶ ἐλαίῳ μετ' ἐρίου τοῖς τόποις ἐπιχριέσθω.

Τέλος τοῦ βιβλίου πρώτου.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBÆI De medica materia Liber secundus.

ΠΕΔΑΚΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ἈΝΑΖΑΡΒΕΩΣ Περὶ ὕλης ἰατρικῆς βιβλίον δεύτερον.

IANO ANTONIO SARACENO, LVGDVNÆO, INTERPRETE.

A IN priore, amantissime Aree, libro qui quidem primus est eorum quos de medicinali materia cōposuimus, de aromatibus, oleis, vnguentis, arboribus & nascentibus ex eis liquoribus, lachrymis ac fructibus disseruimus.
B In hoc autem secundo agemus de animantibus, melle, lacte, adipe, frugibus, insupérque de oleribus: hísque subnectemus quæ inter herbacea acri prædita sunt facultate, propterea quòd cum ipsis cognationem habent: qualia sunt allia, cepæ, sinapi: ídque ne congenerum vires disiungantur.

A ΕΝ μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, φίλτατε Ἄρειε, ὅτι πρῶτον τῶν περὶ ὕλης ἡμῖν συντεταγμένων, προεκδέδωκα μὲν τὸν περὶ ἀρωμάτων, καὶ ἐλαίων, καὶ μύρων, καὶ δένδρων, καὶ τῶν γεννωμένων ἐξ αὐτῶν ὀπῶν τε καὶ δακρύων, καὶ καρπῶν λόγον· ἐν δὲ
B τούτῳ δευτέρῳ ὄντι, ἐπελευσόμεθα περί τε ζώων καὶ μέλιτος καὶ γάλακτος καὶ στέατος καὶ τῶν λεγομένων σιτηρῶν, ἔτι δὲ λαχάνων, ὑποτάξαντες αὐτοῖς ὅσα δριμέα τῶν βοτανικῶν κέκτηται δύναμιν, διὰ τὸ συγγένειαν ἔχειν αὐτά, ὥσπερ τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ νᾶπυ· ἵνα μὴ διαζευχθῇ
C τῶν ὁμογενῶν ἡ δύναμις.

De Echino marino. Cap. I.

ECHINVS marinus stomacho vtilis est, bonam facit aluum, vrinámque ciet. Huius testa si cruda torreatur, vtiliter smegmatis, hoc est, detergentibus medicamentis admiscetur, quæ ad psoras idonea sunt. Cremata verò eadem, vlcera sordida expurgat, eáque reprimit quæ in vlceribus ipsis excrescunt.

Περὶ Ἐχίνου θαλασσίου. Κεφ. α'.

ΕΧΙΝΟΣ θαλάττιος, εὐστόμαχος, εὐκοίλιος, οὐρητικός· τὸ δὲ ὄστρακον ὠμόν, μίγνυται χρησίμως * ὀπτηθέν, τοῖς πρὸς τὰς ψώρας ἁρμόζουσι σμήγμασι· κεκαυμένον δὲ καθαίρει τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη, καὶ καταστέλλει τὰ ὑπερσαρκοῦντα. (V. non legit inf.)

Περὶ τοῦ χερσαίου ἐχίνου. Κεφ. β'.

A

Καὶ τοῦ χερσαίου δὲ ἐχίνου τὸ δέρμα καὲν, πρὸς ἀλωπεκίας μετὰ πίσσης ὑγρᾶς καταχριόμενον ἁρμόζει· ἡ δὲ σὰρξ σκελετευθεῖσα καὶ πινομένη μετὰ μέλιτος ἢ ὀξυμέλιτος, βοηθεῖ νεφριτικοῖς, καὶ τοῖς ὑπὸ σάρκα ὕδρωψι, καὶ σπασμώδεσιν, ἐλεφαντιῶσι, καχέκταις· ξηραίνει δὲ καὶ τοὺς περὶ τὰ σπλάγχνα ῥευματισμούς. καὶ τὸ ἧπαρ δὲ αὐτοῦ ξηρανθὲν ἐπ' ὀστράκου ἡλιοκαοῦς, καὶ ἀποτεθὲν, πρὸς τὰ αὐτὰ ὁμοίως ἁρμόζει διδόμενον.

Vulg. μετὰ ὀξυμέλι.

Vet. & Ald. [illegible]

B

Περὶ Ἱπποκάμπου. Κεφ. γ'.

ΙΠΠΟΚΑΜΠΟΣ, θαλάσσιόν ἐστι ζῶον μικρόν, οὗ καέντος ἀναληφθεῖσα ἡ τέφρα πίσσῃ ὑγρᾷ ἢ ὀξυγγίῳ ἢ ἀμαρακίνῳ μύρῳ, καὶ καταχρισθεῖσα, ἀλωπεκίας δασύνει.

C

V. ἰᾶται

Περὶ Πορφύρας. Κεφ. δ'.

ΠΟΡΦΥΡΑ καεῖσα δύναμιν ἔχει ξηραντικὴν, σμηκτικὴν ὀδόντων, [ὑπερσαρκωμάτων δὲ καταστaλτικὴν,] ἀνακαθαρτικὴν ἑλκῶν, ἀπουλωτικήν.

V. caret his quæ conclusa sunt.

D

Περὶ Κηρύκων. Κεφ. ε'.

ΤΑ αὐτὰ δὲ ποιοῦσι καὶ οἱ κήρυκες καέντες· εἰσὶ δὲ μᾶλλον καυστικοί· ἐὰν δέ τις ἁλῶν αὐτοὺς πληρώσας ἐν ὠμῇ χύτρᾳ καύσῃ, ἁρμόζουσι πρὸς σμῆξιν ὀδόντων καὶ κατακαύματα ἐπιπλασθέντες, ἐᾶν δὲ δεῖ ἀποστρακοῦσθαι τὸ φάρμακον· μετὰ δὲ τὴν ἀπούλωσιν τοῦ κατακαύματος αὐτόματον ἀποπίπτει. γίνεται δὲ ἄσβεστος ἐξ αὐτῶν, ὡς ὑποδείξομεν ἐν τῷ περὶ ἀσβέστου λόγῳ.

V. his caret.

V. addit πάλιν

E

Flor. caret hac periodo.

Περὶ Ἰονίων. Κεφ. ς'.

* Ἰόνια δὲ καλεῖται τὰ ἐπὶ τῶν κηρύκων καὶ πορφύρων μέσα, περὶ οἷς ἡ ἕλιξ ἐστὶ τοῦ ὀστράκου· καίεται δὲ ὁμοίως δύναμιν ἔχοντα καυστικωτέραν τῶν κηρύκων καὶ τῆς πορφύρας, διὰ τὸ πιέζειν αὐτῶν τὴν φύσιν. αἱ δὲ σάρκες τῶν κηρύκων, εὔστομοι καὶ εὐστόμαχοι· κοιλίαν δὲ οὐ μαλάσσουσι.

Hermol. Barb. κιονίων Κιόνια

F

V. λύουσι

G

Περὶ Μυάκων. Κεφ. ζ'.

ΜΥΑΚΕΣ διαφέρουσιν οἱ Ποντικοί. καέντες δὲ τὸ αὐτὸ δρῶσι τοῖς

De terrestri echino. Cap. II.

Terrestris erinacei corium combustum, alopecijs cum pice liquida commodè illinitur. Assiccata caro & cum melle aut aceto mulso epota, renum vitijs auxilio est: itémque aquæ intercuti, conuulsionibus, elephantia laborantibus & malo corporis habitu præditis, quos cachectas vocant: viscerum quoque fluxiones exiccat. Quin & eiusdem iecur fictili solibus perusto arefactum atque reconditum ad eosdem vsus pari modo vtiliter exhibetur.

De Hippocampo. Cap. III.

HIPPOCAMPUS marinum est animalculum: cuius cremati cinis liquida pice vel axungia aut amaracino vnguento exceptus, & illitus, alopecias emendat.

De Purpura. Cap. IIII.

PVRPVRA vsta vim habet exiccandi, dentes abstergendi, excrescẽtes luxuriantésve carnes cohibendi, vlcera repurgãdi & ad cicatricem perducendj.

De Buccinis. Cap. V.

EADEM præstant buccina concremata, sed maiorem adurendi vim habent. Quòd si quis ipsa sale expleta in olla cruda cremauerit, dentifricijs conueniunt, ambustísque vtiliter illinuntur. Sinendum verò medicamentum vt in testæ modum induretur: siquidem post obductam vulneri cicatricẽ sponte sua decidet. Fit etiam ex ipsis viua calx, quemadmodum in tractatu de calce demonstrabimus.

De Cionijs. Cap. VI.

Cionia vocantur buccinorum purpurarúmque mediæ partes, circa quas * testæ volumen clauiculatim intorquetur: Simili verò modo cremata buccinis purpuráq; magis causticam vim habẽt, quoniam apprimendi naturam obtinent. At buccinorũ carnes & ori gratæ sunt, & stomacho vtiles: sed aluũ haudquaquam molliunt.

* testæ orbis est

De Mytulis seu musculis. Cap. VII.

IN Mytulorum genere laudatissimi Pontici. Cremati eundẽ cum

buccinis effectum præbent. Priuatim verò plumbi modo eloti oculorum medicamentis cum melle vtiles habétur: quippe qui genarum crassitudines absumunt, oculorum albugines exterunt, & cætera quæ aliter pupillis caliginem offundūt. Eorundem caro ad canis morsus vtiliter imponitur.

De Tellinis. Cap. VIII.

TELLINÆ recentes aluo vtiles, sed maximè ius earum. Sale verò conditæ ac vstæ & ad læuorem contritæ, tandémque cum cedria instillatæ, euulsos palpebrarum pilos renasci non patiuntur.

De Chamis. Cap. IX.

QVIN & chamarum aliarúmq; conchularū in exigua aqua decoctarum ius aluum ciet: id verò cum vino assumitur.

De vngue. Cap. X.

ONYX siue vnguis conchylij tegumentū est, ei simile quo purpura integitur. Is in lacubus nardiferis Indiæ reperitur: quapropter & conchylijs nardum depascentibus odoramenta resipit. Colligitur verò posteaquàm æstiuis squalloribus lacus inaruerunt. Præstantissimus qui è mari rubro defertur, subalbidus ac pinguis. Babylonicus nigrescit, atque minor conspicitur. Ambo verò si suffiantur, vehementem expirant odorem: sed quadantenus castoreum redolent. Hi porrò suffitu etiamnum comitiales, fœmináśque vuluæ strangulatu oppressas excitant. Poti verò aluum perturbānt. Cæterùm cōchyliū ipsum vstū, eadē quæ purpura & buccinū efficit.

De Cochleis. Cap. XI.

COCHLEA terrestris stomacho vtilis est, & ægrè corrumpitur. Laudatissima Sardonia, Africana, Astypalæica, & quæ in Sicilia & Chio gignitur, necnon & quæ in Liguriæ Alpibus, pomatias, quasi opercularis, cognominata. Marina quoque stomacho idonea est, faciléque aluo excernitur. Fluuiatilis autem *virosa est. Syluestris verò quæ vepribus frutetísque adhærescit, quámq; nonnulli sesilon aut seselita nominant, aluū stomachúmque turbat, & vomitiones excitat.

virus habet Pl.

A κήρυξιν. ἰδιαίτερον δὲ *πλυθέντες ὡς μόλιβδος, χρησιμεύουσιν εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ σὺν μέλιτι· ἐκτήκοντες παχύτητας βλεφάρων, καὶ σμήχοντες λευκώματα, καὶ τὰ *ἄλλως ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις· ἡ δὲ σὰρξ αὐτῶν κυνοδήκτοις ἐπιτίθεται ὠφελίμως.

Αλλ. πλυθέντες

V. ἄλλα ἐπισκοτοῦντα

B Περὶ Τελλινῶν. Κεφ. η′.

ΤΕΛΛΙΝΑΙ δὲ παραὶ εὐκοίλιαι· μάλιστα δὲ ὁ ἐξ αὐτῶν ζωμός. ταριχηραὶ δὲ κεκαῦσαι καὶ λελειωσαι λεῖαι, *καὶ μετὰ κεδρίας ἐνσταζόμεναι, τὰς ἐκτιλθείσας τῶν βλεφάρων τρίχας οὐκ ἐῶσιν αὖθις φυῆναι.

V. καὶ ὠμαὶ

Περὶ Χημῶν. Κεφ. θ′.

C ΚΑΙ ὁ ἐκ τῶν χημῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων κογχαρίων ζωμὸς, κοιλίαν κινεῖ ἑψόμενος μετὰ ὀλίγου ὕδατος· μετ' οἴνου δὲ λαμβάνεται.

Περὶ Ὄνυχος. Κεφ. ι′.

ΟΝΥΞ ἐστὶ πῶμα κογχυλίου, ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας· εὑρισκόμενον ἐν τῇ D Ἰνδίᾳ, ἐν ταῖς ναρδοφόροις λίμναις. διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῶν κογχυλίων τὴν νάρδον· συλλέγεται δὲ, ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν αὐχμῶν ἀναξηρανθῶσιν αἱ λίμναι· διαφέρει δὲ ὁ ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς κομιζόμενος, ὑπόλευκος ὢν καὶ λιπαρός. μέλας δὲ ὁ Βαβυλώνιος καὶ μικρότερος. ἀμφότεροι δὲ E εὐώδεις θυμιώμενοι, καστορίζοντές πως τῇ ὀσμῇ· ἐγείρουσι δὲ καὶ οὗτοι ὑποθυμιαθέντες τὰς ὑστερικῶς πνιγομένας, καὶ ἐπιληπτικούς· ποθέντες δὲ κοιλίαν ἐκταράσσουσιν. αὐτὸ δὲ τὸ κογχύλιον καὲν, ποιεῖ ὅσα καὶ ἡ πορφύρα καὶ ὁ κήρυξ.

Vulg. ταράσσουσιν

Περὶ Κοχλιῶν. Κεφ. ια′.

Par. κοχλίου χερσαίου

F ΚΟΧΛΙΑΣ χερσαῖος εὐστόμαχος, *δύσφθαρτος· ἄριστος δὲ ὅ, τι ἐν Σαρδοῖ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Ἀστυπαλαίᾳ, καὶ Σικελίᾳ, καὶ Χίῳ γεννώμενος, καὶ ὁ ἐν ταῖς κατὰ Λιγυρίαν Ἄλπεσι πωματίας καλούμενος. καὶ ὁ θαλάσσιος δὲ εὐστόμαχος καὶ εὐέκκριτος· ὁ δὲ ποτάμιος βρωμώδης. καὶ *ὁ ταῖς ἀκάνθαις καὶ τοῖς θαμνίσκοις προσκεκολλημένος ἄγριος, ὃν τινὲς σέσιλον *ἢ σεσίλιτα καλοῦσι, ταρακτικὸς ἐστὶ κοιλίας καὶ στομάχου, ἐμετικός.

V. addit, εὔπεπτος καὶ εὔφθ.

V. ὁ ἐν ταῖς

G

Par. tantùm σέσιλον καλοῦσι.

Δύναται δὲ πάντων τὰ ὄστρακα κεκαυμένα θερμαίνειν καὶ καίειν, σμήχειν λέπρας, ἀλφούς, ὀδόντας· οὐλὰς δὲ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ λευκώματα, καὶ ἐφήλεις, καὶ ἀμβλυωπίας, μετὰ τῆς σαρκὸς ὅλοι καέντες καὶ λειωθέντες καὶ ἐγχριόμενοι σὺν μέλιτι ἀποκαθαίρουσιν. ὠμοὶ δὲ σὺν τοῖς κελύφεσι καταπλασθέντες, ἐξικμάζουσι τὰ ὑδρωπικὰ οἰδήματα· καὶ οὐκ ἀφίστανται πρὶν πᾶν ἐκικμασθῆναι τὸ ὑγρόν. καὶ ποδαγρικὰς δὲ φλεγμονὰς πραΰνουσι, καὶ σκόλοπας ἕλκουσιν ὁμοίως καταπλασθέντες. καὶ ἔμμηνα ἄγουσι λεῖοι προστιθέμενοι. αἱ δὲ σάρκες αὐτῶν λεῖαι σὺν σμύρνῃ καὶ λιβανωτῷ καταπλασθεῖσαι, τραύματα καὶ μάλιστα τὰ κατὰ τὰ νεῦρα κολλῶσι, καὶ τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμορραγίας σὺν ὄξει λειωθέντες ἐπέχουσι. ζῶσα δὲ ἡ σὰρξ καταποθεῖσα, τοῦ Λιβυκοῦ μάλιστα, ἀλγηδόνας στομάχου παύει· μετὰ δὲ τοῦ ὀστράκου ὅλος τριβεὶς καὶ μετ᾽ οἴνου καὶ σμύρνης ποθεὶς ὀλίγος, κωλικοὺς θεραπεύει καὶ κύστεως ἀλγήματα. ἀνακολλᾷ δὲ τρίχας ὁ χερσαῖος, ἐάν τις βελόνην κατὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ φέρων τῷ προσισταμένῳ γλισχρώδει προσάπτηται τῆς τριχός.

Sa alr. cod. καταπλασθεῖσαι Goup.

V. λείας, ...

Περὶ Καρκίνων. Κεφ. ιβ'.

ΚΑΡΚΙΝΩΝ ποταμίων κεκαυμένων ἡ τέφρα κοχλιαρίων δυοῖν πλῆθος, σὺν γεντιανῆς ῥίζης κοχλιαρίῳ ἑνὶ καὶ οἴνῳ ποθεῖσα ἐπὶ ἡμέρας γ'. βοηθεῖ λυσσοδήκτοις ἐναργῶς· σὺν δὲ μέλιτι ἑφθῷ, ῥαγάδας τὰς ἐν ποσὶ καὶ τὰς ἐν δακτυλίῳ καὶ χιμέθλας, καὶ καρκινώματα πραΰνει. λεῖοι δὲ ὠμοὶ σὺν γάλακτι ὀνείῳ ποθέντες, βοηθοῦσι δήγμασιν ἑρπετῶν, φαλαγγίων, σκορπίων πληγαῖς· ἑφθοὶ δὲ σὺν ζωμῷ ἐσθιόμενοι, φθισικοὺς ὠφελοῦσι, καὶ τοὺς λαγωὸν θαλάσσιον πεπωκότας. τριφθέντες δὲ μετ᾽ ὠκίμου καὶ προστεθέντες, σκορπίους κτείνουσι. δύνανται δὲ τὰ αὐτὰ καὶ οἱ θαλάσσιοι, πλὴν ἧττον τούτων ἐνεργοῦσι.

In margine scholion videtur, τὰς γλώσσας καὶ φάρυγγας φλεγμονὰς ... σὺν ζωμῷ ἑψόμενοι.

Al. προσαχθέντες

Περὶ Σκορπίου χερσαίου. Κεφ. ιγ'.

ΣΚΟΡΠΙΟΣ χερσαῖος ὠμός, λεῖος ἐπιτεθεὶς, βοήθημα τῆς ἰδίας πληγῆς γίνεται· εὑρίσκεται δὲ καὶ ὀπτηθεὶς πρὸς τὸ αὐτό.

Marc. ...

Crematæ omniũ testæ calfaciendi vrendique: lepras, vitiligines ac dentes etiam extergendi vi pollent: oculorum verò cicatrices & albugines, maculas à sole contractas, ac visus hebetudines emendant, si totæ cum sua carne vstæ & contritæ illinantur. At crudæ cum suis calicibus impositæ hydropicorum tumores discutiunt, neq; priùs amouentur, quàm omnis exhauriatur humor. Sed & podagricas inflammationes leniunt, ac impactos etiam corpori aculeos similiter impositæ euocant: menses quoque tritæ & appositæ ciunt. Porrò carnes earum tritæ, & cum myrrha ac thure illitæ, tum vulnera alia, tum maximè quæ neruis inflicta sunt conglutinant: tritæ in aceto sanguinis è naribus eruptiones cohibent. Viuæ caro, & maximè Africanæ, deuorata stomachi dolores mitigat. Tota verò cum testa sua trita & cum vino ac myrrha exigua quantitate bibita, colicos dolores vesicæque cruciatus sanat. Terrestris fluentem pilum glutinat & cohibet, si quis traiectæ per carnem ipsius acus mucroni hærentem viscidum lentorem pilo admouerit.

De Cancris. Cap. XII.

CANCRORVM fluuiatilium exustorum cinis duûm cochleariũ mẽsura cũ gentianæ radicis cochleario vno ac vino triduo potus, à cane rabioso demorsis euidẽter opitulatur. Ex melle verò cocto rimas pedum sedísque, perniones & carcinomata lenit. Triti crudi, potique ex asinino lacte, contra serpentium phalangiorúmque morsus & scorpionum ictus auxiliantur. Decocti autem & ex iure suo sumpti phthisicis prosunt, iísque qui leporem marinum hauserint. Triti cum ocimo & admoti, scorpiones necant. Possunt eadem marini, sed minore quàm illi efficacia.

De Scorpione terrestri.
Cap. XIII.

TERRESTRIS scorpio crudus, tritus & impositus, suæ plagæ remedium est: estur quoque tostus in eundem vsum.

De Scorpione marino. *Cap. XIIII.*

Marini scorpionis fel cõuenit ad oculorum suffusiones, albugines & hebetudines.

De dracone marino. *Cap. XV.*

DRACO marinus exectus & impositus, ictus spinæ suæ qua ferit medela est.

De Scolopendra. *Cap. XVI.*

SCOLOPENDRA marina in oleo decocta & peruncta pilos detrahit: contactu verò pruritus excitat.

De Torpedine. *Cap. XVII.*

TORPEDO marina in diutinis capitis doloribus imposita, doloris vehementiam mulcet. Eadem sedem euersam prociduámve coörcet.

De Vipera. *Cap. XVIII.*

VIPERÆ caro cocta & in cibo sumpta claritatem oculis affert, ad neruorum vitia proficit, increscentésque strumas reprimit. Detracta autem cute, caput & caudam, quoniam carne vacant, amputari oportet. Fabulosum enim est quod præcipitur, vt extremarum partium certa vtrinque mensura præcidatur. Reliquum verò (exemptis interaneis) corpus elotum & in frustra sectum ex oleo & vino cum salis exiguo & anetho discoquitur. Aiunt porrò ijs qui viperinas carnes esitauerint, pediculos procreari: quod falsum est. Insuper verò referunt nonnulli, qui ijs vescantur longam senectutem adipisci. Sal ex ijs ipsis ad eadem conficitur, sed non est perinde efficax. Viua autem vipera in ollam nouam demittitur, adijciúntúrque salis triti caricarúmque itidem tritarum an. sextarij singuli, mellis cyathi VI. mox ollæ operculum luto oblinitur. Sic ea in fornace torrentur, donec sal in carbones redigatur. Is postea ad læuorem tritus reconditur: ac interdum quò iucundiùs ori sapiat, spica nardi aut folij seu malabathri momentum immiscetur.

A Περὶ Σκορπίου θαλασσίου. Κεφ. ιδ'.

Τοῦ δὲ θαλασσίου σκορπίου ἡ χολὴ ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑποχύσεις καὶ λευκώματα καὶ ἀμβλυωπίας.

Περὶ Δράκοντος θαλασσίου. Κεφ. ιε'.

ΔΡΑΚΩΝ θαλάσσιος ἀναπτυχθεὶς καὶ ἐπιτεθεὶς, ἴαμά ἐστι πρὸς τὴν ἐκ B τῆς ἀκάνθης αὐτοῦ πληγήν.

Περὶ Σκολοπένδρας. Κεφ. ιϛ'.

ΣΚΟΛΟΠΕΝΔΡΑ θαλασσία ἑψηθεῖσα ἐν ἐλαίῳ καὶ καταχρισθεῖσα, ψιλοῖ τρίχας· ψαυσθεῖσα δὲ, κνησμοὺς ἐργάζεται.

Περὶ Νάρκης. Κεφ. ιζ'.

C ΝΑΡΚΗ θαλασσία ἐπιτεθεῖσα ἐπὶ χρονίαν ἀλγημάτων τὴν περὶ κεφαλὴν, πραΰνει τὸ σφοδρὸν τοῦ ἀλγήματος· καὶ ἕδραν δὲ ἐκτετραμμένην ἢ προπίπτουσαν στέλλει προστεθεῖσα.

Περὶ Ἐχίδνης. Κεφ. ιη'.

D ΕΧΙΔΝΗΣ σὰρξ ἑψηθεῖσα καὶ ἐσθιομένη, ὀξυδερκεῖς ποιεῖ τὰς ὄψεις, καὶ πρὸς τὰ νευρικὰ ἁρμόζει, καὶ τὰς αὐξομένας χοιράδας ἵστησι· δεῖ δὲ ἐκδείραντας αὐτὴν, ἀποκόπτειν κεφαλὴν καὶ τὴν οὐρὰν, διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς ἄσαρκον. μυθῶδες γὰρ ἡ πρὸς τὸ μέτρον ἀποκοπὴ τῶν ἄκρων· τὸ δὲ λοιπὸν πλύναντας καὶ τεμαχίσαντας, E ἕψειν μετ' ἐλαίου καὶ οἴνου καὶ ἁλῶν ὀλίγων καὶ ἀνήθου. φασὶ δὲ τοὺς προσφερομένους φθεῖρας * γεννᾶν· ὅπερ ἐστὶ ψεῦδος· προσιστοροῦσι δὲ ἔνιοι καὶ μακρογήρους γίνεσθαι τοὺς ἐσθίοντας αὐτάς. κατασκευάζονται δὲ καὶ ἅλες ἐξ αὐτῶν πρὸς τὰ αὐτὰ, πλὴν οὐχ ὁμοίως ἐνεργοῦσι. F καθίεται δὲ ἔχιδνα ζῶσα εἰς καινὴν χύτραν, καὶ μετ' αὐτῆς ἁλῶν, ἰσχάδων τετριμμένων, ἀνὰ ξέστης α'. μετὰ μέλιτος κυάθων ϛ'. περιχρίεται πηλῷ δὲ τὸ πῶμα τῆς χύτρας, καὶ ὀπτᾶται ἐν καμίνῳ, ἄχρις οὗ ἀνθρακωθῶσιν οἱ ἅλες· μετὰ δὲ τοῦτο λειοτριβηθέντες ἀποτίθενται, ἐνίοτε μιγνυμένου G πρὸς * εὐστομαχίαν αὐτοῖς ναρδοστάχυος, ἢ φύλλου, ἢ μαλαβάθρου βραχέος.

V. addit καὶ ποδάγρας.

Marc. [illegible]

Quidam add. καὶ [illegible]

Ruellius legit ι.

V. ἢ μαλαβάθρου, ἢ φύλλου βραχέος. al. ἢ μαλαβάθρου φύλλου βραχέος.

Περὶ Ὄφεως γήρως. Κεφ. ιθ'.

A Γῆρας ὄφεως ἑψηθὲν ἐν οἴνῳ, βοήθημά ἐστιν ὠταλγίας ἐγχεόμενον, καὶ ὀδονταλγίας διακλυζόμενον. μίσγουσι δὲ αὐτὸ καὶ εἰς ὀφθαλμικὰς δυνάμεις· μάλιστα δὲ τὸ τῆς ἔχεως.

De Anguium senecta. Cap. XIX.

Anguinæ vernationis membrana in vino si decocta fuerit, dolori quidem aurium infusa, dentium verò doloribus collutione, auxilio est. Miscetur & ipsa in oculorum medicamenta, sed præcipuè quæ viperæ maris est.

Περὶ Λαγωοῦ θαλαττίου. Κεφ. κ'.

B ΛΑΓΩΟΣ θαλάσσιος ἔοικε μὲν μικρᾷ τευθίδι· δύναται δὲ λεῖος καταπλασθεὶς καθ' ἑαυτὸν καὶ μετὰ ἀκαλύφης τρίχας ψιλοῦν.

De Lepore marino. Cap. XX.

LEPUS marinus loligini paruæ similis est. Is tritus tū per se, tum cum vrtica (marina) adhibitus, deglabrandi vim obtinet.

Περὶ Λαγωοῦ χερσαίου. Κεφ. κα'.

Τοῦ δὲ χερσαίου λαγωοῦ ὁ ἐγκέφαλος, ὀπτὸς βιβρωσκόμενος ὠφελεῖ τρόμους τοὺς κατὰ πάθος γινομένους· καὶ ὀδοντιάσεις ἐπὶ C παιδίων παρατριβόμενος καὶ ἐσθιόμενος. ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ καεῖσα καὶ καταχρισθεῖσα μετὰ στέατος ἀρκτείου ἢ ὄξους, ἀλωπεκίας θεραπεύει. ἡ δὲ πυτία ποθεῖσα μετὰ ἡμέρας τρεῖς μετὰ τὴν ἄφεδρον, ἀτόκιος εἶναι ἱστόρηται· ἐπέχει δὲ καὶ τὴν ἐκ μήτρας ῥεῦσιν, καὶ κοιλίας. ὠφελεῖ δὲ καὶ ἐπιληπτικούς, D καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα μεθ' ὄξους πινομένη. μάλιστα δὲ πρὸς γάλακτος θρόμβωσιν καὶ ἐχιδνῶν δήγματα. τὸ δὲ αἷμα αὐτοῦ θερμὸν καταχριόμενον, ἐφηλίδας καὶ ἀλφοὺς καὶ φακοὺς θεραπεύει.

Al. ὕδατος καὶ στέατος

Gesn. δι' ἡμέρ.

Al. ῥύσιν.

De Lepore terrestri. Cap. XXI.

Terrestris leporis inassatum cerebrū si mandatur, tremoribus prodest ex pauore obortis: infantium quoque dentitiones tū affrictu tum cibo adiuuat. Exustum ipsius caput & cum adipe vrsino aut aceto perunctum, alopecijs medetur. Porrò coagulum post triduum a mēstrua purgatione potum, sterilitatem facere, adeòque omnem partus spem intercipere perhibetur. Vuluæ etiānum aluique fluorē sistit. Comitiales quoque iuuat, & contra venena ex aceto bibitū prodest: præsertim verò aduersus lac in grumos cōcretum, viperarūmque morsus. Cæterùm sanguis eius si calidus illinatur, maculas a sole contractas, vitiligines, lentiginésque sanat.

Περὶ Τρυγόνος θαλασσίας. Κεφ. κβ'.

E ΤΡΥΓΟΝΟΣ θαλασσίας τὸ κέντρον, ὃ δὴ ἀπὸ τῆς οὐρᾶς αὐτῆς πέφυκεν ἀνεστραμμένον ταῖς φολίσιν, ὀδόντα πονοῦντα πραΰνει· θρύπτει γὰρ καὶ ἀποβάλλει.

De Pastinaca marina. Cap. XXII.

PASTINACÆ marinæ radius, qui quidē ipsius cauda reflexis squamis enascitur, dentis dolorem mitigat: siquidem illum & comminuit & eijcit.

Περὶ Σηπίας. Κεφ. κγ'.

ΣΗΠΙΑΣ ἑψηθείσης μέλαν βιβρωσκόμενον δύσπεπτον, κοιλίας μαλακτικόν. τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὄστρακον σχηματι- F σθὲν εἰς κολλύρια ἁρμόζει πρὸς παράτριψιν τραχέων βλεφάρων· καὲν δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀστράκῳ, ἄχρις οὗ τὸ πλακῶδες αὐτοῦ ἀποστῇ, σμήχει λεῖον ἀλφούς, πίτυρα, ὀδόντας, ἐφήλεις· μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ πλυθέν· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς λευκώματα κτηνῶν ἐμφυσώμενον· καὶ πτερύγια τὰ ἐν ὀφθαλ- G μοῖς τήκει, σὺν ἁλσὶ λεῖον προσαγόμενον.

Ald. μέλαν τὸ βιβρ.

Al. σμώ..., vti refert Marcell.

De Sepia. Cap. XXIII.

SEPIÆ coctæ atramentū in cibo sumptū, ęgrè concoquitur, aluum emollit. Ipsius verò testa in collyria efformata, scabris genis perfricādis accommodatur. Vstum verò intra propriā testam quod ipsa testa concluditur, donec id quod crustosum (aut plenum seu tabellatū) est abscedat, postéaque tritum, exterit vitiligines, furfures, dentes & maculas à sole contractas. Porro elotum in medicamenta oculorum additur. Facit & præclarè iumentis ad oculorum albugines, si insuffletur. Pterygia quoque oculorum absumit, cum sale tritum & adhibitum.

De Mullo. Cap. XXIIII.

MVLLVS frequenter in cibo sumptus, visus hebetudinē facere creditur. Quòd si crudus dissectúsque imponatur, marini draconis ac scorpionis, itémque araneï ictibus medetur.

De Hippopotami seu fluuiatilis equi testiculo. Cap. XXV.

HIPPOPOTAMI testiculus exiccatus & ad læuorē tritus, contra serpentium morsus ex vino bibitur.

De Castorio, seu fibri testibus. Cap. XXVI.

Fiber animal est ancipitis vitæ, quod plerunq; cū piscibus & cancris vitam in aquis degit. Auxiliantur quoque ipsius testes contra serpentium venena. Sternutamenta etiamnum mouent, ac in vniuersum multiplices vsus obtinent. Siquidem duabus drachmis cum pulegio poti mēses cient, & partus secundásque eijciunt. Ex aceto verò contra inflationes, tormina, singultus, exitialia venena, priuatímque ixiam bibūtur. Lethargicos & alio quocunque veterni genere correptos cum aceto & rosaceo irrigati excitant. Sed & olfactu & odoris suffitu eadem præstant. Prosunt & tum potu, tum etiā illitu ad tremores, conuulsiones, omniáque neruorum vitia: ac in summa calfactoriā vim habent. Porrò testes semper eligito, qui sint ex vno ortu cōnexi, (fieri enim nō potest vt gemini folliculi in vna membrana coniuncti reperiātur) liquore intus veluti ceroso, odoris grauis, ac viroso gustu, acri & mordaci, friabili: quíque naturalibus tunicis perpetuò distinguantur. Ipsum fraude corrumpunt nonnulli, ammoniacū aut gummi cum sanguine & castorio subactum in folliculum infundentes, & ita exiccantes. Vanum est autem quod narratur, animal ipsum, dum à venatoribus vrgetur, testes sibi auellere & abijcere: fieri enim nequit ipsos vt attingat, quippe qui sint velut in sue substricti. Cæterùm diuisa pelle liquorem melleum vnà cum ipsum continente tunica excipere oportet, atque ita siccatū reponere.

A Περὶ Τρίγλης. Κεφ. κδ'.

ΤΡΙΓΛΑ συνεχῶς ἐσθιομένη ἀμβλυωπίας δοκεῖ κατασκευαστικὴ ὑπάρχειν. ὠμὴ δὲ ἀνασχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα, θαλασσίου δράκοντος καὶ σκορπίου καὶ ἀράχνης δήγματα ἰᾶται. *Forte, σχισθεῖσα*

Περὶ Ὄρχεως ἱπποποτάμου. B Κεφ. κε'.

ΟΡΧΙΣ ἱπποποτάμου ξηρανθεὶς καὶ λειωθεὶς, πίνεται μετ' οἴνου πρὸς ἑρπετῶν δήγματα.

Περὶ τῶν τοῦ κάστορος ὄρχεων. Κεφ. κϛ'.

*Κάστορος ὄρχεις (ζῶόν ἐστιν ἀμφίβιον, C τὸ πλεῖστον ἐν ὕδασι, σὺν ἰχθύσι καὶ καρκίνοις τρεφόμενον) ποιεῖ μὲν καὶ πρὸς ἑρπετά. ἔστι δὲ καὶ πταρμικὸς, καὶ καθόλου ποικίλην ἔχει τὴν χρῆσιν· ποθεὶς γὰρ μετὰ γλήχωνος < πλῆθος δυοῖν, ἔμμηνα κινεῖ, καὶ ἔμβρυα καὶ δεύτερα ἐκβάλλει. πίνεται δὲ σὺν ὄξει καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις, στρό- D φους, λυγμοὺς, θανάσιμα φάρμακα, ἰξίαν. ἀνακαλεῖται δὲ καὶ τοὺς ληθαργικοὺς, καὶ τοὺς ὅπως δή ποτε καταφερομένους, ἐμβρεχόμενος σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, καὶ ὀσφραινόμενος. καὶ ὑποθυμιώμενος δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ. ἁρμόζει δὲ τρόμοις καὶ σπασμοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς νευρώδεσι, πινόμενός τε E καὶ συγχριόμενος. καὶ καθόλου θερμαντικὴν ἔχει τὴν δύναμιν. ἐκλέγου δὲ ἀεὶ τοὺς συνεζευγμένους ὄρχεις ἐκ μιᾶς ἀρχῆς (ἀδύνατον γὰρ δύο φύσας ἐζευγμένας ἐν ἑνὶ ὑμένι εὑρεῖν) καὶ τὸ ἔνδον ἔχοντας κηρώδες, βαρύοσμον, βρομῶδες, δριμὺ, δηκτικὸν, εὔθρυπτον, διαφρασσόμενόν τε F συνεχῶς φυσικοῖς ὑμέσι. δολοῦσι δέ τινες αὐτὸ, ἀμμωνιακὸν ἢ κόμμι συμπεφυραμένον αἵματι καὶ καστορίῳ ἐγχέοντες εἰς φύσαν καὶ ξηραίνοντες. μάταιον δὲ ἱστορεῖται ὅτι διωκόμενον τὸ ζῶον ἀποσπᾷ τοὺς διδύμους καὶ ῥίπτει· ἀδύνατον γάρ ἐστιν ἅψασθαι αὐτῶν, προσεσφιγμένων ὄντων ὥσπερ G ὑός. δεῖ δὲ διελόντας τὸ δέρμα κομίσασθαι σὺν τῷ περιέχοντι ὑμένι τὸ ὑγρὸν, ὂν μελιτῶδες, καὶ οὕτω ξηράναντας ἀποτίθεσθαι.

V. incipit ἐξ ἀρχῆς κάστορος ὄρχεις ἐστὶ δὲ ζῶον, quasi hoc caput continuum cum proximè præcedēti fuerit.

V. διακρίνων, ἰχθύσι]

V. quidā caret his duo ἀξιῶ

V. σφιγμένων

Vulg. exempl. ... ponit dare.

Περὶ Γαλῆς κατοικιδίου. Κεφ. κζ'.

ΓΑΛΗ κατοικίδιος περιφλεχθεῖσα, καὶ δίχα τῶν ἐντὸς σκελετευθεῖσα δι' ἁλὸς, καὶ ξηρανθεῖσα ἐν σκιᾷ, πάντων ἑρπετῶν ἐνεργέστατόν ἐστι βοήθημα, ποθεῖσα μετὰ οἴνου < β' πλῆθος, καὶ τοξικοῦ ἀντιφάρμακον ὁμοίως ληφθεῖσα. ἡ δὲ κοιλία αὐτῆς κορίῳ πλησθεῖσα καὶ σκελετευθεῖσα, θηριοδήκτοις καὶ ἐπιληπτικοῖς βοηθεῖ πινομένη. ὅλη δὲ καεῖσα ἐν χύτρᾳ, ποδαγρικοὺς ὠφελεῖ, τῆς τέφρας καταχριομένης μετ' ὄξους. τὸ δὲ αἷμα αὐτῆς καταχριόμενον, χοιράσι βοηθεῖ· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἐπιληπτικούς.

V. [illegible]

Περὶ Βατράχων. Κεφ. κη'.

ΒΑΤΡΑΧΟΙ ἀντιφάρμακόν εἰσιν ἑρπετῶν πάντων, ζωμευθέντες ἐν ἁλσὶ καὶ ἐλαίῳ, τοῦ ζωμοῦ λαμβανομένου· ὁμοίως καὶ πρὸς χρονίους τῶν τενόντων ἀποστάσεις. καέντες δὲ καὶ ἐπιπασθέντες, αἱμορραγίας στέλλουσι. καὶ ἀλωπεκίας θεραπεύουσι σὺν πίσσῃ ὑγρᾷ καταχριόμενοι. τῶν δὲ χλωρῶν βατράχων τὸ αἷμα ἐπιστάζόμενον, κωλύει τὰς ἐκτιλθείσας ἀπὸ τῶν βλεφάρων τρίχας φύεσθαι· ὠφελοῦσι καὶ ὀδονταλγίας συνεψόμενοι ὕδατι καὶ ὄξει, καὶ διακλυζόμενοι.

V. Σιλούρου.

Περὶ Αἰλύρου. Κεφ. κθ'.

ΑΙΛΟΥΡΟΣ νεαρὸς βιβρωσκόμενος, τρόφιμός ἐστι καὶ εὐκοίλιος· ταριχηρὸς δὲ, ἄτροφος. ἀρτηρίας δὲ καθαίρει καὶ εὐηχίας παρασκευάζει. καταπλασθεῖσα δὲ ἡ σὰρξ τοῦ ταρίχου, σκόλοπας ἀνάγει. καὶ ἡ ἐξ αὐτοῦ δὲ ἅλμη ἁρμόζει ἐν ἀρχῇ δυσεντερικοῖς εἰς ἐγκάθισμα, κατάγουσα τὰ ῥεύματα πόρρωθεν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν. ἐγκλυζομένη δὲ, ἰσχιαδικοὺς θεραπεύει.

V. καὶ ταριχο- [illegible]

V. addit ὡς

Περὶ Σμαρίδος. Κεφ. λ'.

ΣΜΑΡΙΔΟΣ ταριχηρᾶς ἡ κεφαλὴ καεῖσα, ἕλκη στέλλει ὑπερσαρκοῦντα, καὶ νομὰς ἵστησι, καὶ ἥλους καὶ θύμους ἀναιρεῖ. σκορπιοπλήκτοις τε καὶ κυνοπλήκτοις ἡ σὰρξ ἁρμόζει, καθάπερ πᾶν τάριχος.

Lec. ex veteri addit καὶ λεία

Leg. κυνοδήκτοις.

Περὶ Μαινίδος. Κεφ. λα'.

ΚΑΙ τῆς μαινίδος δὲ κεφαλὴ καεῖσα λεία, τὰς ἐν δακτυλίῳ τετυλωμένας

De Mustela vulgari seu domestica. Cap. XXVII.

A MVSTELA quæ in domibus nostris oberrat, flammis ambusta & exemptis interaneis sale inueterata, tandémque in vmbra siccata, binis drachmis in vino pota cõtra serpentium genus omne præsentaneo est remedio. Toxico simi-B li sumpta modo resistit. Eiusdem ventriculus coriandro fartus inueteratúsque, ijs qui à venenatis bestijs commorsi fuerint, & comitialibus potu auxiliatur. Tota verò in olla cõcremata, podagricis cõfert, cinere ex aceto illito. Cæterùm ipsius sanguis perunctus strumis opitulatur, ac comitialibus itidem prodest.

C *De Ranis.* Cap. XXVIII.

CONTRA omnium serpentium venena pro antidoto sunt ranæ, cum sale & oleo è iure decoctæ, si ius ipsum itidem sorbeatur. Valent & ad diuturnos tendinum abscessus. Vstæ vero & inspersæ, profluentis sanguinis impetum sistunt: quin D & sanant alopecias, cum pice liquida illitæ. At viridium ranarum sanguis instillatus euulsos palpebris pilos renasci prohibet. Decoctæ etiãnum in aqua & aceto dentium dolores collutione leniunt.

De Siluro. Cap. XXIX.

SILVRVS recens in cibo sumptus probè nutrit, & bonam facit E aluũ: sale verò conditus, vix alimentum vllum subministrat. Arteriã tamen expurgat, vocique splẽdorem affert. Imposita verò saliti caro, aculeos & infixa corpori spicula extrahit. Ipsius quoque muria dysentericis circa principia conuenit ad insessus: quippe quæ fluxiones ad F summa cutis eliciat. Quin & ischiadicis infusa medetur.

De Smaride. Cap. XXX.

SMARIDIS salitæ caput exustũ tritúmque, excrescentes in vlceribus carnes cohibet, nomásque compescit: clauos thymósque absumit. Caro, quemadmodum & salsamentum omne, prodest à scorpio-G ne ictis, & à cane demorsis.

De Mana. Cap. XXXI.

MÆNÆ quoque caput vstũ, tritúmque si inspergatur, callosas

sedis rhagadas emendat. Ipsius vero garum, in ore putrescentia vlcera collutione sedat.

De Gobio. Cap. XXXII.

GOBIVM recentem si in suillum ventriculum immiseris, & consuta rima in duodecim aquæ sextariis, donec duo supersint decoxeris, excolatúmque ius ac sub diuo refrigeratum potui dederis, aluum citra perturbationem subduces. Porrò impositus iis qui à canibus serpẽtibúsve demorsi fuerint auxiliatur.

De salsamento quod omotarichon appellatur. Cap. XXXIII.

QVEM omotarichum vocant, cõditanei thunni caro est. Hęc sũpta iis auxiliatur, quos vipera, prester dicta, momorderit. Sed oportet vinum quamplurimum subinde cogatur haurire, ita vt vomitione reddatur. Ad ea itidem maximè conuenit, ad quæ & cætera quæ in alimentorum genere sunt acria. Canũ quoq; morsibus vtiliter imponitur.

De Garo. Cap. XXXIIII.

GARVM omne quod è piscibus carnibúsque sale maceratis eliquescit, nomas cohibet & morsis à cane medetur. Dysentericis quoq; & ischiadicis infunditur: illis quidẽ, vt intestinorum vlcera compescat atque coerceat: his verò, vt intestina ipsa, quamuis minimè exulcerata, ad infestantes coxam humores euacuandos stimulet ac proritet.

De Recentiũ piscium iusculo. C. XXXV.

RECENTIVM piscium ius, modò per se, modo ex vino potum, aluum subducit. Peculiariter autẽ ad hũc vsum præparatur e phycidibus, scorpionibus, iulidibus, percis & aliis saxatilibus teneris, nec virus resipientibus. Coqui vero debent simpliciter in aqua, additis oleo, anetho & sale.

De Cimicibus. Cap. XXXVI.

CIMICES qui in cubilibus enascũtur, numero septem cum fabis in cibos additi, & ante accessiones deuorati, quartana laborantibus auxilio sunt. Quin & citra fabas deuorati, demorsis ab aspide prosunt. Vuluæ strangulatione affectas olfactu reuocant. Cęterùm sanguisugas cum vino aut aceto poti pellunt.

A ῥαγάδας καταπλασθεῖσα ἀφίστησι. ὁ δὲ γάρος αὐτῆς τὰς ἐν στόματι σηπεδόνας διακλυζόμενος παύει.

Περὶ κωβιοῦ. Κεφ. λβ΄.

ΚΩΒΙΟΝ πρόσφατον ἐὰν ἐμβαλὼν εἰς ὑείαν κοιλίαν καταρράψῃς, καθεψήσῃς τε μεθ' ὕδατος ξεστῶν ιβ΄. ἄχρι δυοῖν B ξεστῶν, καὶ διηθήσας καὶ ἐξαιθριάσας ποτίσῃς, κοιλίαν ἀταράχως κάτω ὑπάξεις. καταπλασθεὶς δὲ, καὶ τοὺς ὑπὸ κυνῶν δηχθέντας ἢ ἑρπετῶν ὠφελεῖ.

Περὶ Ὠμοταρίχου. Κεφ. λγ΄.

Ο Δὲ ὠμοτάριχος λεγόμενος, σάρξ ἐστι θύννης ταριχευομένου. βοηθεῖ δὲ C λαμβανόμενος τοῖς ὑπὸ ἐχίδνης, τῆς καλουμένης πρηστῆρος, δηχθεῖσι· δεῖ δὲ ὡς ἐπὶ πλεῖστον προσφέρεσθαι οἶνον καὶ ἀναγκάζειν πίνειν πολύν, καὶ ἐμεῖν. εἴς τε τὰς δριμυφαγίας μάλιστα ἁρμόζει, καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ κυνοδήκτων ὠφελίμως.

Περὶ Γάρου. Κεφ. λδ΄.

D ΓΑΡΟΝ δὲ πᾶν τὸ ἐκ ταρίχων ἰχθύων καὶ κρεῶν, καταπλαττόμενον νομὰς ἐφίστησι, καὶ κυνοδήκτους ἰᾶται· ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπὶ δυσεντερικοῖς, καὶ ἰσχιαδικοῖς· ἐφ' ὧν μὲν ἵνα τὰ εἱλκωμένα ἐπιπαύσῃ, ἐφ' ὧν δὲ ἵνα τὰ ἀνέλκωτα ἐρεθίσῃ.

Περὶ Ζωμοῦ τῶν νεαρῶν ἰχθύων. Κεφ. λε΄.

E ΖΩΜΟΣ δὲ ὁ ἐκ τῶν νεαρῶν ἰχθύων, κοιλίας ὑπαγωγός, ποτὲ μὲν καθ' ἑαυτὸν πινόμενος, ποτὲ δὲ μετ' οἴνου. ἰδίως δὲ σκευάζεται πρὸς ταῦτα ὁ ἀπὸ τῶν φυκίων, καὶ σκορπίων, καὶ ἰουλίδων, καὶ περκίδων, καὶ τῶν ἄλλων πετραίων ἁπαλῶν καὶ ἀβρώμων, λιτῶς μεθ' ὕδατος, καὶ ἐλαίου F καὶ ἀνήθου.

Περὶ Κόρεων. Κεφ. λς΄.

ΚΟΡΕΙΣ οἱ ἀπὸ κλίνης ἐντιθέμενοι βρώμασι μετὰ κυάμων τὸν ἀριθμὸν ζ΄, καὶ καταπινόμενοι πρὸ τῆς ἐπισημασίας, ὠφελοῦσι τοὺς τεταρταΐζοντας. G καὶ ἀσπιδοδήκτους δὲ δίχα τῶν κυάμων καταποθέντες. ὑστερικῶς δὲ πνιγομένας ἀνακαλοῦνται ὀσφραινόμεναι· σὺν οἴνῳ δὲ ἢ ὄξει ποθέντες, βδέλλας ἐξάγουσι.

V. nonnulli ex- ... hãc periodum omittũt.

Mar. legit καταπλασσόμενον. Leg. ἰᾶται Vulg. ...

V. quidam ... Corn. ... V. ἀνελκώτως

Lacuna legit, ... V. addit καὶ ...

Arnãc Samb. non simpliciter interpretatur, sed parũ ac leuiter, velut iuscula brassicæ, pisces soluerunt coqui solent.

In altero codice hæc vox deest. Goup.

δυσουρίας τε παύουσιν ἐντιθέμενοι τῷ οὐρητικῷ πόρῳ λεῖοι.

Al. [illegible]

Περὶ κουβαρίδων. Κεφ. λζ'.

ΟΝΟΙ οἱ ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις, ζῶά εἰσι πολύποδα, σφαιρούμενοι κατὰ τὰς ἐπαφὰς τῶν χειρῶν. οὗτοι ποθέντες σὺν οἴνῳ βοηθοῦσι δυσουρίᾳ τε καὶ ἰκτέρῳ. διαχριόμενοι δὲ μετὰ μέλιτος συναγχικοὺς ὠφελοῦσι. καὶ πρὸς ὠταλγίαν δὲ λεῖοι σὺν ῥοδίνῳ θερμανθέντες ἐν κελύφει ῥοᾶς καὶ ἐνσταγέντες, ἁρμόζουσι.

V. ad marg. [illegible]

Περὶ Σίλφης. Κεφ. λη'.

ΣΙΛΦΗΣ τῆς ἐν τοῖς ἀρτοκοπείοις εὑρισκομένης τὰ ἐντὸς τριβόμενα σὺν ἐλαίῳ, ἢ ἑψόμενα, καὶ ἐνσταζόμενα, ὠταλγίας παύει.

Περὶ πνεύμονος θαλασσίου. Κεφ. λθ'.

ΠΝΕΥΜΩΝ θαλάσσιος πρόσφατος λεανθεὶς, ποδαγρῶντας καὶ χιμετλιῶντας ὠφελεῖ καταπλασσόμενος.

Περὶ Χοιρείου πνεύμονος. Κεφ. μ'.

Ο Δὲ χοίρειος καὶ ἄρνειος καὶ ἄρκειος πνεύμων, τὰ ἐκ τῶν ὑποδημάτων παρατρίμματα ἐπιτιθέμενοι ἀφλέγμαντα τηροῦσι.

Περὶ Πνεύμονος ἀλώπεκος. Κεφ. μα'.

Καὶ ὁ τῆς ἀλώπεκος πνεύμων ξηρανθεὶς καὶ ποθεὶς, ἀσθματικοὺς ὀνίνησι. καὶ τὸ στέαρ δὲ αὐτῆς τακὲν καὶ ἐγχυθὲν, ὠτὸς πόνον παύει.

Περὶ Ἥπατος ὀνείου. Κεφ. μβ'

ΗΠΑΡ ὄνειον ἐσθιόμενον ὀπτὸν, ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖ. νήστεις δὲ λαμβανέτωσαν.

Περὶ Αἰδοίου ἄρρενος ἐλάφου. Κεφ. μγ'.

ΑΙΔΟΙΟΝ ἄρρενος ἐλάφου σὺν οἴνῳ ποθὲν λεῖον, τοῖς ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεῖσι βοηθεῖ.

Περὶ Ὀνύχων ὄνων. Κεφ. μδ'.

Ald. perpetuo i

ΟΝΥΧΕΣ ὄνων καέντες καὶ ποθέντες ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς πλῆθος κοχλιαρίων δυοῖν, ἱστοροῦνται ἐπιληπτικοὺς ὠφελεῖν. ἐλαίῳ δὲ φυραθέντες, χοιράδας διαφοροῦσιν. * ἐπιπλασθέντες δὲ, χιμέτλας θεραπεύουσι.

Triti verò & vrinariæ fistulæ impositi, vrinæ difficultati medentur. Pl. ſtranguria

De Millepedis. Cap. XXXVII.

MILLEPEDÆ quę ſub vaſis aquarijs reperiũtur, animalcula ſunt multorum pedum, quæ quidem cõtacta manibus, in globulos ſeſe contrahunt. Hæ ex vino potę, vrinę difficultati ac regio morbo auxiliãtur. Illitæ vero cum melle, angina correptis proſunt. Tritæ & in cortice mali punici addito roſaceo calfactę ad dentium dolores efficaciter inſtillantur.

De Blatta. Cap. XXXVIII.

BLATTÆ eius quæ in piſtrinis reperitur interanea trita cum oleo dolores aurium inſtillatu mitigant.

De Pulmone marino. Cap. XXXIX.

PVLMO marinus recẽs tritus, pernionibus, podagráque laborantibus opitulatur.

De Pulmone ſuillo. Cap. XL.

SVILLVS, agninus, vrſinúſque pulmo impoſitu, attritus à calceamentis contractos ab inflammatione tuentur.

De Pulmone vulpino. Cap. XLI.

Quin & vulpis pulmo ſi areſactus bibatur, ſuſpirioſos adiuuat. Eiuſdem verò adeps liquefactus infuſúſque, auris dolorem ſedat.

De Hepate aſinino. Cap. XLII.

ASINI iecur inaſſatum eſu comitialibus prodeſt: verùm id ieiunos ſumere oportet.

De maſculi cerui Genitali. Cap. XLIII.

GENITALE cerui maris tritum ex vino potum, à vipera demorſis auxiliatur.

De aſinorum Vngulis. Cap. XLIIII.

VNGVLÆ aſinorum vſtæ ad dies multos cochlearibus binis potę, comitialibus prodeſſe narrantur. Oleo verò ſubactæ, ſtrumas diſcutiunt: inſperſę quoque, pernionibus medentur.

De equorum lichenibus. Cap. XLV.

LICHENES equorũ calli sunt circa genua & vngulas in earũ partiũ flexu indurati. Ii triti & in aceto poti comitialibus mederi traduntur.

De Caprinis vngulis. Cap. XLVI.

CAPRINARVM vngularũ cinere perunctæ ex aceto alopeciæ sanantur.

De Caprino iecore. C. XLVII.

QVÆ è caprino iecore dum inassatur destillat sanies, inũcta prodest lusciosis qui Græcis nyctalopes dicũtur. Quin & siquis vaporẽ eius dũ coquitur oculis apertis excipiat, vtilitatẽ percipit. Sed & tostum in cibo ad eadem prodest. Cæterùm aiunt comitiales eius esu, hircini verò maximè, deprehendi.

De Aprino iecore. Cap. XLVIII.

Aprinũ iecur recens si arefactum teratur, ex vino potum contra serpentium iumentorúmque morsus auxilio est.

De canis rabidi Iecore. C. XLIX.

Iecur canis rabiosi tostum & ab ijs quos momorderit in cibo sũptũ, aquę pauoris periculo liberare creditur. Vtũtur autẽ ad precautionẽ etiã canis qui momorderit canino dẽte: hunc scilicet folliculo ex aluta inditũ pro amuleto brachio adalligant.

ab aquæ pauore imm.

De Iecore mergi. Cap. L.

Mergi iecur assiccatum & potum ex hydromelite binis cochlearibus, secundas pellit.

De Veteribus soleis. Cap. LI.

EX veteribus calceamentis coria combusta ac trita & inspersa, ambusta igni, intertrigines, necnon & calceamentorum attritus sanant.

De Gallinis. Cap. LII.

GALLINÆ dissectę & adhuc calẽtes appositę, serpentiũ morsibus auxiliantur: sed in ipsarum locum alias subinde sufficere oportet.

De Gallinarum cerebro. Cap. LIII.

Earũ cerebellum in vino bibendum datur contra venenatarum bestiarum morsus: sanguinis etiamnum eruptiones à cerebri meninge inhibet. Quę vero in gallinaceo interna ventriculi parte substernitur mẽbrana cornu instar firma ac pellucida, quæque inter co-

A

Περὶ Λειχήνων ἵππων. Κεφ. με'.

ΛΕΙΧΗΝΕΣ ἵππων, εἰσὶ δὲ τύλοι κατ' ἐπιγραφὴν ἐπετυλωμένοι παρὰ τοῖς γόνασι καὶ παρὰ τὰς ὁπλὰς ποθέντες λεῖοι μετ' ὄξους, ἐπιληψίας ἱστοροῦνται θεραπεύειν.

Marc. κατ' ἐπογραφὴν. Ald. vtrobique ἐπι. V ascripserat αἰ- τρίχων

Περὶ Αἰγῶν ὀνύχων. Κεφ. μς'.

ΟΙ δὲ τῶν αἰγῶν ὄνυχες καέντες, ἀλωπεκίας καταχριόμενοι σὺν ὄξει θεραπεύουσι.

B

Περὶ Ἥπατος αἰγός. Κεφ. μζ'.

Τοῦ δὲ ἥπατος τοῦ αἰγὸς ὀπτωμένου ὁ ἀποῤῥέων ἰχὼρ ἐγχριόμενος, νυκτάλωψι ἁρμόζει· κἂν τὴν ἀτμίδα δέ τις ἑψομένου αὐτοῦ δέχηται αἰθωρηθεὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὠφελεῖται. ἁρμόζει δὲ καὶ ἐσθιόμενον ὀπτὸν πρὸς τὰ αὐτά. φασὶ δὲ καὶ ἐπιληπτικοὺς ἐλέγχεσθαι, φαγόντας, μάλιστα τὸ τραγεῖον ἧπαρ.

Samb. legit αἰωρηθεὶς

C

Περὶ Ἥπατος κάπρου. Κεφ. μη'.

Τὸ δὲ τοῦ κάπρου ἧπαρ νεαρὸν καὶ ξηρὸν λεῖον σὺν οἴνῳ πινόμενον, ἑρπετῶν καὶ * κτηνῶν δήγματα ὠφελεῖ.

Ald. πλῆθος Corn. ποιῶν

Περὶ Ἥπατος κυνὸς λυσσῶντος. Κεφ. μθ'.

D

Κυνὸς λυσσῶντος ἧπαρ βιβρωσκόμενον ὀπτὸν ὑπὸ τῶν δηχθέντων ὑπ' αὐτοῦ, ἀπερίπτωτους ὑδροφοβίας τηρεῖν πιστεύεται. χρῶνται δὲ εἰς προφυλακὴν καὶ τῷ κυνόδοντι τοῦ δακόντος, ἐπιδεσμοῦντες εἰς κυστίδα καὶ περιάπτοντες τῷ βραχίονι.

Περὶ Ἥπατος αἰθυίας. Κεφ. ν'.

E

Αἰθυίας ἧπαρ σκελετευθὲν καὶ ποθὲν μεθ' ὑδρομέλιτος κοχλιαρίων δυοῖν πλῆθος, ἐκβάλλει δεύτερα.

Duo veteres codices hoc caput non habent, licet vt alia huius generis stare possit.

Περὶ Καττυμάτων. Κεφ. να'.

ΤΑ δὲ ἀπὸ τῶν καττυμάτων παλαιὰ δέρματα, κεκαυμένα καὶ λεῖα καταπλασσόμενα, πυρίκαυστα καὶ παρατρίμματα καὶ τὰ ἐξ ὑποδημάτων θλίμματα θεραπεύει.

Corn. καταπασσόμενα

F

Περὶ Ἀλεκτορίδων. Κεφ. νβ'.

ΑΛΕΚΤΟΡΙΔΕΣ ἀνασχισθεῖσαι καὶ ἐπιτεθεῖσαι ἔνθερμοι, τοῖς ἑρπετῶν δήγμασι βοηθοῦσι· δεῖ δὲ συνεχῶς ἀλλάσσειν.

In margine: ἄντ' ἂν αἰθυιακό- δεσιν ἀντιστιχον. Scholio reor.

Περὶ Ἐγκεφάλου ἀλεκτορίδος. Κεφ. νγ'.

Ὁ δὲ ἐγκέφαλος αὐτῶν ἐν πόματι θηριοδήκτοις σὺν οἴνῳ δίδοται, καὶ τὰς ἐκ μήνιγγος

G

αἱμοῤῥαγίας ἐπέχει. τοῦ δὲ ἄῤῥενος τὸ κατὰ τὰ ἐντὸς ὑποκείμενον τῇ κοιλίᾳ κερατοειδὲς, ἀποδερόμενον δὲ

Scriptura sic in veteribus distincta est vt hic sit initium capitis cuius hic est titulus ἀλεκτορίδος τὸ κερατοειδὲς ἄντὸ. Corn.

ἐν ταῖς ἑψήσεσι ξηρανθέν, ἁρμόζει στομαχικοῖς, λεῖον μετ' οἴνου πινόμενον. ὁ δὲ ζωμὸς τῶν νοσσακῶν, μάλιστα δίδοται ἐπὶ κράσεως χάριν φαυλοτήτων καὶ ἐπὶ τῶν στομάχων πυρουμένων λιτῶς σκευασθείς. Ὁ δὲ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων, δίδοται πρὸς κάθαρσιν κοιλίας. ἐξελόντα δὲ τὰ ἐντός, δεῖ ἀντεμβάλλειν ἅλας, καὶ καταρράψαντα ἕψειν μετὰ ὕδατος ξεστῶν κ΄. καὶ ἐάσαντας εἰς κοτύλας γ΄ δίδοται δὲ πᾶν ἐξαιθριασθέν. ἔνιοι δὲ συνέψουσι κράμβην θαλασσίαν, ἢ λινόζωστιν, ἢ κνῆκον, ἢ πολυπόδιον. ἄγει δὲ πάχος ὠμόν, γλοιῶδες, μέλαν· ἁρμόζει δὲ πυρετοῖς χρονίοις, ἄσθμασιν, ἀρθριτικοῖς, ἐμπνευματουμένοις στομάχοις.

Corn. et Gal. & Paulo legu. [illegible]

Corn. legit ὁ

Vide inter Dios. nothis quæ huius capitis calci adiiciuntur.

Περὶ Ὠοῦ. Κεφ. νδ΄.

Ὠὸν τὸ ἁπαλόν, τροφιμώτερον τοῦ ῥοφητοῦ, καὶ τοῦ ἁπαλοῦ τὸ σκληρόν. ἡ λέκυθος αὐτοῦ χρησίμη πρὸς ὀφθαλμῶν περιωδυνίας, ὀπτηθεῖσα σὺν κρόκῳ καὶ ῥοδίνῳ· πρός τε τὰς περὶ δακτύλιον φλεγμονὰς καὶ κονδυλώματα, σὺν μελιλώτῳ. μετὰ ῥοὸς δὲ ἢ κηκῖδος τηγανισθεῖσα, καὶ βρωθεῖσα, ἵστησι κοιλίαν, καὶ καθ' ἑαυτὴν δὲ προσενεχθεῖσα.

Flor. caret, sed viui esse verum docet.

Fortè [illegible]

Περὶ Λευκοῦ τοῦ ὠοῦ. Κεφ. νε΄.

Τὸ δὲ λευκὸν αὐτοῦ ὠμὸν ὂν ψύχει, ἐμπλάττει, περιχριόμενον ἐγχυματισθὲν ἐπ' ὀφθαλμῶν φλεγμαινόντων. κατακαύματά τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι παραχρῆμα ἐπιχρισθέν. πρόσωπά τε ἀνεπίκαυστα τηρεῖ, ἀνακόλλημα δὲ ἐστι ῥευματιζομένων σὺν λιβανωτῷ κατὰ τοῦ μετώπου τιθέμενον· φλεγμονάς τε ὀφθαλμῶν πραΰνει ἐρίῳ ἀναληφθὲν μιγέντος αὐτῷ ῥοδίνου καὶ οἴνου καὶ μέλιτος. ὠμὸν δὲ ῥοφηθέν, αἱμορροΐδος δήγμασι βοηθεῖ. ἀκροχλιαρὸν δὲ πρὸς κύστεως δηγμοὺς καὶ ἑλκώσεις νεφρῶν καὶ τραχυσμοὺς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ αἵματος ἀναγωγὰς καὶ καταρρόους καὶ θώρακος ῥευματισμοὺς ἁρμόζει.

Hoc caput in vetustis libris cum superiore coniunctum est. Goup.

V. Vetti [illegible], alias [illegible].

V. [illegible]

Περὶ Τεττίγων. Κεφ. νϛ΄.

Τέττιγες ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι, τοῖς περὶ τὴν κύστιν ἀλγήμασι βοηθοῦσιν.

A quendum excoriari solet, arefacta tritáque & in vino pota stomachicis confert. Ius autem pulli simpliciter paratum potissime datur ad téperandos prauos vitiosósque humores, & ijs quibus æstuat os ventriculi. At ius è vetere gallinaceo datur ad aluum deiiciendá. Exemptis porrò interaneis in eorum locú sal B immittendus est, demúmque consuto vétre gallinaceus in aquæ sextarijs xx. discoquédus, dum tres heminæ supersint. Totum verò id sub dio refrigeratum exhibetur. Sunt qui marinam brassicam, mercurialem, cnicum aut filiculam simul incoquant. Cæterùm crudos crassósque, lentos ac viscosos & atros hu-C mores educit. Prodest ijs quos longæ diuturnæq; tenent febres, suspiriosis, arthriticis, inflationéque stomachi laborantibus.

Hanc periodū prætermisit Ruellius.

De Ouo. Cap. LIIII.

Ovvm molliculú plus alit quàm sorbile, itemq; durú plus quàm molle. Est ipsius luteum contra do-D lores oculorum vtile, tostum cú rosaceo & croco. Sedis auté inflamationibus & condylomatis prodest, addito meliloto. Cum rhois semine aut galla frixum in sartagine & in cibo sumptum, aut etiam per se exhibitum, aluum sistit.

De Oui cādido seu albumine. C. LV.

E Crudum oui candidum refrigerat, cutis spiramenta occludit, & oculis infusum eorum inflammationes lenit: ambustis confestim illitú, quominus erumpant pustulæ prohibet: faciem a Solis adustione tuetur: cum thure anacollematis vice fronti inductú, fluxiones arcet cópescitque: oculorum inflammatio-F nes lana exceptum, additis rosaceo melle ac vino, mitigat. Quòd si crudú sorbeatur, contra hęmorrhoidis serpentis morsus auxiliatur: exiguo verò calore tepens prodest contra vesicę rosiones, renú exulcerationé asperæ arteriæ scabritias, sanguinis reiectiones, destillationes ac thoracis rheumatismos.

G De Cicadis. Cap. LVI.

Cicadæ si assatæ edantur, doloribus vesicæ succurrunt.

Vel tostæ in patella

De Locustis. Cap. LVII.

LOCUSTÆ suffitu difficultates vrinę adiuuant, pręsertim quę fœminas malè habent: est autem earũ caro inutilis. At quæ locusta asiracos aut onos dicitur, sine pēnis est, grandioribus membris dum recens est. Hęc assiccata si ex vino bibatur, contra scorpionis ictus magnoperè confert. Cęterùm hac eadem abunde vescuntur Afri, qui Leptin incolunt.

De Oßifrago. Cap. LVIII.

VENTRICULUS eius auis, quem Latini ossifragum appellāt, paulatim potui datus, calculos fertur per vrinam expellere.

De Galerita. Cap. LIX.

GALERITA auicula est parua, apicem in vertice pauonis modo gestans. Hæc assa & in cibo sumpta colicos adiuuat.

De Hirundine. Cap. LX.

HIRUNDINIS pullos qui primo partu exclusi fuerint si crescente Luna dissecueris, in eorum ventre lapillos inuenies: è quibus duos, vnum quidem colore varium, alterum vero purum & vnicolorem accipies. His priusquā terrā attigerint iuuencæ corio aut ceruina pelle inclusis & brachio aut collo ad alligatis comitiales recreabis: plerunque etiā penitus sanitati restitues. Ipsę vero hirundines in cibo sumptę, velut & ficedulæ, aciē oculorũ exacuunt. Tam pullorum quam matrũ in olla fictili combustarum cinis cum melle oblitus, oculis claritatē affert: confert & perunctus, angina laborantibus: itemque prodest ad vuæ ac tonsillarum inflamationes. Cæterùm & ipsę & pulli si exiccentur & drachmæ vnius pondere ex aqua bibantur, his succurrunt qui angina conflictantur.

De Ebore. Cap. LXI.

ELEPHANTINI dentis ramentũ, vnguium reduuias curat impositum. Vim porrò astringēdi obtinet.

De Talo suillo. Cap. LXII.

SUIS talus combustus dum è nigro albescat, tùmque tritus ac potus, inflationibus coli ac diuturnis torminibus medetur.

A Περὶ Ἀκρίδων. Κεφ. νζ'.

ΑΚΡΙΔΕΣ ὑποθυμιώμεναι, δυσουρίας μάλιστα ταῖς ἐπὶ γυναικῶν ὠφελοῦσι· τὴν δὲ σάρκα ἀχρεῖαν ἔχουσιν. ἡ δὲ λεγομένη ἀκρὶς ἀσίραχος ἢ ὄνος, ἄπτερός ἐστι καὶ μεγαλόκωλος, πρόσφατος· ξηρανθεῖσα δὲ σφόδρα σκορπιοδή-
B κτοις ὠφελεῖ πινομένη σὺν οἴνῳ. χρῶνται δὲ αὐτῇ κατακόρως οἱ κατὰ Λέπτιν Λίβυες.

Hac periodo carent vulgati codices Aldus in notha retulit, quam tamē & Ruellius & Marcel. ut expresserunt. Ald. ἀξεχίμα. V ἀξεχίμα. Forte σκορπιοπλήκτοις.

Περὶ Φίνιδος. Κεφ. νη'.

ΦΙΝΙΣ τὸ ὄρνεον, ὃ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὀσσίφραγον. τούτου ἡ κοιλία κατ' ὀλίγον ποτιζομένη, λίθους ἐξουρεῖσθαι ποιεῖν ἱστορεῖται.

V. Perperam ὀσσίφραγον.

Περὶ Κορυδαλλοῦ. Κεφ. νθ'.

C ΚΟΡΥΔΑΛΛΟΣ ὀρνίθιόν ἐστι μικρὸν, ἔχον κατὰ τῆς κορυφῆς ὑπεροχὴν ὥσπερ ταῶνος. οὗτος βρωθεὶς ὀπτὸς, κωλικοῖς ὠφελεῖ.

Vulg. ex. κωλικοῖς addit verò V. κωλικοῖς.

Περὶ Χελιδόνος. Κεφ. ξ'.

ΧΕΛΙΔΟΝΟΣ νεοσσοὺς, τοὺς ἐκ τῆς πρώτης νεοσσοποιίας, αὐξομένης τῆς
D σελήνης ἀνατεμὼν, εὑρήσεις ἐν τῇ γαστρὶ λίθους, ἐξ ὧν δύο λαβὼν, ἕνα ποικίλον, καὶ τὸν ἕτερον καθαρὸν, πρὸ τοῦ ἐπιψαῦσαι τῆς γῆς ἐνδύσας εἰς δέρμα δαμάλεως ἢ ἐλάφου, καὶ περιάψας βραχίονι ἢ τραχήλῳ, ἐπιληπτικοὺς ὠφελήσεις. πολλάκις δὲ καὶ παντελῶς ἀποκαταστήσεις. βι-
E βρωσκόμεναι δὲ ὥσπερ αἱ συκαλίδες, ὀξυωπίας εἰσὶ φάρμακον. καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν δὲ τέφρα, καὶ ἡ τῶν μητέρων καυθεισῶν ἐν χύτρᾳ μετὰ μέλιτος χριομένη, ὀξυδορκίαν ποιεῖ. ἁρμόζει δὲ καὶ συναγχικοῖς διαχριομένη, καὶ πρὸς σταφυλὰς καὶ παρισθμίων φλεγμονάς. σκελετευθεῖσαι δὲ αὗται καὶ
F οἱ νεοσσοὶ, συναγχικοὺς ὠφελοῦσι πινόμεναι μεθ' ὕδατος πλῆθος < α'.

Περὶ Ἐλέφαντος. Κεφ. ξα'.

ΕΛΕΦΑΝΤΟΣ ὀδόντος ῥίνισμα, παρωνυχίας καταπλασθὲν θεραπεύει. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν.

V add. σὺν τοῖς μελανοῖς ...

Περὶ Ἀστραγάλου ὑός. Κεφ. ξβ'.

G ΑΣΤΡΑΓΑΛΟΣ ὑὸς καεὶς μέχρις οὗ ἐκ μέλανος γένηται λευκὸς, καὶ λεῖος ποθεὶς, ἐμπνευματώσεις κόλου καὶ στρόφους χρονίους ἰᾶται.

Περὶ Ἐλάφου κέρατος. Κεφ. ξγ'.

ΕΛΑΦΟΥ κέρας κεκαυμένον καὶ πεπλυμένον, ἁρμόζει πινόμενον πλῆθος δυοῖν κοχλιαρίων αἱμοπτοϊκοῖς, δυσεντερικοῖς, κοιλιακοῖς, ἰκτερικοῖς, κύστεως ἀλγήμασι μετὰ τραγακάνθης, ῥοικαῖς δὲ γυναιξὶ μετὰ ὑγροῦ τοῦ πρὸς τὸ πάθος ἁρμόζοντος. καίεται δὲ ἐν καμίνῳ καταβληθὲν καὶ κοπὲν εἰς ὠμὴν χύτραν περιπεπλασμένην πηλῷ, ἄχρις ἂν λευκὸν γένηται. πλύνεται δὲ ὡς καδμία. τὸ δὲ τοιοῦτον ἁρμόζει πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἕλκη καὶ ῥεύματα, καὶ ὀδόντας παρατριβόμενον σμήχει. ὠμὸν δὲ θυμιαθὲν, ἑρπετὰ διώκει. ἀποζεσθὲν δὲ μετ' ὄξους καὶ διακλυζόμενον, παρηγορεῖ γομφιάσεις.

V. add. [illegible]

V. add. ἢ ὑστερικοῖς

Περὶ Καμπῶν. Κεφ. ξδ'.

ΚΑΜΠΑΙ αἱ ἐπὶ τῶν λαχάνων γινόμεναι, περιχριόμεναι σὺν ἐλαίῳ, ἀδήκτους ἀπὸ τῶν ἰοβόλων φυλάττειν λέγονται.

Æg. ἐπιχριόμεναι

Περὶ Κανθαρίδων. Κεφ. ξε'.

ΚΑΝΘΑΡΙΔΕΣ εἰς ἀπόθεσιν εὔθετοι αἱ ἀπὸ τοῦ σίτου. ἃς βαλὼν εἰς ἀπίσσωτον ἀγγεῖον, καὶ τὸ στόμα περιδήσας ὀθονίῳ ἀραιῷ, καθαρῷ, περικατάστρεψον ἀτμῷ ζέοντος ὄξους δριμυτάτου, καὶ ἕως ἂν πνιγῶσι κράτει· εἶτα διαπείρας λίνῳ, ἀπόθου. ἐνεργέσταται δέ εἰσιν αἱ ποικίλαι, καὶ μηλίνας ἐπικαρσίους ζώνας ἔχουσαι [ἐν τοῖς πτεροῖς], ἐπιμήκεις τὸ σῶμα, ἁδραὶ, ἐμπίμελοι, ὡς αἱ σίλφαι. ἄτονοι δέ εἰσιν αἱ μονόχρωμοι.

V. ἐνεργέσταται

V. hæc omittit.

Περὶ Βουπρήστου. Κεφ. ξϛ'.

Ὡσαύτως δὲ ἀποτίθενται καὶ αἱ βούπρηστεις, εἶδος οὖσαι κανθαρίδων, καὶ αἱ πιτυοκάμπαι· καὶ αὗται δὲ ἐπὶ κοσκίνου ἐπαιωρουμένου, θερμοσποδιᾷ φωγνύμεναι ἐπὶ βραχὺ, ἀποτίθενται. δύναμις δὲ αὐτῶν κοινὴ, σηπτικὴ, ἑλκωτικὴ, θερμαντική· ὅθεν μίγνυνται φαρμάκοις τοῖς τὰ καρκινώδη καὶ λέπρας καὶ λειχῆνας ἀγρίους θεραπεύουσιν· ἄγουσι δὲ καὶ ἔμμηνα, πεσσοῖς μαλακτικοῖς μιγεῖσαι. ἔνιοι δὲ ἱστόρησαν τὰς κανθαρίδας καὶ ὑδρωπικοῖς βοηθεῖν, μιγνυμένας ἀντιδότοις, ὡς οὔρησιν

V. non legit

Ald. addit καί. V. [illegible]

De Cornu ceruino. Cap. LXIII.

A Cornu cerui vstum ac lotum si binûm cochlearium mensura bibatur, confert sanguinem excreantibus, dysentericis, cœliacis, regio morbo, & vesicę doloribus cũ tragacantha: fœminis item fluxione vuluæ laborantibus, cum liquore ei affectui accõmodato. Porrò tusum B & crudo fictili luto circumlito inditum vritur in fornace donec albescat, ac deinde cadmiæ modo eluitur. Tale verò oculorum vlceribus atque fluxionibus salutare est: affrictum quoque dentes expurgat. Cæterùm crudum si accendatur, odore serpentes fugat. In aceto verò feruefactum si ore colluatur, interiorũ C dentium dolores mitigat.

De Erucis. Cap. LXIIII.

ERVCÆ quę in oleribus gignuntur, à venenatarũ bestiarũ morsibus eos ferũtur tutos præstare qui ipsis ex oleo peruncti fuerint.

De Cantharidibus. Cap. LXV.

D CANTHARIDES quæ in frumentis leguntur, ad recondendum idoneæ sunt. Eas in vas nõ picatum immittito, ac ipsius osculũ raro puróque linteo obligatũ circumuertito ad vaporẽ feruentis aceti quàm acerrimi, tandiúque inuersum fictile contineto, donec illæ suffocẽtur: tandẽ lino transfixas reponito. Por- E rò efficacissimæ sunt quæ variæ visuntur, luteásque habent in pennis transuersas lineas, quæque oblongo sunt corpore, crassæ, & blattarũ modo præpingues. Sed inefficaces & imbecillæ, quæ vnius sunt coloris.

De Buprestı. Cap. LXVI.

Simili modo reponũtur & bupre- F stes, quę sunt è cantharidum genere, itémque pinorum erucæ. Sed & hæ supra cribrum suspensum feruenti cinere paulisper intostæ reconduntur. Vis ipsarum communis septica, exulceratoria, & excalfactoria: qua de causa medicamentis admiscentur, quibus carcinomata, lepræ & impetigines feræ curantur. G Menses quoque cient, pessis emollientibus additæ. Porrò nonnulli cantharidas antidotis admistas etiam hydropicis auxiliari prodiderunt, quippe quæ vrinas mo-

moueant. Alij ipsarum alas ac pedes ijs qui illas hauserint pro antidoto esse tradiderunt.

De Salamandra. Cap. LXVII.

SALAMANDRA lacertę genus est, iners, variũ, quódque frustra creditum est ignibus non vri. Vim habet septicam, exulcerantem, ac denique calfactoriam. Additur in medicamenta septica lepras abolentia, quemadmodum & cantharis: ac simili quoque modo reponitur. Vsta verò, pilos cum oleo abolet. Cæterùm exenterata, detractis pedibus & capite, in melle seruatur ad eundem vsum.

De Araneo. Cap. LXVIII.

Marc. legit ἀφθαλμούς.

V. λεπτοσπέρμου

Ab. sublatis l baiμ

V. dele

V. dele inclusum

V. in margine, καταπλασσόμενον.

V. infert, στρόφυλον, ... δολιχοὺς ... καὶ ...

βλάπτουσι δὲ καὶ κύστιν εἱλκωμένην καὶ νεφρούς. πρὸς δὲ μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας νεομηνίας οὔσης, ἔνιοι ἑκάστης ἐξοχῆς ἐρέβινθον ψαύοντες ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, εἰς τι ὀθόνιον ἀποδήσαντες αὐτῶν, ῥίπτειν εἰς τοὐπίσω κελεύουσιν, ὡς ἀποπιπτουσῶν τῶν ἀκροχορδόνων γίνεται δὲ καὶ ἄγριος ἐρέβινθος ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῷ ἡμέρῳ, ὀσμῇ δριμύς, τῷ καρπῷ διαφέρων· ποιῶν πρὸς ὅσα καὶ ὁ ἥμερος. A B

A dút quoque exulceratá vesicá & renes. Sunt qui myrmeciarú & pensiliú verrucarú extuberationes eminentiásve singulas prima luna grano ciceris alio atque alio tangat, eáque grana in linteolo deligata abijci *post se præcipiát, quasi verrucæ hac arte decidant. Est & sylvestre cicer, folijs satiuo simile, odore acri, sed semine discrepans: quod quidé eadem quæ satiuum prestat. B *retrorsum*

Περὶ Κυάμου Ἑλληνικοῦ. Κεφ. ρκζʹ.

Goup. hæc verba non leguntur [illegible] in veteribus codicibus: quemadmodum intelligi potest ex veteri codice, Serapione, interprete antiquo, & Hermolao. Quæ autem ascripta sunt, studiosus quispiam ex Gal. incorrectum transtulit, in quo scriptore ita leguntur, [illegible]. Ex quib. verbis Dioscorides facilè emendari potest. Antigr. ph. hinc incipiunt, & præcedentia non habent, adeoque mihi suspecta sunt.

Κύαμος Ἑλληνικὸς πνευματώδης, φυσώδης, δύσπεπτος, δυσόνειρος. βηχὶ δὲ σύμφορος καὶ σαρκῶν θρεπτικός, * μέσος θερμοῦ καὶ ψυχροῦ. ἑψηθεὶς δὲ σὺν ὀξυκράτῳ καὶ σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενος, δυσεντερίας καὶ κοιλιακὰς ῥύσεις ἐπέχει· καὶ πρὸς ἐμέτους δὲ ἐπιτήδειος βρωθεὶς γίνεται δὲ ἀφυσότερος τοῦ πρώτου ὕδατος κατὰ τὴν ἕψησιν ἀποχεομένου. ὁ δὲ χλωρὸς καὶ κακοστομαχώτερος καὶ φυσωδέστερος. τὸ δὲ ἄλευρον τοῦ κυάμου καταπλασθὲν καθ᾽ ἑαυτό τε καὶ σὺν ἀλφίτῳ, τὰς ἐκ πληγῆς φλεγμονὰς πραΰνει· καὶ οὐλὰς ὁμοχρόους ποιεῖ, καὶ μαστοὺς χονδριώντας καὶ φλεγμαίνοντας ὠφελεῖ· γάλα τε σβέννυσι. σὺν μέλιτι δὲ καὶ τήλεως ἀλεύρῳ δοθιῆνας καὶ παρωτίδας καὶ ὑπώπια διαφορεῖ· σὺν ῥόδῳ τε καὶ λιβανωτῷ καὶ τῷ τοῦ ᾠοῦ λευκῷ, ὀφθαλμῶν προπτώσεις καὶ σταφυλώματα καὶ οἰδήματα στέλλει. φυραθεὶς δὲ σὺν οἴνῳ, συγχύσεις καὶ πληγὰς ὀφθαλμῶν καθίστησιν· εἰς τε ἀνακόλλημα ῥευματικοῖς χωρὶς τοῦ λέπους μασηθεὶς, ἐπιτίθεται κατὰ τοῦ μετώπου. καὶ διδύμων φλεγμονὰς ἑψηθεὶς ἐν οἴνῳ θεραπεύει· καὶ τοῖς ἐφήβοις δὲ τῶν παίδων καταπλασσόμενος, ἀνήβους ἐπὶ πολὺ τηρεῖ· σμήχει δὲ καὶ ἀλφούς. τὰ δὲ λέπη καταπλασσόμενα, τὰς ἐκτιλθείσας τρίχας ἀτρόφους καὶ ἰσχνὰς κατασκευάζει. μετὰ δὲ ἀλφίτου καὶ σχιστῆς καὶ ἐλαίου καταπλασθέντα παλαιοῦ, χοιράδας διαφορεῖ, καὶ ἔρια βάπτει τὸ ἀφέψημα αὐτῶν. ἐπιτίθεται δὲ καὶ πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν βδελλῶν αἱμορραγίας, λελεπισμένος εἰς δύο διαιρεθεὶς, καθ᾽ ὃ προσπέφυκεν, ἐπέχει * προσυποπιεζόμενος κατὰ τὸ ἥμισυ μόριον. C D E F G

Aldi. codi

De Faba Græca. Cap. CXXVII.

Faba Græca inflationem parit, flatulenta est, ægre concoquitur, ac tumultuosa insómnia facit: sed tussi confert, carnéq; gignit, media calidi frigidiq; natura. Decocta in posca & cum suo cortice esitata, dysénterias & cœliacorú profluuia sistit, & cótra vomitiones in cibo idonea est. Minùs vero flatulenta euadit, si prior aqua inter coquendú abiciatur. At viridis & plus negotij stomacho facessit, & plus flatuum gignit. Porrò fabæ lomentum & per se & cum poléta impositum, inflámationes ab ictu mitigat, & cicatrices cócolores facit: mámas etiánum grumoso lacte turgétes inflámationeq; laborantes adiuuat, & lac quoq; extinguit. Cú melle auté ac fœnigreci farina furunculos, parotidas & sub oculis liuores discutit. Cú rosa verò, thure ouique candido, procidétes oculos, eorúmque staphylomata tumorésque reprimit. Subactum vino, suffusiones & ictus oculorum recreat. Cómanducata sine cortice faba frőti, sistendæ fluxionis gratia, anacollematis instar imponitur. Testium inflámationes in vino decocta sanat. Pueris verò circa pubis regioné adhibita, ipsos diu impuberes cóseruat. Vitiliginé quoq; purgat. Corticibus autem illiti qui post euulsionem renascútur pili, ieiuni gracilésque efficiuntur. Iidem cum polenta, alumine scisso & vetere oleo impositi, strumas discutiút: quin & eorum decocto lanæ inficiuntur. Cęterùm faba dépto cortice bipartito secta, qua quidé parte ex natura coaluit, ad sanguinis eruptiones ab hirudine excitatas imponitur: illas nanque dimidiata supprimit, si qua parte alteri cohærebat, apprimatur.

sugillata *Græc.*

De Faba Ægyptia. Cap. CXXVIII.

Ægyptia faba, quã nonnulli Põticã vocãt, in Ægypto quidem magna copia prouenit, sed & in Asia quoq; & Cilicia palustrib⁹ locis inuenitur. Foliũ vero habet amplũ instar petasi seu galeri, caulẽ cubitalem, digiti crassitudine: florẽ roseũ, dupla papaueris floris amplitudine. At vbi defloruit, vtriculos gerit folliculis similes, in quib⁹ faba paululũ supra operculũ instar bullę prominet. Ciboriũ aut cibotiũ ideò nominatur, quasi loculamẽtũ, q. seratur eiusmodi faba, ipsa humenti glebæ indita atq; ita in aquam demissa. Radix autẽ subiacet harundinis radice crassior: quę cocta crudaq; estur, & colocasia nominatur. Faba quoq; ipsa virens comeditur: sed exiccata nigrescit, & Grecã magnitudine superat. Vi porrò habet astringendi, stomachũq; iuuat. Quàobrẽ dysentericis cœliacisq; conuenit inspersa earũ farina polẽtę vice: sed & in pultẽ quoq; redacta exhibetur. Efficaciores aũt sunt cortices, si decocti in vino mulso ternũ cyathorũ mensura ẽpinẽtur. Cęterũ ad auriũ dolorẽ facit quod in earũ medio viride spectatur, gustu amarum, si cum rosaceo coctum instilletur.

De Lente. Cap. CXXIX.

LENS frequenti cibo aciẽ oculorũ obtundit, ægrè concoquitur, stomachum lædit, cumq; & intestina inflat: sed aluũ cum cortice comesta sistit. In eo genere pstat quę facillimè coquitur, quæq; nihil atri in maceratione reddit. Vim porrò habet astringẽdi: qua ex causa aluũ cohibet, si detracto antè cortice accuratè discoquatur, prima aqua inter coquendum effusa (quippe primum ipsius decoctũ aluum soluit.) Insõnia verò tumultuosa excitat, neruosis partibus, pulmoni capitiq; cõtraria. Melius autẽ cõtra fluxiones alui suo fungetur munere, addito cũ aceto intubo aut portulaca, aut beta nigra, aut myrti baccis, aut punici tegmine, aut rosis siccis, aut mespilis sorbisve, aut pyris palmulisve Thebaïcis, aut malis cotoneis, aut cichorio, aut plãtagine, aut gallis integris, quæ quidẽ post cocturã abiiciũtur, aut denique rhoẽ qui obsoniis inspergitur. Verùm cum ea diligenter acetũ percoqui debet: alioqui aluum

A Περὶ Κυάμου Αἰγυπτίου. Κεφ. ρκη΄.

Ὁ δὲ Αἰγύπτιος κύαμος, ὃν ἔνιοι Ποντικὸν καλοῦσι, πλεῖστος μὲν γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Ἀσίᾳ δὲ, καὶ ἐν Κιλικίᾳ ἐν ταῖς λίμναις εὑρίσκεται. ἔχει δὲ φύλλον μέγα ὡς πέτασον, καυλὸν δὲ πηχυαῖον, περὶ δάκτυλον τὸ πάχος· ἄνθος δὲ ῥοδόχρουν, διπλάσιον μήκωνος· ὅταν ἀπανθήσῃ, φέρει φυσκία παραπλήσια θυλακίσκοις, ἐν οἷς κύαμος μικρὸς ὑπεραίρων τὸ πῶμα ὡς πομφόλυξ. καλεῖται δὲ κιβώριον, ἢ κιβώτιον, διὰ τὸ τὴν φυτείαν τοῦ κυάμου γίνεσθαι αὐτοῦ ἐντιθεμένου ἐν ἰκμάδι βώλῳ, οὕτω τε εἰς τὸ ὕδωρ ἀφιεμένου. ῥίζα δὲ ὕπεστι παχυτέρα καλάμου· βιβρωσκομένη ἑφθή τε καὶ ὠμή, κολοκασία καλουμένη. ὁ δὲ κύαμος βιβρώσκεται μὲν καὶ χλωρός. ξηρανθεὶς δὲ γίνεται μέλας, καὶ μείζων τοῦ Ἑλληνικοῦ· ἔχων δύναμιν στυπτικὴν καὶ εὐστόμαχον. ἁρμόζει δὲ δυσεντερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς τὸ ἐξ αὐτοῦ ἄλευρον ἐπιπασσόμενον ἀντὶ ἀλφίτου. καὶ πολτοποιούμενον δὲ δίδοται. τὰ δὲ λέπη μᾶλλον ποιεῖ ἑψόμενα ἐν οἰνομέλιτι, καὶ ποτιζόμενα πλῆθος κυάθων τριῶν. καὶ πρὸς ὠταλγίας δὲ ποιεῖ τὸ ἐν μέσῳ χλωρὸν αὐτοῦ, πικρὸν δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν, λεῖον σὺν ῥοδίνῳ συνεψόμενόν τε καὶ ἐνσταζόμενον.

V. codex de faba caput non habet

V. πέτασον.

V. caret.

Περὶ Φακοῦ. Κεφ. ρκθ΄.

ΦΑΚΟΣ βιβρωσκόμενος συνεχῶς, ἀμβλυωπὸς, δύσπεπτος, κακοστόμαχος, πνευματωτικὸς στομάχου καὶ ἐντέρων, κοιλίας δὲ σταλτικὸς, σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενος. διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ εὔεψος καὶ μηδὲν ἀνιεὶς ἐν τῇ διαβροχῇ μέλαν. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν. ὅθεν κοιλίαν ἵστησι, προαπολεπισθεὶς καὶ ἑψηθεὶς ἐπιμελῶς, τοῦ πρώτου ἐν τῷ ἀφέψεσθαι ὕδατος ἀποχεομένου. λυτικὸν γὰρ κοιλίας τὸ πρῶτον ἀφέψημα αὐτοῦ. ἔστι δὲ δυσόνειρος, ἄθετος πρὸς τὰ νευρώδη καὶ πνεύμονα καὶ κεφαλήν. βέλτιον δὲ τὸ ἴδιον ἔργον ἀποτελεῖ πρὸς τὰ ῥεύματα τῆς κοιλίας, μιγείσης αὐτῷ μετὰ ὄξους σέρεως ἢ ἀνδράχνης, ἢ σεύτλου μέλανος ἢ μυρσίνων, ἢ σιδίων, ἢ ῥόδων ξηρῶν, ἢ μεσπίλων, ἢ οὔων, ἢ ἀπίων Θηβαϊκῶν, ἢ κυδωνίων μήλων, ἢ κιχωρίου, ἢ ἀρνογλώσσου, ἢ κηκίδων ὁλοκλήρων, αἵ τινες μετὰ τὴν ἕψησιν ῥίπτονται, ἢ ῥοὸς τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα. δεῖ δὲ τὸ ὄξος ἐπιμελῶς συγκαθεψεῖν αὐτῷ· εἰ δὲ μὴ, τα-

Vulg. [illegible] Al. [illegible]

Cornarius perperam [illegible]

V pro his lec- [illegible]

ράττει τὴν κοιλίαν. τὰς ἀνατροπὰς δὲ στομάχου A
περιλεπισθέντες τριάκοντα φακοὶ καὶ καταποθέντες ὠφελοῦσι. περιπλασσόμενοι δὲ καὶ ποδάγρας σὺν ἀλφίτῳ ἑφθὸς καθεψηθεὶς καὶ καταπλασθείς. μετὰ δὲ μέλιτος κόλπους κολλᾷ. ἐσχάρας περιρρήγνυσι, καὶ ἕλκη ἀνακαθαίρει. σὺν ὄξει δὲ ἑψηθεὶς σκληρώματα καὶ χοιράδας διαφορεῖ. σὺν μελιλώτῳ δὲ ἢ κυδωνίῳ, ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καὶ δακτυλίου θεραπεύει, B ῥοδίνου μιγνυμένου. ἐπὶ δὲ τῶν μειζόνων ἐν δακτυλίῳ φλεγμονῶν καὶ κόλπων μεγάλων, σὺν σιδίοις ἢ ῥόδοις ξηροῖς ἀφεψόμενος, μιγνυμένου καὶ μέλιτος. πρὸς νομὰς δὲ γαγγραινικὰς ὁμοίως, ἢ καὶ θαλάσσης μιγνυμένης. πρὸς δὲ φλυκταίνας καὶ ἕρπητας καὶ ἐρυσιπέλατα C καὶ χίμετλα, ὡς προείρηται. πρὸς δὲ χονδριώδεις μαστοὺς καὶ σπαργῶντας, ἑψόμενος ἐν θαλάττῃ ἁρμόζει καταπλασθείς.

(Margin: V. ... ; Ald. χειμέτλα)

Περὶ Φασιόλου. Κεφ. ρλ'.

Φασίολος φυσώδης, πνευμάτων κινητικός, δύσπεπτος. ἑψηθεὶς δὲ χλωρὸς καὶ ἐσθιόμενος, κοιλίας μαλακτικός· πρὸς δὲ ἐμέτους εὔθετος. D

(Margin: V. ...)

Περὶ Ὀρόβου. Κεφ. ρλα'.

Ὄροβος γνώριμος θαμνίσκος, στενόφυλλος, λεπτός, ἔχων σπερμάτια ἐν λοβοῖς, ἐξ ὧν γίνεται τὸ καλούμενον ὀρόβινον ἄλευρον, ὃ πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἁρμόζει. ἔστι δὲ καρηβαρικός, κοιλίας ταρακτικός εἰ βρωθείη, αἷμά τε δι' οὔρων ἄγει. βόας δὲ λιπαίνει E ἑφθὸς παρατιθέμενος. σκευάζεται δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ ὀρόβινον οὕτως· ἐκλέξας τοὺς εὐτροφεῖς καὶ λευκούς, ῥαίνε ὕδατι ἀναφυρῶν, ἐάσας τε ἐφ' ἱκανὸν συμπιεσθῆναι, φρύγε ἄχρις ἂν περιρραγῇ ὁ φλοιός. εἶτα ἀλήσας καὶ διασήσας κοσκίνῳ λεπτῷ, ἀπόθες. ἔστι δὲ εὐκοίλιον, οὐρητικόν, εὐχροίας ποιητικόν. F πλεονασθὲν δὲ ἐν βρωτοῖς ἢ ἐν ποτοῖς, μετὰ στρόφων αἷμα ἄγει διά τε κοιλίας καὶ κύστεως. καθαίρει δὲ ἕλκη σὺν μέλιτι, καὶ φακοὺς καὶ ἐφήλεις καὶ σπίλους, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα. νομάς τε ἵστησι καὶ σκληρώματα, καὶ γαγγραίνας καὶ σκληρίας μαστῶν ... ἐν μαστοῖς. καὶ θηριώδη καὶ ἄνθρακας καὶ κηρία περιρρήγνυσι. φυραθεὶς δὲ σὺν οἴνῳ, κυνόδηκτα καὶ G ἀνθρωπόδηκτα καὶ ἐχιόδηκτα θεραπεύει καταπλασσόμενος. σὺν ὄξει δέ, δυσουρίας καὶ στρόφους καὶ τεινεσμοὺς παύει. ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἀτροφοῦσι, καρύου μέγεθος φρυκτὸν ληφθὲν σὺν μέλιτι. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτοῦ καταντλούμενον, χίμετλα καὶ κνησμοὺς τοὺς ἐν σώματι θεραπεύει.

(Margin: V. ... ; V. quidam ... ; V. ... ; V. ... ; Lacuna legit in v. ... ; Ald. χειμέτλα)

cōturbat. Cōtra ſubuerſionē ſtomachi decorticata lētis grana xxx. deuorataq; pſūt. Decocta quoq; lēs cū polēta impoſitaq; podagras lenit. Sinus verò cū melle glutinat, vlcerū cruſtulas circūquaq; rūpit, & vlcera quoque ipſa repurgat. At ex aceto diſcocta, duritias & ſtrumas diſcutit. Cū meliloto. a. vel cotoneo malo medetur inflāmationib° oculorū ac ſedis, ammixto roſaceo. Sed in maioribus ſedis inflāmationib° ampliſq; ſinib°, cū putamine punici aut roſis ſiccis adiecto melle decoquitur. Valet quoq; ad nomas quę in gagrenā euaſerūt, ſimiliter vſurpata, aut ēt adiūcta maris aqua. Ad puſtulas. a. herpetas, eryſipelata & pniones, quo antè dictū eſt modo. Cęterū cōtra māmas grumoſo lacte turgentes nimiumq; diſtētas, decocta in aqua marina & impoſita auxiliatur.

De Phaſiolo. Cap. CXXX.

PHASIOLVS flatulētus eſt, flatuſq; ciet, & ęgrè concoquitur. Quòd ſi viridis coquatur, in cibo aluū emollit & ad vomitiones ciēdas idoneus eſt.

De Eruo. Cap. CXXXI.

ERVVM exiguus eſt frutex omnib° cognit°, anguſto folio, tenuis, in ſiliqs parua gerēs ſemina, è quib° farina fit eruina dicta, quæ q̄dē ad medēdi vſū eſt accōmodata. Eruū porrò capiti onerosū eſt, aluūq; turbat ſi comeſtū fuerit, & ſanguinē quoq; cū vrina ducit. Boues. a. ſaginat, ſi elixū apponatur. Parandę verò eruinę farinę ratio hęc eſt: huberiora cādidaq; grana deligito & aqua pmiſcēdo reſpgito: ac vbi ſufficiēter cōbibere ſiueris, tū demum torreto dū cortex diſrūpatur: poſteà molita & tenui cribro pollinario creta reponito. Huiuſmodi farina bonā pſtat aluū, vrinā ciet, ac meliorē colorē cuti cōciliat. Quòd ſi in cibo potúve largi° aſſūpta fuerit, ſanguinē cū tormīnib° p aluū & veſicā educit. Vlcera cū melle purgat: lētigines, ſolares maculas, ac nęuos ēt toto corpore emēdat: nomas, carcinomata & gāgręnas ſerpere nō patitur. Quī & māmarū duritias emollit, ac ferina vlcera, carbūculos & fauos emarginat. Cū vino. a. ſubacta & impoſita, canū, hominū viperarūq; morſib° medetur. Vrinæ quoq; difficultates, tormina & teneſmos ex aceto mitigat. Cōuenit & ijs q alimētū ex cibo non ſentiūt toſta & ad nucis magnitudinē cū melle ſūpta. Cæterū erui decocti aqua, perniones & pruritus in vniuerſo corpore, fouendo ſanat.

De Lu-

De Lupino. Cap. CXXXII.

LVPINVS satiuus notus est: cuius farina cum melle delincta, aut ex aceto pota, lumbricos enecat. Ipsi quoque lupini macerati, ita tamen vt minimè suam deposuerint amaritudinem, eadem in cibo efficiunt. Sed & eorum decoctum eadem præstat. Cum ruta verò ac pipere potum, lienosis prodest. Eodem ipso gangrænas, fera vlcera, incipientem scabiem, vitiligines, maculas, papularum ac pituitæ eruptiones & vlcera capitis manantia fouere vtile. Quin & illud ipsum méses ac partus detrahit, cú myrrha & melle subditum. Purgat verò farina cutem, liuorésque emendat, & inflammationes sedat cum polenta & aqua. Ex aceto autem coxendicum cruciatus lenit. Panos verò ac strumas in aceto decocta & imposita loco mouet, atque carbunculos circúquaque rumpit. Ipsi quoque lupini aqua cœlesti decocti, dum in cremorem lentescant, faciē abstergunt: & cum chamæleonis nigri radice cocti, pecorū scabiem sanant, si modò illa tepente decocto abluantur. Porrò radix in aqua decocta & epota, vrinas pellit. Lupini verò ipsi edulcati, si triti ex aceto bibantur, stomachi fastidium leuant, & cibi auiditatem faciunt.

De lupino syluestri. Cap. CXXXIII.

Est & syluestris lupinus satiuo similis, sed omni modo minor: qui quidem quę satiuus eadem pręstat.

De Rapo. Cap. CXXXIIII.

ELIXA rapi radix alit, inflationes parit, laxam ac pręhumidam carnem gignit, venerémque stimulat. Ipsius verò decocto podagræ pernionésque fouentur. Sed & ipsa trita & imposita prodest. Quòd si excauata radice, rosaceum ceratum intra ipsam feruēti cinere liquefiat, remedium fiet ad vlceratos perniones efficax. At verò cymę manduntur elixæ, & vriná cient. Semen theriacis & antidotis quæ dolorem leuant idoneum est. Potum idē contra lethalia medicamenta salutare est, ac venerem quoque concitat.

A Περὶ Θέρμου. Κεφ. ρλβ.

ΘΕΡΜΟΣ ἥμερος γνώριμος· οὗ τὸ ἄλευρον σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενον, ἕλμινθας ἐκτινάσσει. καὶ αὐτοὶ δὲ ἀποβραχέντες, καὶ ἔμπικροι ἐσθιόμενοι, τὰ αὐτὰ δρῶσι. καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν τὰ αὐτὰ ποιεῖ μετὰ πηγάνου καὶ πεπέρεως ποθέν· B ὅθεν καὶ σπληνικοὺς ὠφελεῖ. ἐπαιόνημά τε γαγγραίνης ἐστὶ χρήσιμον, καὶ θηριωμάτων, ψώρας ἀρχομένης, ἀλφῶν, σπίλων, ἐξανθημάτων τε καὶ ἀχώρων. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ καταμήνιον καὶ ἔμβρυον ἐπισπαστικὸν, μετὰ σμύρνης καὶ μέλιτος ἐν προσθέτῳ. καθαίρει δὲ τὸ ἄλευρον C χρῶτα καὶ πελιώματα, καὶ φλεγμονὰς πραΰνει σὺν ἀλφίτῳ καὶ ὕδατι· σὺν ὄξει δὲ, ἰσχιάδας παρηγορεῖ καὶ φύματα. χοιράδας δὲ μεταβάλλει ἐν ὄξει ἑψηθεὶς καὶ καταπλασθεὶς, καὶ ἄνθρακας περιρρήσσει. μεθ' ὕδατος δὲ ὀμβρίου ἑψηθέντες οἱ θέρμοι ἄχρι χυλώσεως, D σμήχουσι πρόσωπον. μετὰ δὲ χαμαιλέοντος ῥίζης τοῦ μέλανος ἑψηθέντες, προβάτων ψώρας ἰῶνται, ἐκλουομένων τῷ ἀφεψήματι χλιαρῷ. ἡ δὲ ῥίζα ἑψηθεῖσα σὺν ὕδατι καὶ ποθεῖσα, οὔρησιν κινεῖ. οἱ δὲ ἀπογλυκανθέντες λεῖοι σὺν ὄξει ποθέντες στομάχου ἄσην πραΰνουσι, καὶ ἀνορε- E ξίαν ἰῶνται.

V. ἐκτιν. Lacuna verò legit in veteri, & vt ipse vult in eo ipso codice, [illegible] μετ' ὄξους [illegible]. P. [illegible]

Drag. addit. μετὰ μέλιτος.

V. perperam μεθύσεως

Περὶ Θέρμου ἀγρίου. Κεφ. ρλγ.

Γίνεται δὲ καὶ θέρμος ἄγριος, ἐμφερὴς τῷ ἡμέρῳ, κατὰ πάντα δὲ μικρότερος, ποιῶν ὅσα καὶ ὁ ἥμερος.

V. μικρότερος

Περὶ Γογγύλης. Κεφ. ρλδ.

ΓΟΓΓΥΛΗΣ ἡ ῥίζα ἑφθὴ τρόφιμος, F πνευματωτικὴ, σαρκὸς πλαδαρᾶς γεννητικὴ, ἀφροδισίων παρορμητική. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς, ποδάγρας καὶ χιμέτλων ἐστὶ καταιόνημα. καὶ αὐτὴ δὲ λεία καταπλασσομένη ὠφελεῖ. εἰ δέ τις ἐγγλύψας τὴν ῥίζαν, κηρωτὴν ῥοδίνην ἐν αὐτῇ ἐπὶ θερμοσποδιᾶς τήξει, ποιεῖ G πρὸς τὰ ἑλκούμενα χίμετλα. ὁ δὲ ἐξ αὐτῆς ἀσπάραγος βιβρώσκεται ἑφθὸς, ἔστι δὲ διουρητικός. τὸ δὲ σπέρμα εἰς ἀντιδότους καὶ θηριακὰς ἀνωδύνους ἐντίθεται.

Ald. [illegible]

V. χίμετλα ἰᾶται. cætera desunt.

Alius, καὶ αὐτὴ [illegible]

V addit. ἐν αὐτῇ ῥόδινον ἐπὶ θερμοσποδιᾶ τήξας [illegible]

Cæsar. [illegible]

βοηθεῖ δὲ καὶ τοῖς ϑανασίμοις ποθεῖσι,[καὶ πρὸς ὁρμὰς καὶ πρὸς ἀφροδίσια.] ἀλμευθεῖσα δὲ ἀτροφωτέρα γίνεται βιβρωσκομένη· τὰς μέντοι ὀρέξεις ἀναλαμβάνει. A

V. caret. etsi flatibus congruat.

Περὶ Γογγύλης ἀγρίας. Κεφ. ρλέ.

Ἡ μέντοι ἀγρία γογγύλη φύεται ἐν ἀρούραις, ϑάμνος πηχιαῖος τὸ ὕψος, πολύκλαδος, ἐξ ἄκρου λεῖος, φύλλα ἔχουσα λεῖα, δακτύλου τὸ *πάχος, ἢ καὶ μείζονα· καρπὸν δὲ ἐν λοβοῖς καλυκώδεσιν. ἀνειχθέντων δὲ τῶν περικαρπίων, ἔσωθεν ἄλλος κεφαλοειδής ἐστι λοβὸς, ἐν ᾧ σπερμάτια μέλανα, ϑραυσθέντα δὲ λευκὰ ἔνδοθεν. μίγνυται δὲ σμήγμασι προσώπου καὶ τοῦ ἄλλου χρωτὸς, ὅσα δι᾽ ἀλεύρων γίνεται θερμίνων, ἢ πυρίνων ἢ αἰρίνων ἢ ὀροβίνων. B C

Dod. caput hoc corruptum suspicatur.
V. quidem μέσος
V. λεῖος non habet.
Alter. ἀνεῖσι

Περὶ Βουνιάδος. Κεφ. ρλϛ΄.

ΒΟΥΝΙΑΣ, καὶ ταύτης ἡ ῥίζα ἑφθὴ φυσώδης ἐστί. ἧττον δὲ τρόφιμος· ποιεῖ *γὰρ τὸ σπέρμα αὐτῆς ἀνενεργῆ τὰ ϑανάσιμα προπινόμενον. μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις· ἀλμεύεται καὶ ταύτης ἡ ῥίζα. D

Περὶ Ῥαφανίδος. Κεφ. ρλζ.

ῬΑΦΑΝΙΣ, καὶ αὐτὴ πνευματώδης, θερμαντικὴ καὶ θερμαντική, εὔστομος, οὐκ εὐστόμαχος. ἐρευκτικὴ δὲ ἐστὶ καὶ οὐρητική, εὐκοίλιος, εἴ τις αὐτὴν ἐπιλαμβάνει μᾶλλον συνεργοῦσαν τῇ ἀναδόσει. προεσθιομένη δὲ μετεωρίζει τὴν τροφήν· ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἐμεῖν μέλλουσι προεσθιομένη. ἀκριβοῖ δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις· ἑφθὴ δὲ ποιεῖ λαμβανομένη βήχουσι χρονίως, καὶ τοῖς πάχος ἀναγουσιν ἐν θώραξι. ὁ δὲ φλοιὸς αὐτῆς μεθ᾽ ὀξυμέλιτος λαμβανόμενος, ἐμετικώτερος, ἁρμόζων ὑδρωπικοῖς. καταπλασθεὶς δὲ ἐπὶ τε σπληνικοῖς. σὺν μέλιτι δὲ νομὰς ἐφίστησι, καὶ ὑπώπια αἴρει. βοηθεῖ καὶ ἐχιοδήκτοις, καὶ ἀλωπεκίας δασύνει· φακοὺς ἀποσμήχει σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ. βοηθεῖ τε τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις βιβρωσκόμενος ἢ πινόμενος, καὶ ἔμμηνα ἄγει. τὸ δὲ σπέρμα αὐτῆς ἐμετικὸν, οὐρητικὸν, σπληνὸς καθαιρετικὸν, πινόμενον μετὰ ὄξους· συναγχικοῖς τε βοηθεῖ ἀφεψηθὲν σὺν ὀξυμέλιτι θερμῷ E F G

Alter. ῥαφανίς
V. διὰ θέρμων
Gallic. παραλαμβάνειν. textus probat. Lamb.

Cæterùm muria conditū rapum in cibo sumptū, minus quidē alimenti sufficit, attamē appetentiā restituit.

De rapo syluestri. Cap. CXXXV.

Syluestre rapū in aruis nascitur, frutex cubitali altitudine, ramosus, in cacumine læuis, folijs quoque læuibus, radice digitali crassitudine, aut etiam maiore. Fructū verò gerit in siliquis calyculatis. Apertis autē fructus inuolucris intus alia spectatur siliqua capitis specie: qua quidē paruula semina nigra continentur, quæ tamen fracta intrinsecus alba conspiciuntur. Cęterùm admiscetur in smegmata, quib^9 ad detergēdā cutē in facie reliquóq; corpore vtuntur: quæ quidē ex lupinorum, tritici, lolij aut erui farina fiunt.

De Buniade. Cap. CXXXVI.

BVNIADIS quoque radix elixa flatus gignit, minus verò nutrit. Semen ipsius præbibitum venena reddit inefficacia: ob id etiam in antidotos additur. Sed & huius radix muria conditur.

De raphano, seu radicula. Cap. CXXXVII.

RADICVLA quoque ipsa flatus gignit & excalfacit: ori quidem grata, at stomacho minimè cōmoda: ructus præterea mouet, atq; vrinas ciet: aluum quoq; bonam facit, si quis ipsam summo cibo sumpserit, quippe quæ tùm distributionem magis adiuuet: præsumpta verò cibum suspendit: quare & ante cibum vomituris conuenit: quin & sensuum aciem excitat. Elixa verò si sumatur, valet ad eos qui tussi diuturna infestantur, quique crassiores succos in pectore cumulant. At cortex ipsius ex aceto mulso sumptus, vomitiones potētiùs mouet, hydropicis accōmodatus: impositus etiānum lienosis est vtilis. Cum melle verò nomas sistit, & sub oculis sugillata tollit. Auxiliatur & à vipera commorsis, necnon & alopecias densat, atque lentigines cum loliacea farina exterit. Est & auxilio tam cibo quàm potu ijs qui à fungis strangulantur, menstruáque pellit. Semen vomitiones excitat, vrinas eijcit, & lienem ex aceto potum extenuat. Decoctum anginosis cum aceto mulso calente

gargarizatu prodest, & contra cerastę morsum ex vino potum auxiliatur. Cæterùm ex aceto illitum gangrænas etiam valenter emarginat.

De radicula syluestri. Cap. CXXXVIII.

Radicula syluestris, quam Romani armoraciam vocant, folia habet satiuæ similia, sed quæ ad lampsanam propiùs accedant. Radix est gracilis, longa, subacris. Porrò tam folia quàm radix olerum vice decoquuntur. Excalfacit autem, vrinam ciet, æstuosáque est.

De Sisere. Cap. CXXXIX.

SISER vulgo cognitum: cuius radix elixa ori grata est, & stomacho vtilis: vrinam cit & appetẽtiam inuitat.

De Lapatho, siue rumice. Cap. CXL.

EST è lapathi generibus quoddá quod oxylapathum vocant, in palustribus nascens, durum ac summis foliorum partibus aliquantulú acuminatum. Alterum vero hortẽse, priori dissimile. Tertium genus est syluestre, paruũ, plantagini proximũ, molle & humile. Est & quartum, quod nonnulli oxalidem, alij anaxyrida aut lapathum appellant. Cuius folia syluestri & exiguo lapatho similia, caulis minime grandis, semen acutum, rubens, acre, in caule & agnatis appendicibus emicans. Omnium porro decocto olere aluus emollitur. Crudum vero illitum meliceridas addito rosaceo aut croco discutit. At syluestris lapathi, oxylapathi & oxalidis semen ex aqua aut vino vtiliter bibitur cõtra dysenterias, cœliacorũ affectus, stomachi fastidium, & scorpionis ictum. Quòd si quis in potu præsumpserit; nihil incõmodi ex illius ictu percipiet. Radices autem ex aceto coctæ, aut etiamnum crudæ impositæ, lepras, impetigines & scabrosos vngues curát: sed antè locus nitro aut aceto in Sole perfricandus est. Quin & earum decoctum pruritus corporis sedat, vice fotus affusum, aut in solia balnearũ additum. Aurium quoque dolorem leniunt, itémque dentium, si in vino coctæ colluantur. Strumas etiam parotidásque similiter coctæ in vino & impositæ discutiunt: aceto verò decoctæ lienem extenuant. Quin &

A εἰς ἀναγαργάρισμα. καὶ πρὸς κεράστου δῆγμα σὺν οἴνῳ πινόμενον βοηθεῖ. ἐπιπλασθὲν δὲ μετ' ὄξους καὶ γαγγραίνας εὐτόνως περιχαράσσει.

Περὶ Ῥαφανίδος ἀγρίας. Κεφ. ρλη'.

Ῥαφανὶς ἀγρία, ἣν Ῥωμαῖοι ἀρμορακίαν καλοῦσι, φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ ἡμέρῳ,
B πρὸς τὰ τῆς λαμψάνης μᾶλλον· ῥίζα δὲ ἰσχνή, μακρά, ὑπόδριμυς· λαχανεύεται δὲ τὰ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα ἑφθά. ἔστι δὲ θερμαντική, οὐρητική, καυματώδης.

Περὶ Σίσαρος. Κεφ. ρλθ'.

ΣΙΣΑΡΟΝ γνώριμον, οὗ ἡ ῥίζα ἑφθή, εὔστομος, εὐστόμαχος, οὐρητική, ὀρέξεως
C προσκλητική.

Περὶ Λαπάθου. Κεφ. ρμ'.

ΛΑΠΑΘΟΝ, ὃ μὲν αὐτοῦ ὀξυλάπαθον λέγεται, φυόμενον ἐν ἕλεσι, σκληρὸν κατὰ ἄκρα ὑπόξυ· τὸ δέ τι κηπευτόν, οὐχ ὅμοιον τῷ πρώτῳ. τρίτον δ' ἐστὶν ἄγριον, μικρόν, παρόμοιον ἀρνογλώσσῳ, μαλακόν, ταπεινόν.
D ἔστι δὲ καὶ τέταρτον εἶδος αὐτοῦ, ὃ ἔνιοι ὀξαλίδα ἢ ἀναξυρίδα ἢ λάπαθον καλοῦσιν, οὗ φύλλα ὅμοια τῷ ἀγρίῳ καὶ μικρῷ λαπάθῳ, καυλὸς οὐ μέγας, καρπὸς ὑπόξυς, ἐρυθρός, δριμύς, ἐπὶ τοῦ καυλοῦ καὶ ἐπὶ τῶν παραφυάδων. πάντων δὲ τὸ λάχανον μαλάσσει κοιλίαν ἑψηθέν. ὠμὸν δὲ καταπλασσόμενον, μελικηρίδας σὺν ῥοδίνῳ ἢ
E κρόκῳ διαφορεῖ. τὸ δὲ σπέρμα τοῦ ἀγρίου καὶ τοῦ ὀξυλαπάθου καὶ τῆς ὀξαλίδος, πίνεται ὠφελίμως μεθ' ὕδατος ἢ οἴνου, πρὸς δυσεντερίας καὶ κοιλιακὰς διαθέσεις, καὶ ἄσην στομάχου, καὶ πρὸς σκορπίου πληγήν. καὶ εἰ προπίοι δέ τις, οὐδὲν πείσεται πληγείς. αἱ δὲ ῥίζαι αὐτῶν
F ἑφθαὶ σὺν ὄξει καὶ ὠμαὶ καταπλασθεῖσαι, θεραπεύουσι λέπρας, λειχῆνας, ὄνυχας λεπρούς. δεῖ δὲ προανατρίβειν τὸν τόπον ἐν ἡλίῳ νίτρῳ καὶ ὄξει. πραΰνει δὲ καὶ κνησμοὺς τὸ ἀφέψημα αὐτῶν ἐπαντλούμενον ἢ λουτροῖς μιγνύμενον. παρηγοροῦσι δὲ ὠταλγίας καὶ ὀδονταλγίαν ἑψηθεῖσαι ἐν οἴνῳ καὶ διακλυζόμεναι, διαφοροῦσι καὶ χοιράδας
G καὶ παρωτίδας ἑφθαὶ σὺν οἴνῳ καταπλασθεῖσαι. σπλῆνα δὲ, σὺν ὄξει. καὶ ἐν

V. Cratenæ illud caput tribuit.
Vulg. exẽpl. non habent
V addit Hisp. μακρά. quo modo & Lacuna ex vet. cod. restituit.
Add. Lacuna ex v. c. εἰς βρῶσιν
Addit Lacuna ex v. c. ὠμά.
V codices aliqui ista sic legũt λάπαθον ὃ μέγα ἐν ἕλεσι φυόμενον καὶ τῷ τελείω ὅμοιον, καὶ τὸ δυνάμει τὸ μικρόν. ὀξυλάπαθον δὲ καὶ ἕτερον ἄλλο μαλάσσει ὅμοιον δὲ κατάπλασμα μελικηρίδας σὺν χόρτῳ διαφορεῖ· ἡ δὲ ῥίζα
Lacuna ex v. c. ita distinguit, σκληρὸν κατ' ἄκρα ὑπόξυ.
V addit μάλιστα δυνάμει ἔχει ἡ ὑποτροφή στυπτικά.
Cat. in αἱμάσει. Orib. ἐκ τοῦ. ὅμοιον τῷ προτέρῳ, cui lectioni subscribit Plin.
Ald. ξὺν τῷ
Lacuna ex vet. cod addit ἄγριον
V. χρῆται ὁ μέγας, καυλὸς ἀπόξυς. Ald. ἀπόξυς, καρπὸς δριμύς
Ald. εἰσὶ παρ. ροειδῆς
V quidam σὺν χόρτῳ
V. inserit ὠφέλιμα
Sic legit Lacuna ex v. c. sed vulg. exempl. tantum ἐπαντλούμενον
Verba hæc vetus epitome Diosc. ad verbũ reponit in cap. de syluestri lapatho, & transposita arguit.

δέσματα δέ τινες χρῶνται ταῖς ῥίζαις πρὸς χοιράδας, περιάπτοντες τῷ τραχήλῳ. ἱστᾶσι καὶ ῥοῦν γυναικεῖον προστεθεῖσαι λεῖαι. ἀφεψηθεῖσαι δὲ σὺν οἴνῳ καὶ πινόμεναι, ἰκτερικοὺς ἀποθεραπεύουσι, καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει θρύπτουσιν, ἔμμηνά τε ἄγουσι, καὶ σκορπιοπλήκτοις βοηθοῦσιν.

V. ἀποκαθαίρουσι

V. ἐν τοσαύτῃ [illegible]

Περὶ Ἱππολαπάθου. Κεφ. ρμα΄.

De hippolapatho Gall. codex silet. V. epitome ἐδώδιμον ... τοῖς χωρὶς αὐτοῖς δυνάμεις.

Ἱππολάπαθον λάχανόν ἐστι μέγα ἐν ἕλεσι γεννώμενον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις.

Περὶ Λαμψάνης. Κεφ. ρμβ΄.

V. [illegible]

In veteri hic caput est ... Goup.

ΛΑΜΨΑΝΗ λάχανόν ἐστιν ἄγριον, τροφιμώτερον καὶ εὐστομαχώτερον τοῦ λαπάθου. οὗ τὰ φύλλα καὶ ὁ καυλὸς ἐσθίεται ἑφθά.

Περὶ Βλήτου. Κεφ. ρμγ΄.

ΒΛΗΤΟΝ, λαχανεύεται καὶ τοῦτο. ἔστι δὲ εὐκοίλιον, οὐδεμίαν ἔχον φαρμακώδη δύναμιν.

Περὶ Μαλάχης. Κεφ. ρμδ΄.

ΜΑΛΑΧΗ ἐδωδιμωτέρα μᾶλλον ἡ κηπευτὴ τῆς χερσαίας· κακοστόμαχος δὲ καὶ εὐκοίλιος, καὶ μᾶλλον οἱ καυλοί· ἐντέροις δὲ καὶ κύστει ὠφέλιμοι.

Quidam inserunt τὰ αἰδοῖα ... ῥοῦν γυναικεῖον ἱστᾶσι. τὰ φύλλα δὲ ... δύναμιν ἔχει.

Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ὠμὰ καταπλασθέντα καὶ μετ' ὀλίγων ἁλῶν μασηθέντα αἰγίλωπα θεραπεύειν σὺν μέλιτι· πρὸς μέντοι τὴν ἀπούλωσιν δίχα τῶν ἁλῶν χρήσιον αὐτῇ. ποιεῖ καὶ πρὸς μελισσῶν καὶ σφηκῶν πληγὰς καταπλασσομένη· κἂν περιχρίσηται δέ τις αὐτῇ ὠμῇ λείᾳ σὺν ἐλαίῳ, ἄπληκτος διαμένει. μετὰ δὲ οὔρου καταπλασθεῖσα, ἀχῶρας καὶ πίτυρα ἰᾶται. ἑφθὰ δὲ λεῖα τὰ φύλλα καὶ σὺν ἐλαίῳ ἐπιτιθέμενα, πυρικαύστοις καὶ ἐρυσιπέλασιν ὠφελεῖ. τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς, μαλακτικὸν ἐγκάθισμα ὑστέρας, εἴς τε ἐνέματα πρὸς δηγμοὺς ἐντέρων καὶ μήτρας καὶ δακτυλίου ἁρμόδιον. ὁ δὲ ζωμὸς σὺν ταῖς ῥίζαις βοηθεῖ ἑψόμενος πᾶσι τοῖς θανασίμοις, ἐξεμεῖν δὲ δεῖ συνεχῶς πίνοντας. ὠφελεῖ δὲ καὶ φαλαγγιοδήκτοις, καὶ γάλα κατασπᾷ. ὁ δὲ καρπός, μιγέντος αὐτῷ λωτοῦ ἀγρίου σπέρματος, πινόμενος μετὰ οἴνου, τὰ περὶ κύστιν ἀλγήματα πραΰνει.

V. ἐλαίῳ παλαιῷ. Sic Dodonaeus.

V. [illegible]

ad strumas nonnulli radicibus vinculo ex ceruice suspensis amuleti instar vtuntur. Sistunt & fluxũ muliebrem tritæ atque subditæ. Cum vino autem decoctæ ac bibitæ regio morbo laborantes persanant, calculos vesicæ comminuunt, menstrua cient, & à scorpione ictis auxiliantur.

De Hippolapatho. Cap. CXLI.

Hippolapathum olus est magnũ, in paludibus nascens. Easdem autẽ vires habet, quas antè dicta lapathi genera.

De Lampsana. Cap. CXLII.

LAMPSANA syluestre olus est, quod quidẽ plus quàm lapathũ alit, stomachóque est vtilius. Huius folia caulésque in cibo coquuntur.

De Blito. Cap. CXLIII.

BLITVM quoq; estur oleris modo. Est autem aluo vtile, nullius medicamẽtosę facultatis particeps.

De Malua Cap. CXLIIII.

MALVA satiua cibo magis est idonea, quàm quæ locis incultis nascitur. Stomacho autem aduersatur, bonámq; facit aluum: sed multò magis caules, qui quidem intestinis ac vesicæ sunt vtiles. Vim porrò habent folia cruda, cum salis exiguo commanducata & ex melle illita, persanandarũ ægilopum. Verùm cum est inducenda cicatrix, ijs demùm citra salem vtendum. Illita quoque malua contra apum vesparúmque ictus est efficax. Quòd si quis ipsa cruda trita cum oleo antè perungatur, ab ijs minimè ferietur. Cum vrina autem adhibita, vlcera in capite manantia, furfurésque sanat. Cocta verò folia trita & ex oleo imposita, ambustis & erysipelatis prosunt. Eius ipsius decoctum insessione vuluas emollit: quin & ad intestinorũ, vuluæ sedísque rosiones commodè infunditur. Ius autem cum radice sua decoctę contra venena omnia valet, si à sorbentibus cõtinuò reuomatur. Est & remedio contra phalangiorum morsus, atque lac euocat. Cæterùm semen addito syluestris loti semine potum è vino, vesicæ cruciatus lenit.

De Atriplice. Cap. CXLV.

ATRIPLEX, quam nonnulli chrysolachanó, quasi aureũ olus vocant, cognitum olus est: & duorũ quidé generũ: vnũ enim est syluestre, satiuum alterũ. Coctũ id oleris instar estur, aluúmq; mollit: panos verò discutit, siue crudum, siue coctum illinatur. Semen auté ex aqua mulsa potũ, regio morbo medetur.

De Braßica. Cap. CXLVI.

BRASSICA satiua bonam facit aluum, si modò leuiter feruefacta edatur. Nam percocta aluũ sistit: multò verò magis bis cocta, quæq; in lixiuio cocta fuerit. Æstiua auté stomacho aduersatur, & acrior est. At quę in Ægypto nascitur, propter amaritudiné non estur. Quibus obtusior est oculorũ acies, ac tremulis in cibo auxiliatur: itémque summo sumpta cibo noxas ex crapula largioréq; vini potu pellit atq; restinguit. Eius verò cyma stomacho quidem vtilior, sed acrior, & ad ciendá vrinam validior. Eadem sale cõdita stomacho inimica est, aluúmque cõturbat. Porro brassicæ crudæ succus cum iride ac nitro deuoratus, aluum emollit: potus auté è vino, à vipera cõmorsis opitulatur. At cum fœnigræci farina & aceto, prodest podagricis & articulario morbo laborantibus. Cõfert quoq; illitus sordidis ac vetustis vlceribus. Per se verò naribus infusus, caput expurgat. Quin & menses extrahit cũ loliacea farina subditus. Illita per sese folia, aut cum polenta trita, valẽt ad quasuis inflammationes & œdemata: quin & erysipelata, epinyctidas leprásque sanát. Cum sale verò carbunculos erumpũt: retinẽt & fluentes capillos. Eadé cocta melle addito, valent aduersus depascétes gangrænas: cruda verò si ex aceto comedátur, lienosis prosũt. At cõmanducata ita vt deglutiatur succus, vocem interceptá restituũt. Cæterùm ipsius brassicæ decoctũ potu aluum menséşq; ciet. Flos auté post puerperium in pesso subditus, cõceptionem impedit. Semé, eius præsertim quæ in Ægypto nascitur, potũ lumbricos expellit, ac in antidota quoque theriaca additur: sed & faciei cutem lentiginésque expurgat.

A Περὶ Ἀτραφάξιος. Κεφ. ρμέ.

ἈΤΡΑΦΑΞΙΣ, οἱ δὲ χρυσολάχανον, λάχανόν ἐστι γνώριμον. διττὸν, τὸ μὲν ἄγριον, τὸ δὲ κηπευτόν. λαχανεύεται δὲ ἑφθόν. ἔστι δὲ κοιλίας μαλακτικόν. καταπλασσόμενον δὲ ὠμόν τε καὶ ἑφθὸν, φύγεθλα διαφορεῖ. ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ πινόμενος μετὰ
B μελικράτου, ἴκτερον θεραπεύει.

Περὶ Κράμβης. Κεφ. ρμς'.

ΚΡΑΜΒΗ ἡ ἥμερος εὐκοίλιος, ἀκρόζεστος ἐσθιομένη. καθεψηθεῖσα δὲ κοιλίαν ἵστησι, καὶ μᾶλλον ἡ δίσεφθος καὶ ἐν κονίᾳ ἑψηθεῖσα, κακοστόμαχος δὲ καὶ δριμυτέρα ἡ θερινή. ἡ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, διὰ πικρίαν
C ἄβρωτος. ἀμβλυωποῦσι δὲ βοηθεῖ καὶ τρομώδεσιν ἐσθιομένη, καὶ τὰς ἐκ κραιπάλης καὶ οἴνου κακίας σβέννυσιν ἐπιλαμβανομένη. τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς κύημα εὐστομαχώτερον μὲν, δριμύτερον δὲ καὶ οὐρητικώτερον. ταριχευθὲν δὲ, κακοστόμαχον καὶ κοιλίας ταρακτικόν. ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς ὠμῆς μετὰ ἴρεως καὶ νίτρου καταπινόμενος, κοιλίαν μαλάττει· μετ᾽ οἴνου δὲ ποθεὶς, ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ· σὺν τηλίνῳ δὲ ἀλεύρῳ καὶ ὄξει, ποδαγρικοῖς καὶ ἀρθριτικοῖς, ἕλκεσί τε ῥυπαροῖς ἐπιπλαττόμενος καὶ παλαιοῖς ἁρμόζει· ἐγχεόμενός τε καθ᾽ ἑαυτὸν τοῖς ῥισὶ, κεφαλὴν καθαίρει· μετὰ δὲ αἰρίνου ἀλεύρου προστεθεὶς, καταμήνια ἄγει. τὰ δὲ
E φύλλα καταπλασσόμενα καθ᾽ ἑαυτὰ ἢ μετὰ ἀλφίτων λεῖα, ποιεῖ πρὸς πᾶσαν φλεγμονὴν καὶ οἰδήματα. καὶ ἐρυσιπέλατα δὲ καὶ ἐπινυκτίδας καὶ λέπρας ἰᾶται. μεθ᾽ ἁλῶν δὲ ἄνθρακας περιρρήγνυσιν. ἵστησι δὲ καὶ ῥύσιν τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν. ἑψόμενα δὲ καὶ μιγνύμενα μέλιτι, πρὸς νομὰς γαγγραινώδεις ποιεῖ. ὠμὰ
F δὲ ἐσθιόμενα μετ᾽ ὄξους, σπληνικοὺς ὠφελεῖ. διαμασώμενα δὲ, φωνῆς ἀποκοπὴν καθίστησι τοῦ χυλοῦ καταπινομένου. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς, κοιλίαν καὶ ἔμμηνα κινεῖ πινόμενον. τὸ δὲ ἄνθος ἀτόκιον μετὰ τὴν ἀποκύησιν προστεθὲν ἐν πεσσῷ. τὸ δὲ σπέρμα μάλιστα τῆς ἐν Αἰγύπτῳ γινομένης πινόμενον, ἕλμιν-
G θας ἐκτινάσσει. μίσγεται δὲ καὶ εἰς ἀντιδότους θηριακάς. πρόσωπόν τε ἀποκαθαίρει καὶ φακούς. οἱ δὲ καυλοὶ χλωροὶ καέντες σὺν ταῖς ῥί-

Sic Lacuna ex antiquo codice. At vulg. exempl. habent ὠμάς.

Al. [illegible]

Sic vetustus quidam codex quem secuti sunt Ruellius & Serapio. At vulg. exépl. [illegible] legunt.

At verò virentes cauliculi cum ra-

ζαις, ἐν ἀναληφθέντες στέατι χοιρείῳ παλαιῷ, πλευρᾶς χρόνια ἀλγήματα ἐπιτεθέντες παύουσιν.

Περὶ Κράμβης ἀγρίας. Κεφ. ρμζ.

Κράμβη ἀγρία φύεται ὡς ἐπίπολὺ ἐν παραθαλασσίοις καὶ κρημνώδεσι τόποις, ἐοικυῖα τῇ ἡμέρῳ, λευκοτέρα δὲ ἐστὶ καὶ δασυτέρα καὶ πικρά. τὸ δὲ κύημα αὐτῆς ἐν κονίᾳ ἑψηθὲν οὐκ ἄστομον.

Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλασσόμενα κολλητικὴν τραυμάτων, καὶ διαφορητικὴν οἰδημάτων τε καὶ φλεγμονῶν.

Περὶ Κράμβης θαλασσίας. Κεφ. ρμη.

V. c. τοῖς θαλασσοκρημνοῖς. Hipp. παράλιον quoque vocabat.

Ἡ δὲ θαλασσία λεγομένη κράμβη, ἐξήλλακται παρὰ πολὺ τῆς ἡμέρου, ἔχουσα φύλλα πολλά, λεπτά, ἐμφερῆ στρογγύλῃ ἀριστολοχίᾳ ὅμοια. ἐκπέφυκε δὲ ἕκαστον αὐτῶν ἀπὸ κλωνίων ὑπερύθρων ἐξ ἑνὸς μίσχου, ὥσπερ κισσός. ἔχει δὲ καὶ ὀπὸν λευκόν, οὐ πολύν. ἔστι δὲ τῇ γεύσει ὑφάλμυρος καὶ πως ἐμπίκρος, λιπαρὰ τὴν σύστασιν. ὅλη δὲ ἡ πόα, [κακοστόμαχος, δριμεῖα,] κοιλίας λυτικωτάτη ἑφθὴ βρωθεῖσα. συνέψουσι δὲ αὐτῇ ἔνιοι διὰ τὴν δριμύτητα τὰ λιπαρὰ τῶν κρεῶν.

Parif. ῥωμαίων. V. hæc non legit. Samb. leg. ἀπὸ κλωνίων. V. κισσὸς habet. V. ὡς τῇ αἰσθήσει. V. carent iis quæ conclusa sunt.

Περὶ Τεύτλου. Κεφ. ρμθ.

Τεῦτλον διττόν ἐστιν, ὧν τὸ μὲν μέλαν σταλτικώτερον κοιλίας σὺν φακῇ ἑψηθὲν καὶ μᾶλλον ἡ ῥίζα. τὸ δὲ λευκόν, εὐκοίλιον. ἀμφότερα δὲ κακόχυμα διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς νιτρῶδες. ὅθεν ὁ χυλὸς αὐτῶν καθαίρει κεφαλὴν ῥινὶ ἐγχεόμενος μετὰ μέλιτος, καὶ ὠταλγίας ὠφελεῖ. τὸ δὲ τῶν ῥιζῶν καὶ τῶν φύλλων ἀφέψημα, πιτύρων καὶ κονίδων σμηκτικόν, καὶ χιμέτλης προσαντλούμενον. ὠμοῖς δὲ τοῖς φύλλοις καταπλάσσειν δεῖ ἀλφοὺς προεκνιτρωθέντας, καὶ ἀλωπεκίας καταχνισθείσας, καὶ τὰ νεμόμενα ἕλκη. ἑφθὴ δὲ ἐξανθήματα καὶ πυρίκαυστα καὶ ἐρυσιπέλατα ἰᾶται.

V. κεφαλὴν μὲν ὠφ.

Περὶ Ἀνδράχνης. Κεφ. ρν.

V. addit τὸ σχημ.

Ἀνδράχνη δύναμιν ἔχει στυπτικήν, καταπλασσομένη δὲ μετὰ ἀλφίτων, κεφαλῆς ἀλγήμασι καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς καὶ τῶν ἄλλων· καὶ στομάχου πυρώσεσι

dicibus cremati, ac suillo adipe peruetusto excepti, diuturnos laterum dolores impositi mitigant.

De braßica syluestri. Cap. CXLVII.

Syluestris brassica vt plurimùm locis maritimis prœruptísque nascitur: satiuæ similis, sed cãdidior, hirsutior & amara. Huius cyma in lixiuio cocta ori non est insuauis. Illita verò folia vulnera conglutinandi, ac tumores inflammationésque discutiendi vim habent.

De braßica marina. Cap. CXLVIII.

Quæ brassica marina dicitur, à satiua prorsum dissidet: quippe quæ folia ferat multa ac tenuia, aristolochiæ rotundæ similia. Horum verò singula à ramulis rubẽtibus exeunt, singulari, velut hedera, pediculo. Porrò albo prædita est succo, sed minimè copioso. Gustu autem est vtcunque salso & quadantenus amaro: pingui verò substantia. Tota porrò herba stomacho inimica & acris est, aluúmque vehementissimè soluit, si cocta edatur. Sed propter acrimoniam nonnulli pingues carnes vnà cum ipsa concoquunt.

De beta. Cap. CXLIX.

Beta duûm est generum, è quibus nigra, ac ipsius maximè radix, cum lente decocta valentiùs aluum inhibet: candida verò aluo est idonea. Vtraque porro propter nitrosum quem in se habet humorem, praui est succi. Inde tamen fit, vt earum succus cum melle naribus inditus purget caput, & aurium doloribus opituletur. Decoctum verò radicum ac foliorum furfures lendésque deterget, & perniones fotu mitigat. At crudis folijs vitiligines illini oportet nitro antea perfrictas, itémque alopecias priùs derasas, ac depascentia quoque vlcera. Cæterùm cocta, papularum eruptionibus, ambustis & erysipelatis medetur.

De Portulaca. Cap. CL.

Portulaca vim habet astrictoriam. Imposita cum polenta capitis doloribus, ac tum oculorũ, tum cæteris quoque inflammationibus: itémq; stomachi ardoribus,

& eryſipelatis, ac veſicæ denique cruciatibus auxilio eſt. Pro cibo vero ſumpta, dẽtium ſtuporem, & ſtomachi ac inteſtinorũ æſtuationem fluxionẽmque demulcet. Eroſione tentatos renes & veſicam adiuuat, ac veneris impetus exoluit. Simili effectu prodeſt eius ſuccus epotus, etiam in febribus efficax. Valet & diu multúmque cocta, contra teretes lumbricos, cruentam excreationẽ, ac dyſenteriam: itémque ad hæmorrhoidas & ſanguinis eruptiones, nec non & aduerſus ſepis morſus. Sed & oculorum medicamentis vtiliter admiſcetur, ac inteſtinis fluxione laborantibus, eroſiſve vuluis infunditur. Quin & ad capitis dolores ab æſtu obortos cum roſaceo aut ſimplici oleo irrigatur. Erumpentes quoque in capite papulas cum vino exterit. Vulneribus denique quæ ad ſyderationem ſpectant, cum polenta imponitur.

De Portulaca ſylueſtri. Cap. CLI.

Portulaca ſylueſtris cognominata, foliolis eſt quàm antè memorata craſſioribus atque denſis. Locis petroſis naſcitur: interdum & in hortis. Folia verò habet oleæ, ſed minora multò, verùm plura eáque tenera: cauliculos rubicundos, ab vna radice frequentes, in terram inclinatos: qui quidem commanducati ſucculenti percipiuntur, viſcidi, & ſubſalſo guſtu. Vim obtinet calfactoriam, acrem & exulcerantẽ: ac ſtrumas quoque cum axungia impoſita diſcutit.

De Aſparago. Cap. CLII.

ASPARAGVS in petroſis natus, quem myacanthum vocát, vulgaris eſt notitiæ. Huius cauliculus leuiter decoctus, & pro cibo ſumptus, ventrem mollit, vrinámq; ciet. Radicum autem decoctum epotũ, ęgrè meientibus, regio morbo laborantibus, nephriticis & iſchidiacis auxiliatur: itidémq; morſis à phalangio, ſiquidem ex vino decoquatur. Sic & dolore dentium infeſtatis proficit, ſi modò decoctũ ſuper affecto dente cõtineatur. Semen quoq; potũ ad eadẽ valet. Aiũt

A καὶ ἐρυσιπέλασι, καὶ κύστεως ἀλγήμασι βοηθεῖ. βρωθεῖσα δὲ αἱμωδίαν, καὶ στομάχου καὶ ἐντέρων πύρωσιν καὶ ῥευματισμὸν παρηγορεῖ· νεφροῖς τε δακνομένοις καὶ κύστει εὖ διατίθησι· καὶ τὰς πρὸς συνουσίας ὁρμὰς ἐκλύει· παραπλησίως δὲ καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς ἐνεργεῖ πινόB μενος, καὶ ἐν πυρετοῖς ποιεῖ. καὶ πρὸς ἕλμινθας στρογγύλας, αἵματός τε πτύσιν καὶ δυσεντερίας, καὶ πρὸς αἱμοῤῥοΐδας, καὶ αἱμοῤῥαγίας, πολύεφθος γενομένη. καὶ πρὸς σηπὸς δήγματα. καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ δὲ χρησίμως μίγνυται, ἔγκλυσμά τε ἐπὶ ἐντέρων ῥευματιζομέC νων. ἢ ** διαξομένης μήτρας· καὶ πρὸς τὰς ἐξ ἐγκαύσεως κεφαλαλγίας, σὺν ῥοδίνῳ ἢ ἐλαίῳ ἔμβρεγμα. πρός τε τὰ ἐν κεφαλῇ ἐξανθήματα, σὺν οἴνῳ σμῆγμα· πρὸς τραύματα δὲ σφακελίζοντα, σὺν ἀλφίτῳ καταπλασσομένη. — *Antiqui libri διαξυομένης τοῦ... Goup.*

* Περὶ Ἀνδράχνης ἀγρίας.

D Κεφ. ρνα΄.

Ἀνδράχνη ἀγρία λεγομένη, ἔχει αὕτη * πλατύτερα φυλλάρια πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης, καὶ δασέα. φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις. ἔστιν ὅτε καὶ ἐν κήποις. φύλλα ἔχει ὅμοια ἐλαίᾳ, μικρότερα δὲ πολλῷ, πλείονα δὲ καὶ ἁπαλά. καυλία ἐρυθρά, ἀπὸ E μιᾶς ῥίζης πολλά, ἐπὶ γῆν κεκλιμένα. μασώμενα δὲ εὔχυμα καὶ γλίσχρα καὶ ὑφάλμυρα. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, δριμεῖαν, ἑλκωτικήν, χοιράδων διαφορητικήν, σὺν ἀξουγγίῳ καταπλαττομένη. — *Sic Ald. P. ... [illegible]*

Περὶ ἀσπαράγου. Κεφ. ρνβ΄.

F ΑΣΠΑΡΑΓΟΣ ὁ πετραῖος ὃν μυάκανθαν καλοῦσι, γνώριμος. οὗ τὸ * καυλίον ἑψηθέν, καὶ βρωθέν, κοιλίαν μαλάσσει καὶ οὖρα κινεῖ. τῶν δὲ ῥιζῶν τὸ ἀφέψημα πινόμενον βοηθεῖ δυσουροῦσιν, ἰκτερικοῖς, νεφριτικοῖς, ἰσχιαδικοῖς· φαλαγγιοδήκτοις δὲ μετ' G οἴνου ἀφεψόμενον. καὶ ὀδονταλγοῦσι δέ, κρατουμένου τοῦ ἀφεψήματος ἐπὶ τοῦ πονοῦντι ὀδόντι. ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ αὐτὰ καὶ τὸ σπέρμα πινόμενον. φασὶ — *Marc. ἄγριος. Sic Ald. at Par. ὁ μυάκανθος...*

δὲ καὶ τοὺς κύνας πίνοντας τὸ ἀφέψημα αὐτῶν ἀποθνήσκειν. ἔνιοι δὲ ἱστόρησαν ὅτι ἐάν τις κριοῦ κέρατα συγκόψας κατορύξῃ, φύεται ἀσπάραγος· ἐμοὶ δὲ ἀπίθανον.

Vetus ... addit.

Ὁ μέν τοι ἀσπάραγος οὗτος, θάμνος ἐστὶ πολύκλαδος, φύλλα ἔχων πολλά, μακρά, ὅμοια μαράθρῳ· ῥίζα στρογγύλη, μεγάλη, ἔχουσα κόνδυλον. οὗ τινος τὸ καυλίον λειούμενον μετὰ οἴνου λευκοῦ, παύει * φρενίτιδας. ἑφθὸς δὲ ἢ ὀπτὸς λαμβανόμενος, παύει στραγγουρίας, καὶ δυσουρίας, καὶ δυσεντερίας. ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ ἑψηθεῖσα ἐν ὄξει ἢ οἴνῳ, παύει στρέμματα. ἑφθὴ δὲ μετὰ σύκων καὶ ἐρεβίνθων λαμβανομένη, ἰᾶται ἴκτερον. καὶ παύει ἰσχιάδα, καὶ στραγγουρίαν. περιαπτομένη δέ, καὶ τὸ ἀπόζεμα αὐτῆς πινόμενον, ποιεῖ * ἀτόκιον καὶ ἄγονον.

Nónulli codices ... inscribunt, alius ... (Orib. ...)

Περὶ Ἀρνογλώσσου. Κεφ. ρνγʹ.

ΑΡΝΟΓΛΩΣΣΟΝ διττόν ἐστι· τὸ μὲν μικρόν, τὸ δὲ μεῖζον. ἔχει δὲ τὸ μὲν μικρὸν φύλλα στενώτερα [καὶ μικρότερα, καὶ μαλακώτερα, καὶ λειότερα, καὶ λεπτότερα.] * καυλία δὲ γωνοειδῆ κεκλιμένα ὡς ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνθη ὠχρά· τὸ δὲ σπέρμα ἐπ᾽ ἄκρων τῶν καυλῶν. Τὸ δὲ μεῖζον, εὐτραφέστερον, πλατύφυλλον, * λαχανῶδες· καυλὸς δὲ ἐπὶ τούτου γωνιώδης, ὑπέρυθρος, ὕψος πήχεως, ἐκ μέσου μέχρι κορυφῆς σπέρματι περιεχόμενος λεπτῷ. ῥίζαι δὲ ὕπεισιν ἁπαλαί, δασεῖαι, λευκαί, πάχος δακτύλου. φύεται δὲ πρὸς τοῖς τέλμασι καὶ φραγμοῖς καὶ ἐνίκμοις τόποις. εὐχρηστότερον δὲ τὸ * μεῖζον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ξηραντικήν, στυπτικήν· ὅθεν καὶ καταπλασσόμενα πρὸς πάντα τὰ κακοήθη καὶ ἐλεφαντιῶντα, ῥευματικὰ καὶ ἀκάθαρτα ἕλκη ἁρμόζει· ἴσχει δὲ καὶ αἱμορραγίας, νομάς, ἄνθρακας, ἕρπητας, ἐπινυκτίδας· ἀπουλοῖ καὶ ἕλκη χρόνια καὶ ἀνώμαλα, καὶ τὰ χειρώνια ἰᾶται, καὶ κόλπους προσκολλᾷ· καὶ τὰ κυνόδηκτα καὶ πυρίκαυστα, φλεγμονάς, παρωτίδας, φύγεθλα, χοιράδας δὲ καὶ αἰγίλωπα σὺν ἁλσὶν ἐπιπλασσόμενα ὠφελεῖ. ἑφθὸν δὲ τὸ λάχανον μεθ᾽ ἁλῶν καὶ ὄξους λαμβανόμενον, δυσεντερικοῖς

Sũt antigrapha, in quibus periodus à τὸ δὲ μεῖζον vsque ad σπέρματι ... deest, sed retinenda sunt omnia.

Al. λαχανῶδες.

V. μέγα

A & canes si asparagorum decoctum hauserint, emori. Asparagum quoque altilem nasci prodidere nonnulli, si quis arietis cornua contusa defoderit: quod tamen mihi probabile non est. Altilis autem hic asparagus, frutex est ramosus, foliis numerosis, longis, fœniculo proximis: radice rotunda, grandi, tuber-B culum habēte. Huius cauliculus ex vino albo tritus, renum dolores sedat. Coctus autem assúsve asparagus in cibo sumptus, vrinæ stillicidium difficultatémque ac dysenteriam mitigat. Eiusdem radix in aceto aut vino decocta luxatos artus mulcet. Cum ficubus autem ciceri-C búsve decocta, sumptáque, regium morbum sanat, & coxendicum cruciatus, vrinæque stillicidium leuat. Cæterùm amuleti ratione alligata radix, itémque haustum ipsius decoctum, partum impediunt, sterilitatémque inducunt.

De Plantagine. Cap. CLIII.

D PLANTAGO duûm est generũ: minor enim vna est, maior altera. Ac minor quidem, foliis prædita est angustioribus, minoribus, mollioribus, læuioribus ac tenuioribus: cauliculis verò angulosis ad terram inclinatis: floribus autē pallidis, ac semine summis caulibus emicante. At maior, & amplior lætiórque est, E & latifolia, in oleris vsum apta. Caulis huic angulosus, subruber, cubiti altitudine, à medio ad verticem tenui semine circundatus. Radices subiacent teneræ, hirsutæ, candidæ, digitali crassitudine. Nascitur in paludibus, sepibus ac locis vliginosis. Maior porrò, efficacior est. Vim habēt folia exiccatoriam & astrin-F gentem. Quare omnibus malignis, elephantiasin comitantibus fluxioni opportunis, sordidisq; vlceribus illita conueniunt. Cohibent & * sanguinis eruptiones, nomas, carbunculos, herpetas, & epinyctidas. Vetera quoque & inæqualia vlcera cicatrice obducunt, Chironia sanant, & sinus agglutinant. Morsibus ca-G nis, ambustis igni, inflammationibus, parotidibus, panis, ac strumis quoque & ægilopiis cum sale imposita prosunt. Coctum verò olus cum sale & aceto sumptum, dysentericis

fissuras & sanguinis profluuia

cœliacisque subuenit. Datur & in locum betæ, cum lenticula coctum. Exhibetur & herba decocta ad aquam intercutẽ, cui leucoplegmatiæ nomen est, post sicciorum alimentorum esum, ita tamen vt media cibis interueniat. Comitialibus quoque & suspiriosis data proficit. Foliorum succus oris vlcera repurgat, si subinde colluatur. Cum cimolia, aut cerussa erysipelatis medetur: fistulis infusus auxilio est: prodest & ad aurium dolores atq; ophthalmias, seu instillatus, seu in collyria additus. *Plin. sanguinem putrescentibus.* Sanguinantibus quoque gingiuis, & sanguinem supernè reijcientibus potu confert: clystere verò dysentericis infunditur. Contra tabem datur in potu, aduersus strangulationes vuluæ subditur in vellere, quemadmodum & si vulua rheumatismo laboret. Semen ex vino potũ, alui profluuia & sanguinis excreationes sistit. Decocta radix seu colluta, seu cõmanducata, dentium dolores sedat. Eadem cum folijs, ad vesicæ renúmque vlcera in passo datur. Cæterùm ferunt ternas radices cum vini ternis cyathis, & aquæ pari modo tertianis febribus, itémque quaternas quartanis auxiliari. Sunt & qui radice vinculo è collo suspensa amuleti instar vtantur, ad strumas discutiendas.

De Sio. Cap. CLIIII.

SIVM aquaticum, frutex est pusillus, qui in aquis inuenitur, rectus, pinguis, folijs hipposelino similibus, sed minoribus & aromatici odoris: quæ quidem seu cocta, seu cruda esu calculos rumpunt & eijciunt: vrinas quoque ciẽt, ac menses & partus extrahunt, dysentericísque in cibo prosunt. De eodem Sio agẽs Crateuas, herbam esse tradit fruticis specie, exiguam, folijs præditam rotundis, quàm mentæ maioribus, nigris, pinguibus, & ad erucam accedentibus.

De Sisymbrio. Cap. CLV.

SISYMBRIVM (alij serpyllum syluestre vocant) in solo inculto nascitur, mentæ hortensis similitudine, sed latioribus folijs, atque odoratius: quod quidẽ coronis inseritur. Calfaciendi vim habet:

A καὶ κοιλιακοῖς ἁρμόζει. δίδοται δὲ καὶ μετὰ φακῆς ἀντὶ σεύτλου συνεψομένη. καὶ πρὸς λευκοφλεγματίαν, μετὰ τὸ ξηροφαγῆσαι μέσον διδομένη ἡ πόα ἑφθή. ποιεῖ δὲ καὶ ἐπιληπτικοῖς, καὶ ἀσθματικοῖς διδομένη. ὁ δὲ χυλὸς τῶν φύλλων τὰ ἐν στόματι ἕλκη ἀνακαθαίρει, συνεχῶς διακλυζόμενος. σὺν δὲ B κιμωλίᾳ ἢ ψιμμυθίῳ, ἰᾶται τὰ ἐρυσιπέλατα. σύριγξί τε ἐγκλυζόμενος ὠφελεῖ, καὶ πρὸς ὠταλγίας, καὶ ὀφθαλμίας ἐνσταζόμενος ὁ χυλός, καὶ κολλυρίοις μισγόμενος. καὶ πρὸς οὖλα αἱμασσόμενα, καὶ πρὸς αἷμα ἀνάγοντας πινόμενος. καὶ πρὸς δυσεντερικοὺς ἐγκλυζόμενος. πίνεται δὲ καὶ C πρὸς φθίσιν καὶ πρὸς ὑστερικὰς πνίγας. προστίθεται ἐν ἐρίῳ, καὶ ὑστέρᾳ ῥευματιζομένῃ. καὶ ὁ καρπὸς δὲ πινόμενος μετ' οἴνου, ἵστησι τοὺς τῆς κοιλίας ῥευματισμούς, καὶ πτύσεις αἵματος ἐπέχει. ἡ δὲ ῥίζα ἀφεψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη καὶ διαμασωμένη, ὀδονταλγίας παύει. πρὸς δὲ τὰ ἐν κύστει ἕλκη καὶ νε- D φροῖς, δίδοται ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα μετὰ γλυκέος. φασὶ δὲ ῥίζας τρεῖς ποθείσας μετ' οἴνου κυάθων τριῶν, καὶ ὕδατος ἴσου, τριταίῳ βοηθεῖν· τεταρταίῳ δὲ τέσσαρας ῥίζας. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ ἐν δέσματι χρῶνται τῇ ῥίζῃ πρὸς χοιράδας, καὶ διαφοροῦσιν.

Περὶ Σίου. Κεφ. ρνδ'.

E ΣΙΟΝ τὸ ἐν ὕδασιν. εὑρίσκεται ἐν τοῖς ὕδασι θαμνίον ὀρθὸν, λιπαρὸν, φύλλα ἔχον πλατέα, ἱπποσελίνῳ ἐοικότα, μικρότερα δὲ καὶ ἀρωματίζοντα. ἃ καὶ ἐσθιόμενα ἑφθά τε καὶ ὠμὰ, λίθους θρύπτει καὶ ἐκκρίνει· οὖρά τε κινεῖ, καὶ ἔμβρυα καὶ F ἔμμηνα ἄγει, δυσεντερικοῖς τε χρήσιμα βρωθέντα. Κρατεύας δὲ ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ οὕτω. πόα θαμνοειδὴς ὀλίγη, ἔχουσα φύλλα περιφερῆ, μείζονα ἡδυόσμου, μέλανα, παρεγγίζοντα εὐζώμῳ.

Περὶ Σισυμβρίου. Κεφ. ρνε'.

ΣΙΣΥΜΒΡΙΟΝ (οἱ δὲ ἕρπυλλον ἄγριον καλοῦσιν) ἐν χέρσοις φύεται, G ἔοικε δὲ ἡδυόσμῳ κηπαίῳ, πλατυφυλλότερον δὲ καὶ εὐωδέστερον, στεφανωματικόν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν·

Hæc vsq; ad διδομένη in v. margine reperiuntur.

Locus hic suspectus est Marcello.

V. addit, ἢ δυσεντερικοῖς καὶ

Pro his ad finem vetus codex hoc offert: καὶ κολλυρίοις μίγνυται ὁ χυλός. ὁ δὲ καρπὸς πινόμενος μετ' οἴνου τοὺς κοιλιακοὺς ῥευματισμοὺς ἵστησι, τριταίοις ἡ ῥίζα δίδοται, καὶ τεταρταίοις μετ' οἴνου ... χρῶνται τῇ ῥίζῃ πρὸς χοιράδων διαφόρησιν. Sambuco à sciolo expositiua ergò addita videntur.

V. codex περὶ χοιράδων διαφόρησιν.

Quidam codices in margine ἀζώμῳ, alius ἡδυόσμῳ cum epitome

Quidam addunt πολλά.

V. addit λευκά. Sic & Orib.

Quidam vetusti caput hoc, in libro tertio locãt quadragesimum nonũ. Alii præsens excludunt. Sed sequens tantùm terminẽt cum titulo simplici περὶ σισυμβρίου. Alii ἄγριον. Orib. μικρά Orib. ἀ...

A ἁρμόζει δὲ πρὸς στραγγουρίας καὶ λιθιάσεις τὸ σπέρμα σὺν οἴνῳ πινόμενον· καὶ στρόφους καὶ λυγμοὺς παύει. τὰ δὲ φύλλα ἐπιπλάσσεται πρὸς κεφαλαλγίας κατὰ τῶν κροτάφων καὶ τοῦ μετώπου· πρός τε σφηκῶν πληγὰς καὶ μελιττῶν. ἵστησι δὲ καὶ ἐμέτους ποθέν.

V. ... omittit.

B Περὶ ἑτέρου Σισυμβρίου. Κεφ. ρνς'.

Σισύμβριον ἕτερον, οἱ δὲ, καρδαμίνην, οἱ δὲ, καὶ σίον καλοῦσιν· ἔνυδρόν ἐστι πόα, κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ σίῳ γεννωμένη. καρδαμίνην δ' ἔνιοι λέγουσι, διὰ τὸ ἐοικέναι καρδάμῳ τὴν γεῦσιν. φύλλα ἔχει δὲ μὲν πρῶτον περιφερῆ, αὐξόμενα δὲ σχίζεται ὡς τὰ τοῦ εὐζώμου. C ἔστι δὲ θερμαντικόν, οὐρητικόν. βιβρώσκεται δὲ καὶ ὠμόν. ἀποκαθαίρει δὲ καὶ φακοὺς, καὶ ἔφηλιν καταπλασθέντα δι' ὅλης τῆς νυκτός, ἕωθεν δὲ ἀποκλυσθέν.

V. al ... & quidem rectius ex Sambuci sententia.

Quidam ...

Περὶ Κρίθμου. Κεφ. ρνζ'.

ΚΡΙΘΜΟΝ [ἢ] δὲ, κρίταμον θαμνῶδές ἐστι βοτάνιον, ἀμφιλαφές, D περὶ πῆχυν τὸ ὕψος. φυόμενον ἐν πετρώδεσι καὶ παραθαλασσίοις τόποις, φύλλοις περίπλεων λιπαροῖς καὶ ὑπολεύκοις, ἴσοις τοῖς ἀνδράχνης παρεοικόσι, πλατυτέροις μέν τοι καὶ ἐπιμηκεστέροις, ἁλμυρίζουσι δὲ πρὸς τὴν γεῦσιν, ἄνθη λευκά, [ἔχει] δὲ καρπὸν ὥσπερ λιβανωτίδος μαλακὸν, εὐώδη, E στρογγύλον, ὃς ξηρανθεὶς διΐσταται· καὶ ἔνδον ὡς * πυρὸν ἔχει τὸ σπέρμα· ῥίζας δὲ δακτύλου τὸ πάχος τρεῖς ἢ τέσσαρας, εὐώδεις, ἡδείας. διδόαται δὲ ὁ καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα, καὶ τὰ φύλλα ἐναφεψηθέντα οἴνῳ καὶ πινόμενα, βοηθεῖ δυσουροῦσι καὶ ἰκτερικοῖς [κινεῖ] καὶ καταμήνια. F λαχανεύεται ἑφθόν τε καὶ ὠμὸν ἐσθιόμενον, καὶ ταριχεύεται ἐν ἅλμῃ.

V. non legit.

Vulg. exempl. ... V. ad oram addit ... & post ... Orib. addit ... Vulg. exempl. ...

V. omittit.

Περὶ Κορωνόποδος. Κεφ. ρνη'.

ΚΟΡΩΝΟΠΟΥΣ πρόμηκες βοτάνιον κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐστρωμένον, *κατεσχισμένον τὰ φύλλα· λαχανεύεται G δὲ καὶ τοῦτο ἑφθόν· ῥίζαν λεπτὴν ἔχει, στυπτικήν, ἐσθιομένη πρὸς κοιλιακοὺς ποιεῖ. γίνεται δὲ ἐν χέρσοις τόποις, καὶ ἐν χώμασι καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς.

Lacuna est ...

Ἀγαρικὸν ῥίζα φέρεται σιλφίῳ ἐμφερής, οὐ πυκνὴ τὴν ἐπιφάνειαν ὥσπερ τὸ σίλφιον, ἀραιὰ δὲ ἐστὶν ὅλη. ἔστι δὲ τὸ μὲν αὐτοῦ, ἄρρεν· τὸ δὲ, θῆλυ· ὧν διαφέρει τὸ θῆλυ ἔχον κτηδόνας εὐθείας ἐντός. C τὸ δὲ ἄρρεν, περιφερές ἐστι καὶ πάντοθεν συμφυές. γεῦσις δ' ἀμφότερα ὅμοια· κατ' ἀρχὰς μὲν γλυκάζοντα, εἶτα ἐξ ἀναδόσεως ἔμπικρα. γεννᾶται δὲ ἐν τῇ Ἀγαρίᾳ τῆς Σαρματικῆς. λέγουσι δὲ οἱ μὲν, φυτοῦ ῥίζαν εἶναι· τινὲς δὲ, ἐν τοῖς στελέχεσι τῶν δένδρων κατὰ σῆψιν γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ μύκητας. D γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Γαλατίᾳ καὶ Κιλικίᾳ ἐπὶ τῶν κέδρων, εὔθρυπτον μέντοι καὶ ἀσθενές. Τὴν μέντοι δύναμιν ἔχει στυπτικὴν, θερμαντικήν· ποιοῦν πρός τε στρόφους καὶ ὠμότητας, ῥήγματά τε καὶ πτώματα. ὀβολῶν δὲ δυοῖν πλῆθος διδόμενον μετ' οἰνομέλιτος, ἀπυρέτοις· πυρέσσουσι δὲ, ἐν μελικράτῳ. E καὶ ἡπατικοῖς δὲ καὶ ἀσθματικοῖς, καὶ ἰκτερικοῖς καὶ δυσεντερικοῖς, καὶ νεφριτικοῖς καὶ δυσουροῦσι καὶ ὑστερικαῖς πνιξὶ, καὶ κακοχροίαις

Quidam οἰαν[illegible]. Vulg. [illegible]. Marc. ῥίζαν. V. κέδρων. Sic Orib. Mar. [illegible]. Marc. λειποτριμ[illegible]. V. [illegible].

Prioribus quidem libris, amantissime Aree, de aromatis, vnguétis, oleis, arboribus, earúmque fructibus & lachrymis: deindéque de animalibus, cerealibus, oleribus & acrimonia præditis herbis egimus. In hoc verò tertio de radicibus, succis, herbis & seminibus tú naturæ nostræ familiaribus, tum etiam medicamentosis disseremus.

De Agarico. Cap. I.

Agaricum radix fertur silphij similis, non tamen densa summa facie, veluti silphium, sed tota rarior. Duo eius genera: mas inquá, & fœmina. Præfertur verò fœmina, quæ quidem rectas intus habet pectinum modo venas & quasi diuisuras. Mas autem rotundus est, & vndique congener ac sui similis. Sed est similis vtrique gustus: scilicet initio dulcis, mox vbi diffundi per os cœperit, in amaritudinem transit. Gignitur in Sarmatię regione, quæ Agaria dicitur. Sunt verò qui plantæ radicem esse affirment: alij vti fungos ex putredine nasci in arborum caudicibus. Nascitur & in Galatia Asiæ & Cilicia in cedris, sed friabile & infirmius. Porrò Agaricum astringendi calfaciendiq; vim habet: estq; efficax contra tormina, cruditates, rupta & casus ab alto. Datur verò binis obolis ex vino mulso febrim non sentientibus: febricitantibus auté, in aqua mulsa; itémque hepaticis, suspiriosis, arquatis, dysentericis, nephriticis, ægrè meientibus, ab vtero strangulatis, atque fœdo pallore decoloratis

drachmæ pŏdere exhibetur: phthisicis autem ex passo: ac lienosis in aceto mulso. A stomachicis verò per se ita vt est, manditur ac deuoratur citra vllius liquoris sorbitionem: ac simili quoque modo datur acidum eructantibus. Sistit & sanguinis reiectiones, ternis obolis ex aqua sũptum. Facit & ad coxendicum articulorúmque dolores & comitiales morbos, si cum aceto mulso pari pŏdere assumatur. Menses quoque ciet, ac inflatione vteri vexatis mulieribus pari modo vtiliter exhibetur. Soluit & rigorem horroréмve, datum ante febrilium accessionum initia. Sed & aluũ purgat drachma vna aut altera, si cum aqua mulsa bibatur. Est & venenis pro antidoto, drachmæ vnius pondere cum diluta vini potione sumptum. Quin & serpentium ictibus ac morsibus tribus obolis ex vino potum auxiliatur. In summa internis omnibus vitijs subuenit, pro virium & ætatis ratione propinatum, his ex aqua, illis è vino, alijs ex aceto mulso, alijs denique ex aqua mulsa.

De Rha. Cap. II.

RHA, quod aliqui rheon vocant, prouenit in iis quæ supra Bosphorum sunt regionibus, ex quibus etiam affertur. Radix foris nigra, cẽtaurio magno similis, sed minor ac intus rubicundior, sine odore, laxa seu fungosa & aliquantum leuis. Optimum habetur quod teredines non sensit, si gustatu cum astrictione remissa lentescat, & commáducatum, coloré reddat pallidum, & quodammodo ad crocum inclinátem. Id epotum facit ad inflationes, stomachi imbecillitatem, & omne genus dolores, ad conuulsiones, spleneticos, hepaticos, nephriticos, torminosos, itémque aduersus vesicæ & pectoris vitia, distensiones hypochŏdriorum, icterinos affectus, ischiadas, sanguinis excreationes, suspiria, singultus, dysenterias & cœliacorum affectus, contra febrium circuitus & venenatorum morsus. Dabis verò ad singulos affectus, eodem quo agaricũ pondere & cum eisdem liquoribus: silicet febri carentibus, in vino mulso; febricitantibus autem, ex aqua mulsa: phthisicis, ex passo:

A < α΄. διδόμενον· φθισικοῖς δὲ μετὰ γλυκέος, σπληνικοῖς δὲ μετ' ὀξυμέλιτος· καὶ στομαχικοῖς ὡς ἔστι διαμασώμενον καὶ καταπινόμενον, μηδενὸς ὑγροῦ ἐπιρροφουμένου. ὁμοίως δὲ καὶ ὀξυρεγμιῶσιν. ἵστησι δὲ καὶ αἵματος ἀναγωγάς, ὁλκὴ τριωβόλου μεθ' ὕδατος λαμβανόμενον. ποιεῖ καὶ πρὸς ἰσχίων B καὶ ἄρθρων ἀλγήματα, καὶ ἐπιληψίας, μετ' ὀξυμέλιτος λαμβανόμενον τὸ ἴσον πλῆθος· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα, καὶ τὰς ἐμπνευματουμένας ὑστέρας γυναιξὶν ὠφελίμως τὸ ἴσον δίδοται. λύει δὲ καὶ ῥίγη πρὸ τῆς ἐπισημασίας διδόμενον. καθαίρει δὲ καὶ κοιλίαν < α΄, ἢ β΄. μετὰ μελικράτου πινό- C μενον. ἔστι δὲ καὶ θανασίμων ἀντίδοτον μετὰ κράματος < μιᾶς ὁλκὴ λαμβανόμενον. καὶ πρὸς ἑρπετῶν δὲ πληγὰς καὶ δήγματα, ὁλκὴ τριωβόλου μετ' οἴνου πινόμενον βοηθεῖ. καὶ καθόλου πρὸς τὰ ἐντὸς πάντα πάθη ἁρμόζει, πρὸς δύναμιν καὶ ἡλικίαν διδόμενον, οἷς μὲν μεθ' ὕδατος, οἷς δὲ D μετ' οἴνου, οἷς δὲ μετ' ὀξυμέλιτος * ἢ μελικράτου.

V. addit [illegible]

Περὶ Ῥᾶ. Κεφ. β΄.

ῬΑ, ὃ δὲ ῥῆον καλοῦσι, γεννᾶται ἐν τοῖς ὑπὲρ Βόσπορον τόποις, ὅθεν καὶ κομίζεται. ῥίζα ἔξωθεν μέλαινα, κενταυρείῳ τῷ μεγάλῳ ἐοικυῖα, μικροτέρα μέντοι καὶ E ἐνερευθεστέρα, ἄοσμος, χαύνη, ὑπόκουφος. ἔστι δὲ αὐτοῦ κράτιστον τὸ ἀτερηδόνιστον, γλισχρόν τε κατὰ τὴν γεῦσιν μετ' αἰθαλώδους στύψεως, διαμασηθὲν τε ὕπωχρον καὶ κροκίζον πως τῷ χρώματι. Ποιεῖ δὲ πινόμενον πρὸς ἐμπνευματώσεις, στομάχου ἀτονίας, ἄλγημα παντοῖον, σπάσματα, F σπληνικούς, ἡπατικούς, νεφριτικούς, στροφώδεις, καὶ τὰ περὶ κύστιν καὶ θώρακα, καὶ τὰς ὑποχονδρίων ἐντάσεις, καὶ τὰ περὶ ὑστέραν πάθη. ἰσχιάδας, αἵματος πτύσεις, ἄσθματα, λυγμούς, δυσεντερίας, κοιλιακὰς διαθέσεις, καὶ περιόδους, καὶ θηρίων δήγματα. δίδοται δὲ ὁμοίως τῷ ἀγαρικῷ πρὸς ἕ- G καστον πάθος, τῇ αὐτῇ ὁλκῇ, καὶ ὑγροῖς χρώμενος· μετ' οἰνομέλιτος μέν, ἀπυρέτοις· πυρέσσουσι δέ, μετὰ μελικράτου· φθισικοῖς, μετὰ γλυκέος,

Alter [illegible] V. [illegible] Sed ab aliquo fortè illa interpleverunt, Vulg. [illegible]

Dodon. [illegible] legendum putat

V. addit [illegible]

Leonic. scribit addi in v.c. [illegible] quod non [illegible] Plin. de rhacomate (sic enim vocat) agens lib. 27. cap. 12.

σπληνικοῖς μετ' ὀξυμέλιτος· στομαχικοῖς A
ὡς ἔστι διαμασώμενοι καὶ καταπινόμενον, μηδενὸς ὑγροῦ ἐπιρροφουμένου. αἴρει δὲ καὶ πελιώματα καὶ λειχῆνας, μετ' ὄξους καταχριόμενον. καὶ φλεγμονὰς πάσας ἀρχαίας χρονίας, σὺν ὕδατι καταπλασσόμενον. ἡ δὲ αὐτοτάτω αὐτοῦ δύναμις, στυπτικὴ μετὰ ποσῆς θερμασίας.

B

Περὶ Γεντιανῆς. Κεφ. γ'.

ΓΕΝΤΙΑΝΗ δοκεῖ μὲν ὑπὸ πρώτου εὑρῆσθαι Γέντιδος τοῦ Ἰλλυριῶν βασιλέως, ἀφ' οὗ καὶ τῆς ἐπωνυμίας ἔτυχεν. ἧς τὰ φύλλα τὰ μὲν πρὸς τῇ ῥίζῃ, καρύᾳ ἢ ἀρνογλώσσῳ ὅμοια, ὑπέρυθρα· τὰ δὲ ἐν C μέσῳ τοῦ καυλοῦ, καὶ μάλιστα τὰ κατ' ἄκρον, ἐσχισμένα μικρῶς. καυλὸς δὲ κενός, λεῖος, τὸ πάχος δακτύλου, τὸ δὲ ὕψος δίπηχυς, γόνασι διειλημμένος, ἐκ διαστημάτων μειζόνων περικείμενος τὰ φύλλα· καρπὸν δὲ ἔχων ἐν κάλυξι πλατὺν, κοῦφον, ἀχυρώδη, πρὸς τὸν τοῦ σφονδυλίου. D ῥίζαι μακραί, ὅμοιαι ἀριστολοχίᾳ τῇ μακρᾷ, παχεῖαι, πικραί. φύεται δὲ ἐν ὑψηλοτάταις ἀκρωρείαις, καὶ συσκίοις τόποις καὶ ἐνύδροις. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα θερμαντικὴν, στυπτικήν· βοηθεῖ δὲ θηριοδήκτοις ποτιζομένη < β'. σὺν πλήθει μετὰ πιπέρεως καὶ πηγάνου καὶ οἴνου. τοῦ E δὲ χυλίσματος ὅσον < α'. καὶ πρὸς ὀδύνας πλευρῶν, καὶ πτώματα, ῥήγματά τε καὶ σπάσματα. ἀρήγει καὶ ἡπατικοῖς καὶ στομαχικοῖς, ποθεῖσα μεθ' ὕδατος. ἐκβάλλει δὲ ἔμβρυα ἡ ῥίζα ὡς κολλύριον προστιθεμένη. ἔστι δὲ καὶ τραυματική, ἐπιτιθεμένη ὡς τὸ λύκιον, ἀναβρωμάτων τε ἑλκῶν ἴαμα, καὶ F μάλιστα τὸ χύλισμα, καὶ ὀφθαλμῶν ἐγχρίσμα φλεγμαινόντων. μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰ δριμέα τῶν κολλυρίων τὸ χύλισμα ἀντὶ μηκωνίου. ἔστι δὲ καὶ ἀλφῶν σμηκτικὴ ἡ ῥίζα. χυλίζεται δὲ θλασθεῖσα καὶ βραχεῖσα ἐν ὕδατι ἐπὶ ἡμέρας ε'. εἶτα ἑψηθεῖσα ἐν τῷ ὕδατι, ἄχρις ἂν ὑπερέχωσιν G αἱ ῥίζαι, καὶ μετὰ τὸ ψυγῆναι τὸ ὕδωρ διηθεῖται δι' ὀθονίου· καὶ ἕψεται ἄχρις ἂν γένηται μελιτῶδες τῇ συστάσει.

V. delet.
V. his vsque ad ἄρσ. caret. itidemque Serapio.
Dalech. καὶ ὑπὸ λεπτὰ τὰ κατ' ἄκρον ἐσχισμένα μικρῶς. V. ἐσχισμένα κενωμένα.
Dod. ἀσκελου legisse videtur.
Aliqui cod. omittunt παχεῖαι πικραί.
V ἀκρωρείαις, idem.
Dod. legit στυπτικήν.
Alter, καὶ σπάσματα, quæ lectio sensum rei conuenientem Goupylo habere videtur. alius ῥήγματα.
V. [illegible]

splenecticis ex aceto mulso. At à stomachicis ita vt est mandetur, ac citra sorbitionem vllam deuorabitur. Tollit quoque liuétia, lichenásque cum aceto illitum: atque inflammationes omnes veteres ex aqua impositum dissipat. Cæterùm summa ipsius vis, astringens est cum aliquanto calore.

De Gentiana. Cap. III.

GENTIANA primùm inuenta creditur à Gentio Illyriorū Rege, à quo etiam cognomentum habuit. Huius folia, quę quidem proximè radicem sunt, iuglandi plantaginíve similia, subrubentia: quæ verò in medio sunt caule, maximéq; quæ circa cacumen, paulùm dissecta. Caulis inanis, læuis, digiti crassitudine ac binûm cubitorum altitudine, geniculis distinctus, & maioribus ex interuallis foliis circundatus. Semen verò habet in calycibus latū, leue, acerosum, quod ad sphódylij semen accedit. Radix longa qualis aristolochiæ longæ, crassa & amara. Nascitur in celsissimis montium iugis, locis vmbrosis aquosisque. Vis radici excalfactoria & detergens. Contra venenatarum bestiarum morsus duabus drachmis cum pipere & ruta ex vino pota auxiliatur. Extracti succi drachma ad laterum dolores, casus è sublimi, rupta & conuulsa prodest. Hepaticis quoque & stomachicis pota cum aqua subuenit. Radix collyrij modo subdita, partus eiicit: impositáque vt lycium vulneraria est, & cuniculatim depascentibus vlceribus medetur: præcipuè verò succo, qui quidem oculis etiam inflammatione laborantibus illinitur. Miscetur & succus acrioribus collyriis pro meconio. Sed & radix vitiligines alphos dictas absterget. Porrò extrahendi succi ratio hæc est: Contusa radix ad dies quinque aqua maceratur, posteà in eadem tantisper decoquitur, dum extent emineántque radices: ac vbi refrixit aqua, linteo excolatur, móxque discoquitur ad mellis crassitudinem,

foliorum al.

fictilique vase reconditur.

De Aristolochia rotunda. Cap. IIII.

ARISTOLOCHIA ex eo nomen accepit, quòd optimè puerperis opitulari credatur. In eius generibus quædam est rotunda, quæ fœmina vocatur. Folijs hæc est hederaceis, cum acrimonia odoratis, subrotundis, mollibus, cum multis ab vna radice germinibus. Sunt verò prælonga quasi sarmenta: flores cádidi pileolorũ similitudine, in quibus quod rubicundum est grauiter olet.

De Aristolochia longa. Cap. V.

Longa autem Aristolochia mascula appellatur & dactylitis: folijs quàm rotunda oblongioribus, ramulis tenuibus, fermè dodrantalibus: flore purpureo, graueolente, qui vbi defloruit, pyro similis euadit. Rotundæ radix in orbem rapi modo conglobatur. Longæ verò, digiti crassitudinem implet, dodrãtalis aut etiam maior. Ambæ colore intus buxeo, gustu amaræ ac virosæ.

De Aristolochia Clematitide. Cap. VI.

Est etiamnum tertia longa, quæ etiam clematitis, quasi sarmentosa seu sarmentitia, vocatur, ramulos habens tenues, folijs refertos subrotundis, minori semperuiuo similibus: flores rutæ: radices longiores, tenues, crasso aromáque redolente cortice vestitas: quæ priuatim vnguentarijs ad vnguentorum spissamenta conducunt. Porrò cæteris quidem venenis resistit rotunda. At longa contra serpentes & venenata drachmæ pondere ex vino bibitur, atque etiam imponitur. Pota, pipere & myrrha additis, purgaméta omnia post partum in vtero relicta, menses & partus eiicit. Eadem quoque efficit subdita in pesso. Sed & rotunda ad eadem ad quæ & antedicta est efficax. Ex abúdanti verò suspirijs, singultibus, horroribus, lieni, ruptis, conuulsis & lateris doloribus, pota cum aqua auxiliatur. Extrahit & imposita aculeos ac spicula, ossiúmque squamas remouet. Vlcera quoque putrida emarginat, sordidáque expurgat, & caua cum iride ac melle explet.

A καὶ ἀποτίθεται ἐν ὀστρακίνῳ ἀγγείῳ.

Περὶ Ἀριστολοχίας στρογγύλης. Κεφ. δ'.

ΑΡΙΣΤΟΛΟΧΙΑ ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἄριστα βοηθεῖν ταῖς λοχοῖς. ἔστι δὲ ἡ μὲν στρογγύλη, θήλεια καλουμένη. φύλλα δ' ἔχει κισσοειδῆ, εὐώδη μετὰ δριμύτητος, ὑποστρόγγυλα, ἁπαλὰ, B παρὰ πολλοῖς βλαστοῖς ἐν μιᾷ ῥίζῃ. τὰ δὲ κλήματα ἐπιμήκη. ἄνθη λευκὰ, οἱονεὶ πιλίσκους. τὸ δ' ἐν αὐτοῖς ἐρυθρὸν, δυσῶδες. — Pα. λοχείαις. — V dele. — V. ἐν μιᾷ ῥίζῃ. — V. [illegible]

Περὶ Ἀριστολοχίας μακρᾶς. Κεφ. ε'.

Ἡ δὲ μακρὰ ἀριστολοχία ἄρρεν καλεῖται καὶ δακτυλῖτις, φύλλα ἔχουσα ἐπιμηκέστερα τῆς στρογγύλης· κλωνία λεπτὰ, C ὡς σπιθαμιαῖα τὸ μέγεθος, ἄνθος πορφυροῦν, δυσῶδες, ὅπερ ἐξανθῆσαν ἀπίῳ παραπλήσιον γίνεται· ῥίζα δὲ τῆς μὲν στρογγύλης, περιφερὴς, γογγυλίδι ὁμοία. ἡ δὲ τῆς μακρᾶς, δακτύλου ἔχει τὸ πάχος, σπιθαμιαία ἢ καὶ μείζων. ἀμφότεραι δὲ τὰ πολλὰ πυξοειδεῖς ἔνδοθεν, πικραί τε τὴν γεῦσιν καὶ βρωμώδεις. — V. [illegible] corr.

D Περὶ Ἀριστολοχίας κληματίτιδος. Κεφ. ς'.

Ἔστι δέ τις καὶ τρίτη μακρὰ, ἥτις καὶ κληματῖτις καλεῖται, κλωνία ἔχουσα λεπτὰ, φύλλοις ὑποστρογγύλοις, ἀειζώου μικροῦ ἐοικότα περίπλεα, ἄνθη ἐοικότα πηγάνῳ· ῥίζας μακροτέρας, λεπτὰς, φλοιὸν ἐχούσας παχὺν καὶ ἀρωματίζοντα, E ἰδίως χρησιμευούσας μυρεψοῖς εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. ποιεῖ δὲ πρὸς μὲν τὰ ἄλλα φάρμακα ἡ στρογγύλη, πρὸς δὲ τὰ ἑρπετὰ καὶ θανάσιμα ἡ μακρά, ὁλκὴ πινομένη μετ' οἴνου καὶ καταπλαττομένη· καὶ τὰ ἐν μήτρᾳ συνιστάμενα πάντα λόχια καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα F ἐκβάλλει, ποθεῖσα μετὰ πεπέρεως καὶ σμύρνης. καὶ ἐν πεσσῷ δὲ προστεθεῖσα, τὰ αὐτὰ δρᾷ. ἡ δὲ στρογγύλη ποιεῖ μὲν πρὸς ἃ καὶ ἡ προειρημένη. ἐκ περισσοῦ δὲ βοηθεῖ ἄσθματι, λυγμῷ, ῥίγει, σπληνὶ, ῥήγμασι, σπάσμασιν, ἀλγήμασι πλευρᾶς, ποθεῖσα μεθ' ὕδατος. ἀνάγει δὲ καὶ σκόλοπας, ἀκίδας, G λεπίδας ὀστῶν καταπλασσομένη ἀφίησι· καὶ σηπεδόνας περιχαράσσει, καὶ τὰ ῥυπαρὰ περικαθαίρει ἕλκη· καὶ τὰ κοῖλα πληροῖ σὺν ἴρεως καὶ μέλιτι. — V. στρογγύλαις μακροτέρας. Οτιὸ [illegible] — Lacuna ex v.c. [illegible]

σμήχει δὲ καὶ οὖλα καὶ ὀδόντας. δοκεῖ δὲ καὶ ἡ κληματῖτις πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖν ἐλλειπεστέρα μέντοι τῇ δυνάμει τῶν προειρημένων. A

Περὶ Γλυκυῤῥίζης. Κεφ. ζ.

V. [illegible]

ΓΛΥΚΥΡΡΙΖΑ γεννᾶται πλείστη ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Πόντῳ· ἔστι δὲ θαμνίσκος, ῥάβδους ἔχων διπήχεις, περὶ οὓς τὰ B φύλλα πυκνά, ἐοικότα σχίνῳ, λιπαρὰ καὶ κολλώδη ἁπτομένῳ. τὸ δὲ ἄνθος ὑακίνθῳ ὅμοιον· καρπὸς δὲ πλατάνου σφαιρίων μέγεθος, τραχύτερος, λοβοὺς ἔχων ὡς φακοῦ, πυῤῥούς, μικρούς· ῥίζαι μακραί, πυξοειδεῖς ὡς γεντιανῆς, ὑπόστρυφνοι, γλυκεῖαι· χυλίζονται ὥσπερ τὸ λύκιον. ποιεῖ C δὲ τὸ χύλισμα πρὸς τραχύτητας ἀρτηρίας· δεῖ δὲ ὑποτιθέντας τῇ γλώττῃ ἀποχυλίζειν· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς καῦσον στομάχου, καὶ πρὸς τὰ ἐν θώρακι καὶ ἥπατι· ψωριάσεις τε κύστεως καὶ νεφρίτιδας πινόμενον μετὰ γλυκέος. ἔστι δὲ ἀποχυλιζόμενον, καὶ τραυματικὸν περιχριόμενον, καὶ στομαχικὸν διαμασώμενον. καὶ D τὸ ἀφέψημα δὲ τῆς ῥίζης προσφάτου πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζει. ἡ δὲ ῥίζα ξηρὰ λειοτριβηθεῖσα, πτερυγίοις καταπαστὸς ἐστὶν ἐπιτήδειος.

V. [illegible] Ita & Orib.
Caste. legit [illegible]
V. addit [illegible]
Al. addunt [illegible]
Addit Lacuna ex v.c. [illegible]
Addit Matthioli cod. [illegible]
V. addit [illegible]
Vulg. [illegible]

Gingiuas denique ac dentes extergit. Creditur & clematitis ad eadẽ pollere: sed efficacia tamen cedit antedictis.

De Glycyrrhiza. Cap. VII.

GLYCYRRHIZA, seu dulcis radix, plurima gignitur in Cappadocia & Ponto. Est vero frutex exiguus, ramis binûm cubitorum altitudine: circa quos folia sunt densa, lentisci, pinguia tactúque glutinosa. Flos est hyacinthi: fructus platani pilularum magnitudinis, asperior, qui siliquas habet lentium modo rufas, & paruas: radices longæ, buxei coloris, vti gentianæ, subacerbæ ac dulces: è quibus succus lycij modo elicitur. Est verò spissatus hic succus ad arteriæ scabritias efficax: verùm oportet vt linguæ subditus eliquescat. Sed & æstuanti stomacho ac thoracis & iocineris vitijs conuenit: necnon ad vesicæ scabiẽ ac renum vitia vtiliter ex passo bibitur. Idem eliquatus sitim sedat, illitúsque vulneribus accommodatur, atque commanducatus prodest oris affectibus. Quin & recentium radicum decoctum ad eadem conuenit. Arida verò radix ad læuorem detrita, pterygijs commodè inspergitur.

Περὶ Κενταυρίου τοῦ μεγάλου. Κεφ. η.

ΚΕΝΤΑΥΡΙΟΝ τὸ μέγα, οἱ δὲ νάρκην καλοῦσι, φύλλα ἔχει καρύᾳ βασιλικῇ ὅμοια, περιμήκη, χλωρὰ ὡς κράμβης, τὸ δὲ περιφερὲς αὐτῶν ἐντετμημένον ὥσπερ πρίων· καυλὸν δὲ ἔχει ὡς λαπάθου δίπηχυν ἢ καὶ τρίπηχυν, παραφυάδας ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχοντα πολλάς, ἐφ' ὧν κεφάλαι ὅμοιαι μήκωνι, ὑπομήκεις ἐν τῇ περιφερείᾳ· ἄνθος κυανίζον· καρπὸς δὲ ὅμοιος κνήκῳ, ἐγκείμενος ὥσπερ ἐν ἐρίῳ τοῖς ἄνθεσι· ῥίζα παχεῖα, στεῤῥά, βαρεῖα, περὶ πήχεις δύο, μεστὴ χυλοῦ, δριμεῖα μετὰ ποσῆς στύψεως καὶ γλυκύτητος, ὑπέρυθρος. φιλεῖ δὲ λιπαρὰν γῆν, εὐήλιον, καὶ δρυμοὺς καὶ λόφους. πλεονάζει δὲ ἐν Λυκίᾳ καὶ Πελοποννήσῳ, ἐν Ἤλιδι καὶ Ἀρκαδίᾳ καὶ Μεσσηνίᾳ, καὶ περὶ Φολόην καὶ Λυκίαν καὶ Σμύρναν. ἁρμόζει δὲ ἡ ῥίζα ῥήγμασι, σπάσμασι, πλευ-

V. omisit [illegible]
V. [illegible]
Addunt nonnulli veteres, [illegible] quam lectionem Hermolaus secutus est.

De Centaurio maiore. Cap. VIII.

CENTAVRIVM magnum, quod aliqui narcen appellãt, folia habet nucis iuglandis, oblonga, viridi brassicæ colore, serrata in ambitu: caulem verò, ceu rumicis, binû aut etiam ternûm cubitorum, multis ab radice adnatis, in quibus capita ceu papaueris, in rotunditate longiuscula: flos cæruleus: ac semen cnico simile, veluti laneis floccis quibusdam inuolutum. Radix est crassa, solida, grauis, ad bina cubita, succi plena, cum quadam astrictione ac dulcedine acris, rubescens. Amat solum pingue & apricum, ac syluas & colles. Cæterùm copiosè nascitur in Lycia, Peloponneso, Helide, Arcadia & Messenia, atque circa Pholoen, Lyciã & Smyrnã. Cõuenit porrò radix ruptis, cõuulsis, pleu-

riticis, dyspnœę, veteri tussi & sanguinē excreantibus: ac siquidē absit febris, in vino: sin minus, ex aqua drachmis duabus trita exhibetur. Similiter quoque ad tormina & vuluæ dolores. Sed & derasa & in collyrij formam vuluæ subdita, mēses atque partus extrahit. Eadē succus etiamnum præstat. Est & illa vulneraria: siquidem recens tusa, aut, si arida fuerit, antè macerata; deindéque tusa, vulnera colligat & conglutinat. Quin & tusam si quis simul cum carnibus coquat, carnes ipsæ cohærescent. Cæterùm Lyciæ incolæ succum ipsius exprimunt, quo pro Lycio vtuntur. Vocata autem fuit Panacea, quoniam inflammationes omnes sedat, ictuúmque impetus lenit: atque calculosos, quibúsque substillum est lotium iniectione sanat. Legitur verò paulò ante Solis exortum, serena tempestate, per quam pleniora perfectioráque sunt omnia.

De Centaurio minore.

Cap. IX.

Centauriū paruū seu tenue, quod aliqui limnæū quasi palustre vocāt, quoniā humecta riguáve amet loca, herba est hyperico aut origano similis: cuius caulis dodrante altior est & angulosus: flores ad lychnidis florum similitudinē è puniceo colore in purpuram vergunt: folia minuta, quadantenus longiora, veluti rutæ: semen tritico simile: radix pusilla, læuis & superuacua. Herba ipsa virens contusa & imposita, vulnera glutinat, vetera vlcera purgat & ad cicatricem perducit. Bilem autem humorésque crassos per aluum exigit, si decocta deuoretur. Ius verò decocti ischiadicis conueniēter infunditur: trahit enim sanguinem, dolorémque leuat. At succus oculorum medicamentis perquàm vtilis: quippe qui quę pupillis caliginem offundunt vnà cum melle discutiat. Vuluæ subditus menses & partus extrahit: peculiariter verò neruorum vitiis epotus prodest. Succi autem extrahendi ratio hæc est: Legitur herba semine prægnās & diebus quinque (aqua) perfunditur, deindéque coquitur, dum aqua superemineat: mox vbi refrixit,

exhibetur

A εἰλικοῖς, δυσπνοίᾳ, βηχὶ παλαιᾷ· αἱμοπτοϊκοῖς ἀπυρέτοις μετ' οἴνου· πυρέσσουσι δὲ, μεθ' ὕδατος < β'. πλῆθος τῆς ῥίζης λείας διδομένης· πρός στρόφους ὁμοίως καὶ ὑστέρας ἀλγήματα. ἀλλὰ δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα εἰς σχῆμα κολλυρίου ξυσθεῖσα καὶ προστεθεῖσα τῇ ὑστέρᾳ. ὅ, τε χυλὸς τὰ αὐ-
B τὰ ποιεῖ· ἔστι δὲ καὶ τραυματική, ὑγρὰ μὲν κοπεῖσα, ξηρὰ δὲ προβραχεῖσα καὶ οὕτω κοπεῖσα. συνάγει γὰρ καὶ κολλᾷ· καὶ τὰ ἑψόμενα δὲ κρέα συνάγει, ἐάν τις αὐτὴν κόψας συνεψήσῃ. Οἱ δὲ ἐν Λυκίᾳ αὐτὴν χυλίζοντες, χρῶνται αὐτῇ ἀντὶ Λυκίου. ἐκλήθη δὲ Πανάκεια, ἐπειδὴ πάντα τὰ
C φλεγμαίνοντα πάθη παύει, καὶ χρούσματα πληγῶν, στραγγουρίας τε παύει ἐν ἐνέμασι, καὶ λιθιῶντας. συνάγεται δὲ τοῦτο ἡλίου μέλλοντος ἀνατέλλειν, ὥρᾳ ἀγονῇ ὅτε πληροῦται ἅπαντα.

Περὶ Κενταυρείου τοῦ μικροῦ.

Κεφ. θ'.

D Κενταύρειον τὸ μικρὸν, ὅ τινες λιμναῖον καλοῦσιν, ἐπειδὴ ἐνίκμοις φιλεῖ τόποις. πόα ὑπερικῷ ἢ ὀριγάνῳ παραπλήσιός ἐστι, καυλὸν ἔχουσα ὑπὲρ σπιθαμὴν, γεγωνιωμένον. ἄνθη ἐν τῷ φοινικῷ ὑποπόρφυρα πρὸς τὰ τῆς λυχνίδος. φύλλα μικρὰ, ὑπομήκη ὥσπερ
E πηγάνου· καρπὸς ὅμοιος πυρῷ· ῥίζα μικρὰ, ἄχρηστος, λεία. Αὕτη κοπτομένη χλωρὰ καὶ καταπλασσομένη, τραυμάτων ἐστὶ κολλητικὴ, ἀνακαθαρτικὴ ἑλκῶν παλαιῶν καὶ ἀπουλωτική. ἀφεψηθεῖσα δὲ καὶ καταπινομένη, ἄγει κατὰ κοιλίαν χολώδη καὶ παχέα. ἐγκλυσμά τε τὸ ἀφέ-
F ψημα αὐτῆς, ἐπὶ τῶν ἰσχιαδικῶν ἁρμόδιον· ἄγει αἷμα καὶ κουφίζει. ὁ δὲ χυλὸς πρός τε τὰ ὀφθαλμικὰ εὔχρηστος, ἀποκαθαίρων τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις σὺν μέλιτι· καὶ ἐν προσθέτῳ ἐμμηνίων ἀγωγὸς καὶ ἐμβρύων· ποθεὶς δὲ, ἁρμόζει τοῖς περὶ τὰ νεῦρα πάθεσιν ἰδίως. Χυ-
G λίζεται δὲ ἡ πόα συλλεγομένη ἐγκύμων οὖσα σπέρματος, καὶ ἀποβρεχομένη ἡμέρας ε'. εἶτα ἕψεται ἄχρις ἂν ὑπερέχοι τὸ ὕδωρ. ἔπειτα τούτου ψυχθέντος,

V. non habent.

Hæc ad finē vsque accreuere. In vtroque vetusto cod. ea addi testatur Goupylus hoc loco... quæ ser ptura ab Hermolao recepta est.

Addit Lacuna ex v. c. καὶ λεπτοῖς

Cam... quo modo habetur apud Plinii.

V. ...

Quidam addunt ... quas voces ignoscit Marcellus.

Cæte... quo modo legit Cornarius.

V. quidam addunt ...

Epito ...

χυλίζεται δι᾽ ὀθονίου θλιβείσης τῆς πόας, καὶ πάλιν ἕψεται μέχρι μελιτώδους συστάσεως. ἔνιοι δὲ χλωρὰν ἐγκύμονα αὐτὴν κόψαντες, ἐκθλίβουσι τὸν χυλὸν, καὶ βαλόντες εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον ἀπίσσωτον, ἐν ἡλίῳ συστρέφουσι, κινοῦντές τι ἀεὶ ξύλῳ. καὶ τὸ προσεπιπηγνύμενον ἀεὶ ξύοντες, καὶ τῷ ὑγρῷ μίσγοντες, σκεπάζοντές τε νυκτὸς ἐπιμελῶς· ἡ γὰρ δρόσος κωλυτικὴ τῆς τῶν ὑγρῶν χυλῶν συστάσεως καθέστηκεν. ὅσα μὲν οὖν ἐκ ξηρῶν τῶν ῥιζῶν ἢ τῶν βοτανῶν ἐγχυλίζεται, ἑψόμενα σκευάζεται, ὡς ἡ γεντιανή. ὅσα δὲ ἐκ φλοιῶν ὑγρῶν ἢ ῥιζῶν ἢ βοτανῶν ἐκθλιβομένων, ἐν ἡλίῳ συστρέφονται, ὡς προείρηται. οὕτω καὶ ἡ θαψία καὶ μανδραγόρα καὶ ὄμφαξ, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις χυλίζεται. λύκιον μέντοι καὶ ἀψίνθιον καὶ ὑποκιστὶς καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἑψόμενα συστρέφονται ὃν τρόπον προείρηται.

Al. [illegible]

V. [illegible]

exprimitur & per linteolum excolatur. Expressum (reiecto spissamento) iterū coquitur, vsque dū mellis crassitudinem asciscat. Nonnulli eandem illam virentem prægnantémque semine contundunt, ex eáque succum exprimunt: quem fictili non picato inditum in sole lignea rude assiduè mouentes inspissant. Quòd si quid concretum vasi adhæręscat, identidem deradunt, reliquóque liquori permiscent. Noctu verò diligenter operiunt: quoniam ros liquidos succos coire densarique prohibet. Quicunque igitur succi è siccis radicibus aut herbis eliciuntur, coctura præparantur, veluti gentianæ succus. Qui verò ex recentibus corticibus, radicibus herbisve expressis: ad solem, vti antè dictum est, inspissantur. Hoc modò è thapsia, mandragora, vuis acerbis, cæterisque id genus succus elicitur. At lycium, absinthium, hypocisthis, & consimilia, coctura, eo quo dictum est modo, coguntur & inspissantur.

Περὶ Χαμαιλέοντος λευκοῦ. Κεφ. ι.

ΧΑΜΑΙΛΕΩΝ λευκὸς, ἰξίαν τοῦτον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἐν τισι τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι περὶ τὰς ῥίζας αὐτοῦ, ᾧ καὶ ἀντὶ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. ἔχει φύλλα ὅμοια σιλύβῳ ἢ σκολύμῳ, τραχύτερα δὲ καὶ ὀξύτερα καὶ ἰσχυρότερα τοῦ μέλανος· καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει, ἀλλ᾽ ἀφίησιν ἐκ τοῦ μέσου ἄκανθαν, ὁμοίαν ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἢ κινάρᾳ· ἄνθη δὲ πορφυρώδη, ὥσπερ τρίχας ἐκπαππουμένας· καρπὸν δὲ κνίκῳ παραπλήσιον· ῥίζαν ἐν μὲν τοῖς εὐγείοις γεωλόφοις παχεῖαν, ἐν δὲ τοῖς ὀρεινοῖς ἰσχνοτέραν, λευκὴν διὰ βάθους, ὑπαρωματίζουσαν, βαρύοσμον, γλυκεῖαν. ἥτις ποθεῖσα ὀξυβάφου πλῆθος, ἀναιρεῖ ἕλμινθας πλατείας. λαμβάνεται δὲ σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ μετὰ ὀριγάνου ἀποζέματος, καὶ ὑδρωπικοῖς δὲ ἐπιτηδείως δίδοται ὁλκὴ σὺν οἴνῳ· ἰσχναίνει γὰρ αὐτούς· καὶ πρὸς δυσουρίαν δὲ ἀφέψημα αὐτῆς πίνεται· ἔστι δὲ καὶ θηριακὴ, σὺν οἴνῳ ποθεῖσα. ἀποκτείνει καὶ κύνας καὶ ὗς, καὶ μύας, σὺν ἀλφίτῳ πεφυραμένη, καὶ ὑδρελαίῳ διεθεῖσα.

Vterque Goupy- [illegible]

De Chamæleone albo. Cap. X.

CHAMÆLEONEM album ideò ixian appellarunt, quòd quibusdam in locis viscum ad ipsius radices inueniatur, quo etiā pro mastiche vtuntur mulieres. Folia habet silybo aut carduo similia, sed chamæleonis nigri folijs asperiora, acutiora atque validiora. Caulem non promit: verùm ex medio spinam echino marino aut cinaræ similem erigit: flores verò emittit purpurascentes, capillorū figura, qui in pappos euanescunt: semen cnici simile: radicem in lætis quidem collibus crassam, in montosis verò graciliorem, in profundo albam, aliquatenus aromaticam, odore graui, dulcem. Hæc pota acetabuli mensura, latum ventris lumbricum pellit. Sumitur verò in vino austero cum origani decocto. Hydropicis quoque commodè drachma in vino datur: etenim eos extenuat. Ipsius quoque decoctum contra difficultatem vrinæ bibitur. Aduersatur & in vino pota virulentarum bestiarum venenis. Canes autem, suésque ac mures occidit, subacta cum polenta, aquáque & oleo diluta.

De Chamæleone nigro. Cap. XI.

Chamæleon niger & ipse folijs scolymo similis est: ipsa tamen habet minora, tenuioráque ac rubro distincta. Caulem verò producit digitali crassitudine, dodrantalem ac subrubrum: qui quidem vmbellam gerit, floresq; spinosos, tenues, hyacinthi æmulos & versicolores. Radix est crassa, nigra, densa, interdú & exesa: quæ quidem dissecta flauescit, & commanducata mordendi vim habet. Prouenit in campis aridis cliuosisque, & maritimis locis. Radix trita, additis atramenti sutorij exiguo, cedrino oleo & axũgia, psoras tollendi vi pollet. Eadem vnà cum sulphure ac bitumine in aceto decocta inunctáque, lichenas abstergit. Eius autem decoctũ collutione dentium dolores mitigat. Sed & cum pari pipere & cera oblita radix, dẽtium doloribus auxiliatur. Fouentur & ea dentes in aceto decocta & affusa. Dolentem quoq; dentem comminuit, si per stylũ calida illi adhibeatur. Maculas verò depurgat à sole contractas, & vitiligines cum sulphure emendat: septicis medicamentis admiscetur, ac denique imposita, phagedænica efferatáque vlcera sanat & extirpat. Cæterùm vt vocetur chamæleo, foliorũ varietate euenit. Nam pro locorum differentijs, hîc intensè viridia, illic albicantia, alibi cyanea, alibi denique rubra reperiuntur.

De Crocodilio. Cap. XII.

CROCODILIVM chamæleonis nigri figuram habet. Nascitur autem in syluosis, radice longa, leui, aliquantum lata, odore, vt nasturtij, * acri. (Pl. aspero) Feruefacta in aqua & pota radix, valet ad copiosum sanguinem per nares pellendum. Datur & lienosis, eos euidenter adiuuans. Sed & semen ei rotundum est ac duplex, veluti scutum, quod quidem vrinam ciendi vim habet.

De Dipsaco. Cap. XIII.

DIPSACVS quoque aculeatarum stirpium generi ascribitur. Caulem habet altum, spinis horridum, & folia caulem amplectentia lactucæ foliorum æmula, bina in singulis geniculis, prælonga: quæ &

A Περὶ Χαμαιλέοντος μέλανος. Κεφ. ια΄.

Χαμαιλέων μέλας, * καὶ αὐτὸς τοῖς φύλλοις σκολύμῳ ἔοικεν. ἐλάττονα μέντοι καὶ λεπτότερα καὶ διέρυθρα ἔχει ταῦτα. καυλὸν δὲ αἴρει δακτύλου τὸ πάχος, σπιθαμιαῖον, ὑπέρυθρον· * ἔχει σκιάδιον καὶ ἄνθη ἀκανθώδη, λεπτά, ὑακινθίζοντα, ποι-
B κίλα. ῥίζα δὲ παχεῖα, μέλαινα, πυκνή, ἐνίοτε δὲ καὶ βεβρωμένη, σχισθεῖσα δὲ ὑπόξανθος, διαμασηθεῖσα δηκτική. φύεται δὲ ἐν πεδίοις ξηροῖς καὶ βουνώδεσι τόποις καὶ παραθαλασσίοις. δύναται δὲ ἡ ῥίζα λεία, μιχθέντος αὐτῇ χαλκάνθου ὀλίγου καὶ κεδρίνου ἐλαίου καὶ ὀξυγγίου, ψώρας ἐξάγειν. σμήχει
C δὲ καὶ λειχῆνας, θεῖον καὶ ἄσφαλτον προσλαβοῦσα, καὶ συνεψηθεῖσα ὄξει καὶ καταχρισθεῖσα. διακλυζόμενον δὲ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς, ὀδονταλγίας παύει· μετὰ ἴσου δὲ πεπέρεως καὶ κηροῦ περιπλασσομένη, τοῖς ἀλγοῦσιν ὀδοῦσι βοηθεῖ. καὶ πυριῶνται δὲ δι᾽ αὐτῆς οἱ ὀδόντες, καθεψηθείσης σὺν ὄξει καὶ
D καταντλουμένης. [illegible] διαγραφεῖσα θερμὴ τῷ ἀλγοῦντι ὀδόντι, θρύπτει αὐτόν. ἐφηλίδας δὲ ἀποκαθαίρει καὶ ἀλφοὺς μετὰ θείου. μίγνυται δὲ ταῖς δυνάμεσι τῶν σηπτικῶν. καὶ τὰ φαγεδαινικὰ ἕλκη καὶ τὰ τεθηριωμένα καταπλασθεῖσα, ἀνασκευάζουσα θεραπεύει. ὀνόμασται δὲ χαμαιλέων, διὰ
E τὸ ποικίλον τῶν φύλλων· εὑρίσκεται γὰρ ἢ λίαν χλωρὰ τὰ τοιαῦτα, ἢ ὑπόλευκα, ἢ κυανοειδῆ, ἢ ἐρυθρά, παρὰ τὰς τῶν τόπων διαφοράς.

Περὶ Κροκοδειλίου. Κεφ. ιϐ΄.

ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΙΟΝ ὅμοιόν ἐστι τῷ μέλανι χαμαιλέοντι. φύεται δὲ ἐν τόποις δρυμώδεσι, ῥίζαν ἔχον μακράν, * λεί-
F αν, ὑπόπλατυν, ὀσμὴν δριμεῖαν, ὁμοίως καρδάμῳ. ἰσχύει δὲ ἡ ῥίζα ζεσθεῖσα ἐν ὕδατι καὶ ποθεῖσα, ἄγειν πολὺ αἷμα διὰ ῥινῶν. δίδοται δὲ καὶ σπληνικοῖς ἐναργῶς ὠφελοῦσα. καὶ τὸ σπέρμα αὐτῆς διουρητικῆς ὑπάρχει δυνάμεως, * περιφερὲς ὂν καὶ διπλοῦν ὡς ἀσπίς.

G Περὶ Διψάκου. Κεφ. ιγ΄.

ΔΙΨΑΚΟΣ τῶν ἀκανθωδῶν ἐστι καὶ αὐτή. καυλὸν δὲ ἔχει ὑψηλόν, ἀκανθώδη, φύλλα περιειληφότα τὸν καυλόν, ἐμφερῆ θριδακίνης, δύο καθ᾽ ἕκαστον γόνυ, * προμήκη,

Manuscriptus recentius à [illegible] ἐπιμελῶς ... Orib. ... [illegible]

Vetus vsque ad (δριμεῖαν) caret. Locus hic ... sic legitur, ... δριμεῖαν, ὑπόπλατυν, quæ lectio probata est veteri Interpreti & Hermol. Barbaro.
V. ἐν ὕδατι.
Corn. ἐν ὄξει legit.
Al. [illegible] quidam verò legunt [illegible]
V. omittit.
Ista nonnulli adscititia censent & ex Tordylij historia huc perperam translata.
V. caret.
V. [illegible]

ἀκανθώδη καὶ αὐτά, ὥσπερ τινὰς πομφόλυγας ἐπὶ μέσης τῆς ῥάχεως, ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν ἔχοντα ἀκανθώδεις, κοιλίδας δὲ περὶ τὰ δύο μέρη τῶν φύλλων, ὥστε ὕδατα ἀπὸ τῶν δρόσων καὶ τῶν ὄμβρων συλλέγειν, ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα εἴληχεν. ἐπ᾽ ἄκρου δὲ τοῦ καυλοῦ καθ᾽ ἑκάστην ἀπόφυσιν, κεφαλὴ μία ἐοικυῖα ἐχίνῳ, ὑπομήκης, ἀκανθώδης· ξηρανθεῖσα δὲ λευκὴ φαίνεται. ἔχει δὲ καὶ σκωλήκια κατὰ μέσον τὴν ἐντεριώνην διαιρεθεῖσα ἡ κεφαλή. Ἡ ῥίζα δὲ ταύτης σὺν οἴνῳ ἀφεψηθεῖσα, καὶ κοπεῖσα, κηρωτῆς λαβοῦσα πάχος, τὰς ἐν δακτυλίῳ ῥαγάδας καὶ σύριγγας ἐπιτιθεμένη θεραπεύει. ἀποτίθεσθαι δὲ δεῖ τὸ φάρμακον εἰς χαλκῆν πυξίδα. φασὶ δὲ καὶ μυρμηκιῶν αὐτὸ καὶ ἀκροχορδόνων ἴαμα εἶναι. οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς σκώληκες εἰς κυστίδα ἐνδούμενοι, καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἱστορεῖται τεταρταϊκοὺς θεραπεύειν.

In altero est [illegible] V. addit [illegible] V. [illegible]

Al. [illegible]

Ald. μυρμηκίας

Ald. [illegible]

Al. [illegible]

ipsa aculeata sunt, ac ceu quasdam bullas in dorsi medio intus forisque spinosas habent: concauos autem sinus, qua parte bina illa folia ad geniculum copulantur, quibus aquas ex rore & imbribus in sese colligunt: vnde & dipsaci, quasi sitientis, nomen traxit. At in cacumine caulis singulis surculis singula insunt capitula, echino similia, oblonga & aculeata: quæ quidē arefacta candida spectantur, diuisa verò per longitudinem in media medulla vermiculos ostendũt. Huius radix è vino decocta tusáque, vsquedum sit cerati crassitudo, sedis rimas & fistulas immissa sanat. Verùm hoc medicamentum æneo pyxide recondēdum. Aiunt & ipsum myrmecijs verrucísque pensilibus remedio esse. Cæterùm capitulorũ vermiculi folliculo illigati, & collo brachióve appensi, quartanas febres excutere perhibentur.

Περὶ Ἀκάνθας λευκῆς. Κεφ. ιδ΄.

Ἄκανθα λευκὴ φύεται ἐν ὄρεσι καὶ ὑλώδεσι τόποις, φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντι λευκῷ ἐμφερῆ, στενότερα δὲ καὶ λευκότερα, ὑποδάσεα, ἀκανθώδη· καυλὸν ὑπὲρ δύο πήχεις, δακτύλου τοῦ μεγάλου ἢ καὶ μείζονος πάχος, ὑπόλευκον, κενὸν ἔνδοθεν. ἐπ᾽ ἄκρου δὲ αὐτοῦ κεφαλὴ περίεστιν ἀκανθώδης, ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἐμφερής, πλὴν ἐλάσσων καὶ ὑπομήκης· ἄνθη πορφυρᾶ, ἐν οἷς τὸ σπέρμα ὡς κνίκος, στρογγυλώτερον δέ. Ταύτης ἡ ῥίζα πινομένη ποιεῖ πρὸς αἱμοπτοϊκούς, στομαχικούς, κοιλιακούς· οὐρεῖ τε κινεῖ, καταπλάσσεταί τε πρὸς οἰδήματα. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς πρὸς ὀδονταλγίας ποιεῖ διακλυζόμενον. τὸ δὲ σπέρμα πινόμενον, παιδίοις σπωμένοις βοηθεῖ, καὶ ἑρπετοδήκτοις. φασὶ δὲ ὅτι περίαπτον ὂν αὐτοῦ θηρία διώκει.

Vet. [illegible] Marcellus [illegible] legendum suspicatur.

V. [illegible]

V. addit [illegible]

V. [illegible] & [illegible]

De Spina alba. Cap. XIIII.

Spina alba nascitur in mõtibus & locis syluosis. Folia fert chamęleōtis albi, sed angustiora & candidiora, aliquantum hirsuta & aculeata: caulē supra bina cubita altum, pollicari aut etiam ampliore crassitudine, candicantem ac intus cauum: cuius in cacumine capitulũ est spinosum echini marini æmulum, at minus & oblongum. Flores purpurei, in quibus semen ceu cnici, sed rotundius. Huius radix pota sanguinem excreantibus, stomachicis, cœliacisque confert: vrinam ciet, ac œdematis imponitur. Eiusdē decoctũ ad dolorem dentium collutione efficax est. At epotum semen, conuulsis puerulis, & à serpente demorsis, auxiliatur. Sed & venenata animalia pro amuleto gestatum abigere traditur.

Περὶ Ἀκάνθας Ἀραβικῆς. Κεφ. ιε΄.

Ἄκανθα Ἀραβικὴ ἐοικυῖα τὴν φύσιν εἶναι δοκεῖ τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, στύφουσα· ἔστι πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον, καὶ πρὸς ἀναγωγὴν αἵματος, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ῥευματισμοὺς ἡ ῥίζα παραπλησίως ἁρμόζει.

Quiddam addit [illegible]

De Spina Arabica. Cap. XV.

Spina Arabica natura spinæ albæ similis esse creditur. Siquidem astringit: & ad fluxum muliebrem, sanguinis reiectionem, cæterásque fluxiones radix simili modo valet.

De Scolymo, seu carduo. Cap. XVI.

SCOLYMVS folia habet chamæleonis, & spinę quæ alba dicitur: at nigriora & crassiora. Caulem edit longum, folijs obsitum, in quo capitulum est spinosum. Radix subijcet nigra, crassa: quæ suapte vi alarum reliquique corporis graueolétiam emendat, seu inspersa, seu decocta in vino ac bibita. Copiosam enim vrinam fœtidámque expellit. Herba verò recens nata, si asparagi modo elixetur, oleris vicem subit.

De Poterio. Cap. XVII.

POTERIVM Iones neurada vocant. Grandis est frutex, ramulis lõgis, mollibus, lori modo lentis ac flexilibus, tenuibus, tragacanthæ proximis: folijs vero paruis & rotũdis. Totus autem frutex tenui obducitur lanosa lanugine, éstque spinis horridus. Flores sunt parui, candidi: semẽ verò gustu odoratum & acre, sed nullius vsus. Nascitur in sabulosis locis, atque collibus. Radices subsunt binûm ternúmve cubitorum altitudine, firmæ ac neruosę: quæ proxime terram recisę, lachrymam fundunt gummi similem. Tusæ autem ac illitæ, præcisos neruos vulneráque glutinant. Decoctum quoque eius epotum, vitijs neruorum prodest.

De Acanthio. Cap. XVIII.

ACANTHIVM folia gerit spinæ albæ similia, in summo verò eminentias aculeatas, araneosa lanugine obductas, è qua collecta textáque vestes bombycinis similes fieri aiunt. Ipsa radix foliáque potu, opisthotono laborantibus auxiliantur.

De Acantha seu acantho. Cap. XIX.

ACANTHA, seu herpacantha, (quasi serpens spina,) nascitur in hortis, petrosis ac humentibus locis. Folia habet lactucaceis latiora multò & longiora, erucæ diuisura, nigricantia, pinguia ac læuia: caulẽ læuem, binûm cubitorum, digitali crassitudine, propè verticem ex interuallis foliolis quibusdam, ceu alueolis, circundatum oblongis,

A Περὶ Σκολύμου. Κεφ. ιϛ'.

ΣΚΟΛΥΜΟΣ φύλλα ἔχει χαμαιλέοντος καὶ τῆς λευκῆς ἀκάνθης λεγομένης, μελάντερα δὲ καὶ παχύτερα· καυλὸν ἀνίησι μακρὸν, περίπλεων φύλλων, ἐφ' οὗ κεφαλὴ ἀκανθώδης· ῥίζα δὲ ὕπεστι μέλαινα, παχεῖα, ἧς δύναμις ποιεῖ πρὸς τοὺς ἔχον-

B τας τὰς μασχάλας καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα δυσώδεις, καταπλασσομένη, καὶ ἀφεψηθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ πινομένη. ἄγει δὲ οὖρα πολλὰ καὶ δυσώδη. ἡ δὲ πόα ἀρτιφυὴς οὖσα, λαχανεύεται ἑφθὴ ὥσπερ ἀσπάραγος.

Περὶ Ποτηρίου. Κεφ. ιζ'.

ΠΟΤΗΡΙΟΝ, Ἴωνες δὲ νευράδα καλοῦσι, θάμνος ἐστὶ μέγας, κλῶνας ἔ-

C χων μακροὺς, μαλακοὺς, ἱμαντώδεις, λεπτοὺς, ἐμφερεῖς τραγακάνθῃ· φύλλα μικρὰ, περιφερῆ. ὅλος δὲ ὁ θάμνος περιέχει λεπτὸν χνοῦν ἐριώδη, [καὶ ἔστιν ἀκανθώδης. ἄνθη μικρὰ, λευκὰ, καρπὸν δὲ γευομένῳ εὐώδη καὶ δριμὺν, ἄχρηστον. φύεται

D ἐν ἀμμώδεσι καὶ γεωλόφοις χωρίοις. ῥίζαι δὲ ὕπεισι πήχεων δύο ἢ τριῶν, ἰσχυραὶ, νευρώδεις· αἵ τινες πρὸς τῇ γῇ ἀποτμηθεῖσαι, ἀνιᾶσι δάκρυον κόμμει ὅμοιον. κοπεῖσαι δὲ καὶ ἐπιπλασθεῖσαι, νεύρων διακοπὰς καὶ τραύματα κολλῶσι. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς πινόμενον, ταῖς περὶ νεῦρα

E διαθέσεσιν ἁρμόζει.

Περὶ Ἀκανθίου. Κεφ. ιη'.

ΑΚΑΝΘΙΟΝ ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχὰς, [καθ' ἃς ἀραχνοειδής ἐστι χνοῦς. ὃν συλλεγόμενον καὶ ὑφ' ἓν τιθέμενον, βαμβακοειδὴς γίνεται. ταύτης ἡ

F ῥίζα καὶ τὰ φύλλα ὀπισθοτονικοῖς βοηθεῖ, πινόμενα.

Περὶ Ἀκάνθης. Κεφ. ιθ'.

ΑΚΑΝΘΑ, ἢ ἑρπάκανθα, φύεται ἐν παραδείσοις, καὶ ἐν πετρώδεσι καὶ παρύγροις χωρίοις· ἔχει δὲ πλατύτερα φύλλα πολλῷ καὶ μακρότερα θρίδακος, ἐσχισμένα ὡς τὰ τοῦ εὐζώμου, ὑπομέλα-

G να, λιπαρὰ, λεῖα· καυλὸν λεῖον, δίπηχυν, πάχος δακτύλου, ἐκ διαστημάτων πρὸς τῇ κορυφῇ περιειλημμένον φυλλαρίοις τισὶν, οἱονεὶ κυτταρίοις ὑπομήκεσιν,

Lacuna ex V. c. ... Sic Paulus V. quidam ... Deest in Ald. V. ... V. addit ... Alter pro μικρὰ habet ... Alter ... V. omittit conclusa. Sic Ald. cod. & Orib. Par caret. Sic V. & Lac. vulg. ... V. interponit ... V. & Catac. ... Vulgata scriptura bona est. Coup. V. ... V. inserit ... V. epit. addit ... Vulg. exemp. cõclusa non habent. Al. ... Quidam ad marginem ... In extremo alius C. habet ... V. ... & margo ... V. ... Cat. ...

ὑακινθώδεσιν, ἐξ ὧν ὁ ἄνθος προΐεται λευκόν· σπέρμα ὑπόμηκες, μήλινον· θυρσοειδὴς δὲ ἡ κεφαλή. ῥίζαι δὲ ὕπεισι γλίσχραι, μυξώδεις, ἔμπυροι, μακραί. αἵ τινες πυρικαύστοις καὶ στρέμμασιν ἁρμόζουσι καταπλασσόμεναι· πινόμεναι δέ, οὖρα ἄγουσι, καὶ κοιλίας ἱστᾶσι. φθισικοῖς τε καὶ ῥήγμασι καὶ σπάσμασιν ὠφελοῦσιν.

Περὶ ἀγρίας Ἀκάνθης. Κεφ. κ΄.

Γίνεται δὲ καὶ ἀγρία ἄκανθα, ὁμοία σκολύμῳ, ἀκανθώδης, βραχυτέρα τῆς ἐν παραδείσῳ καὶ ἡμέρου. δύναται δὲ καὶ ἡ ταύτης ῥίζα, ὅσα καὶ ἡ περὶ αὐτῆς.

Περὶ Ἀνωνίδος. Κεφ. κα΄.

ΑΝΩΝΙΣ, οἱ δὲ ὀνωνίδα καλοῦσι, κλῶνας σπιθαμιαίους καὶ μείζονας, θαμνοειδεῖς, πολυγονάτους, μασχάλας ἔχοντας πολλάς, κεφάλια περιφερῆ, φυλλάρια μικρά, λεπτά, ὥσπερ φακοῦ, ἰσοειδῆ τοῖς τοῦ πηγάνου ἢ λωτοῦ τοῦ ἐν χορτοκοπείοις, ὑποδάσεα, εὐώδη, οὐκ ἀηδῶς ὄζοντα. ταριχεύεται δὲ πρὸ τοῦ ἀκανθοφυῆσαι, καί ἐστιν ἡδίστη. ἔχουσι δὲ οἱ κλάδοι ἀκάνθας ὀξείας, σκολοπώδεις, στερεάς. ῥίζα δὲ λευκή, θερμαντική, λεπτυντική· ἧς ὁ φλοιὸς πινόμενος σὺν οἴνῳ, οὖρα ἄγει, καὶ λίθους θρύπτει, ἐσχάρας περιρρήττει. ἀφεψηθεῖσα δὲ ἐν ὀξυκράτῳ καὶ διακλυζομένη, πόνους ὀδόντων παρηγορεῖ.

Περὶ Λευκακάνθης. Κεφ. κβ΄.

ΛΕΥΚΑΚΑΝΘΑ, ταύτης ἡ ῥίζα ὁμοία κυπείρῳ, πικρά, ἰσχυρά· ἥτις μασηθεῖσα, ὀδονταλγίας παραμυθεῖται. τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῆς σὺν οἴνῳ κυάθων τριῶν ποθέν, βοηθεῖ πλευριτικοῖς χρονίοις, καὶ ἰσχιαδικοῖς, ῥήγμασι, σπασμοῖς. καὶ τὸ χύλισμα δὲ τῆς ῥίζης, τὰ αὐτὰ ποιεῖ πινόμενον.

Περὶ Τραγακάνθης. Κεφ. κγ΄.

ΤΡΑΓΑΚΑΝΘΑ, ῥίζα ἐστὶ πλατεῖα καὶ ξυλώδης, φαινομένη δὲ καὶ ὑπὲρ γῆς· ἀφ' ἧς κλάδοι ταπεινοί, ἰσχυροί, κεχυμένοι δὲ ἐπὶ πολύ. καὶ ἐπ' αὐτῶν φυλλάρια πολλὰ μεταξὺ λεπτά, ἀκάνθας ἔχοντα ἐγκεκρυμμένας τοῖς φύλλοις, λευκάς, ἰσχυράς, ὀρθάς. ἔστι δὲ ἡ τραγάκανθα,

Par. ἀκανθώδεσιν
V. λευκόν
V addit ὑπόλευκοι
Alter ἄγουσι, & V. non habet quæ sequuntur.
G. Hoc caput est coniunctum cum superiore in veteribus libris. Quidam, ἐγχώριος οἷα ἐμφερὴς σκολύμῳ
Non habet Orib.
V. caret iis quæ conclusa sunt
In altero vox θερμαντικὴ deest: sed ... ... cesset Goup. ... Caleon intelligi potest, & res ipsa ostendit.
V. hac voce caret
V. caret
V. addit, καὶ σπασμοῖς. Alter codex habet hæc verba ascripta. τὸ δὲ ... ... quam scripturã Hermolaus expressit. Sed non esse Diosc. ex eo conijcere licet, quòd Plin. & Vet. interpretes eam non agnoscunt. Goup.
V. codices λευκάκανθαν.
Matth. ἰσχυρὰ, valde.
Vulg. exemp. χολώδη.
Orib. addit πυκνοί.
In altero codice adiectum μικρά.

A hyacinthinis, è quibus flos prodit albus, ſemen oblongum ac luteum: caput verò thyrſi ſpecie. Radices ſubiacent viſcoſæ, mucoſæ, ruſæ ac longæ: quæ quidem ambuſtis igni luxatiſque impoſitæ proſunt: potæ verò vrinam cient, aluúmque cohibent. Phthiſicis quoque, ruptis & conuulſis ſubueniunt.

B *De Acantha Syluestri.*

Cap. XX.

Eſt & ſyluestris acantha, carduo ſimilis, aculeata, breuior ſatiua, eâq; quæ in hortis prouenit. Eius verò radix ad eadem ad quæ ſuperior eſt efficax.

De Anonide. Cap. XXI.

C ANONIS, quam aliqui ononida appellant, ramos habet dodrátales ac etiamnum maiores, fruticoſos, frequentibus geniculis cinctos, multis alarum cauis prǽditos, itémque capitulis rotundis: foliolis verò puſillis, tenuibus ceu léticulę, ad rutę aut pratenſis loti folia accedétib⁹, ſubhirſutis, odoratis, nec iniucundè olentibus. Muria conditur D antequam ſpinas producat, éſtque cibis gratiſſima. Ramuli porrò ſpinis acutioribus, ac ſpiculorum inſtar ſolidis, horrent. Radix verò cádida eſt, quę excalfacit & extenuat. Huius cortex ex vino potus vrinam ciet, & calculos comminuit: idem vlcerum cruſtas emarginat. Cæterùm radix decocta in poſca, dentiũ E dolorem collutione mitigat. (Huius quoque decoctum potum hęmorrhoïdas ſanare creditur.)

De Leucacantha. Cap. XXII.

LEVCACANTHA radice eſt cyperi, amara, & valida: quę quidé cómanducata dentium doloré ſedat. Ipſius verò decoctum cyathis tribus F ex vino potum, veteri laterum dolore vexatis, iſchiadicis, ruptis & cõuulſis auxiliatur. Sed & epotus radicis ſuccus eoſdé præbet effectus.

De Tragacantha. Cap. XXIII.

TRAGACANTHÆ radix lata eſt & lignoſa, ac ſupra terram etiam G eminet: à qua ſurculi humiles, robuſti, latiſſimè fuſi: & in ipſis foliola numeroſa, tenuia, inter quæ aculei ſeſe ꝑferũt, quos ipſa occulũt, cádidi, firmi rectiq;. Eſt & tragacãtha, lachryma

al. ſibi veſpe ...
vel ex ſtercoſis ... bus
al. margines vlcerum ... dit

lachryma quæ super resecta radice concrescit: quo in genere præstat pellucens, læuis, gracilis, sincera ac subdulcis. Vim porrò habet æquè ac gummi cutis spiracula obstruendi. Huius autem increbuit vsus ad oculorum medicamenta, itémque ad tussim, exasperatas fauces & vocem interceptam atque destillationes, cum melle in delinctu. Sed & linguæ subdita liquescere sinitur. Bibitur quoque drachmæ pōdere in passo macerata contra renū dolorem & vesicæ rosionem, mixto cornu cerui vsto & eloto, aut scissi aluminis momento.

De Eryngio. Cap. XXIIII.

ERYNGIVM est in aculeatarum stirpium genere: cuius folia primo germinatu muria condita in cibos oleris vice recipiuntur. Lata autem sunt & extremo ambitu aspera, gustu aromatica. Sed vbi augescunt, circa complures caulium eminentias in spinas aculeantur, in quorū summitatibus globosa sunt capitula spinarum acutissimarum durarúmque ambitu stellatim circumuallata. Horum color aliâs viridis, nunc pallidus, aliâs albus, interdum etiam cæruleus inuenitur. Radix oblōga, lata, in superficie quidē nigra, intus vero albicans, pollicis crassitudine: quę & ipsa odorata est, & aromaticū quiddam resipit. Nascitur in campestribus & asperis locis. Vim porrò habet calfactoriā: pota mēses vrinásque pellit, ac tormina inflationésque discutit. Hepaticis quoque, venenatorum morsibus, & ijs qui venenum hauserunt cum vino succurrit. Bibitur verò vtplurimùm drachmæ pondere cum pastinacæ semine. Cæterùm tum amuleti instar adalligata, tū & illita discutere tubercula perhibetur. Pota verò cū hydromelite radix, opisthotonicis & comitialib⁹ medetur.

De Aloë. Cap. XXV.

ALOE folium habet scillæ similitudine, crassum, pingue, in rotūdo modicè latum, retrorsum pandum. Sed vtrinque habent folia ex obliquo spinulas raris interuallis prominentes, easque breues & quasi decurtatas. Caulem verò profert antherico non dissimilem,

A δάκρυον τῆς ῥίζης ἀποτμηθείσης ἐπισυνιστάμενον· ἧς διαφέρει ἡ διαυγὴς καὶ λεία καὶ ἰσχνὴ καὶ καθαρὰ καὶ ὑπόγλυκυς.

Δύναμιν δ᾽ ἔχει ὁμοίαν κόμμει ἐμπλαστικήν. χρῆσις δ᾽ αὐτῆς εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, καὶ πρὸς βῆχας, καὶ πρὸς τὰς περὶ ἀρτηρίαν τραχύτητας, καὶ φωνῆς ἀ-

B ποκοπὰς, καὶ ἐπισταγμοὺς ἐν ἐκλεικτῷ σὺν μέλιτι· ἀποχυλίζεται τε ὑποτεθεῖσα τῇ γλώσσῃ, καὶ πίνεται δὲ ἀποβραχεῖσα ἐν γλυκεῖ < α. πλῆθος, πρὸς νεφρῶν ὀδύνην καὶ κύστεως δῆξιν, μιγνυμένου αὐτῇ κέρατος ἐλαφείου κεκαυμένου καὶ πεπλυμένου, ἢ στυπτηρίας σχιστῆς ὀλίγης.

C Περὶ Ἠρυγγίου. Κεφ. κδ΄.

ΗΡΥΓΓΙΟΝ τῶν ἀκανθωδῶν ἐστιν· ἧς ἐν ἀρχῇ τὰ φύλλα λαχανεύεται εἰς ἀρτυσίας συντιθέμενα. ἔστι δὲ πλατέα, τραχέα τοῖς πέριξ, ἀρωματίζοντα τῇ γεύσει. αὐξανόμενα δὲ ἀκανθοῦνται κατὰ πλείονας ἐξοχὰς καυλῶν, ἐφ᾽ ὧν κατὰ τὰ ἄκρα

D κεφάλια ἐστὶ σφαιροειδῆ, ἀκάνθαις περιεχόμενα ὥσπερ ἀστὴρ ὀξυτάταις κύκλῳ, σκληραῖς. ὧν τὸ χρῶμα χλωρὸν ἢ ὠχρὸν, ἢ λευκὸν, ἐνίοτε δὲ καὶ κυανοῦν εὑρίσκεται. ῥίζα δ᾽ ἐπιμήκης, πλατεῖα, μέλαινα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἔνδοθεν λευκὴ, δακτύλου μεγάλου τὸ πάχος, καὶ αὐτὴ εὐώδης καὶ ἀ-

E ρωματίζουσα. φύεται δ᾽ ἐν πεδίοις καὶ τραχέσι τόποις. Δύναμιν δ᾽ ἔχει θερμαντικήν. πινομένη ἄγει καὶ οὖρα καὶ ἔμμηνα, στρόφους τε καὶ ἐμπνευματώσεις λύει· ἡπατικοῖς δὲ καὶ θηριοδήκτοις, καὶ θανάσιμον εἰληφόσιν, ἁρμόζει σὺν οἴνῳ. πίνεται δὲ τὰ πλεῖστα σὺν σταφυλίνου σπέρματι, < α. τὸ πλῆ-

F θος. ἱστορεῖται δὲ ὅτι περιαπτομένη καὶ καταπλασσομένη, φύματα διαφορεῖ. ῥίζα δ᾽ αὐτῆς πινομένη μετὰ ὑδρομέλιτος, ὀπισθοτονικοὺς ἰᾶται καὶ ἐπιληπτικούς.

Περὶ Ἀλόης. Κεφ. κε΄.

ΑΛΟΗ φύλλον ἔχει σκίλλῃ παραπλήσιον, παχὺ, λιπαρὸν, ὑπόπλατυ ἐν τῷ

G περιφερεῖ, εἰς τοὐπίσω κλώμενον. παρ᾽ ἑκάτερα δὲ τὰ μέρη ἔχει τὰ φύλλα ἐκ πλαγίου ἀκανθώδη, ἀραιῶς ἐξέχοντα, κολοβά. καυλὸν δὲ ἀνίησιν ἀνθερικῷ ὅμοιον,

Cor. λεπτή.

V. ἀκανθῶν.

Alter τραχέα. Sed vulgata scriptura melior.

Sorub. legit, καὶ πλέονα.

V. caret.

Cor. add. σφόδρα.

Deest in vulg. & ὠχρ.

V. σφόδρα pro πλατεῖα

V. addit μακρά

In veterib codicibus legit Goupylus, δύναμιν δ᾽ ἔχει θερμαντικὴν ἡ ῥίζα ταύτης. Sed Gal. calfaciendi vim toti plantæ tribuit. Interpretes etiam vulgatam scripturam probant.

Vulg. exempl. omittunt πλ.

V. caret.

Volg. exempl. ἀπαρτής

Cor. ἀποκοπά. Sic Corn.

ἄνθος δὲ λευκόν· καὶ καρπὸν ἀσφοδέλῳ ἐοικότα. βαρύοσμος δὲ ὅλη, καὶ ἀπογευομένῳ πικροτάτη· ἔστι δὲ μονόῤῥιζος, ὥσπερ πάσσαλον ἔχουσα τὴν ῥίζαν. γεννᾶται δὲ ἐν τῇ Ἰνδίᾳ πλείστη λιπαρά, ἐξ ἧς καὶ τὸ ὄπισμα κομίζεται. φύεται δὲ καὶ ἐν Ἀραβίᾳ καὶ Ἀσίᾳ καὶ ἔν τισι παραθαλασσίοις τόποις καὶ νήσοις, ὡς ἐν Ἄνδρῳ οὐκ εὔχρηστος εἰς ὀπισμόν, πρὸς δὲ κόλλησιν τραυμάτων ἐπιτήδειος, λεία καταπλασσομένη. διπλοῦν δέ ἐστι τὸ εἶδος τοῦ χυλίσματος· τὸ μέν τι ψαμμῶδες, ὅπερ ὑποστάθμη τῆς καθαρωτάτης ἔοικεν εἶναι· τὸ δὲ, ἠπατίζον. ἐκλέγου δὲ τὴν καθαρὰν καὶ ἄδολον καὶ ἄλιθον, στίλβουσαν, ὑπόξανθον, εὔθρυπτον, ἠπατίζουσαν, ῥᾳδίως ὑγραινομένην, ἐπιτεταμένην τῇ πικρίᾳ· τὴν μέντοι μέλαιναν καὶ δυσκάτακτον ἀπολέγου. δολίζουσι δὲ αὐτὴν κόμμι· ὅπερ ἐλέγχεται γεύσει καὶ πικρίᾳ καὶ ὀσμῆς ἐπιτάσει· καὶ τῷ μὴ διαλύεσθαι μέχρις ἐλαχίστου ψήγματος θλιβομένην ὑπὸ τῶν δακτύλων. ἔνιοι δὲ καὶ ἀκακίαν μίσγουσι. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικήν, ὑπνωτικήν, ξηραντικήν, πυκνωτικὴν τῶν σωμάτων, κοιλίας τε λυτικήν, καὶ στομάχου ἀποκαθαρτικήν, κοχλιαρίων β΄. πλῆθος μεθ' ὕδατος ψυχροῦ, ἢ γαλακτώδους πινομένη· αἵματός τε ἀναγωγὰς ἐπέχει. καὶ ἴκτερον ἀποκαθαίρει μεθ' ὕδατος τριωβόλου, ἢ < α΄. ὁλκῆς ἐν ποτῷ. καὶ μετὰ ῥητίνης δὲ καταπινομένη, ἢ ὕδατος ἢ μέλιτος ἑφθοῦ ἀναληφθεῖσα, κοιλίαν λύει· δραχμῶν δὲ τριῶν πλῆθος τελείως καθαίρει· μιχθὲν δὲ τοῖς ἄλλοις καθαρτικοῖς, ἧττον αὐτὰ κακοστόμαχα ποιεῖ. ξηρὸν δὲ ἐπιπλασθὲν, τραύματα κολλᾷ, καὶ ἐπουλοῖ ἕλκη καὶ καταστέλλει. αἰδοῖα δὲ ἑλκούμενα ἰδίως θεραπεύει, [τὰ] ἐπαγώγια παίδων ῥαγέντα συγκολλᾷ. θεραπεύει δὲ καὶ κονδυλώματα καὶ ῥαγάδας κιρναμένη σὺν γλυκεῖ οἴνῳ· αἱμοῤῥαγίας τε ἵστησι τὰς ἐξ αἱμοῤῥοΐδων, καὶ πτερύγια ἀπουλοῖ, αἴρει τὰ πελιώματα καὶ ὑπώπια σὺν μέλιτι· ψωροφθαλμίας τε καὶ κνησμοὺς

V. his carent.

V. κνησμοὺς. Sic Orib.

A florem album, & semen ceu hastulę
regiæ. Est auté tota odore graui, &
gustu amarissima. Vnica verò radi-
ce ceu palo in terram demisso niti-
tur. Plurima in India præpinguísq;
nascitur: ex qua etiá coactus succus
importatur. Nascitur & in Arabia,
Asia, ac in locis quibusdam mariti-
mis & insulis, velut in Andro, non
B valdè eliciédo succo idonea, sed ad
conglutinanda vulnera sanè quàm
vtilis, si trita illinatur. Duo sunt por-
rò succi genera: alterum arenosum,
quod purissimæ veluti fæx & cras-
samentum esse videtur: alterú quod
ad iecinoris imaginé vergit. Eligi-
to pinguem, quæ nihil doli senserit,
calculorú expertem, nitidam, sub-
C flauam, friabilem, iecinoris modo
coactam, quæque facilè humescat, (ὑγραίνεται)
eximiæq; sit amaritudinis. Nigram
contrà fractúque contumacem im-
probato. Sunt qui eam gummi a-
dulterent: id quod gustu, amaritu-
dine & odoris vehementia depre-
henditur, eóque indicio quòd attri-
ta digitis non ad minima vsque ra-
D menta resoluatur. Neque desunt
qui acaciam immisceát. Vim ha-
bet astringédi, somnum concilian-
di, exiccandi, corpora densandi, al-
uum soluendi, stomachúmque re-
purgandi, si binûm cochlearium
mensura ex aqua frigida, aut lactis
instar tepida seu egelida bibatur.
Sanguinis etiamnum excreationes
E sistit, & morbum regium emendat,
ex aqua tribus obolis, aut drachmæ
pondere, in potu. Deuorata verò
cum resina, aut aqua vel melle co-
cto excepta, aluum soluit: ternûm
autem drachmarum pondere, per-
fectè purgat. Sed & alijs purganti-
bus medicamentis admista, præstat
F vt minùs stomachum infestent. Sic-
ca verò inspersa, vulnera glutinat,
vlceráque ad cicatricem perducit
cohibétque: eadem peculiariter
exulceratis genitalibus medetur,
& disrupta puerorum præputia ag-
glutinat. Quin & condylomata
rimásque sedis dulci vino am-
mixto sanat. Sanguinis ex hæ-
G morrhoïdibus eruptiones sistit, pte-
rygia ad cicatricem ducit, liuida
& sugillata, hypopia dicta, ex
melle tollit. Scabras quoque lip-
pitudines, angulorúmque in oculis

pruriginés mitigat. Dolorem capitis sedat, ex aceto & rosaceo fronti ac temporibus illita. Sed & cum vino fluentem capillum continet: itidémque tonsillarum, gingiuarum cæterarúmque oris partium vitijs cum melle ac vino proficit. Cęterùm ad oculorum medicamenta torretur in munda & candente testa, liguláque subinde versatur, donec æqualiter tosta fuerit. Lauatur & aloë: atque id quod arenosum subsidet, tanquam inutile secernitur: pinguissimum autē quódque læue est, recipitur.

De Absinthio. Cap. XXVI.

Τὸ μὲν Κάχρυ δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν, ἀναξηραντικὴν σφόδρα· ὅθεν ἁρμόζει σμήγμασι μιγνύμενον. πρὸς ῥευματιζομένους ὀφθαλμοὺς, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐμπλασσόμενον, καὶ ἀποσμώμενον μετὰ ἡμέρας τρεῖς.* (P. Illinus [illegible])

De Libanotide coronaria. Cap. LXXXIX.

Libanotis quam Romani rosmarinum vocant, quáque coronarij vtuntur, virgultis est tenuibus, circa quæ folia exeũt minuta, dẽsa, oblõga & gracilia, subter incana, supernè virentia, graui odore. Vi porrò excalfactoria pollet, regiúmque morbum sanat, si quis ipsam in aqua decoctam ante exercitationes potui dederit, ac deinde laborantem exercitatũ lauet, illique vinum propinet. Acopis denique gleucinóque vnguento admiscetur.

(Hoc loco vetus alter habet caput [illegible].)

C Περὶ Λιβανωτίδος. Κεφ. πθ'.

Λιβανωτὶς ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσι ῥοσμαρίνουμ, καὶ ᾗ στεφανοπλόκοι χρῶνται, ῥάβδοι εἰσὶ λεπταὶ, περὶ ἃς τὰ φύλλα λεπτὰ, πυκνὰ, ἐπιμήκη καὶ ἰσχνὰ, ἔνδοθεν λευκὰ, ἐκ δὲ τῶν ἐκτὸς χλωρὰ, (Orib. non legit.) D βαρύοσμα. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, ἰκτέρου ἰατικὴν, ἐάν τις αὐτὴν ἑψήσας ἐν ὕδατι δῷ πρὸ τῶν γυμνασίων πιεῖν, εἶτα* γυμνάζων λούσῃ καὶ οἴνῳ ποτίζῃ. μίγνυται δὲ καὶ ἀκόποις καὶ τῷ γλευκίνῳ χρίσματι.

De Sphondylio. Cap. XC.

SPHONDYLIVM folia quidem habet platano quadantenus similia, ad panacis foliorum figuram accedentia: caules vero cubitali altitudine, aut etiam ampliùs assurgentes, fœniculaceos, semen in cacumine seseli simile, duplex, verùm latius, candidius & magis acerosum, grauis odoris: flores albos, radicem itidem albam, raphani similitudine. Nascitur in palustribus & aquosis. Potum ipsius semen pituitosa per aluum excernit, ac medetur etiam hepaticis, ictericis, orthopnoïcis, comitialibus & vuluæ strangulatui. Profundiore verò somno captos suffitu reuocat. Ex oleo commodè irrigatur in capita phreneticorum, lethargicorum, itémque caput dolentium. Cohibet & herpetas cum ruta adhibitum. Radix autem regio morbo laborantibus & hepaticis exhibetur. Circumrasa eadem & indita

Περὶ Σφονδυλίου. Κεφ. ϟ'.

E ΣΦΟΝΔΥΛΙΟΝ φύλλα μὲν ἔχει κατὰ ποσὸν ἐοικότα* πλατάνῳ, πρὸς τὰ τῆς πάνακος· καυλοὺς δὲ πηχυαίους ἢ καὶ μείζονας, ἐοικότας μαράθρῳ·* σπέρμα δὲ ἐπ' ἄκρῳ ὅμοιον σεσέλει, διπλοῦν, πλατύτερον δὲ καὶ λευκότερον καὶ ἀχυρωδέστερον, βαρύοσμον· ἄνθη λευκὰ, ῥίζαν λευκὴν, ῥαφανίδι ἐμφερῆ. F Φύεται δὲ ἐν ἑλώδεσι καὶ ἐνύδροις χωρίοις. ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ ποθεὶς, ἐκκρίνει κατὰ κοιλίαν φλεγματώδη· ἰᾶται δὲ* πινόμενος ἡπατικοὺς, ἰκτερικοὺς, ὀρθοπνοϊκοὺς, ἐπιληπτικοὺς, καὶ ὑστερικὴν πνίγα. ὑποθυμιώμενος δὲ ἀνακαλεῖται τοὺς καταφερομένους. σὺν ἐλαίῳ δὲ G ἐμβρεχομένης τῆς κεφαλῆς, ἁρμόζει φρενιτικοῖς, ληθαργικοῖς, κεφαλαλγοῦσι.* ἐπέχει δὲ καὶ ἕρπητας σὺν πηγάνῳ καταπλασθείς. ἡ δὲ ῥίζα δίδοται ἰκτερικοῖς καὶ ἡπατικοῖς. περιξυσθεῖσα δὲ καὶ ἐντιθεῖσα

Goup. Vulgatã scripturam verã esse ex Plinio facile intelligi potest. V. quidam [illegible] ad marginem, sed perperam.

V. [illegible]

Al. [illegible]

V. addit [illegible]

περιαιρετικὴ τύλους τοὺς ἐν σύριγξι· τοῦ δὲ A ἄνθους χλωροῦ ὁ χυλὸς πρὸς εἱλκωμένα ὦτα καὶ πυορροοῦντα ἁρμόζει. ἀποτίθεται δὲ ἡλιαζόμενος ὡς τὰ λοιπὰ χυλίσματα.

V. χυλιζόμενος

Περὶ Νάρθηκος. Κεφ. ϟα.

ΝΑΡΘΗΞ, τούτου χλωροῦ ὄντος ἡ ἐντεριώνη ποθεῖσα αἱμοπτοϊκοῖς καὶ κοιλιακοῖς ὠφελεῖ, καὶ ἐχιοδήκτοις δίδοται σὺν οἴνῳ, καὶ τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμορραγίας ἐπέχει ἐντεθεῖσα ὡς ἐλλύχνιον. B τὸ δὲ σπέρμα στρεφομένοις πινόμενον ὠφελεῖ, καὶ ἱδρῶτας κινεῖ χριόμενον μετ' ἐλαίου. οἱ δὲ καυλοὶ βρωθέντες, κεφαλαλγεῖς εἰσι. ταριχεύονται δὲ καὶ εἰς τὰς ἀλμεύσεις. ὁ γοῦν νάρθηξ καυλὸν ἀναφέρει τρίπηχυν πολλάκις. C φύλλα δὲ ἔχει μαράθρῳ ἐμφερῆ, παχύτερα δὲ πολὺ καὶ μείζονα. ἐξ οὗ καὶ τὸ σαγάπηνον γίνεται, κολαπτομένου πρὸς τῇ ῥίζῃ.

Locum legit λεῖαι ἢ ἐντεθεῖσαι ὡς ἐλλύχνιον. Vulg. exempl. carent.

V. ἀλμείας. Aliqui carent: alij [illegible] νάρθηξ, quod [illegible] ῥίζα [illegible].

Περὶ Πευκεδάνου. Κεφ. ϟβ.

ΠΕΥΚΕΔΑΝΟΣ καυλὸν φύει λεπτόν, ἰσχνόν, μαράθρῳ ὅμοιον· κόμην δὲ D ἔχει περὶ τὴν ῥίζαν ἱκανὴν καὶ πυκνήν· ἄνθος μήλινον· ῥίζαν μέλαιναν, βαρύοσμον, ἁδρὰν, μεστὴν ὀποῦ, φύεται ἐν ὄρεσι συσκίοις. ὀπίζεται δὲ τῆς ῥίζης ἁπαλῆς ἀποτεμνομένης μαχαίρᾳ, καὶ τὸ ἀπορρέον εὐθὺς ἐν σκιᾷ τίθεται· ὑπὸ γὰρ τοῦ ἡλίου εὐθέως ἀνίεται, ἐν δὲ τῷ συλλέγεσθαι κεφαλαλγίαν ποιεῖ καὶ E σκοτώματα, ἐὰν μή τις προδιαχρίσῃ αὐτοῦ τὰς ῥῖνας ῥοδίνῳ, καὶ τὴν κεφαλὴν προκαταβρέξῃ. ἄχρηστος δὲ γίνεται ὀπισθεῖσα ἡ ῥίζα. ὀπίζονται δὲ καὶ οἱ καυλοὶ καὶ χυλίζονται, καὶ ἡ ῥίζα, ὡς μανδραγόρας· ἧττον δὲ ἐνεργεῖ τοῦ ὀποῦ χυλὸς, καὶ τάχιον ἐκπνεῖ. ἐνίοτε δὲ εὑρίσκεται προσπεπηγὸς δά- F κρυον, ὅμοιον λιβανωτῷ τοῖς καυλοῖς καὶ ταῖς ῥίζαις προσαναπλασμένον. Τοῦ δὲ ὀποῦ διαφέρει ὁ ἐν Σαρδονίᾳ καὶ Σαμοθρᾴκῃ γεννώμενος, βαρύοσμος, ἔγκιρρος, θερμαίνων τὴν γεῦσιν. ἁρμόζει δὲ σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενος, ληθαργικοῖς, φρενιτικοῖς, σκοτωματικοῖς, ἐπιληπτικοῖς, κε- G φαλαλγοῦσι χρονίως, παραλυτικοῖς, ἰσχιαδικοῖς, σπωμένοις· καὶ καθόλου τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσι συγχριόμενος μετ' ἐλαίου

V. dele.

V. μαλζον

Deest in vulg. exempl. Sed ex v cod addidimus.

Vulg. exempl. ὀπισθεῖσα. Al. χυλίζονται ὁ ῥίζα

Vulg. exempl. τοῦ χυλοῦ ὁ ὀπὸς

fistularũ callos excedit. Recentis verò floris succus exulceratis purulẽtísque auribus accommodatur. Cæterùm reliquorũ etiam succorum modo insolatus ad vsum recõditur.

De Ferula. Cap. XCI.

E viridi ferula medullà epota vtilis est hæmoptoicis atque cœliacis: itémque à vipera morsis in vino datur, erumpentémque naribus sanguinem linamenti instar indita sistit. Semen verò potum torminosis auxiliatur: & perunctum ex oleo, sudores ciet. Caules in cibo sumpti capitis dolores faciunt: ijdem muria quoque cõdiuntur. Ferula itaque caulem profert ternûm plerunque cubitorum. Folia verò habet fœniculi, at longè crassiora maioráque. (Sagapenum quoque ex ea proximè radicé vulnerata manat.)

De Peucedano. Cap. XCII.

PEVCEDANVM caulem profert tenuem, gracilem, fœniculo similem: comam vero habet circa radicem, copiosam ac densam: florem luteum: radicem nigram, graui odore, crassam, liquoris plenam. Gignitur in montibus opacis. Excipiendi liquoris ratio hæc est: Tenera radix cultello conciditur, statimque qui profluit è plaga liquor in vmbra reponitur. Sub sole siquidem confestim euanescit. Verum inter colligendum capitis dolorem vertiginémque inducit, nisi quis priùs nares rosaceò perunxerit, eodémque caput irrigauerit. Quæ verò radix liquorem fuderit, deinceps inutilis euadit. Sed & è caulibus vti & è radice & liquor & succus elicitur, haud secus ac è mandragora. At succus liquore inefficacior est, ocyúsque expirat. Interdum etiam priùs concreta reperitur lachryma, thuris similitudine caulibus radicibúsque adhærens. Porro præfertur liquor qui è Sardinia & Samothrace petitur, odore graui, fuluus, feruénsque gustu. Ex aceto & rosaceo illitus prodest lethargicis, phreniticis, vertiginosis, comitialibus, diuturno capitis dolore vexatis, paralyticis, ischiadicis & cõuulsis. Ac in vniuersum omnibus neruorum vitijs, ex oleo & aceto con-

uenienter illinitur. Datur & olfactandus in strangulatu vuluæ, paritérque profundiore somno sopitos excitat. Suffitu quoque serpentes fugat. Quin & aurium dolori cum rosaceo vtiliter instillatur, & ad mitigandum dentium dolorem earum cauernis inditur. Sed & contra tussim efficaciter ex ouo assumitur, itémque spirandi difficultatibus, torminibus, inflationibúsque subuenit, ventrem leniter emollit, lienem absumit, ac difficiles partus egregiè adiuuat. Facit & potus ad vesicæ renúmque cruciatus ac distensiones, vuluámque aperit. Radix ad eadem vtilis est, at inefficacior: eius verò decoctum bibitur. Arida quoque trita sordida purgat vlcera, ossium squamas extrahit, veteráque vlcera cicatrice obducit. In cerata denique & malagmata calfacientia additur. Radicem eligito recentem, minimè cariosam, solidam, & odoris plenam. Cæterùm succus ad potiones amaris amygdalis, aut ruta, aut pane calido, aut anetho resoluitur.

De Gith, seu Melanthio. Cap. XCIII.

MELANTHIUM frutex est exiguus, surculis tenuibus, in binûm dodrantum altitudinem, aut etiam amplius, assurgés, folijs veluti senecionis, at multò tenuioribus, capitulo in cacumine paruo ceu papaueris, oblongo, intrinsecus dissepimentis quibusdam prædito: intra quæ semen latet nigrum, acre & odoratum, quod panibus inspergitur. Caput dolentibus illitum fronti subuenit, itémque incipientibus oculorũ suffusionibus tritum cum irino & infusum naribus. Tollit & lentigines, lepras veterésque tumores ac duritias, ex aceto illitum: circumscarificatos clauos excutit cum vrina vetere impositum. Dentium quoque dolori cum aceto & tæda coctum collutione prodest. Teretes itidem lumbricos expellit illito ex aqua vmbilico. Tritum verò linteolo illigatum & olfactum destillatione laborantes adiuuat. Pluribus autem diebus continuis sumptum menses vrinásque ciet, &

A καὶ ὄξους. ἔστι δὲ καὶ ὀσφραντικὸς πνιγὸς ὑστερικῆς, καὶ τὴν κάτω φερομένην ἀνακλητικός· διώκει δὲ θηρία θυμιώμενος· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ὠταλγίαν, ἐνσταζόμενος σὺν ῥοδίνῳ· καὶ πρὸς ὀδονταλγίαν, ἐντιθέμενος βρώμασι. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς βῆχας μετ' ᾠοῦ λαμβανόμενος. δυσπνοίαις τε καὶ στρόφοις καὶ B πνευματικαῖς διατάσεσιν ἁρμόζει, κοιλίαν τε ἠπίως μαλάσσει, καὶ σπλῆνα τήκει, καὶ δυστοκίαις ἐξόχως ἀρήγει· πρός τε πόνους καὶ διατάσεις κύστεως καὶ νεφρῶν πινόμενος ποιεῖ· ἀναστομοῖ δὲ καὶ ὑστέρας. χρησίμη δὲ καὶ ἡ ῥίζα πρὸς τὰ αὐτὰ, ἔλαττον ἐνεργοῦσα· πίνεται δὲ αὐτῆς τὸ ἀφέψημα. καθαίρει C δὲ λεία ξηρὰ τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη, καὶ λεπίδας ἀπὸ ὀστέων ἀφίστησι, καὶ ἐπουλοῖ τὰ παλαιά· μίγνυται δὲ καὶ κηρωταῖς καὶ μαλάγμασι θερμαντικαῖς. ἐκλέγου δὲ τὴν πρόσφατον, ἄβρωτον, στερεὰν, πλήρη ὀσμῆς. λύεται δὲ ὁ ὀπὸς εἰς τὰ ποτήματα ἀμυγδάλοις πικροῖς, ἢ πηγάνῳ, ἢ ἄρτῳ θερ- D μῷ, ἢ ἀνήθῳ.

V. μυαλγίας

V. [illegible]

Quidam carent.

Περὶ Μελανθίου. Κεφ. ϞΓ.

ΜΕΛΑΝΘΙΟΝ θαμνίσκος ἐστὶ λεπτόκαρφος, δισπίθαμος, ἢ καὶ μείζων, φύλλα ἔχων * μικρὰ ὥσπερ ἠριγέροντος, λεπτότερα δὲ πολλῷ, καὶ κεφάλιον ἐπ' ἄκρου E ἔχον, μικρὸν, ὡς μήκωνος, ἐπίμηκες, ἔχον κατὰ τὰ ἐντὸς διαφράγματα· ἐν οἷς καὶ τὸ σπέρμα μέλαν, δριμὺ, εὐῶδες, * καταπλασσόμενον εἰς ἄρτους. ἁρμόζει δὲ καὶ κεφαλαλγοῦσι καταπλασσόμενον τῷ μετώπῳ. καὶ τοῖς ἀρχομένοις ὑποχεῖσθαι, ἐγχεόμενον εἰς τὰς ῥῖνας μετὰ ἰρίνου λεῖον· αἴρει F δὲ καὶ φακοὺς, καὶ λέπρας καὶ οἰδήματα παλαιὰ καὶ σκληρίας, σὺν ὄξει καταπλασθέν· καὶ ἥλους * περιχαραχθέντας ἐκτινάσσει, σὺν * οἴνῳ παλαιῷ ἐπιτεθέν· ὠφελεῖ δὲ καὶ ὀδονταλγίας μετ' ὄξους καὶ δαδὸς ἑψηθὲν καὶ διακλυζόμενον· ἐκτινάσσει δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας καταπλασσομένου τοῦ ὀμφαλοῦ μεθ' ὕδατος. λεανθὲν δὲ καὶ ἐν G ἀποδέσμῳ δεθὲν καὶ ὀσφραινόμενον, τοὺς καταρροιζομένους ὠφελεῖ· πινόμενον δὲ πλείους ἡμέρας, ἔμμηνα καὶ οὖρα * καὶ

Al. [illegible], μακρότερα δέ

Alter habet λεπτόν

V. περιχαραχθέντας

Al. [illegible] vt & in capite de alio

Lacuna legit in v. cod. [illegible]

Ἀλύσσων [illegible]

γάλα ἄγει, παύει καὶ δυσπνοίας μετὰ * οἴνου ποθέν. βοηθεῖ δὲ καὶ φαλαγγιοδήκτοις ὅσον < α. μεθ' ὕδατος ποθέν. διώκει δὲ καὶ ἑρπετὰ θυμιώμενον. φασὶ δὲ καὶ ἀναιρεῖν αὐτὸ πλεῖον ποθέν.

Περὶ Σιλφίου. Κεφ. ϟδ'.

Σίλφιον γεννᾶται ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν καὶ Μηδίαν τόποις, καὶ Λιβύην. οὗ ὁ καυλὸς μάσπετον καλεῖται, ἐμφερὴς νάρθηκι. φύλλα δὲ ἔχει σελίνῳ ὅμοια, σπέρμα πλατύ. ῥίζα δὲ θερμαντική, δύσπεπτος, φυσώδης, κύστεως κακωτική. ἰᾶται δὲ χοιράδας καὶ φύματα, ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ ἢ καὶ ὑπώπια, σὺν ἐλαίῳ * καταπλασθεῖσα· σὺν ἰρίνῃ δὲ κηρωτῇ ἢ κυπρίνῃ ἰσχιαδικοῖς ἁρμόζει· τὰς περὶ δακτύλιόν τε ἐξοχὰς αἴρει, σιδίῳ σὺν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ καταπλασθεῖσα· θανασίμων τέ ἐστιν ἀντιφάρμακον πινομένη· εὔστομός τε ἐστι μιγνυμένη καὶ εἰς ἅλματα καὶ ἅλας. συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς ἐγχαρασσομένων τῆς ῥίζης καὶ τοῦ καυλοῦ. διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ὑπέρυθρος καὶ διαυγής, σμυρνίζων, καὶ ἐν τῇ ὀσμῇ εὔτονος, μὴ πρασίζων, μηδὲ ἀπηνὴς πρὸς τὴν γεῦσιν τῇ * γεύσει· εὐχερῶς τε διϊέμενος ἐπὶ τὸ λευκὸν χρῶμα. ὁ μὲν οὖν Κυρηναϊκὸς κἂν ἐπ' ὀλίγον τις αὐτοῦ γεύσηται, ἰκμάδα κινεῖ καθ' ὅλον τὸ σῶμα· τῇ τε ὀσμῇ προσηνέστατός ἐστιν, ὥστε γευσαμένῳ τὸ στόμα μὴ δι' ὄζειν εἰ μὴ ἐπ' ὀλίγον. ὁ δὲ Μηδικὸς καὶ Συριακὸς τῇ δυνάμει εἰσὶν ἀσθενέστεροι, καὶ βρωμωδεστέραν ἔχουσι τὴν ὀσμήν. δολοῦται δὲ πᾶς ὀπὸς πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι, σαγαπηνοῦ μιγνυμένου, ἢ ἀλεύρου ἐρεγμίνου· ὅπερ διακρινεῖς τῇ γεύσει καὶ τῇ ὀσμῇ καὶ τῇ ὄψει καὶ τῇ διέσει. ἔνιοι δὲ τὸν μὲν καυλὸν σίλφιον ἐκάλεσαν, τὴν δὲ ῥίζαν μαγύδαριν, τὰ δὲ φύλλα μάσπετα. δραστικώτατος δέ ἐστιν ὁ ὀπός, εἶτα τὰ φύλλα, εἶτα ὁ καυλός. ἔστι δὲ φυσώδης, καὶ δριμύς, ἀλωπεκίας θεραπεύων, σὺν οἴνῳ καὶ πεπέρει, καὶ ὄξει καταχριόμενος· ὀξυδερκίας τε ποιητικός, καὶ ἀρχομένης ὑποχύσεως διασκεδαστικὸς σὺν μέλιτι ἐγχριόμενος· πρὸς ὀδονταλγίας τε ἐντίθεται εἰς τὰ βρώματα, καὶ περιτίθεται σὺν λιβανωτῷ * ἐγχρισθεὶς εἰς ὀθόνιον, καὶ διακλύζεται σὺν ὑσσώ-

Orib. addit [illegible] vtrumque [illegible] vulg. ex capi. desideratur.

V. quidem habet [illegible]

V. vsque ad [illegible] caret.

V [illegible]

In vet. cod. additum legit Lacuna [illegible]

A lac auget. Leuat & spirandi difficultatem addito nitro potum: auxiliatúrque phalangiorum morsibus ex aqua drachmæ pondere bibitum. Incensum quoque serpentes fugat. Sed & ipsum tradunt largiùs epotum enecare.

De Silphio. Cap. XCIIII.

B SILPHIVM seu laserpitium circa Syriam, Armeniam, Mediam & Libyam nascitur. Huius caulis ferulaceus maspetum appellatur: folia sunt apio similia, semen verò *latum. Radix excalfacit, ægrè concoquitur, inflationes facit, ac vesicæ quoque noxia est. Strumis atque tuberculis cerato excepta, & sugil- C latis cũ oleo illita medetur. Ischiadicis cum irino aut cyprino cerato conuenit: excrescentia circa sedem tollit, tegmini mali punici incocta cum aceto & imposita: venenis eadem pota resistit: necnon & intinctibus salibúsque admista ori grata est. Colligitur & liquor è radice atque caulibus incisis. Præfer- D tur is modicè ruber atque translucens, myrrhæ æmulus, odoréque valens, minimè porraceus, neque saporis immitis & asperi: qui denique dum liquescit ac diluitur, facilè albescit. At Cyrenaicus etiamsi tantillum quis ipsum degustauerit, madorem toto corpore ciet, éstque odore blandissimo: adeò vt ne os E quidem gustanti nisi paululum spiret. Medicus verò & Syriacus viribus minùs valent, & magis virosum reddunt odorem. Porrò liquor omnis anteaquam siccescat, addito sagapeno aut fabæ lomento adulteratur: quod maleficium gustu, odore, visu, ac diluendo quoque deprehendes. Sunt verò qui caulem, F silphium: radicem, magudarim: & folia, maspeta vocauerint. Efficacissimus est liquor, mox folia, postremò caulis. Est autem ille acris, inflationésque facit, alopecias cum vino, pipere & aceto perunctas sanat: cum melle illitus oculorum aciem exacuit, incipientémque suffusionem dissipat. In dentium do- G loribus cauernis ipsorum inditur, aut cum thure linteolo illigatus circumponitur, aut denique cum hys-

Al. foliatum

Vl. fabæ fracto

sopo & ficis in posca decoctis colluitur. A rabioso cane demorsis prodest vulneribus impositus, itidémque valet ad omnium quæ virus eiaculantur animantium, venenatorúmque telorum ictus, seu potus, seu etiam illitus. Scorpionum plagis oleo dilutus circumlinitur: gangræna obsessis partibus prius scarificatis infunditur: necnon & carbunculis cum ruta, nitro & melle, aut etiam per se: clauos callósque priùs circumcisos extrahit, siquidem cerato siccorúmve ficuum carne subactus antea fuerit. Sanat & lichenas recentes ex aceto: itidémque sarcomata & polypos, si cum atramento sutorio aut ærugine per dies aliquot illinatur: verùm extuberantia forfice extrahi oportet. Arterijs quoque longo tempore exasperatis opitulatur: ac vocem quæ derepente irraucuerit aqua dilutus sorbitione confestim expedit. Quin & vuam illitus cum melle reprimit, ac in anginis ex aqua mulsa vtiliter gargarizatur. Vescentibus lætiorem colorem conciliat, ad tussim commodè in sorbili ouo datur, itémque pleuriticis in sorbitionibus. Ictericis verò & hydropicis cum aridis ficis vtiliter exhibetur. Rigores etiam cum pipere ac thure in vino potus discutit. Tetano opisthotonóque distentis oboli pondere deuorandus datur: hærentes gulæ hirudines gargarizatus cum aceto decutit. Quibus haustum lac intus concreuerit, & comitialib*, sumptus ex aceto mulso succurrit. Potus verò cum pipere & myrrha menses ciet: cœliacos in acino vuæ sumptus adiuuat: denique cum lixiuio potui datus repentè conuulsis ruptísque prodest. Ad potiones autem amygdalis amaris, ruta aut pane calido dissoluitur. Cæterùm foliorum succus eadem præstat, at liquore multò inefficaciùs. Estur porrò vtiliter cum aceto mulso ad purgandas fauces, maximè verò cùm suppressa interceptáve vox est: vescuntur & ipso cum lactucis, erucæ loco. Sed & altera fertur magudaris in Lybia nasci, radix laserpitio similis, at

obtusa

A πῳ, καὶ σύκοις ἀφεψημένοις σὺν ὀξυκράτῳ. καὶ ἐπὶ λυσσοδήκτων δὲ ἀφεψὸς ἐπιτιθέμενος τοῖς τραύμασι, καὶ ἐπὶ τῶν ἰοβόλων ζώων πάντων καὶ τῶν φαρμακωδῶν τοξευμάτων, ἐγχριόμενος καὶ πινόμενος. ἐπὶ δὲ σκορπιοπλήκτων ἐλαίῳ διεθεὶς περιχρίεται, καὶ ἐπὶ γαγγραινουμένων *προκατασχασθέντων ἐνίεται. B πρός τε ἄνθρακας μετὰ πηγάνου καὶ νίτρου καὶ μέλιτος, ἢ καθ' ἑαυτόν, ἥλους τε καὶ τύλους αἴρει προπεριχαραχθέντας, προμαλαχθεὶς κηρωτῇ, ἢ σύκων ξηρῶν τῷ ἐντός. θεραπεύει καὶ λειχῆνας προσφάτους σὺν ὄξει. σαρκώματα δὲ καὶ πολύποδας μετὰ χαλκάνθης ἢ ἰοῦ διαχριόμενος C ἐπὶ ἡμέρας τινάς· ἐπισπᾶται τὰς ἐξοχὰς σὺν σαρκολαβίδι. ἀρήγει δὲ καὶ βρόγχων χρονίαις τραχύτησι· φωνήν τε αἰφνιδίως δασυνθεῖσαν ὕδατι διεθεὶς καὶ ἐπιρροφηθεὶς εὐθέως ἀποκαθαίρει· *κίονάς τε στέλλει σὺν μέλιτι διαχριόμενος· συναγχικοῖς τε ἀναγαργάρισμα μετὰ μελικράτου ὠφέλιμον. D εὐχρωτέρους ποιεῖ λαμβανόμενος ἐν διαίτῃ. βηχί τε ἁρμόζει ἐν ᾠοῦ ῥοφητοῦ διδόμενος· πλευριτικοῖς τε ἐν ῥοφήμασιν. ἰκτερικοῖς τε καὶ ὑδρωπικοῖς ὠφελίμως δίδοται μετὰ σύκων ξηρῶν. λύει καὶ ῥίγη σὺν πεπέρει καὶ λιβανωτῷ ποθείς, καὶ οἴνῳ τετανικοῖς τε καὶ ὀπισθοτονικοῖς ὀβολοῦ ὁλκὴν παραπλάσας, δίδου καταπίνειν. E βδέλλας δὲ τὰς προσισχομένας τῇ κατὰ τὸν [illegible], ἀναγαργαριζόμενος μεθ' ὄξους ἀποβάλλει· καὶ τοῖς γάλα τι θρομβωθὲν ἔνδον *πονοῦσι καὶ ἐπιληπτικοῖς μετ' ὀξυμέλιτος ληφθεὶς βοηθεῖ· ποθεὶς δὲ σὺν πεπέρει καὶ σμύρνῃ, καταμήνια ἄγει· κοιF λιακοῖς τε ἐν ῥαγὶ λαμβανόμενος σταφυλῆς ὠφελεῖ· μετὰ δὲ κονίας ποθείς, ὠφελεῖ τὰ αἰφνίδια σπάσματα, ῥήγματα. διαλύεται δὲ εἰς τὰ πότιμα τὰ ἀμυγδάλοις πικροῖς, ἢ πηγάνῳ, ἢ ἄρτῳ θερμῷ. ὁ δὲ ὀπὸς τῶν φύλλων τὰ αὐτὰ μὲν ποιεῖ, παραπολὺ δὲ ἔλασσον. ἐσθίεται δὲ μεθ' ὀ- G ξυμέλιτος ἁρμόζων πρὸς ἀρτηρίαν, μάλιστα δὲ ἀποκοπείσης ἠχοῦς. χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ μετὰ θριδάκων ἐσθίοντες ἀντὶ εὐζώμου.

Λέγεται δὲ καὶ ἑτέρα μαγύδαρις γεννωμένη ἐν Λιβύῃ, ῥίζα παρεμφερὴς σιλφίῳ,

Legit in antiquo Lacuna, μετὰ χαλκοῦ ἄνθους.

Legit Lac. in v. cod. σὺν πηγάνῳ. In vet cod. ponitur καὶ [illegible] hoc loco legitur.

Addit Orib. ἢ [illegible] ἢ [illegible]

Alter [illegible]

ἧττον δὲ παχεῖα, δριμεῖα καὶ χαύνη, καὶ ὀπὸν μὴ ἔχουσα· ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ τῷ σιλφίῳ.

Περὶ Σαγαπηνοῦ. Κεφ. ϟε΄.

ΣΑΓΑΠΗΝΟΝ ὀπός ἐστι πόας ναρθηκοειδοῦς, γεννωμένης ἐν Μηδίᾳ. διαφέρει δὲ αὐτοῦ τὸ διαυγὲς, ἔξωθεν μὲν κιῤῥὸν, ἐκ δὲ τοῦ ἔνδον λευκὸν, ὄζον μεταξὺ ὀποῦ σιλφίου καὶ χαλβάνης, δριμὺ ἐν τῇ γεύσει· ποιεῖ δὲ πρὸς θώρακος καὶ πλευρᾶς πόνον, ῥήγματα, σπάσματα, βῆχας χρονίους· πάχη τὰ ἐν πνεύμονι ἀνακαθαίρει. δίδεται δὲ καὶ ἐπιληπτικοῖς, ὀπισθοτονικοῖς, σπληνικοῖς, παραλυτικοῖς, κατεψυγμένοις, περιοδικοῖς πυρετοῖς ἐν πόμασι, καὶ ἐν συγχρίσμασι δὲ ὠφελίμως προσάγεται· ἄγει καὶ ἔμμηνα, καὶ ἔμβρυα φθείρει πινόμενον μεθ' ὑδρομέλιτος. ἀρήγει καὶ θηριοδήκτοις μετ' οἴνου λαμβανόμενον· διεγείρει καὶ ὑστερικῶς πνιγομένας μετ' ὄξους ὀσφραινόμενον. οὐλάς τε ἀποσμήχει τὰς ἐν ὀφθαλμῷ, καὶ ἀμβλυωπίας καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις καὶ ὑποχύματα. διαλύεται δὲ ὡς ὁ ὀπὸς, πηγάνῳ ἢ ὕδατι καὶ πικροῖς ἀμυγδάλοις, ἢ μέλιτι ἢ ἄρτῳ θερμῷ.

Περὶ Εὐφορβίου. Κεφ. ϟϛ΄.

Marc. legit λευκόν

Add vet. καὶ τῷ [illegible]

ΕΥΦΟΡΒΙΟΝ, δένδρον ἐστὶ ναρθηκοειδὲς Λιβυκὸν, γεννώμενον ἐν τῷ κατὰ Μαυρουσίαν *Τμώλῳ· ὀποῦ μεστὸν δριμυτάτου· ὃν δεδοικότες οἱ τῇδε ἄνθρωποι συλλέγουσι διὰ τὸ ἐπιτεταμένον τῆς πυρώσεως. κοιλίας γὰρ προβατείας πεπλυμένας περιδήσαντες τῷ δένδρῳ, μακρόθεν ἀκοντίοις διαιροῦσιν αὐτοῦ τὸν καυλόν. εὐθέως δὲ ὡς ἔκ τινος ἀγγείου πολὺς ἀποχεῖται ὀπὸς εἰς τὰς κοιλίας. καὶ ἀποῤῥαίνεται δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν ἐξακοντιζόμενος. ἔστι δὲ δύο γένη τοῦ ὀποῦ· ὃ μὲν διαυγὲς ὡς σαρκοκόλλα, κατὰ μέγεθος ὀρόβου· ὃ δέ τι ἐν ταῖς κοιλίαις ὑαλῶδες καὶ συνεστός. δολοῦται δὲ καὶ τῇ σαρκοκόλλῃ καὶ *κόλλῃ μιγνυμέναις. ἐκλέγου δὲ τὴν διαυγῆ καὶ δριμεῖαν· δυσδοκίμαστος δέ ἐστιν ὁ τῇ γλώσσῃ λαμβανόμενος, διὰ τὸ ἅπαξ δηχθείσης τῆς γλώττης ἐπιμένειν τὴν πύρωσιν ἐφ' ἱκανὸν χρόνον,

Legit Lacuna in antiquo καὶ κόμμι, quam lectionem sibi perplacere annotat.

minùs crassa, acris verò ac fungosa, nullóque prægnans succo: eiusdem tamen cum laserpitio facultatis.

De Sagapeno. Cap. XCV.

SAGAPENUM ferulaceæ herbę liquor est, quę quidem in Media nascitur. Præfertur id quod translucet, foris quidem fuluo, intus verò albo colore, medio inter laser & galbanum odore, acrique gustu. Prodest pectoris laterísque dolori, ruptis, conuulsis, tussibus vetustis, humoréisque crassos pulmoni molestos expurgat. Datur & comitialibus, opisthotonicis, lienosis, paralyticis, perfrigeratis, & contra febres per circuitum repetentes in potu, & ad vnguenta quoque vtiliter adhibetur. Sed & menses trahit, ac fœtus enecat cum aqua mulsa potum. Medetur & venenatorum morsibus ex vino sumptum: olfactum etiamnum ex aceto eas quæ ab vtero strangulantur, excitat. Oculorum cicatrices, hebetudines offusámque pupillis caliginem, suffusionésque detergit. Ceterùm ceu laser ruta, aqua & amaris amygdalis, aut melle panéve calente resoluitur.

De Euphorbio. Cap. XCVI.

EUPHORBIUM Libyca arbor est, ferulæ speciem habens: quæ quidé in Atlante Mauritaniæ monte nascitur: acerrimo referta liquore, quem propter eximium feruorem non citra metum incolæ ita colligunt. Ouillos ventres lotos arbori circumligant, & è longinquo ipsius caudicem contis hastilibúsve vulnerant, confestimque è plaga ceu ex vase quodam copiosus liquor in subditos ventriculos effluit: pars etiam humi præ eruptionis impetu spargitur. Sunt porro liquoris duo genera: vnum sarcocollæ modo pellucidum, erui magnitudine, alterum in ventriculis quibus excipitur coit, vitri effigie. Adulteratur verò sarcocollæ & glutini mixtione: sed eligendum transslucens & acre. Difficile autem est quod è gustu petitur saporis experimentum: quippe cum leui linguæ contactu os accésum diu detineat,

adeò vt quicquid deinde exhibetur, euphorbium esse videatur. Cæterùm id, Iuba in Libya regnante, primò inuentum fuisse in confesso est. Vim porrò habet liquor inunctus suffusiones discutiendi, sed potus die tota exurit: quare melli collyriísque pro acrimoniæ ratione admiscetur. Prodest & coxendicum doloribus, in aromatica potione haustus: ossium verò squamas eadem die remouet. Verùm qui eo vtuntur oportet ossibus circumiacentem carnem inditis linamentis aut ceratis probè communiant. Cæterùm, tradunt nonnulli nihil incommodi sensuros qui à serpente demorsi fuerint, siquidem incisa ossetenus capitis cute intritus liquor infundatur, vulnúsque posteà consuatur.

De Galbano. Cap. XCVII.

GALBANVM liquor est nascẽtis in Syria ferulæ: id nonnulli Metopium vocant. Est in hoc genere probatissimum quod thuris (aut hammoniaci) præbet effigiem, grumosum, purum, pingue, minimè lignosum, at nonnihil retinens admixti seminis ac ipsius quoque ferulæ, odore graui, neque valde humidum, neque etiam penitus aridum. Admixtis resina, faba fresa & hammoniaco, adulteratur. Excalfacit porrò galbanum, vrit, attrahit atque discutit: menses ac partus trahit apposítu vel suffitu: lentigines cum aceto & nitro illitum tollit. Deuoratur autem ad tussim veterem, spirandi difficultatem, suspiria, rupta atque conuulsa. Cum vino quoque & myrrha epotum toxico aduersatur. Sed & simili modo sumptum partus mortuos extrahit. Imponitur & lateris dolori atque furunculis. Comitiales, vuluæ strangulatus, & vertiginosos olfactu suscitat. Si vratur, fugat nidore venenatas bestias, ac perunctos itidem ab illarum morsu vindicat: serpentes cum sphondylio & oleo admotum necat. Dentium dolorem oblitum, aut cauernis inditum sedat. Prodesse quoque difficulter meientibus existimatur. Sed & ad potiones, amaris amygdalis &

ὥστε πᾶν τὸ προσαγόμενον, εὐφόρβιον δοκεῖν εἶναι. ἡ μέντοι εὕρεσις αὐτοῦ κατὰ Ἰόβαν τὸν βασιλέα τῆς Λιβύης ἐπεγνώσθη. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς διαφορητικὴν ὑποχυμάτων, ἐγχριόμενος, πυροῖ μέντοι δι᾽ ὅλης τῆς ἡμέρας * ποθείς· ὅθεν μέλιτι μίγνυται, καὶ κολλυρίοις, κατὰ ἀναλογίαν τῆς δριμύτητος. ἁρμόζει καὶ ἰσχίων ἀλγήμασι, μιγεὶς ἀρωματικῷ πόματι καὶ πινόμενος· ἀφίστησι δὲ καὶ λεπίδας αὐθημερόν· δεῖ μέντοι χρωμένους ἀσφαλίζεσθαι τὴν περιέχουσαν τοῖς ὀστοῖς σάρκα, μοτοῖς ἢ κηρωταῖς. ἱστοροῦσι δέ τινες μηδὲν παρακολουθεῖν δυσχερὲς τοῖς ἑρπετοδήκτοις, ἐάν τις ἐκκόψας ἄχρις ὀστέου τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς, ἐγχέῃ τὸν ὀπὸν λεῖον, καὶ ῥάψῃ τὸ τραῦμα.

Epit. addit ψυχεῖν

Περὶ Χαλβάνης. Κεφ. ϛζ.

ΧΑΛΒΑΝΗ ὀπός ἐστι νάρθηκος ἐν Συρίᾳ γεννωμένου, ὃν ἔνιοι μετώπιον καλοῦσιν. ἔστι δὲ αὐτοῦ ἀρίστη λιβανοειδής, χονδρώδης, καθαρά, λιπαρά, ἄξυλος, ἔχουσα δέ τι τοῦ σπέρματος * καὶ τοῦ νάρθηκος μεμιγμένον, ὀσμὴ βαρεῖα, οὔτ᾽ ἄγαν ὑγρά, οὔτε πάλιν κατάξηρος. δολοῦσι δὲ αὐτὴν, μιγνύντες ῥητίνην, καὶ ἔρεγμον καὶ ἀμμωνιακόν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, πυρωτικήν, ἐπισπαστικήν, διαφορητικήν. προστιθεμένη δὲ καὶ ὑποθυμιωμένη, ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἄγει· φακούς τε αἴρει μετ᾽ ὄξους καὶ νίτρου ἐπιπλασθεῖσα· καταπίνεται δὲ πρὸς παλαιὰς βῆχας, δύσπνοιαν, ἄσθματα, ῥήγματα, σπάσματα. ἀντιπάσχει δὲ καὶ τοξικῷ σὺν οἴνῳ * καὶ σμύρνῃ ποθεῖσα. ἐκβάλλει καὶ τεθνηκότα ἔμβρυα ὁμοίως ληφθεῖσα· ἐπιτίθεται δὲ καὶ πρὸς ὀδύνην πλευρᾶς, καὶ πρὸς δοθιῆνας· ἐπιληπτικούς τε καὶ ὑστερικὰς πνίγας καὶ σκοτωματικοὺς ὀσφραινομένη διεγείρει, θηρία τε θυμιωμένη διώκει, τούς τε συγχριομένους ἀδήκτους τηρεῖ· σὺν σφονδυλίῳ δὲ καὶ ἐλαίῳ περιχρισθεῖσα, ἑρπετὰ κτείνει· ὀδόντων τε πόνους περιπλασθεῖσα ἢ ἐντεθεῖσα εἰς τὸ βρῶμα, παύει. δοκεῖ δὲ καὶ * δυσουροῦσι ποιεῖν· λύεται δὲ καὶ εἰς μὲν τὰ ποτήματα, πικροῖς ἀμυγδάλοις καὶ

Corn. legit [illegible] aut περιχρισθεῖσα. Goup. alter. [illegible]

A ὕδατι ἢ πηγανίῳ ἢ μελικράτῳ ἢ ἄρτῳ θερμῷ· ἄλλως δὲ μηκωνίῳ ἢ χαλκῷ κεκαυμένῳ, ἢ χολῇ ὑγρᾷ. καθαίρειν δὲ αὐτὴν βουλόμενος, καθὲς εἰς ζεστὸν ὕδωρ· τακείσης γὰρ αὐτῆς, ἐπιπλεύσει τὸ *ῥυπαρόν· ὅπερ χωρίσεις οὕτως· εἰς ὀθόνιον καθαρὸν ἀραιὸν ἐνδήσας ἀποκρέμασον εἰς χαλκῆν πυξίδα ἢ ὀστράκινον ἀγγεῖον, ὡς μὴ ἅπτεσθαι τοῦ πυθμένος τοῦ ἀγγείου τὸ ἔνδεσμον καὶ πωμάσας, εἰς ἀναβραστὸν ὕδωρ καθὲς· οὕτω γὰρ τὸ μὲν χρήσιμον ἀποτακήσεται ὡς δι' ἠθμοῦ. τὸ δὲ ξυλῶδες ἐν τῷ ὀθονίῳ μενεῖ. B

ὀ legendum suspicatur Marcellus.

Lacuna ex vet. cod. sic τὸ ἄρθεν ἀποτακήσεται. τὸ δὲ &c.

C Περὶ Ἀμμωνιακοῦ. Κεφ. ϛή.

Ἀμμωνιακόν, καὶ τοῦτο ὀπός ἐστι ναρθηκος, γεννωμένου ἐν τῇ κατὰ Κυρήνην Λιβύῃ· καλεῖται δὲ αὐτὸ ὅλος ὁ θάμνος σὺν τῇ ῥίζῃ, Ἀγασυλλίς. ἐγκριτέον δὲ αὐτοῦ τὸ εὔχρουν [καὶ ἄξυλον καὶ ἄλιθες,] λιβανωτίζον τοῖς χόνδροις, καθαρὸν καὶ πυκνόν, μηδεμίαν ἔχον ῥυπαρίαν, *καστορίζον τῇ ὀσμῇ, πικρὸν δὲ τῇ γεύσει. καλεῖται δὲ τὸ τοιοῦτον, θραῦσμα· τὸ δὲ γεῶδες ἢ λιθῶδες, φύραμα. γεννᾶται δὲ ἐν Λιβύῃ κατὰ Ἄμμωνα. χυλὸς ὢν δένδρου ναρθηκοειδοῦς. D Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικήν, ἐπισπαστικήν, *θερμαντικήν, διαφορητικὴν σκληρωμάτων τε καὶ φυμάτων· κοιλίας τε *ὑπάγει ποθέν· καὶ ἔμβρυα κατασπᾷ. σπλῆνα τήκει μετ' ὄξους ʒ α΄ ποθέν. καὶ ἀρθρίτισι καὶ ἰσχιάσιν ἀλγήματα παραιτεῖται· E βοηθεῖ δὲ καὶ ἀσθματικοῖς, ὀρθοπνοϊκοῖς, ἐπιληπτικοῖς, καὶ τοῖς ὑγρασίαν ἐν θώρακι ἔχουσιν, ἐκλειχόμενον μετὰ μέλιτος, ἢ πτισάνης ῥοφουμένου χυλῷ· ἄγει δὲ καὶ οὖρα αἱματώδη· σμήχει δὲ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς λευκώματα· καὶ τραχύτητας βλεφάρων τήκει. F λειωθὲν δὲ σὺν ὄξει καὶ *ἐπιτεθέν, παύει τὰς περὶ σπλῆνα καὶ ἧπαρ σκληρίας· λύει δὲ τοὺς περὶ τὰ ἄρθρα πώρους μετὰ μέλιτος καταπλασσόμενον, ἢ καὶ πίσσῃ μιχθέν· ποιεῖ καὶ πρὸς κόπους καὶ G

V. quidem his carent καὶ ἄξυλον ἄν.

V. καὶ τὸ ἰσχὺν τῇ ὀσμῇ σφοδρόν

V. pro his θερμ. διαφορ. tantum διαλυτικὴν legit.

Lacuna legit καὶ vet. codice ὑπάγει καὶ ὑπὸ γλ.

In quibusdam codicibus legi annotat Marcellus ποταθέν

A aqua, aut ruta mulsáve aut calido pane resoluitur: aliâs verò meconio, æréve vsto aut felle liquido. Porrò si purgare galbanum voles, in feruenté aquam demittito: nam vbi liquatum fuerit, sordes ex parte fluitabunt, quas ita facilè separabis: dein galbanum ipsum mundo raróque linteo illigatum in ærea B pyxide aut fictili vase ita suspendito, vt ne fasciculus nodulúsve vasis imum contingat, opertúmque vas in feruidam aquam demittito. Sic enim quod vtile præstantiúsq; fuerit, veluti per colum eliquescet: lignosum verò quicquid fuerit intra linteum remanebit.

C *De Hammoniaco. Cap. XCVIII.*

EST & Hammoniacum ferulæ liquor, quæ in ea gignitur Africæ parte quæ est iuxta Cyrenen. Totus cum radice frutex Agasyllis appellatur. Maximè probatur quod bene coloratum est, ligni & calculorum expers, thuris glebarum granorúmve similitudine, syncerum D ac densum, nulla sorde spurcatum, castoreum odore imitans & gustu amarum. Hoc genus thrausma, quasi fragmétum seu friaturam dicas, appellatur: alterum quod terræ calculorúmve est particeps, phyrama, id est, mixtura seu miscella. Gignitur verò succus is in Africa iuxta Hammonis templum è ferula- E cea stillans arbore. Vim habet molliendi, attrahendi, calfaciendi, atque duritias & panos discutiendi. Potum, aluum subducit, partúsque extrahit: lienem verò consumit cum aceto drachmæ pondere haustum, & articulorum coxendicúmque doloribus liberat. Auxi- F lio quoque est anhelatoribus, orthopnoïcis & comitialibus: item quibus humor intra pectus hæret, si ex melle delingatur, aut cũ ptisanæ succo sorbeatur. Cruentas etiam vrinas pellit: necnon & oculorum albugines abstergit, & genarum scabritias absumit. Tritum autem ex aceto & impositum lie- G nis iocinerisque duritias emollit. Sed & tophos seu nodos dissoluit qui circum articulos occalluerunt, cum melle adhibitú, aut etiam pici admixtú. Facit & ad lassitudines & ischia-

ischiadas, si additis aceto, nitro & cyprino oleo, acopi vice, perungantur.

De Sarcocolla. Cap. XCIX.

SARCOCOLLA lachryma est arboris in Perside nascentis, thuri tenui similis, subfulua, gustu amariuscula. Vim habet vulnera glutinandi, & oculorum fluxiones inhibendi. Inseritur & emplastris. Cęterùm admixto gummi adulteratur.

De Glaucio. Cap. C.

GLAVCIVM succus est herbæ quæ ad Hierapolin Syriæ nascitur, folijs ferè cornuti papaueris, pinguioribus tamen & in terram sparsis, graueolentibus & gustanti amarioribus, quæque sunt crocei coloris succo copioso prædita. Folia in ollam conjecta, semifrigidis clibanis calfaciunt indigenæ, vsquedum flaccescant: deinde contusis succum exprimunt. Est porrò eius vsus ad oculorum affectus circa principia: quippe cùm refrigerandi vim habeat.

De Glutino. Cap. CI.

GLVTINVM quod xylocollam vel taurocollam vocát, præstantissimum Rhodiacum, quod è corijs bubulis conficitur. Candidum verò id est atque translucens: at nigrum minùs probatur. Resolutum in aceto, impetigines leprásq; summæ cutis delet. Ex aqua verò calida dilutum & illitum non patitur ambusta in pustulas attolli. Vulnerarium quoque est, si melle & aceto diluatur.

De Ichthyocolla. Cap. CII.

ICHTHYOCOLLA, hoc est, piscium gluten, venter est piscis cetacei. Præstat natione Pontica, candicans, subaspera, minimè scabra, & quæ celerrimè liquescit. Vtilis est in emplastris cephalicis, leprarúmque medicaminibus, & tetanothris quæ faciei cutem erugant & extendunt.

De Visco. Cap. CIII.

VISCVM optimum quod recens est, colore intus porraceo, extra

A ἰσχιάδας συγχριόμενον, μετὰ ὄξους καὶ νίτρου καὶ κυπρίνου ἐλαίου ἀντὶ ἀκόπου.

Περὶ Σαρκοκόλλας. Κεφ. ϙθ.

Η δὲ σαρκοκόλλα ἐστὶ δάκρυον δένδρου γεννωμένου ἐν Περσίδι, ἐοικὸς λιβανωτῷ λεπτῷ, ὑπόπυρρον, ἔμπικρον τῇ γεύσει. Δύναμιν δὲ ἔχει κολλητικὴν
B τραυμάτων καὶ ἐφεκτικὴν τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ῥευμάτων· μίγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις. δολοῦται δὲ κόμμεως αὐτῇ μιγνυμένου.

Par. γεννωμένου
Alij μακρὸν
Veteres quidam non habent καὶ ἐφ. vsque ad μίγνυται.

Περὶ Γλαυκίου. Κεφ. ρ'.

ΓΛΑΥΚΙΟΝ χυλός ἐστι βοτάνης κατὰ Ἱεράπολιν τῆς Συρίας φυομένης.
C ἔοικε δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα τῆς κερατίτιδος μήκωνος, λιπαρώτερα δὲ καὶ χαμαίζηλα, καὶ βαρύοσμα καὶ πικρότερα ἐν τῇ γεύσει· χυλὸν δὲ ἔχει πολὺν κροκίζοντα. ταύτης τὰ φύλλα βάλλοντες οἱ ἐπιχώριοι εἰς χύτραν, θερμαίνουσιν ἐν κλιβάνοις ἡμιψύχεσιν ἄχρι μαρασμοῦ, εἶτα ἐκκόψαντες ἐκθλίβουσι τὸν χυλόν· ἔστι δὲ
D ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν ἀρχῇ, ψυκτικοῦ ὄντος.

V. margo addit, [illegible]

Περὶ Κόλλης. Κεφ. ρα'.

ΚΟΛΛΑ ἣν ἔνιοι ξυλοκόλλαν καλοῦσιν ἢ ταυροκόλλαν, καλλίστη ἐστὶν ἡ Ῥοδιακή, ἡ ἐκ τῶν βοείων βυρσῶν σκευαζομένη·
E ἔστι δὲ λευκὴ καὶ διαυγής· ἡ δὲ μέλαινα ἥττων. Δύναμιν δὲ ἔχει, λυθεῖσα ὄξει, λειχῆνας καὶ λέπρας τὰς ἐπιπολαίους ἀφιστάναι. πυρίκαυστα τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι μεθ' ὕδατος θερμοῦ ἐντεθεῖσα καὶ καταχριομένη. ἔστι δὲ καὶ τραυματική, διεθεῖσα μέλιτι καὶ ὄξει.

V. aliqui nō habent.

F

Περὶ Ἰχθυοκόλλης. Κεφ. ρβ'.

Η δὲ ἰχθυόκολλα λεγομένη κοιλία ἐστὶν ἰχθύος κητώδους. διαφέρει δὲ ἡ ἐν Πόντῳ γεννωμένη οὖσα λευκή, ὑπότραχυς, οὐ ψωρώδης, τάχιστα τηκομένη. ὠφελεῖ δὲ εἰς τὰς κεφαλικὰς ἐμπλάστρους καὶ λεπρικὰς δυνάμεις, καὶ εἰς τετάνωθρα τῶν
G προσώπων.

Marc. legit in antiquo [illegible]
Alii, [illegible]
Marc. legit [illegible]

Περὶ Ἰξοῦ. Κεφ. ργ'.

ΙΞΟΣ καλός ἐστιν ὁ νέος, καὶ πρασίζων τῷ χρώματι κατὰ τὰ ἐντός, ἐκ τῆς

Marc. legit [illegible]

ἢ ὑπόξανθος, μηδὲν ἔχων τραχὺ ἢ πιτυρῶδες. γίνεται δὲ ἐκ τινος καρποῦ* στρογγυλοφεροῦς, γεννωμένου ἐν δρυῒ τῇ ἐχούσῃ τὰ φύλλα ὅμοια πύξῳ· κόπτεται δὲ ὁ καρπὸς, εἶτα πλυθεὶς, εἶτα ἐν ὕδατι ἕψεται. ἔνιοι δὲ μασσώμενοι αὐτὸν ἐργάζονται. γίνεται δὲ καὶ ἐκ μηλέας καὶ ἀπίου, καὶ ἐξ ἄλλων δένδρων· εὑρίσκεται δὲ καὶ πρὸς ῥίζαις θάμνων τινῶν. Δύναται δὲ διαφορεῖν, μαλάσσειν, ἐπισπᾶσθαι, συμπέττειν φύματα, παρωτίδας, καὶ τὰς ἄλλας ἀποστάσεις, μιγεὶς ῥητίνῃ καὶ κηρῷ ἴσῳ· ἐπινυκτίδας τε ἐν σπληνίῳ ἰᾶται· σὺν λιβανωτῷ δὲ ἕλκη παλαιὰ καὶ κακοήθεις ἀποστάσεις μαλάσσει· καὶ σπλῆνας τήκει σὺν ἀσβέστῳ ἢ γαγάτῃ λίθῳ ἢ ἀσίῳ ἑψηθεὶς καὶ ἐπιτεθείς. ἕλκει δὲ καὶ ὄνυχας σὺν ἀρσενικῷ ἢ σανδαράχῃ ἐπιπλασθείς· μιγεὶς δὲ ἀσβέστῳ καὶ τρυγὶ, ἐπιτείνει τὴν δύναμιν αὐτοῦ.

V. συνάγεται. Marc. addit ...

V. μαλάσσειν

Matth. legit αὐτοῦ

Περὶ Ἀπαρίνης. Κεφ. ρδ'.

ΑΠΑΡΙΝΗ, οἱ δὲ, ἀμπελόκαρπον, οἱ δὲ, ὀμφαλόκαρπον, οἱ δὲ, φιλάνθρωπον καλοῦσιν, οἱ δὲ, ἰξόν· κλῶνες πολλοὶ, μικροὶ, τετράγωνοι, τραχεῖς· φύλλα δὲ ἐκ διαστήματος κυκλοτερῶς περικείμενα ὥσπερ τὰ τοῦ ἐρυθροδάνου· ἄνθη λευκά· σπέρμα σκληρὸν, λευκὸν, στρογγύλον, ὑπόκοιλον ἐκ μέσου ὡς ὀμφαλός· *προσέρχεται δὲ καὶ ἱματίοις ἡ πόα. χρῶνται δὲ αὐτῇ καὶ οἱ ποιμένες ἀντὶ ἠθμοῦ ἐπὶ τοῦ γάλακτος, πρὸς ἔκληψιν τῶν ἐν αὐτῷ τριχῶν. Ταύτης τὸ σπέρμα καὶ οἱ καυλοὶ καὶ τὰ φύλλα χυλισθέντα, φαλαγγιοδήκτοις καὶ ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ, *πινόμενα μετὰ οἴνου· καὶ ὠταλγίας ἰᾶται ὁ χυλὸς ἐγχυματιζόμενος. ἡ δὲ πόα ἀναληφθεῖσα ὀξυγγίῳ λείᾳ, διαφορεῖ χοιράδας.

Al. ὀμφαλόκαρπον

μακροὶ mallet Samb.

V. ὑπόκοιλον

Al. συνίσχεται

V. caret.

Περὶ Ἀλύσσου. Κεφ. ρε'.

ΑΛΥΣΣΟΝ φρυγάνιόν ἐστιν, ὑπότραχυ, φύλλα ἔχον στρογγύλα· παρ' οἷς ὁ καρπὸς ὡς ἀσπιδίσκια διπλᾶ, ἐν οἷς τὸ σπέρμα ὑπόπλατυ. φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι τόποις. Ταύτης τὸ ἀφέψημα ποθὲν, λυγμοὺς τοὺς δίχα πυρετοῦ λύει· καὶ κρατηθὲν δὲ ἢ ὀσφρανθὲν, τὸ αὐτὸ δρᾷ·

Ald. in nothis addit, ..., quam vocem interpretatus est Ruellius.

Mat. τὸ σπέρμα ἀφεψηθὲν καὶ ποθὲν

A verò subflauo, quódque nil habet asperi aut furfuracei. Conficitur è fructu quodam rotundo, fruticis in robore nascentis, folijs buxo similibus. Contunditur fructus, deinde lauatur, tandémque in aqua decoquitur. Sunt qui acinos commanducantes ipsum conficiant. Gignitur quoque in malo, pyro & plerisque

B que alijs arboribus: atque etiam apud fruticum quorundam radices inuenitur. Discutit, emollit, attrahit, tubercula, parotidas aliósque abscessus maturat, resinæ, parique ceræ admixtum: epinyctidas quoque in splenio sanat. Vetera autem vlcera, malignósque abscessus cum thure mollit: lienémque absumit

C cum calce aut gagate Asióve lapide coctum & impositum. Vngues quoque extrahit cum arsenico aut sandaracha illitum. Cæterùm cum calce viníque fæce mistum suam vim intendit.

De Aparine. Cap. CIIII.

D APARINE, quam alij ampelocarpum, alij omphalocarpum, alij philanthropum, alij deniq; ixum quasi visum vocant, ramis multis fruticat, iisque paruis, quadrangulis, asperis: folia ceu & rubiæ ramulos in orbem cingunt per interualla. Flores sunt candidi, semen durum, album, rotundum, in medio

E quodammodo concauū instar vmbilici: herba ipsa vestibus adhærescit. Ea verò pastores coli vice vtuntur ad eximendos è lacte pilos. Seminis caulium ac foliorū expressus succus è vino potus, contra phalangiorum viperarúmque morsus præbet auxilium. Idem auribus infusus, earū doloribus medetur. Cæ-

F terum herba ipsa si axungia trita excipiatur, strumas discutit.

De Alysso. Cap. CV.

ALYSSON suffrutex est exiguus, subasper, folijs rotundis: iuxta quæ fructus est duplicium scutulorum effigie, in quo semen

G quadantenus latum. Nascitur in montibus asperisque locis. Huius decoctum potum soluit singultus qui sunt citra febrim. Idem præstat si teneatur vel olfiat:

Ac cum melle tritum, lentigines & maculas à solis ardore contractas emendat. Sed & existimatur canis rabidi morsui mederi, contusum in edulijs & exhibitum. Quin & in domo suspensum, salutare, ac tum hominibus tum alijs animalibus fascini amuletum esse fertur. Panno verò puniceo circumligatum, pecorum morbos abigit.

De Asclepiade. Cap. CVI.

ASCLEPIAS ramulos emittit longos, in quibus folia lōga, hederacea: radices numerosas, tenues, odoratas, florem graueolentem, semen ceu securidacæ. Nascitur in mōtibus. Radices in vino potę, torminibus, & contra venenatorum animalium morsus auxiliantur. Folia verò imposita, mammarū ac vuluæ malignis vitijs conferunt.

De Atractylide. Cap. CVII.

ATRACTYLIS spina est cnico similis, sed quæ in summis virgultis folia multò longiora proferat: maior autem pars nuda est & aspera, qua etiam fœminæ pro colu vtuntur. Capitula etiam gerit in cacumine aculeata, florémque pallidum: radix tenuis est atque superuacua. Huius folia, coma & semen, trita potáque cum pipere ac vino, à scorpione percussis succurrūt. Tradunt & nōnulli, percussos, quandiu herbam eam tenuerint, cruciatum non sentire, sed illa deposita, statim dolere.

De Polycnemo. Cap. CVIII.

POLYCNEMON frutex est surculosus, folijs origani, caule geniculis multis intercepto, vti pulegij. Neque verò vmbellam habet, sed paruos in cacumine corymbos cum acri quadam odoris iucūditate. Seu recēs, seu aridū, ex aqua impositū efficaciter vulnera glutinat: sed quinto die solui debet. Ad stranguriam itidem & rupta ex vino bibitur.

De Clinopodio. Cap. CIX.

CLINOPODIVM exiguus frutex est etiā surculosus, duûm dodrantum altitudine, qui quidem in petrosis nascitur: folijs serpyllo similibus, & floribus (orbiculato suo ambitu) lecti pedum speciem præbentibus, ex interuallis marrubij modo dispositis.

A σὺν μέλιτι δὲ λεῖον, *φακοὺς καὶ ἔφηλιν ἀποκαθαίρει. δοκεῖ δὲ καὶ * λυσσοδήκτους ἰᾶσθαι, συγκοπὲν ἐδέσματι καὶ δοθέν. καὶ κρεμάμενον δὲ ἐν οἰκίᾳ, *ὑγιεινὸν λέγεται εἶναι, καὶ ἀνθρώποις καὶ ζώοις ἀβάσκαντον. περιαφθὲν δὲ φοινικῷ ῥάκει, θρεμμάτων νόσους ἀπελαύνει.

B

Περὶ Ἀσκληπιάδος. Κεφ. ρς΄.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΣ κλωνία ἀνίησι μακρά, ἐφ' ὧν φύλλα *μακρὰ κισσῷ ὅμοια· ῥίζας πολλὰς καὶ λεπτάς, εὐώδεις· ἄνθος βαρύοσμον· σπέρμα δὲ ὡς πελεκίνου. φύεται ἐν ὄρεσι. βοηθοῦσι δὲ αἱ ῥίζαι ἐν οἴνῳ πινόμεναι, στροφουμένοις καὶ θηριοδήκτοις. καὶ
C τὰ φύλλα καταπλαττόμενα, ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν μαστοῖς καὶ *μήτραις κακοηθείας.

Περὶ Ἀτρακτυλίδος. Κεφ. ρζ΄.

ΑΤΡΑΚΤΥΛΙΣ ἄκανθά ἐστιν ἐοικυῖα κνίκῳ, *μακρότερα δὲ πολλῷ φύλλα ἔχουσα ἐπ' ἄκρου τῶν ῥαβδίων. τὸ δὲ πλεῖον γυμνὸν τραχύ, ᾧ καὶ αἱ γυναῖκες χρῶνται ἀντὶ
D ἀτράκτου. ἔχει δὲ καὶ κεφάλια ἐπ' ἄκρου ἀκανθώδη· ἄνθος ὠχρόν· ῥίζα δὲ λεπτή, ἄχρηστος. ταύτης τὰ φύλλα καὶ ἡ κόμη καὶ ὁ καρπὸς λεῖα ποθέντα σὺν πεπέρει καὶ οἴνῳ, σκορπιοπλήκτοις ὠφελεῖ. ἔνιοι δ' ἱστοροῦσι, τοὺς πληγέντας, ἄχρις ἂν κρατῶσι τὴν πόαν, ἀνωδύνους εἶναι· ἀποθεμένους δέ,
E ἀλγεῖν.

Περὶ Πολυκνήμου. Κεφ. ρη΄.

ΠΟΛΥΚΝΗΜΟΝ *θάμνος ἐστὶ φρυγανώδης, ἔχων φύλλα ὀριγάνῳ ἐμφερῆ· τὸν δὲ καυλὸν *πολυγόνατον ὥσπερ γλήχωνος. οὐκ ἔχει μέντοι τὸ σκιάδιον, μικρὰ δὲ ἐπ' ἄκρῳ κορύμβια *μετ' εὐωδίας τινὸς
F δριμείας. ποιεῖ δὲ καταπλασσόμενον χλωρὸν ἢ ξηρὸν μεθ' ὕδατος, πρὸς τραύματα, κολλῶσα· δεῖ δὲ πεμπταῖον λύειν. πίνεται καὶ πρὸς στραγγουρίαν καὶ ῥήγματα, σὺν οἴνῳ.

Περὶ Κλινοποδίου. Κεφ. ρθ΄.

ΚΛΙΝΟΠΟΔΙΟΝ θαμνίον ἐστὶ καὶ τοῦτο
G φρυγανῶδες δισπίθαμον, φυόμενον ἐν πέτραις, ἔχον φύλλα ἑρπύλλῳ παραπλήσια. καὶ τὰ ἄνθη ὅμοια * ὡς κλίνης ποσίν, ἐκ διαστημάτων ἐμφερῆ πρασίῳ.

Lacuna in vet. legit λυσσοδήκτους: eamque lectionem censet probabiliorē.

V. quidam non habet hanc vocem.

Non legit Oribas. al μακρά. In antiquissimo quodam codice non habetur.

Addit Orib. ἢ κνίκῳ ἀγρίῳ. Margo μακρότερα. Sic & Orib.

Goupylus in vtroque exempl. legit κομίων. Ald. in no. hist. ἐστι δὲ τοῦτο πορφυροῦν. quæ verba Marcellus & Ruellius interpretantur, Quibusdā verò locis purpureū.

V. θαμνίον ἐστὶ φρυγανῶδες.

Suspicatur Cornarius legendū ex Plinio τὸν δὲ καυλὸν πολυγόνατον, ... ὥσπερ γλήχωνος. Sic enim ille lib. 26 cap. 14. Polycnemon cunilæ bubulæ similis est, semine pulegij surculosa, multis geniculis corymbo odorato, acri & dulci odore, &c.

V. δριμύ τι μετ' εὐωδίας μίξεως.

V. ξανθόν.

A Πίνεται δὲ ἡ πόα καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς, πρὸς θηρίων δήγματα, καὶ σπάσματα, καὶ ῥήγματα καὶ στραγγουρίας. ἄγει καὶ ἔμμηνα, καὶ ἔμβρυα, καὶ ἀκροχορδόνας ἀποβάλλει, ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας πινόμενον. *κοιλίας τε ἵστησιν ἐπὶ τρίτον ἑψόμενον καὶ πινόμενον ἀπυρέτοις ἐν οἴνῳ· πυρέττουσι δέ, δι' ὕδατος.*

Hoc suppositicium censet Marcellus.

Bibitur herba ipsiúsque decoctum ad venenatorum animalium morsus, conuulsa, ruptáque & stranguriam. Pellit & menses atque partus. Verrucas pensiles, quas acrochordonas vocant, auellit aliquot diebus epotum. Aluum quoque sistit ad tertias decoctum & potum, siquidem febris absit, in vino: sin minus, ex a- B qua.

Περὶ Λεοντοπετάλου. Κεφ. ρί.

ΛΕΟΝΤΟΠΕΤΑΛΟΝ καυλὸν ἀνίησι σπιθαμιαῖον· ἢ καὶ μείζονα, ἔχοντα μασχάλας πλείστας· ἐφ' ὧν ἄκρων λοβοὶ ὅμοιοι ἐρεβίνθοις, ἐν δὲ τούτοις δύο ἢ τρία σπερμάτια· ἄνθη φοινικᾶ, ἐοικότα ἀνεμώνῃ· φύλλα δὲ ὅμοια κράμβῃ, ἐντετμημένα ὡς τὰ τῆς μήκωνος· ῥίζα μέλαινα ὥσπερ γογγύλη, ἐξοχὰς ἔχουσα καθάπερ κονδύλους τινάς. Φύεται δὲ ἐν ἀρούραις καὶ ἐν τῷ σίτῳ. Ταύτης ἡ ῥίζα σὺν οἴνῳ πινομένη, βοηθεῖ ἑρπετοδήκτοις, ταχέως ἀπόνους ποιοῦσα. μίσγεται δὲ καὶ εἰς τοὺς ἰσχιαδικοὺς κλυσμούς.

V. σπιθαμιαῖον

Quidam carent his vocibus ὅμ. ἐρεβ.

V. parenthesi includit ῥίζα μέλαινα ὥσπερ γογγύλη.

De Leontopetalo. Cap. CX.

LEONTOPETALVM caulem profert dodrátalé, aut etiá altiorē, plurimis alis concauū, in quarū cacuminibus siliquæ sunt cicerum modo, ac in his duo triáve minuta semina, flores punicei, anemonæ si- C miles, folia brassicæ, papaueris, foliorum diuisura: radix nigra, rapo similis, quæ eminentias ceu nodos quosdam habet. Nascitur in aruis, ac inter segetes. Radix ex vino pota commorsis à serpente auxiliatur, dolorem omnem celeriter eximés. Miscetur & ischiadicorum clysteribus. D

Περὶ Τευκρίου. Κεφ. ρια.

ΤΕΥΚΡΙΟΝ, οἱ δὲ καὶ τοῦτο χαμαίδρυν καλοῦσιν, πόα ῥαβδοειδής, ἐοικυῖα χαμαίδρυϊ, λεπτόφυλλος, ἔχουσα ἐρεβίνθῳ πέταλον ὅμοιον. φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Κιλικίᾳ τῇ κατὰ Γεντιάδα καὶ Κισσάδα καλουμένῃ. Δύναμιν δὲ ἔχει χλωρὰ μετ' ὀξυκράτου ποθεῖσα ἢ ξηρὰ ἀποζεσθεῖσα καὶ πινομένη, σπλῆνα τήκειν ἰσχυρῶς. καταπλάσσεται δὲ μετὰ σύκων καὶ ὄξους ἐπὶ σπληνικῶν· ἐπὶ θηριοδήκτων δέ, μετ' ὄξους μόνου χωρὶς σύκων.

V. hanc alteram appellationem non habet.

Ald. Κισσάδα

De Teucrio. Cap. CXI.

TEVCRIVM sunt qui etiá chamædryn appellant. Herba est virgæ speciem præ se ferens, trissagini similis, tenui folio ac ciceris figura. In Cilicia iuxta Gentiadem & Cissadem appellatam vbertim pro- E uenit. Recens cum posca, vel etiam aridæ feruefactæ ius, potu potenter lienem consumendi vim habet. Sed & lienosis imponitur cum ficis & aceto: venenatorum autem animalium morsibus, ex aceto solo sine ficis.

Περὶ Χαμαίδρυος. Κεφ. ριβ.

ΧΑΜΑΙΔΡΥΣ, οἱ δὲ χαμαίδρωψ, ἢ λινόδρυς. διὰ δὲ τὸ σώζειν τινὰ ἐμφέρειαν τῷ τευκρίῳ, καὶ ταύτην τινὲς τεύκριον ἐκάλεσαν. φύεται ἐν τραχέσι καὶ πετρώδεσι τόποις· ἔστι δὲ θαμνίσκος σπιθαμιαῖος, φύλλα ἔχων μικρά, τῷ σχήματι καὶ τῇ σχισῇ δρυῒ ὅμοια, πικρά· ἄνθος ὑπόπορφυρον, μικρόν. συλλέγειν δὲ αὐτὴν δεῖ ἐγκύμονα τοῦ καρποῦ. Δύναμιν δὲ ἔχει χλωρὰ ἀφεψηθεῖσα σὺν ὕδατι καὶ πινομένη, βοηθεῖν σπάσμασι, βηχί,

Orib. ὑπόπορφυρον

Lacuna legit praeterea in vet. cod. ᾗ μικρόν.

De Trissagine. Cap. CXII.

F TRISSAGO Græcis chamædrys, quibusdam chamædrops, aliis linodrys dicitur. Sunt & qui eam ipsam Teucrium appellauerint, propterea quod cum teucrio quandam seruet similitudinem. Nascitur in asperis ac petrosis locis. Est verò frutex exiguus, dodrantalis, folia habés exigua, effigie & diuisura quer- G cus, amara: florem pene purpureum ac pusillū. Carpi ipsam semine prægnantem oportet. Recens in aqua decocta, potu, conuulsis, tussi,

Mar. Chamærops

lieni indurato, vrinæ difficultate laborantibus ac incipientibus hydropicis auxiliatur. Ciet etiã menses, atque partus extrahit, lienémque ex aceto pota consumit. Est & aduersus venenata animantia, potu ex vino, illitúque efficax. Sed & trita in catapotia redigi potest ad supradicta. Efficax quoque est ad repurgãda vetera vlcera cum melle. Trita verò cum oleo & illita, caligines oculorum discutit. Denique excalfacit perunctione.

De Leucade. Cap. CXIII.

Leucas montana latioribus folijs est quàm satiua, semine verò acriore, amariore atque etiam ori magis ingrato: attamen quam satiua efficacior habetur. Vtraque cum vino & illitu & potu contra virulentorum animalium, maximéque marinorum, venena efficax.

De Lychnide coronaria. Cap. CXIIII.

Lychnis coronaria flore est albæ violæ, sed purpureo: qui quidẽ in corollas nectitur. Semẽ in vino potũ à scorpione ictis auxiliatur.

De Lychnide syluestri. Cap. CXV.

Lychnis syluestris omni ex parte satiuæ similis. Semẽ duabus drachmis potum biliosa per aluum detrahit, & ictis à scorpione subuenit. Sed & aiunt scorpiones hac herba admota torpescere, prorsúsque inertes & ad lædendum inefficaces reddi.

De Lilio. Cap. CXVI.

Lilii regij flos coronarius est: lirium nonnulli vocant: ex cóque paratur vnguentum, quod aliqui lirinum, alij susinum appellant, neruos, priuatimq; vuluæ duritias, emolliens. Herbæ folia imposita, serpentium morsibus opitulantur: feruefacta quoque, adustis proficiunt: aceto verò condita, vulneribus prosunt. Ex eorundem succo in æneo vase decocto, adiectis aceto & melle, liquidum fit medicamentum, veteribus vlceribus recentibúsque vulneribus vtile. Inassata radix & ex ro-

A σπληνὶ ἐσκιῤῥωμένῳ, δυσουροῦσιν, ὑδρωπικοῖς ἐν ἀρχαῖς· ἄγει καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα, σπλῆνα τήκει, σὺν ὄξει ποθεῖσα· πρὸς δὲ τὰ θηρία, σὺν οἴνῳ πινομένη, ἢ καταπλασσομένη ποιεῖ. λεία δὲ δύναται καὶ εἰς καταπότια ἀναπλάσσεσθαι πρὸς τὰ εἰρημένα, καὶ ἀνακαθαίρει ἕλκη παλαιὰ
B σὺν μέλιτι· αἴρει δὲ ἀχλὺς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς σὺν ἐλαίῳ λεία ἐγχεομένη καὶ * ἀλειφομένη. ἔστι δὲ θερμαντική.

Περὶ Λευκάδος. Κεφ. ρıγ'.

Λευκας ὀρεινὴ, πλατυφυλλοτέρα τῆς ἡμέρου ἐστὶ, δριμύτερόν τε καὶ * πικρότερον ἔχουσα τὸν καρπὸν καὶ ἀστομώ-
C τερον· δραστικωτέρα μέντοι τυγχάνει τῆς ἡμέρου. ἐπιπλασσόμεναι δὲ ἀμφότεραι καὶ πινόμεναι, ἁρμόζουσι μετ' οἴνου ἐπὶ τῶν ἰοβόλων, καὶ μάλιστα τῶν θαλασσίων.

Huic capiti principium decurtatum esse suspicatur Marcellus.

In vet. legit Lacuna μικρότερον.

Περὶ Λυχνίδος στεφανωματικῆς. Κεφ. ριδ'.

Λυχνις στεφανωματικὴ, ἄνθος ἐστὶν
D ὅμοιον λευκοίῳ, ἐμπόρφυρον δὲ πλεκόμενον εἰς τὰ στεφάνια. τὸ σπέρμα βοηθεῖ σὺν οἴνῳ ποθὲν σκορπιοπλήκτοις.

Περὶ Λυχνίδος ἀγρίας. Κεφ. ρıε'.

Λυχνὶς ἀγρία ὁμοία τῇ ἡμέρῳ κατὰ πάντα. τὸ δὲ σπέρμα αὐτῆς < β'. πλῆθος ποθὲν, ἄγει κατὰ κοιλίαν χολώδη, καὶ
E σκορπιοπλήκτοις ἁρμόζει. φασὶ δὲ καὶ τοὺς σκορπίους ναρκώδεις καὶ ἀπράκτους γίνεσθαι, προστεθείσης αὐτοῖς τῆς πόας.

Περὶ Κρίνου. Κεφ. ρıϛ'.

Κρινον βασιλικὸν, τούτου τὸ ἄνθος στεφανωματικόν ἐστι, καλούμενον ὑπό τινων λείριον. ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρῖσμα κατασκευάζεται, ὅ τινες λείρινον, οἱ δὲ σούσινον καλοῦσι, μαλακτικὸν ὂν τῶν νεύρων,
F καὶ ἰδίως τῶν περὶ μήτραν σκληριῶν. τῆς δὲ πόας τὰ φύλλα καταπλασσόμενα, ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ καύματα, ζεσθέντα· ταριχευθέντα δὲ ἐν ὄξει, τραυματικὰ γίνεται. ὁ δὲ χυλὸς
G αὐτῶν μιγεὶς ὄξει ἢ μέλιτι, ἑψηθείς τε ἐν χαλκώματι * ὑγρὸν γίνεται φάρμακον πρὸς τὰ παλαιὰ ἕλκη, καὶ πρόσφατα τραύματα. ἡ δὲ ῥίζα ὀπτὴ λεία συντρο-

δῖνα, πυρίκαυστα ἰᾶται, καὶ ὑστέρας μαλάσσει, καὶ ἔμμηνα ἄγει, καὶ ἕλκη ἐπουλοῖ· σὺν μέλιτι δὲ λειωθεῖσα, νεῦρα διακοπέντα καὶ ἐξαρθρήματα ἰᾶται· ἀλφούς τε ἀποκαθαίρει καὶ λέπρας, καὶ πιτυρίασιν καὶ ἀχῶρας σμήχει, τά τε πρόσωπα καθαίρει καὶ ἀρρυτίδωτα ποιεῖ. Σὺν ὄξει δὲ λεία ἢ σὺν ὑοσκυάμου φύλλοις καὶ ἀλεύρῳ πυρίνῳ, ὄρχεων φλεγμονὰς παραιτεῖται. Τὸ δὲ σπέρμα ἑρπετῶν δήγμασιν ἀντιφάρμακον, ποθέν· ἐρυσιπέλασι δὲ κατάπλασμα, σὺν οἴνῳ λειωθέντα τό τε σπέρμα καὶ τὰ φύλλα. Φασὶ δέ τινες καὶ πορφυρᾶ ἄνθη κρίνου γίνεσθαι. Ἐναργέστατα δὲ φύεται ἐν τῇ Συρίᾳ καὶ Πισιδίᾳ τῆς Παμφυλίας πρὸς τὴν τοῦ χρίσματος κατασκευήν.

Quidam ἐξαιρούμενον

A facco trita, igni ambusta sanat, vuluam emollit, menstrua ciet, vlceráque cicatrice obducit. Cum melle autem detrita, præcisis neruis luxatísque medetur: alphósque, lepras & furfures emendat. Quin & vlcera in capite manantia extergent, faciémque purgat simul & erugat. Eadem trita cum aceto aut B hyoscyami folijs & farina tritici, testium inflammationes demulcet. Semen verò potum, serpentiũ morsibus aduersatur: erysipelatis autem, semen & folia trita ex vino imponuntur. Tradunt porrò nonnulli, etiam purpureos nasci liliorum flores. Cæterùm in Syria & Pisidia Pamphyliæ lilia vnguẽto conC ficiendo efficacissima nascuntur.

Περὶ Βαλλωτῆς. Κεφ. ριζ.

Ald. τὸ μέγα πράσιον καλοῦσι.

ΒΑΛΛΩΤΗ, ἢ μέλαν πράσιον, καυλοὺς ἀνίησι τετραγώνους, μέλανας, ὑποδασεῖς, ἐκ μιᾶς ῥίζης πλείονας· φύλλα δὲ πρασίῳ ὅμοια, μείζονα δὲ καὶ στρογγυλώτερα καὶ μέλανα καὶ δασέα, ἐκ διαστημάτων τοῦ καυλοῦ παραπλήσια μελισσοφύλλου, δυσώδη· ὅθεν καὶ τοῦτο μελισσόφυλλον ἐκάλεσε· καὶ τὰ ἄνθη δὲ ἅμα περιέχει λευκὰ τοῖς καυλοῖς ἐγκυκλοῦς. Ταύτης τὰ φύλλα καταπλασσόμενα μετὰ ἁλῶν, ποιεῖ πρὸς τὰ κυνόδηκτα· μαρανθέντα δὲ ἐν θερμοσποδιᾷ, κονδυλώματα στέλλει, ῥυπαρά τε ἕλκη σὺν μέλιτι ἀποκαθαίρει.

De Ballote. Cap. CXVII.

BALLOTE seu marrubium nigrum caules edit quadrangulos, nigricantes, subhirsutos, ab vna radice numerosos, folijs marrubij: at maioribus, rotundioribus, nigris & D hirsutis, caulem per interualla cingentibus apiastri similitudine, atque etiam graueolentibus. Vnde & hanc aliqui apiastrum vocauere. Sed & flores candidi vnà cum folijs orbiculatim caules ipsos ambiunt. Huius folia ex sale imposita, aduersus canis morsus efficacia sunt. Feruenti verò cinere cocta dũ E flaccescant, condylomata reprimunt, sordidáque vlcera cum melle purgant.

Περὶ Μελισσοφύλλου. Κεφ. ριη.

Ald. in noth. ἄλλοι μελίτειον οἱ δὲ ἀπιάστρον.

ΜΕΛΙΣΣΟΦΥΛΛΟΝ, ὃ ἔνιοι μελίτταιναν καλοῦσι, διὰ τὸ ἥδεσθαι τῇ πόᾳ τὰς μελίττας. ἔοικε δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα καὶ τὰ καυλία τῇ προειρημένῃ βαλλωτῇ· μείζονα δὲ ταῦτα καὶ λεπτότερα, οὐχ οὕτω δασέα, ὄζοντα δὲ κιτρομήλου. Ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα ποτιζόμενα σὺν οἴνῳ καὶ καταπλασσόμενα, πρὸς σκορπιοπλῆγας, καὶ φαλαγγιοδήκτους, καὶ κυνοδήκτους. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καταντλούμενον, πρὸς τὰ αὐτά. ποιεῖ καὶ ἐγκαθίσματα, πρὸς ἐμμηνίων ἀγωγὴν εὔθετα· ὀδονταλγίαις τε διάκλυσμα, ἔγκλυσμά τε δυσεντερικοῖς.

De Apiastro. Cap. CXVIII.

APIASTRVM, quod Græci melissophyllõ & alio nomine melittænam vocant, quoniam apes ea F herba delectantur, foliis & cauliculis antè memoratæ ballotæ similis est: attamen maioribus & tenuioribus, neque ita hirsutis, citreum verò malum redolentibus. Folia cum vino pota atque etiam imposita, prosunt contra scorpionum ictus, necnon & phalangiorum canísque rabidi morsus. Eorundem G decoctũ fotu ad eadem valet. Conuenit etiamnum fœminarum desessionibus ad ciendos menses. Colluitur & in dentium doloribus, atque etiam dysentericis infunditur.

Folia quoque addito nitro bibita, ijs auxiliantur qui à fungis strangulantur, necnon torminosis: orthopnoïcis verò, in ecligmate sumpta. Cæterum imposita cum sale, strumas discutiũt, itémque vlcera purgant: sed & articularios dolores illita sedant.

A βοηθεῖ καὶ τοῖς ὑπὸ μυκήτων πνιγομένοις σὺν νίτρῳ τὰ φύλλα πινόμενα, καὶ στροφουμένοις. καὶ ἐκλεικτὸν ὀρθοπνοϊκοῖς. καταπλασσόμενα δὲ σὺν ἁλὶ, διαφορεῖ χοιράδας, καὶ ἕλκη ἀνακαθαίρει. τά τε ἐπὶ τῶν ἀρθριτικῶν ἀλγήματα παραμυθεῖται, καταπλασθέντα.

Legit Lacuna in vet. cod. ἀλγίας

De Marrubio. Cap. CXIX.

B Περὶ Πρασίου. Κεφ. ριθ.

MARRVBIVM frutex est ab vna radice ramosus, subhirsutus, candicãs, virgis quadrangularibus: folium pollicem æquat, subrotundum, villosum, rugosum, gustu amaro. Semen est in caulibus ex interuallis: flores verticillato ambitu asperi. Nascitur circa domorum areas & rudecta. Huius foliorũ siccorum simul & seminis decoctum ex aqua, aut etiam recentium foliorum succus vna cum melle, tabidis, suspiriosis ac tussiẽtibus exhibetur. Crassam quoque pituitam pectore contentã, ammixta iride sicca, excreatione purgat. Datur & mulieribus quæ non purgãtur, ad euocanda menstrua, secundásque pellendas: itémque difficilè parientibus, atque etiam his qui à venenatis bestijs commorsi sunt, necnon & ijs qui venena hauserunt: attamen vesicam ac renes offendit. Folia cum melle illita, sordida purgant vlcera: pterygia nomásque sistunt, & laterum dolores mitigant. Sed & succus folijs contusis expressus, & in sole spissatus coactúsve, ad eadem pollet. Cum vino quoque ac melle inunctus, oculorum claritatẽ adiuuat: per nares itidẽ regium morbum expurgat. Deniq; aurium doloribus per se & cum rosaceo conuenienter instillatur.

ΠΡΑΣΙΟΝ θάμνος ἐστὶν ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πολύκλαδος, ὑπόδασυς, λευκός, τετράγωνος τοῖς ῥάβδοις· φύλλον δὲ τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ ἴσον, ὑποστρόγγυλον, δασύ, * ἔλασον, πικρὸν τῇ γεύσει· ἐκ διαστημάτων δὲ ἐπὶ τῶν καυλῶν τὸ σπέρμα, καὶ ἄνθη οἱονεὶ σπόνδυλοι τραχεῖα. C φύεται περὶ τὰ οἰκόπεδα, καὶ * ἐρείπια. Τούτου τὰ φύλλα ξηρὰ σὺν τῷ σπέρματι ἑψόμενα σὺν ὕδατι, ἢ χυλιζόμενα χλωρὰ, δίδοται μετὰ μέλιτος φθισικοῖς, ἀσθματικοῖς, βήσσουσιν. ἀνάγει καὶ πάχος ἐκ θώρακος, ἴριδος ξηρᾶς μιγείσης. D δίδοται καὶ ταῖς μὴ καθαιρομέναις γυναιξὶ πρὸς ἀγωγὴν ἐμμηνίων καὶ δευτέρων, καὶ δυστοκούσαις, καὶ θηριοδήκτοις, καὶ τοῖς θανάσιμον πεπωκόσι· κύστει μέντοι καὶ νεφροῖς * ἄθετοι. τὰ δὲ φύλλα καταπλασσόμενα σὺν μέλιτι, ῥυπαρὰ ἕλκη ἀνακαθαίρει, πτερύγιά τε καὶ νομὰς ἀφίστησι, καὶ E ὀδύνας πλευρῶν παραμυθεῖται. καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν δὲ σκευαζόμενον χύλισμα ἐκθλιβομένων τῶν φύλλων, καὶ συστρεφόμενον ἐν ἡλίῳ πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ. ἔστι δὲ καὶ ὀξυδερκὲς, σὺν οἴνῳ καὶ μέλιτι ἐγχριόμενον· ἀποκαθαίρει δὲ καὶ ἴκτερον διὰ τῶν ῥινῶν· ὠταλγίαις τε ἁρμόζει, ἐγχυματιζόμενον F καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ ῥοδίνου.

Alter, ὑγρὰ, sed perperam.

De Stachy. Cap. CXX.

Περὶ Στάχυος. Κεφ. ρκ.

STACHYS frutex est marrubio similis, sed aliquantò longior, & folia proferens numerosa, rara, subhirsuta, dura, odoris iucundi, candida: & complures virgulas ab eadem radice exeuntes, quàm marrubij candidiores. Nascitur in montosis & asperis locis. Vim habet excalfactoriam & acrem: ideóque foliorum decoctum menstrua secundásque potu pellit.

ΣΤΑΧΥΣ θάμνος ἐμφερὴς πρασίῳ, ὑπομηκέστερος δὲ καὶ πλεῖστα * φύλλα ἀραιὰ ἔχων ὑπόδασέα, σκληρὰ, εὐώδη, λευκά· ῥαβδία δὲ πλείονα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης, * λευκότερα τῶν τοῦ πρασίου. G φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι χωρίοις. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, δριμεῖαν· ὅθεν τὸ ἀπόζεμα τῶν φύλλων ἔμμηνα καὶ δεύτερα ἄγει πινόμενον.

V. φυλλάρια ἐν διαστήματι ὑποπεφυκότα. Sed suspecta est ea lectio.
V. ὑπόλευκα, λεπτὰ περὶ τὰ τοῦ πρασίου αὐτῷ ὑποπεφυκότα.

Περὶ Φυλλίτιδος. Κεφ. ρκά.

Φυλλῖτις φύλλα ἀνίησιν ὅμοια λαπάθῳ, ἐπιμηκέστερα δὲ καὶ εὐθαλέστερα, ϛ΄. ἢ ζ΄. ὀρθά, λεῖα ἐκ τῶν ἔμπροσθεν, ἐκ τῶν ὄπισθεν δέ, καθάπερ σκώληκας ἔχοντα ἀπηρτημένους, λεπτούς· φύεται ἐν κατασκίοις καὶ παραδείσοις, γευσαμένῳ στρυφνή. οὔτε δὲ καυλόν, οὔτε καρπόν, οὔτε ἄνθος φέρει. Ταύτης τὰ φύλλα μετ᾽ οἴνου πινόμενα, πρὸς ἑρπετοδήκτους ποιεῖ· ἐπὶ τετραπόδων τε διὰ στόματος ἐγχυματισθεῖσα βοηθεῖ· πίνεται καὶ πρὸς δυσεντερίας καὶ διαῤῥοίαν.

Quidam ἀνθαλῆ στρυφνά. V delet. Orib. ὀρθά. Ald. ...

Περὶ Φαλαγγίου. Κεφ. ρκβ΄.

Φαλάγγιον, οἱ δὲ φαλαγγίτην, οἱ δὲ καὶ τοῦτον λευκάκανθαν καλοῦσιν. κλῶνές εἰσι δύο ἢ τρεῖς ἢ πλείονες, διεστῶτες ἀπ᾽ ἀλλήλων· ἄνθη λευκά, παραπλήσια κρίνῳ, ἐντομὰς πολλὰς ἔχοντα· σπέρμα δὲ παχύ, μέλαν, ὥσπερ φακοῦ ἥμισυ, ἰσχνότερον μέντοι πολλῷ· ῥίζιον μικρόν, λεπτόν, χλωρὸν ἅμα τῷ ἑλκυσθῆναι ἐκ τῆς γῆς. ὕστερον γὰρ συνέλκεται· φύεται δὲ ἐν γεωλόφοις. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ τὸ σπέρμα, καὶ τὸ ἄνθος πινόμενον μετ᾽ οἴνου, σκορπιοπλήκτοις βοηθεῖ, καὶ φαλαγγιοδήκτοις· λύει δὲ καὶ στρόφους.

V. διεστῶτας. Lacunam legit in nonnullis codicibus, ἢ μείζον ita & Marcellus. His quidam carent ἐκ ζ. μικρὸν. V. συνέλκεται.

Περὶ Τριφύλλου. Κεφ. ρκγ΄.

Τρίφυλλον, οἱ δὲ ὀξύφυλλον, οἱ δὲ μηνυανθές, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ κνίκιον καλοῦσι, θάμνος ἐστὶ πήχεως μείζων, ῥάβδους ἔχων λεπτάς, μελαίνας, σχοινώδεις, παραφυάδας ἐχούσας, ἐφ᾽ ὧν φύλλα ὅμοια λωτῷ τῷ δένδρῳ, τρία καθ᾽ ἑκάστην βλάστησιν· ὀσμὴ δὲ αὐτῶν ἄρτι μὲν φυομένων, πηγάνου· αὐξηθέντων δέ, ἀσφάλτου· ἄνθος δὲ ἀνίησι πορφυροῦν· σπέρμα δὲ ὑπόπλατυ καὶ ὑπόδασυ, ἐκ τοῦ ἑτέρου πέρατος ὥσπερ κεραίαν ἔχον· ῥίζα δὲ λεπτή, μακρά, ἰσχυρά. Βοηθεῖ δὲ τὸ σπέρμα καὶ τὰ φύλλα, πινόμενα ἐν ὕδατι, πλευριτικοῖς, δυσουροῦσιν, ἐπιληπτικοῖς, ἀρχομένοις ὑδρωπιᾶν, ὑστερικαῖς

Vetus inserit ἢ ... Sic & Orib. V. addit ... Sic Lac. V. ... Sic Lac.

A *De Phyllitide. Cap. CXXI.*

PHYLLITIS folia promit rumici similia, sed oblongiora & magis virentia, sena septenáve, recta: quæque parte anteriore læuia cernuntur, posteriore verò tenues quasi vermiculos annexos ostendunt. Nascitur in vmbrosis locis ac B viridarijs, gustu acerbo. Neque verò caulem, neque semen, neque florem profert. Folia in vino pota serpentiũ morsibus aduersantur. Quadrupedibus itidem per os infusa auxilio sunt. Bibuntur & ad dysenteriam & diarrhœam.

De Phalangio. Cap. CXXII.

C PHALANGIVM aliqui phalangiten, alij etiam leucacantham appellant. Ramuli ei sunt duo aut tres pluresve, inter se distantes, flores candidi, liliaceis similes, incisuras multas habentes. Semen verò latum, nigrum, ad dimidiatæ lentis figuram, sed multò gracilius. Radicula parua, tenuis, D & dum è terra eruitur, coloris herbacei: posteà verò contrahit sese. Nascitur in collibus. Folia, semen & flos, siquidem ex vino bibantur, contra scorpionum ictus phalangiorúmq; morsus, auxiliantur: tormina quoque discutiunt.

Vl. in diuersa tendentes. Vl. tenuius.

De Trifolio. Cap. CXXIII.

E TRIFOLIVM Græci triphyllon, alij oxytriphyllon, alij menyanthes, alij asphaltium, alij denique cnicium vocãt. Frutex est supra cubiti altitudinem assurgens, ac virgas habens tenues, nigras, iunceas, non sine ramulorum appendiculis, in quibus folia exeunt loti arboris foliorum similitudine, eáque terna F in singulis germinibus. Odor illorum vbi recés nata sunt, rutæ: posteaquam verò adoleuerunt, bitumini proximus. Florem verò edit purpureum, ac semen quadantenus latum & subhirsutum, ab altera extremitate veluti corniculum gerés. Radix autem tenuis, lõga, ac firma G validáq; est. Semen & folia in aqua pota, pleuriticis, vrinę difficultate laborãtibus, comitialibus, hydropicis incipiẽtibus, ac fœminis vuluæ strãgulationi opportunis auxiliantur:

menses quoque ciunt. Sed è semine, ternæ drachmæ: è folijs verò, quaternæ exhiberi debent. Succurrunt & venenatorum morsibus folia trita ex aceto mulso pota. Tradunt verò nonnulli, totius fruticis, radicis inquam & foliorum decoctum fotu dolores eorum mitigare quos serpentes momorderint. Verùm si qua sanatus quispiam fuerit aqua, alius aliquis foueatur qui vlcus habuerit, perinde affici vt qui demorsi fuêre. Quidam terna folia aut totidem semina in tertianis cũ vino potui dedere, & in quartanis quaterna, ceu quæ febrium circuitus finiant atque discutiant. Cæterùm radix antidotis inseritur.

De Polio. Cap. CXXIIII.

POLIVM quoddam mõtanum, cui etiam teuthris nomen est, & cuius est vsus. Exiguus frutex est, tenuis, candidus, dodrantalis, & semine refertus: capitulo in cacumine quandam corymbi speciem præ se ferente, paruo, cæsariei canæ simili, & graueolente cum aliquantula odoris iucunditate. Alterum fruticosius est, non vsqueadeò valens odore, ac viribus inefficacius. Decoctum ipsorum epotum, succurrit venenatorum morsibus, hydropicis & arquatis: spleneticis autem ex aceto propinatur. Sed capitis dolorem ciet, stomachúmque malè habet. Ducit verò etiá aluum ac menses. Cæterùm substratum suffitúmve polium venenatas bestias abigit: impositum verò vulnera conglutinat.

De Scordio. Cap. CXXV.

SCORDIVM in montanis & palustribus locis nascitur. Folia habet trissaginis similitudine, at maiora, neque ita per ambitum incisuris diuisa, aliquantum verò allium redolentia, astringentia & gustu amara: cauliculos autem quadrangulos, è quibus flos subruber emicat.

Vim habet herba excalfactoriã, vrinámque cit. Recens trita, itémque arida, decocta in vino, aduersus serpẽtium morsus, venenáque propinatur: ad stomachi verò rosiones, dysenteriam, & vrinæ difficultaté, binis drachmis, ex hydromelite:

A ἄγει δὲ καὶ καταμήνια· δεῖ δὲ διδόναι τοῦ μὲν σπέρματος < γ΄. τῶν δὲ φύλλων < δ΄. V. [illegible]
ἀρήγει δὲ καὶ θηριοδήκτοις τὰ φύλλα λεῖα σὺν ὀξυμέλιτι πινόμενα· ἱστοροῦσι δὲ ἔνιοι ὅτι τὸ ἀφέψημα *ὅλου τοῦ θάμνου καὶ τῆς ῥίζης καὶ τῶν φύλλων καταντλούμενον ἐπὶ τῶν ἑρπετοδήκτων παραιτεῖται
B τοὺς πόνους. ᾧ δ' ἂν θεραπευθῇ τις ὕδατι, ἂν ἕτερος ἕλκος ἔχων καταντληθῇ, τὰ αὐτὰ πάσχει τοῖς δηχθεῖσι. ποτίζουσι δέ τινες ἐπὶ μὲν τριταίων τρία φύλλα ἢ τρία σπέρματα σὺν οἴνῳ· ἐπὶ δὲ τεταρταίων δ΄. ὡς λύοντα τὰς περιόδους. μίγνυται δὲ *αὐτῆς ἡ ῥίζα ἀντιδότοις. Vetus addit φύλλα

C ## Περὶ Πολίου. Κεφ. ρκδ΄. Vulg. exempl. addunt ὀρεινόν.

ΠΟΛΙΟΝ τὸ μὲν, ἐστὶν ὀρεινόν, ὃ καὶ τεύθριον καλεῖται, οὗ καὶ ἡ χρῆσις· θαμνίον δ' ἐστὶ *λεπτόν, λευκόν, σπιθαμιαῖον, καρποῦ πλῆρες, ἔχον κεφάλιον ἐπ' ἄκρου κορυμβοειδὲς μικρὸν ὡς πολιὰν θρίχα, βαρύοσμον μετὰ ποσῆς εὐωδίας. Τὸ δὲ ἕτε-
D ρον, θαμνωδέστερον, οὐχ οὕτως εὔτονον τῇ ὀσμῇ, καὶ ἀδρανέστερον κατὰ τὴν δύναμιν*.
Oribas. [illegible] V. margo. [illegible]

Δύναται δὲ αὐτῶν τὸ ἀπόζεμα πινόμενον, θηριοδήκτοις ἀρήγειν, ὑδρωπικοῖς, ἰκτεριώδεσι· σπληνικοῖς δὲ σὺν ὄξει· ἔστι δὲ καὶ κεφαλαλγὲς καὶ κακοστόμαχον· ἄγει δὲ καὶ κοιλίαν καὶ ἔμμηνα.
E ὑποστρωννύμενον δὲ καὶ θυμιώμενον, θηρία διώκει· καταπλασσόμενον δὲ τραύματα κολλᾷ.

Περὶ Σκορδίου. Κεφ. ρκε΄.

ΣΚΟΡΔΙΟΝ φύεται *ἐν ὀρεινοῖς τόποις καὶ ἑλώδεσι, φύλλα ἔχον ἐοικότα
F χαμαίδρυϊ, *μείζονα δὲ καὶ οὐχ οὕτως ἐντετμημένα τὴν περιφέρειαν, ποσῶς δὲ τῇ ὀσμῇ σκορδίζοντα, στυπτικὰ δὲ καὶ ἔμπικρα κατὰ τὴν γεῦσιν· καυλία δὲ *τετράγωνα· ἀφ' ὧν ἄνθος ὑπέρυθρον.
V. tantùm ἐν ἑλώδεσι. Al. [illegible] V. [illegible]

Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ πόα θερμαντικήν, διουρητικήν, ποτιζομένη χλωρὰ, λεῖα,
G καὶ ξηρὰ ἀφεψομένη σὺν οἴνῳ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα καὶ *θανάσιμα· *πρός τε δηγμὸν στομάχου καὶ δυσεντερίας, καὶ δυσουρίας < β΄. σὺν ὑδρομέλιτι.
V. omittit. Legit Lacuna in vet. cod. [illegible]

καθαίρει καὶ πάχος πυῶδες ἐκ θώρακος. ποιεῖ καὶ πρὸς παλαιὰς βῆχας καὶ ῥήγματα, καὶ σπάσματα, σὺν καρδάμῳ καὶ μέλιτι καὶ ῥητίνῃ μιγεῖσα ξηρὰ ἐν ἐκλειγμῷ· καὶ ὑποχόνδριον χρονίως φλεγμαῖνον, ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ πραΰνει· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ποδάγραν μετ' ὄξους δριμέος περιχριομένη, ἢ μεθ' ὕδατος καταπλασσομένη. προστεθεῖσα δὲ ἔμμηνα κινεῖ· καὶ τραύματα κολλᾷ· ἕλκη παλαιὰ ἀνακαθαίρει, καὶ ἀπουλοῖ σὺν μέλιτι· ξηρὰ δὲ ὑπερσαρκώματα στέλλει. πίνεται δὲ καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς χύλισμα πρὸς τὰ εἰρημένα πάθη. *ἐναργέστατον δέ ἐστι τὸ Ποντικὸν καὶ τὸ Κρητικόν.

Περὶ Βηχίου. Κεφ. ρκϛ'.

Βήχιον φύλλα ἔχει ὅμοια *κισσῷ, μείζονα δὲ ϛ' ἢ ζ'. ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἐκ μὲν τῶν πρὸς τὰ *κάτω λευκά, ἐκ δὲ τῶν πρὸς τὰ ἄνω χλωρά· γωνίας πλείους ἔχοντα· καυλὸν σπιθαμιαῖον· ἄνθος ὠχρὸν κατὰ τὸ ἔαρ· ὀξέως δὲ ἀποβάλλει τό, τε ἄνθος καὶ τὸν καυλόν· ὅθεν τινὲς ὑπέλαβον ἄκαυλον καὶ ἀνανθῆ ὑπάρχειν τὴν πόαν. ῥίζα λεπτή, *ἄχρηστος· φύεται περὶ λιβάδας καὶ ἐνύδρους τόπους. Ταύτης τὰ φύλλα λεῖα σὺν μέλιτι καταπλασσόμενα, ἐρυσιπέλατα καὶ πᾶσαν φλεγμονὴν ἰᾶται· ὑποθυμιώμενα δὲ ξηρὰ εἰς ἀποκαπνισμόν, τοὺς ὑπὸ ξηρᾶς βηχὸς καὶ ὀρθοπνοίας ὀχλουμένους θεραπεύει, ὅταν χανόντες, τὸν καπνὸν τῷ στόματι δέξωνται, καὶ καταπίωσι· ῥήσσει δὲ καὶ τὰ ἐν θώρακι ἀποστήματα. τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖ καὶ ἡ ῥίζα ὑποθυμιωμένη. ἔμβρυόν τε τεθνηκὸς ἐκβάλλει ἐν ὑδρομέλιτι ἑφθὴ πινομένη.

Περὶ Ἀρτεμισίας.* Κεφ. ρκζ'.

Ἀρτεμισία *φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις ὡς τὸ πολύ, πόα θαμνοειδής, παρόμοιος ἀψινθίῳ, μείζω δὲ καὶ λιπαρώτερα τὰ φύλλα ἔχουσα. καὶ ἡ μέν τις ἐστὶν αὐτῆς εὐερνής, πλατύτερα ἔχουσα τὰ φύλλα καὶ τὰς ῥάβδους. ἡ δέ, λεπτοτέρα, ἄνθη μικρά, λεπτά, λευκά, *βαρύοσμα· θέρους δὲ ἀνθεῖ. Ἔνιοι δὲ τὸ ἐν μεσογείοις λεπτόκαρφον βοτάνιον ἁπλοῦν τῷ καυλῷ, σφόδρα μικρόν, ἄνθους περίπλεων *κιρροῦ-

Paril. add. πολυκλώνου

V. interserit μονόκλωνος

Ald. βαρύοσμον.

A sed & pus crassius pectore expellit. Facit & arida ad veterẽ tussim, rupta, conuulsáq;, si cũ nasturtio, melle ac resina in eclegmate misceatur: diuturnam quoq; hypochondrij inflammationem cerato excepta lenit: valet itidem ad podagram ex aceto acri oblita aut ex aqua imposita: subdita verò mẽses mouet. Quin B & vulnera cõglutinat, vetera vlcera repurgat, & cum melle ad cicatricem perducit. Sicca verò carnis excrescentias cohibet. Sed & expressus ex ea succus ad eadem vitia bibitur. Verùm efficacissimum Ponticum, Creticúmque.

De Tussilagine. Cap. CXXVI.

C Tussilagini folia sunt hederaceis similia, sed maiuscula, sena septenáve à radice prodeuntia, infernè subalbida, supernè verò virentia, pluribus angulis prædita: caulis palmi altitudine, flos ex luteo albicans, qui verno tẽpore prodit, at quamprimum vnà cum caule amittitur. Ex quo factum vt non- D nulli herbam hanc sine caule ac sine flore esse existimauerint. Radix tenuis, nec superuacua. Nascitur circa scaturigines aquarum, & riguis locis. Folia trita, ex melle imposita, erysipelatis omníque inflammationi medentur: suffita verò arida, ita vt ex ijs fumus per infundibulum hianti ore excipiatur, hau- E riatúrque, eos sanant qui sicca tussi & orthopnœa infestantur: pectoris etiamnum vomicas rumpunt. Eundem effectum præbet suffita radix: sed & decocta in hydromelite, & epota, partus emortuos eijcit.

De Artemisia. Cap. CXXVII.

F Artemisia in maritimis plerunque nascitur, herba fruticosa, absinthij similitudine, nisi quòd est maioribus pinguioribúsque folijs: quanquam est quædã lætior habitiórque, folijs virgultisq; latioribus, altera verò tenuioribus. Flores sunt parui, tenues, candidi & graueolentes, æstate autem floret. Sunt G qui in Mediterraneis artemisiam monoclonon appellent, herbulam gracili surculo, simplici caule donatam, valde pusillam, attamen floribus refertã tenuibus, & ad fuluum

colorem accedentibus. Hæc quàm præcedens iucundiorem afflat odorem. Vtraque excalfacit & attenuat. Feruefactæ insidentibus fœminis prosunt ad extrahendos menses, partus, secundásque, itémque ad vuluæ præclusionem & inflammationem. Valent etiamnum ad comminuendos calculos remoratámque vrinam eliciendá. Quinetiam herba ipsa copiosior imo ventri imposita menses ciet. Succus ex eadem expressus, cum myrrha subactus vuluæque subditus, eadem quæ & insessus ex vtero trahit. Sed & coma eorundem educendorum gratia ternis drachmis propinatur.

De Artemisia tenuifolia.
Cap. CXXVIII.

Habetur & artemisia tenuifolia, quæ circa riuulos ac sepes, & in agris frumentarijs nascitur. Huius flores & folia, si contriueris, sampsuchi odorem expirát. Si quis igitur herbam eam tusam, & cum oleo amygdalino bene subactam, more malagmatis, dolenti stomacho imposuerit, sanabitur. Quod si quis etiam neruorum dolore tentetur, eius contritæ succo expresso & mixto cū oleo rosaceo, si eum perunxeris, curabitur.

De Ambrosia. Cap. CXXIX.

AMBROSIA, quam alij bottryn, alij botryn artemisiam appellant, exiguus frutex est, trium palmorum altitudine, ramosus: folia circa imum caulem habet exigua, ceu rutæ, cauliculos verò minutis seminibus, quasi racemulis, qui nūquam florent, refertos: est is odore vinoso, ac suauis. Radix tenuis, & duûm palmorum longitudine. Nectitur in coronas apud Cappadoces. Vis eius, reprimere, repellere, & illitu astringere humores qui in aliquam partem incumbunt.

De Botry. Cap. CXXX.

BOTRYS herba est lutea tota, fruticosa, latè sparsa, & alis compluribus prædita. Semen circa totos ramulos nascitur: folia cichorio similia, numerosa. Herba verò tota suauiter admodum olet, quamobrem vestibus etiam interponitur.

A δὲ τῇ χροιᾷ, λεπτόν, καλοῦσιν ἀρτεμισίαν μονόκλωνον· ἔστι δὲ εὐωδεστέρα τῆς (Al. εὐωδέστερον)
πρὸ αὐτῆς. Ἀμφότεραι δὲ θερμαίνουσι καὶ λεπτύνουσιν. ἀποζεννύμεναι δὲ ἁρμόζουσιν εἰς γυναικεῖα ἐγκαθίσματα, πρὸς ἀγωγὴν ἐμμηνίων καὶ δευτέρων καὶ ἐμβρύων, μύσιν τε καὶ φλεγμονὴν τῆς
B ὑστέρας καὶ θρύψιν λίθων, καὶ ἐποχὴν οὔρων. ἡ δὲ πόα κατὰ τοῦ ἤτρου καταπλασθεῖσα πολλή, ἔμμηνα κινεῖ· ὁ δὲ ἐξ αὐτῆς χυλὸς λεανθεὶς σμύρνῃ καὶ προστεθεὶς, ἄγει ἀπὸ μήτρας ὅσα καὶ τὸ ἐγκάθισμα. (V addit, καὶ τὸ ἔγκλυσμα) καὶ ποτίζεται δὲ ἡ κόμη πρὸς ἀγωγὴν τῶν αὐτῶν, πλῆθος < γ'.

C Περὶ Ἀρτεμισίας λεπτοφύλλου.
Κεφ. ρκή.

Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος, ἥ τις γεννᾶται περὶ ὀχετοὺς καὶ φραγμοὺς καὶ εἰς χώρας σπορίμους. (Hoc caput in aliquibus codicibus deest: à Cornario ad notha transfertur.) τὸ ἄνθος οὖν αὐτῆς καὶ τὰ φύλλα τριβόμενα, ὀσμὴν ἀποδίδωσι σαμψύχου. εἰ οὖν τις πονεῖ τὸν στόμαχον, καὶ κόψει
D τὴν βοτάνην ταύτην μετὰ ἀμυγδαλίνου ἐλαίου καλῶς, καὶ ποιήσει ὡς μάλαγμα, καὶ θήσει ἐπὶ τὸν στόμαχον, θεραπευθήσεται. εἰ δὲ καὶ τὰ νεῦρά τις πονεῖ, τὸν χυλὸν ταύτης μετὰ ῥοδίνου ἐλαίου μίξας χρίει, θεραπευθήσεται.

Περὶ Ἀμβροσίας. Κεφ. ρκθ.

E ἈΜΒΡΟΣΙΑ, οἱ μὲν βότρυς, οἱ δὲ βότρυς ἀρτεμισία, θαμνίσκος ἐστὶ τρισπίθαμος τὸ ὕψος, πολύκλαδος· φύλλα ἔχων περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ καυλοῦ μικρὰ ὡς πηγάνου· (V. ἐμβολὴν) τὰ δὲ καυλία περίπλεα (Al. ῥαβδία) σπερματίων, ἐοικότων βοτρυδίοις μηδέποτε ἀνθοῦσι, τῇ ὀσμῇ οἰνώδης, ἡδεῖα· ἡ δὲ ῥί-
F ζα λεπτή, διπίθαμος. καταπλέκεται δὲ (V caret. Al. ...) ἐν Καππαδοκίᾳ τοῖς στεφάνοις. Δύναμιν δὲ ἔχει σταλτικὴν τῶν ἐπιφερομένων καὶ (V. στύφουσα.) ἀποκρουστικήν, καταπλασσομένη στύφει.

Περὶ Βότρυος. Κεφ. ρλ'.

ΒΟΤΡΥΣ πόα ἐστὶν ὅλη μηλίνη, θαμνοειδής, διακεχυμένη, πολλὰς ἔ-
G χουσα μασχάλας. τὸ δὲ σπέρμα ὅλοις τοῖς κλωνίοις περιπέφυκε· φύλλα κιχωρίῳ ἐμφερῆ πολλά· καὶ τὸ σύμπαν εὐώδης ἱκανῶς· διὸ καὶ ἱματίοις συντίθεται. (Sic V. & Lacunæ codex. vulg. exempl. carent.)

φύεται δὲ μάλιστα περὶ χαράδρας καὶ χειμάῤῥους. Δυνάμιν δὲ ἔχει σὺν οἴνῳ πινομένη ὀρθοπνοίας πραΰνειν. καὶ ταύτην ἀμβροσίαν Καππαδόκαι καλοῦσι, τινὲς δὲ ἀρτεμισίαν.

Inuenitur verò potissimùm circa profluentes aquas, & in torrentium ripis. Pota ex vino orthopnœas mulcendi vim habet. Et hanc Cappadoces ambrosiam vocant, alij artemisiam.

Περὶ Γερανίου. Κεφ. ρλα´.

Orib. στρογγύλην

V. addit ὑποπορφύρας

ΓΕΡΑΝΙΟΝ, ὃ μὲν φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀνεμώνῃ, ἐσχισμένον, μακρότερον· ῥίζαν δὲ ὑποστρογγύλον, γλυκεῖαν, ἐσθιομένην, ἥτις ποθεῖσα ἐν οἴνῳ ἄγει < πλῆθος, ὑστέρας ἐμπνευματώσεις λύει. καλεῖται ὑπ' ἐνίων καὶ ἕτερον γεράνιον, ἔχον καυλία λεπτά, χνοώδη, διπιθαμιαῖα· φύλλα μαλάχῃ ἐμφερῆ, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν μασχαλῶν ἐξοχάς τινας ἀνανενευκυίας, ὡς γεράνων κεφαλὰς σὺν τοῖς ῥάμφεσιν, ἢ κυνῶν ὀδόντας. χρῆσις δὲ αὐτοῦ ἐν ἰατρικῇ οὐδεμία.

De Geranio. Cap. CXXXI.

GERANIVM folio est anemones, incisuris diuiso, at longiore, radice propemodum rotunda, dulci & esui apta. Hæc drachmæ pondere in vino pota, vuluę inflationes discutit. Vocatur & à nonnullis geranium alterũ, quod cauliculos habet tenues, lanuginosos, binûm palmorum altitudine: folia verò ceu maluæ, & in summis alis sursum spectãtes eminentias quasdam, veluti gruum capitula cum suis rostris, aut dentes caninos. Sed nullius est in medicina vsus.

Περὶ Γναφαλίου. Κεφ. ρλβ´.

V. ὅπερ καὶ χαμαίζηλον καλοῦσιν

ΓΝΑΦΑΛΙΟΝ, τούτου τοῖς φύλλοις τινὲς ἀντὶ γναφάλου χρῶνται, λευκοῖς οὖσι καὶ μαλακοῖς. ποιεῖ δὲ σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ ποτιζόμενα τὰ φύλλα πρὸς δυσεντερίας.

De Gnaphalio. Cap. CXXXII.

GNAPHALII folijs albis, mollibúsque pro tomento vtuntur. Efficaciter autem ad dysenteriam in vino austero propinantur.

Περὶ Τύφης. Κεφ. ρλγ´.

Ald. in not. λευκὸν, quã vocem reddidit Ruellius.

Al. ἀκρεμόνι

Al. χνοῦν

Al. παλαιῷ

ΤΥΦΗ, φύλλον ἀφίησι κυπειρίδι ὅμοιον· καυλὸν λεῖον, ὁμαλὸν, ἐπ' ἄκρῳ περικείμενον ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαπποῦμενον, ὃ καλοῦσιν ἔνιοι ἀνθήλην. ταύτης τὸ ἄνθος ἀναληφθὲν στέατι παλαιῷ ὑείῳ πεπλυμένῳ, κατακαύματα θεραπεύει. φύεται δὲ ἐν ἕλεσι καὶ ὑδροστασίμοις τόποις.

De Typha. Cap. CXXXIII.

TYPHA folium profert cyperidi simile, caulem læuem & æquabilem, quem in cacumine flos ambit densus, quíque in pappos soluitur. Eum aliqui paniculam nominant. Huius flos vetere suillo adipe loto exceptus ambustis medetur. Gignitur autem in paludibus & aquis stagnantibus.

Περὶ Κιρκαίας. Κεφ. ρλδ´.

V. ἀνδράχνῃ μαργαρίτῃ

Addit Lacuna ex vet. cod. ἢ λεπτά.

V. μικρά

Addit Lac. ex v. cod. πολλά

ΚΙΡΚΑΙΑ, ἣν δὲ διρκαίαν καλοῦσι· τὰ μὲν φύλλα ἔχει στρύχνῳ ὅμοια κηπαίῳ, παραφυάδας δὲ πολλάς· ἄνθη μέλανα, μικρά, πολλά· καρπὸν δὲ κεγχροειδῆ ἔντισιν οἱονεὶ κερατίοις· ῥίζας σπιθαμιαίας γ´ ἢ δ´. λευκάς, εὐώδεις, θερμαντικάς. μάλιστα δὲ ἐν τισὶ πετρώδεσι φύεται τόποις καὶ εὐπνοίαις εὐηλίοις. ταύτης ἡ ῥίζα ὅσον * μναῖ δ´. θλασθεῖσα, καὶ βραχεῖσα ἡμέραν καὶ νύκτα ἐν οἴνου γλυκέως κοτύλαις ϛ´. καὶ ποθεῖσα ἡμέρας γ´. ὑστέρας ἀποκαθαίρει. ὁ δὲ καρπὸς γάλα κατασπᾷ ἐν ῥοφήμασι λαμβανόμενος.

De Circæa. Cap. CXXXIIII.

CIRCÆA quam dircæam aliqui vocant, folia gerit hortensis solani, ac propagines crebras: flores nigros, pusillos, numerosos: semen milij figura, quibusdam veluti corniculis inuolutum: radices dodrantales, ternas quaternásue, albas, odoratas, & excalfaciendi vi præditas. Nascitur maximè locis petrosis & apricis perflabilibus. Radix vnciarum quatuor pondere tusa, & in vini dulcis heminis sex diem noctémque macerata, triduóque bibita, vuluam expurgat. At semen in sorbitionibus assumptum lactis vbertatem præstat.

De OEnanthe. Cap. CXXXV.

OENANTHEN alij leucanthon nominát. Folia edit pastinacæ: flores candidos: caulé crassum, palmi altitudine: semen atriplicis: radicem denique magnam, in multa rotunda capitula extuberantem. Nascitur in petris. Semen, caulis ac folia, ad secundas pellendas cum vino mulso propinantur. Ipsa quoq; radix è vino ad stranguriam regiúmque morbum vtilis.

De Conyza. Cap. CXXXVI.

CONYZA quædam parua vocatur, odore præstantior: maior altera, quæ frutice altior est, folijsque latioribus atque graueolens. Vtriusque folia oleæ similia, at hirsuta & pinguia. Et maioris quidem conyzæ caulis in binûm cubitorum altitudinem assurgit, minoris verò, pedem æquat. Flos squalidus est, lutei coloris, & subamarus, ac in pappos abit: radices autẽ supervacuæ. Frutex cum folijs substratu suffitúque venenatas bestias fugat, culices abigit, ac pulices quoque necat. Folia vtiliter imponũtur serpentiũ morsibus, tuberculis atque vulneribus. Flores etiam ac folia ad mẽses partusque pellendos in vino bibuntur; itémque contra stranguriam, tormina, morbúmque regium. Eadem ex aceto pota, comitiales adiuuant. Quin & decoctum insessu vuluę vitijs medetur, mensésque purgat. Subditus autem succus abortũ infert. Sed & herba ex oleo peruncta, contra rigores est efficax. Tenuior verò, etiam capitis dolores imposita sanat. Est & tertium conyzæ genus, caule crassiore molliore que, folijs mediæ inter maiorem & minorem amplitudinis. Minimè autem pinguis ea est, at odore longè grauior, atque adeò iniucundior simul & inefficacior. Locis aquosis prouenit.

De Hemerocalle. Cap. CXXXVII.

HEMEROCALLES caulẽ foliáq; habet lilij, sed porri modo virẽtia. Flores in singulis scapi propaginibus terni quaternive erũpũt, lilij diuisura, cùm dehiscere cœpe-

Περὶ Οἰνάνθης. Κεφ. ρλέ.

A ΟΙΝΑΝΘΗ, οἱ δὲ λεύκανθον καλοῦσι. Τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὥσπερ σταφυλίνος: ἄνθη δὲ λευκά. καὶ καυλὸν παχὺν, σπιθαμιαῖον· καρπὸν δὲ ὥσπερ ἀτραφάξεως· ῥίζαν μεγάλην, κεφαλὰς ἔχουσαν πλείονας, στρογγύλας. φύεται ἐν πέτραις. Ταύτης ὁ B καρπὸς καὶ ὁ καυλὸς καὶ τὰ φύλλα, ποτίζεται πρὸς δευτέρων ἐκβολὴν σὺν οἰνομέλιτι. ἡ δὲ ῥίζα σὺν οἴνῳ πρὸς στραγγουρίας ἁρμόζει, καὶ ἴκτερον. — Hæc non leguntur in Ald. cod. nisi nota notha.

Περὶ Κονύζης. Κεφ. ρλς´.

ΚΟΝΥΖΑ, ἡ μέν τις μικρὰ καλεῖται, εὐωδεστέρα οὖσα· ἡ δὲ μείζων, ὑπερέχουσα τῷ θάμνῳ, καὶ τοῖς φύλλοις πλατυτέρα, C καὶ βαρύοσμος. ἀμφότεραι δὲ προσεοίκασι τοῖς φύλλοις ἐλαίᾳ. ἔστι δὲ δασέα ταῦτα καὶ λιπαρά· ὕψος δὲ τοῦ καυλοῦ ἡ μὲν μείζων, δύο πήχεων ἔχει· ἡ δὲ ἐλάττων, ποδός· ἄνθος ψαφαρὸν, μήλινον, ὑπόπικρον, ἐκπαπποῦμενον· ῥίζαι δὲ ἄχρηστοι. — V ἰκτερικοί — V ὑπόπικρον]
Δύναται δὲ ὁ θάμνος ὑποστρωννύμενος σὺν D τοῖς φύλλοις καὶ θυμιώμενος, θηρία διώκειν, καὶ κώνωπας ἀπελαύνειν· κτείνει δὲ καὶ ψύλλας· καταπλάσσεται δὲ τὰ φύλλα ὠφελίμως ἐπὶ ἑρπετοδήκτων καὶ φυμάτων, καὶ τραυμάτων. καὶ πίνεται σὺν οἴνῳ τὸ ἄνθος καὶ τὰ φύλλα πρὸς καταμηνίων ἀγωγὴν, καὶ ἐμβρύων ἐκβολὴν, καὶ στραγγουρίαν, καὶ στρόφους E καὶ ἴκτερον· μετ᾽ ὄξους δὲ ἐπιληπτικοῖς πινόμενα ὠφελεῖ. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν ἐν καθίσματι, τὰ ἐν μήτρᾳ θεραπεύει, καὶ ἔμμηνα ἀποκαθαίρει· ὁ δὲ χυλὸς προστεθεὶς ἐκβολίμους ποιεῖ· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ῥίγη συγχριομένη ἡ πόα μετ᾽ ἐλαίου. ἡ δὲ λεπτὴ καὶ κεφαλαλγίας καταπλασσομένη ἰᾶται. Γί- F νεται καὶ τρίτον εἶδος κονύζης. ἔστι δὲ καυλῷ παχυτέρα καὶ μαλακωτέρα, τοῖς δὲ φύλλοις μείζων τῆς λεπτῆς, ἥσσων δὲ τῆς μείζονος, οὐ λιπαρὰ, βαρυοσμοτέρα δὲ πολλῷ καὶ ἀηδεστέρα καὶ ἀπρακτοτέρα. φύεται δὲ ἐν ἐφύδροις. — Addit Lacuna ex vet. cod. καὶ τὸ αἷμα. — Alter pro θεραπεύει habet ὑποκαθαίρει. — Sic V & Lacunæ cod. Vulg. exépl. carent. — Al. ἔμμηνα — V. nonnulli carent sequentibus ad capitis vsque calcem.

Περὶ Ἡμεροκαλλίδος. Κεφ. ρλζ.

ΗΜΕΡΟΚΑΛΛΙΣ φύλλα ἔχει καὶ G καυλὸν ὅμοια κρίνῳ, χλωρὰ δὲ ὥσπερ πράσου. ἄνθη δὲ ἐν αὐτῷ καθ᾽ ἑκάστην ἀπόφυσιν γ´. ἢ δ´. τὴν χρόαν τοῦ κρίνῳ ἐοικότα, ὅταν ἄρξηται χάσκειν — Al. χάσκειν

V. [illegible]

τὴν δὲ χρόαν ἰσχυρῶς ὠχρά. ῥίζαν ὁμοίαν βολβῷ εὐμεγέθη· ἥ τις λεία ποθεῖσα, καὶ σὺν μέλιτι ἐν ἐρίῳ προστεθεῖσα, πρακτός ἐστιν ὑδραγωγὸς καὶ αἱμαγωγός. τὰ δὲ φύλλα λεῖα καταπλασσόμενα, φλεγμονὰς μαστῶν τὰς ἐκ τοκετῶν καὶ ὀφθαλμῶν πραΰνει. καὶ καταπλάσσεται δὲ ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα ὠφελίμως ἐπὶ τῶν πυρικαύστων.

Περὶ Λευκοΐου. Κεφ. ρλη'.

ΛΕΥΚΟΙΟΝ γνώριμόν ἐστιν. ἔστι δὲ αὐτῆς διαφορὰ ἐν τοῖς ἄνθεσι. ἢ γὰρ λευκὸν ἐστιν, ἢ μήλινον ἢ κυανοῦν ἢ πορφυροῦν εὑρίσκεται. Ἔστι δὲ αὐτῶν εὔχρηστον πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν τὸ μήλινον· οὗ τὰ ἄνθη ξηρὰ ἀποζεσθέντα, εἰς ἐγκαθίσματα ποιεῖ πρὸς τὰς περὶ ὑστέραν φλεγμονάς, καὶ ἀγωγὰς ἐμμηνίων· ἀναληφθέντα δὲ κηρωτῇ, ῥαγάδας τὰς ἐν δακτυλίῳ θεραπεύει· σὺν δὲ μέλιτι, ἄφθας. ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ, σὺν οἴνῳ ποθεὶς δραχμῶν δυοῖν πλῆθος, ἢ προστεθεὶς σὺν μέλιτι, ἔμμηνα καὶ δεύτερα καὶ ἔμβρυα ἄγει. αἱ δὲ ῥίζαι καταπλασθεῖσαι σὺν ὄξει, στέλλουσι σπλῆνα, καὶ ποδαγρικοῖς ὠφελοῦσι.

Addit Caesareensis codex: λευκόϊον θαλάσσιον, οἱ δὲ ἴον θαλάσσιον. [illegible]

Περὶ Κραταιογόνου. Κεφ. ρλθ'.

ΚΡΑΤΑΙΟΓΟΝΟΝ, οἱ δὲ κραταιόνον, φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ μελαμπύρου (πλείους δὲ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης φύονται βλαστοὶ γονατώδεις) καρπὸν δὲ ὅμοιον κέγχρῳ. φύεται ἐν συσκίοις καὶ *φρυγανώδεσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τόποις, ἰσχυρῶς δὲ δριμύ. Ἱστορεῖται δὲ ὑπό τινων ἡ πόσις τοῦ καρποῦ γυναῖκα ἀρρενοτόκον ποιεῖν, ἐάν τις μετὰ τὴν κάθαρσιν τῶν καταμηνίων πρὸ τοῦ πλησιάσαι πίῃ νῆστις τρὶς τῆς ἡμέρας ὁλκὴν τριωβόλου μετὰ ὕδατος κυάθων β'. ἐπὶ ἡμέρας μ'. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ πινέτω τὰς ἴσας ἡμέρας, καὶ πλησιαζέτω.

Lacuna ex vet. cod. legit φρυγανώδεσιν, id est, aridis.

Περὶ Φύλλου. Κεφ. ρμ'.

ΦΥΛΛΟΝ, οἱ δὲ ἐλαιόφυλλον, οἱ δὲ *βρυωνίαν καλοῦσι· φύεται ἐν πέτραις. τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον, ὥσπερεὶ βρύον *ἔχον, χλωρότερον ἐλαίας τὸ φύλλον· καυλὸν λεπτόν, βραχύν· ῥίζαν λεπτήν· ἄνθος λευκόν· καρπὸν *μείζονα, ὥσπερ μήκωνος.

Marc. βρύον

Lacuna ex vet. cod. καρπὸν λευκόν, μείζονα.

A rint, *saturatiore verò ochre colore: radix prægrandi, bulbo similis est: quæ quidem trita potáque, aut cum melle & lana subdita in pessu, aquã & sanguinem inutilem educit. Folia verò trita illitáque, mammarum à partu inflammationes, necnon & oculorum epiphoras mitigant. Cæterùm & radix & folia igni ambustis
B vtiliter imponuntur.

colore purpureo fusco

De Leucoio siue viola alba. *Cap. CXXXVIII.*

LEVCOION vulgaris est notitiæ: sed est in floribus differẽtia. Nanque aut albi, aut lutei, aut cærulei, aut etiam purpurei reperiuntur. Est porrò leucoium luteum inter
C cætera præcipui in medicina vsus: quippe cuius aridi flores feruefacti, in desessionibus valent contra vului inflammationes, menstruáque pellunt. Cerato verò excepti, rimas sedis: cum melle autẽ, oris vlcera, quæ aphthæ dicuntur, sanant. At semen duûm drachmarũ põdere ex vino potum, aut cum melle subdi-
D tum, menses, secundas & partus extrahit. Cęterùm radices ex aceto illitæ lienem reprimunt, & podagricos iuuant.

De Crataeogono. Cap. CXXXIX.

CRATÆOGONON, siue, vt alijs placet, Cratæonon, folia habet melampyri: plures autem ab vna radice emicant culmi genicula-
E ti: semen est milio simile. Nascitur vt plurimum locis opacis & frutetosis. Est autem vehementer acre. Traditur à quibusdam, seminis potum efficere vt mulier virilis sexus fœtum pariat, siquidem post menses purgatos, anteaquam cum viro congrediatur, ter die ieiuna semen tribus obolis in aquæ cyathis duo-
F bus, bibat, ad dies quadraginta: bibat & ipsum vir modo consimili, ac totidem etiam diebus, deindéq; cum illa coëat.

De Phyllo. Cap. CXL.

PHYLLON, alij elæophyllon, bryoniam alij nominãt: in saxosis nascitur. Ac illud quidem quod thelygonon dicitur, veluti bryon
G oleæ pallidius gerit: folio verò est magis herbacei coloris: caule tenui, breui: radice gracili: flore albo: semine papaueris, maiusculo.

Arrhenogonon verò cætera antedicto simile: semine tantùm differt: habet enim racemosum, ei quodammodo simile quod, postquam defloruit olea, primulum emergit atque conspicitur. Perhibetur autem, arrhenogoni potu mares generari: thelygoni verò, fœminas. Hæc memoriæ prodidit Crateuas: quanquam talia mihi videtur historiatenus, tanquam fama auditionéve accepta, proponere.

De Orchi seu testiculo. Cap. CXLI.

ORCHIS, qué alij cynosorchin, quasi canis testiculum, vocant, folijs est circa caulis imam partem in terra stratis, *mollibus, oleæ similibus, at longioribus: caule palmari, in quo flores purpurascentes emicant: radice bulbosa, oblonga, gemina, angusta, oliuarum instar: quarũ vna superior est, altera inferior, & hæc quidem plenior ac mollior: illa durior ac rugosa. Radix cocta vt bulbus estur. Sed & de his radicib' memoriæ proditur, si maiorem edant viri, mares generari: si minorem fœminæ, alterum sexum. Insuper autem proditum est, in Thessalia mulieres teneram è lacte caprino propinare ad excitandam libidinem: aridam verò, ad eandem inhibendam: atque ab vnius potu alterius vires exolui. Nascitur in saxosis & sabuletis.

Vel foliis mollibus similibus, at angustioribus & breuibus.

De Testiculo altero. Cap. CXLII.

Testiculus alter, quem alij, velut & Andreas, Serapiada vocant, propter radicis multiplicem vsum, folijs est porri, oblongis, at latioribus & pinguibus, ex alarum sinu inflexis: cauliculis palmaribus, ac floribus penè purpureis: radix autem subiacet testiculis similis. Hæc imposita œdemata dissipat, vlcera repurgat, herpetem sistit: fistulas quoque abolet, & illita partes inflammatas demulcet. Arida eadem inspersa nomas cohibet, sanátque putrescentia & cacoëthe oris vlcera. Aluum denique sistit, è vino pota. Sed & de hac radice eadem, quæ de antè memorata testiculi canini radice, narrantur.

A Τὸ δὲ ἀῤῥενογόνον, τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιον τῷ προειρημένῳ· καρπῷ δὲ διαφέρει· ἔχει γὰρ ὅμοιον *αὐτῇ ἐξηνθηκυίας ἐλαίας βοτρυώδες. λέγεται δὲ, τὸ ἀῤῥενογόνον, ποθὲν, ἀῤῥενοτοκεῖν· τὸ δὲ θηλυγόνον, θηλυτοκεῖν. Ἱστορεῖ περὶ τούτων Κρατεύας· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὰ τοιαῦτα μέχρι τῆς περὶ αὐτῶν ἱστο-B ρίας προάγειν.

Περὶ Ὀρχεως. Κεφ. ρμα΄.

De testiculo v. cod. quadã praefus silene.

ΟΡΧΙΣ, ὃ ἔνιοι κυνὸς ὄρχιν καλοῦσι, φύλλα ἔχει κατὰ γῆς ἐστρωμένα περὶ τὸν καυλὸν καὶ τὸν πυθμένα, *ἐλαίᾳ μαλακῇ ὅμοια, στενότερα δὲ καὶ λεῖα, μακρότερα· καυλὸν σπιθαμιαῖον τὸ μῆκος, ἐφ' C οὗ ἄνθη πορφυροειδῆ· ῥίζαν βολβοειδῆ, ἐπιμήκη, διπλῆν, στενὴν, ὡς ἐλαίας, τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κατωτέραν. καὶ τὴν μὲν *πλήρη· τὴν δὲ, μαλακὴν καὶ ῥυσσήν. ἐσθίεται δὲ ἡ ῥίζα ὡς βολβὸς ἑψηθεῖσα· περὶ ταύτης δὲ ἱστορεῖται, τὴν μὲν μείζονα ῥίζαν ὑπὸ ἀνδρῶν ἐσθιομένην, ἀῤῥενογό-D νον εἶναι· τὴν δὲ ἐλάττονα ὑπὸ γυναικῶν, θηλυγόνον. προσιστόρηται δὲ καὶ ταῖς ἐν Θετταλίᾳ γυναῖκας, *τὴν μὲν ἁπαλὸν μετὰ αἰγείου γάλακτος ποτίζειν, ὡς παρορμᾶν τὰ ἀφροδίσια· τὴν δὲ ξηρὰν, πρὸς ἐπίσχεσιν καὶ ἔκλυσιν τῶν ἀφροδισίων· ἀναλύεσθαί τε τὴν ἑτέραν ὑπὸ τοῦ E ἑτέρου πινόμενον. φύεται δὲ ἐν λιθώδεσι καὶ ἀμμώδεσι τόποις.

V. καὶ.

Περὶ Ὀρχεως ἑτέρου. Κεφ. ρμβ΄.

Ὀρχις ἕτερος, ὃν Σεραπιάδα ἕτεροι καλοῦσιν, ὡς καὶ Ἀνδρέας διὰ τὸ *πολύχρηστον τῆς ῥίζης· φύλλα ἔχει ἐοικότα *πράσῳ ἐπιμήκη, πλατύτερα δὲ καὶ *λιπαρὰ, ἐ-F πικαμπῆ ἐν ταῖς μασχάλαις· καυλία σπιθαμιαῖα· ἄνθη δὲ ὑποπόρφυρα· ῥίζα δὲ ὑπεστιν *ὀρχιδίοις ὁμοία. Ἡ τις δύναμιν ἔχει καταπλαττομένη οἰδημάτων σκεδαστικὴν, καὶ ἑλκῶν ἀνακαθαρτικὴν, καὶ *ἕρπητας ἐφεκτικήν. ἰᾶται σκευάζει δὲ καὶ σύριγγας, καὶ τὰ φλεγμαίνοντα πραϋ-G νει καταπλασσομένη. ξηρὰ δὲ *ἐπιπασσομένη, νομὰς ἵστησι· καὶ τὰ ἐν στόματι σηπεδόνι καὶ κακοήθη ἰᾶται· ἵστησι δὲ *κοιλίαν σὺν οἴνῳ ποθεῖσα. ἱστορεῖται δὲ καὶ περὶ ταύτης, ὅσα καὶ περὶ τοῦ κυνὸς ὄρχεως.

Pena legit πολύχρηστον. Ald. [illegible]. Sic Dod.
V. μαλακά. & sequentia delet vsque ad καυλία.
Al. ἀιδοίοις, sed malè.
V. ἕρπητας.
Sic vetus Lecone codex. at vulg. exempl. carent.
Al. τε

Περὶ Σατυρίου. Κεφ. ρμγ'. A

ΣΑΤΥΡΙΟΝ, ὃ δὲ τρίφυλλον καλοῦσιν, ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τὴν γῆν φύλλα τρία φέρει κεκλασμένα, λαπάθῳ ἢ κρίνῳ ὅμοια, ἐλάττονα μέντοι καὶ ἐνερευθῆ· καυλὸν δὲ ψιλὸν, μακρὸν, ὡς πήχεως· ἄνθος κρινοειδὲς, λευκόν· ῥίζαν βολβοειδῆ, ὅσον μῆλον, πυρρὰν· τὰ δὲ ἐντὸς λευκὴν, ὥσπερ ᾠόν· γευομένῳ γλυκεῖαν καὶ εὔστομον. B Ταύτην δεῖ πίνειν ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ πρὸς ὀπισθότονον. καὶ εἰ βούλει γυναικὶ συνουσιάσαι, χρῆσαι. φασὶ γὰρ αὐτὴν καὶ ὁρμὴν ἐπικινεῖν τὴν ἐπὶ συνουσίαν.

Marc. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Lacuna verò legit in antiquo [illegible] ὡς [illegible] φύλλα τρία φέρει ἐπὶ γῆς κεκλασμένα. Sic & Serapio & Oribas.

Vulg. cod. [illegible]

Hæc non habet Ald. codex, utpote notha.

Περὶ Σατυρίου ἐρυθρονίου. Κεφ. ρμδ'. C

Σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον, οἱ δὲ σατύριον ἐρυθραϊκὸν, ἔχει σπέρμα λινοσπέρμῳ ἐμφερὲς, μεῖζον δὲ καὶ ῥωμαλέον, καὶ στίλβον, καὶ λεῖον, ὅπερ ἱστορεῖται καὶ αὐτὸ συνουσίας ἐγείρειν ὥσπερ καὶ ὁ σκίγκος. ἔστι δὲ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ὁ μὲν φλοιὸς ὑπισχνὸς καὶ πυρρός· τὸ δὲ ἔνδοθεν λευκὸν, γευομένῳ εὔστομον, καὶ γλυκύ. φύεται ἐν εὐηλίοις καὶ ὀρεινοῖς τόποις. D ἱστορεῖται δὲ ὅτι καὶ εἰς τὴν χεῖρα ληφθεῖσα ἡ ῥίζα, ἐρεθίζει πρὸς ἀφροδίσια· σὺν οἴνῳ δὲ ποθεῖσα, μᾶλλον.

Marc. ἐρυθρόνιον

V. addit, οἱ δὲ [illegible] quod inter notha legitur.

Orib. [illegible]

Περὶ Ὁρμίνου. Κεφ. ρμε'.

ΟΡΜΙΝΟΝ * ἥμερον, πόα ἐστὶν ἐμφερὴς πρασίῳ τοῖς φύλλοις. καυλὸς δὲ τετράγωνος ἡμιπηχυαῖος· περὶ ὃν ἐξοχαὶ E ὅμοιαι λοβοῖς ὡς ἐπὶ τὴν ῥίζαν νενευκυῖαι, ἐν αἷς σπέρμα διάφορον· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ ἀγρίου στρογγύλον εὑρίσκεται φαιόν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου, ἐπίμηκες καὶ μέλαν, οὗ περ ἡ χρῆσις. δοκεῖ δὲ καὶ τοῦτο σὺν οἴνῳ πινόμενον, συνουσίαν παρορμᾶν. ἀποκαθαίρει δὲ σὺν μέλιτι ἄργεμα, λευκώματα, καταπλασθὲν δὲ μεθ' ὕδατος καὶ οἰδήματα διαφορεῖ, καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶται. καὶ ἡ πόα δὲ καταπλασθεῖσα, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. τὸ δὲ ἄγριον ἰσχυροτέραν ἔχει τὴν δύναμιν. ὅθεν μίγνυται καὶ συγχρίσμασι, μάλιστα δὲ τῷ γλευκίνῳ.

Vulg. exempl. addunt ἥμερον

Περὶ Ἡδυσάρου. Κεφ. ρμϛ'.

ΗΔΥΣΑΡΟΝ τὸ ὑπὸ τῶν μυρεψῶν καλούμενον πελεκῖνος, θάμνος ἐστὶ φυλλάρια ἔχων ἐρεβίνθῳ ὅμοια, λοβοὺς δὲ

De Satyrio. Cap. CXLIII.

SATYRIUM alij trifoliú vocant, quoniam vtplurimum terna folia in terram conuexa proferat, rumici aut lilio similia, attamē minora atq; rubescentia: caulem gerit nudú, cubitalem: floré lilij effigie, candidú: radicem bulbosam, mali magnitudine, rufam, intus verò albam, oui instar, sapore dulcem oríque gratá. Hanc in vino nigro austero bibere oportet, contra opisthotonon. Ipsa quoque vtere, si cum muliere ré habere volueris. Eam enim etiam ad venereos impetus concitatricé vim habere affirmant.

De Satyrio erythronio. Cap. CXLIIII.

Satyrium erythronium siue erythraïcum, semen habet lini similitudine, at maius, firmum, splendés ac læue: quod fertur etiam nō secus atque scincus libidinem excitare. Est verò cortex radicis aliquantum gracilis ac rufus: interna auté pars alba, sapore dulci, oríque grata. In apricis & montosis locis enascitur. Proditur & radix, si modò manu teneatur, veneré stimulare, eóque magis, si bibatur in vino.

De Hormino. Cap. CXLV.

HORMINUM herba est folijs marrubio similis: caule quadrángulo, semicubitali, circa quem eminentiæ siliquis similes conspiciuntur, quæ quidem radicé versus spectant, & in quibus semen diuersum recluditur. Siquidé in syluestri rotundum fuscúmque reperitur, at in altero oblongum & nigrius, cuius & vsus est. Creditur enim in vino bibitum, etiam venerem stimulare. F Purgat verò cum melle oculorú argema & albugines: illitúmque ex aqua, etiā œdemata discutit, & infixos aculeos è corpore extrahit. Sed & imposita herba hæc eadé præstat. Syluestre auté magis viribus pollet: quamobrem etiam vnguentis, præsertímque gleucino immiscetur.

G *De Hedysaro.* Cap. CXLVI.

HEDYSARUM, quod vnguentarij pelecinum, id est, securidacam, vocant, frutex est minutis folijs, ciceri similibus: siliquis verò

cornicula referentibus, in quibus ſemen fuluum, quod ancipitem ſecurim æmulatur (vnde & nomen accepit) guſtu amarum, ſtomachóque in potu vtile. Additur & in antidota. Cum melle verò ſubditum, ante coitum ſpem partus adimere creditur. Cæterùm inter triticum & hordea naſcitur.

De Onoſmate. *Cap. CXLVII.*

ONOSMA, alij oſmadem, alij phlonitim, alij denique ononim vocant: folia habet ad ſimilitudinẽ anchuſæ, oblonga, mollia, quatuor digitorum longitudine & vnius latitudine, in terra iacentia, denique anchuſæ folijs quàm ſimillima. Eſt autem ſine caule, ſine ſemine, ſine flore. Radicula verò ſubeſt longiuſcula, infirma, tenuis, ac modicè rubeſcens. Gignitur in aſperis. Folia in vino pota partus extrahunt. Sed & prægnans ſi herbam eam ſupergrediatur, abortum facere dicitur.

De Nymphæa. *Cap. CXLVIII.*

NYMPHÆA in paludibus ſtagnantibúſq; aquis naſcitur: folia verò habet Ægyptiæ fabæ ſimilia, at minora oblongioráque, plura ab vna eadémque radice prodeuntia: quorum alia ſuper aquam quodammodo extant, alia in ea ipſa demerguntur: florẽ album, lilio ſimilem, in quo medium croceũ eſt. At cùm defloruerit, calyculus rotundus, figura malo aut papaueris capiti ſimilis, idémq; niger, extuberat: in quo ſemen nigrum, latum, denſum, atque guſtanti lẽtum glutinoſúmve recluditur. Caulis eſt læuis, minimè craſſus, niger, Ægyptiæ fabæ cauli ſimilis: radix nigra, ſcabra, clauæ ſimilis, quę autumno ſecatur. Ea ſicca, cum vino pota, cœliacis ac dyſentericis auxiliatur, lienémque conſumit. Stomachi quoque ac veſicæ doloribus ſedandis ipſa radix imponitur, & alphos ex aqua emẽdat: alopecijs etiamnum cum pice impoſita medetur. Eadẽ contra veneris inſomnia bibitur, ſiquidẽ illa in totũ adimit: quin & aliquot diebus cõtinẽter epota, genitale ita infirmat, vt arrigi minimè poſſit. Idẽ porrò ſeminis quoque poti effectus eſt. Cæterùm à nymphis nymphææ nomen ſibi vendicaſſe creditur, quoniam loca amet aquoſa. Plurima autem

A κερατίοις ἐοικότας ἐν οἷς τὸ σπέρμα πυῤῥὸν, ὅμοιον πελέκει ἀμφιστόμῳ, ὅθεν καὶ ὠνόμασται· πικρὸν γεύσασθαι, εὐστόμαχον, ποθέν. μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις. σὺν μέλιτι δὲ προστεθὲν πρὸ τῆς μίξεως, ἀτόκιον εἶναι δοκεῖ. φύεται δὲ ἐν κριθαῖς καὶ πυροῖς.

Περὶ Ὀνόσματος. Κεφ. ρμζ΄.

B ΟΝΟΣΜΑ, οἱ δὲ ὀσμάδα, οἱ δὲ φλονῖτιν, οἱ δὲ ὄνωνιν καλοῦσι, τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τῆς ἀγχούσης, προμήκη, μαλακά, ὡς τετραδάκτυλα τὸ μῆκος, τὸ δὲ πλάτος δακτύλου, ἐπὶ γῆς κατεστρωμένα, ἐμφερέστατα τοῖς τῆς ἀγχούσης. ἔστι δὲ ἄκαυλος, ἄκαρπος, ἀνανθής· C ῥίζιον δὲ ὕπεστιν ὑπόμακρον, ἀσθενές, λεπτόν, ἐνερευθὲς ἡσυχῆ· φύεται δὲ ἐν τραχέσι τόποις. Τούτου τὰ φύλλα ἐν οἴνῳ ποθέντα, ἔμβρυα ἄγει· φασὶ δὲ ὅτι καὶ ἔγκυος ὑπερβῇ τὴν πόαν, ἐκτιτρώσκει. — *Lacuna legit in vet. cod. ῥίζαν.*

Περὶ Νυμφαίας. Κεφ. ρμη΄.

ΝΥΜΦΑΙΑ φύεται ἐν ἕλεσι καὶ ὕδασι D στασίμοις· φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια κιβωρίῳ, σμικρότερα δὲ καὶ ἐπιμηκέστερα, ποσῶς ὑπερέχοντα τοῦ ὕδατος. τὰ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, πλείονα ἐκ τῆς αὐτῆς ῥίζης· ἄνθος δὲ λευκόν, ὅμοιον κρίνῳ, ἔχον κροκῶδες τὸ μέσον. ὅταν δὲ ἀπανθήσῃ, στρογγύλον, μήλῳ παραπλήσιον τῇ περι- E φερείᾳ γίνεται, ἢ μήκωνος κεφαλῇ, μέλαν· ἐν ᾧ καρπὸς μέλας, πλατύς, πυκνός, γευομένῳ γλίσχρος· ὁ δὲ καυλὸς λεῖος, οὐ παχύς, μέλας, ὅμοιος τῷ τοῦ κιβωρίου· ῥίζα μέλαινα, τραχεῖα, ῥοπαλοειδής, ἥτις τέμνεται φθινοπώρῳ. Ξηρὰ δὲ αὕτη σὺν οἴνῳ ποθεῖσα, κοιλιακοὺς ὠφελεῖ, δυσεντερικούς, καὶ F σπλῆνα τήκει. καταπλάσσεται δὲ πρὸς στομάχου καὶ κύστεως ἀλγήματα ἡ ῥίζα, καὶ ἀλφοὺς σμήχει σὺν ὕδατι. ἀλωπεκίας τε σὺν πίσσῃ ἐπιτεθεῖσα ἰᾶται. πίνεται δὲ ἡ ῥίζα καὶ πρὸς ὀνειρωγμούς· παραιτεῖται γὰρ τούτους· ἀτονίαν τε ἐργάζεται αἰδοίου πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, εἴ τις ἐνδελεχῶς G πίνοι. τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ καὶ τὸ σπέρμα ποθέν. δοκεῖ δὲ ὠνομάσθαι νυμφαία, διὰ τὸ ἔνυδρον φιλεῖν τόπον. εὑρίσκεται δὲ

V. tantum παχὺς pro his πλατὺς, πυκνός.
Orib. τραχεῖα
V. usque ad ἰᾶται caret.
V. omittit.
V. [illegible]

Orib. [illegible]

πολλὴ ἐν Ἤλιδι ἐπὶ τοῦ Ἀνίγρου ποταμοῦ, καὶ τῆς Βοιωτίας ἐν Ἁλιάρτῳ. A

Περὶ Νυμφαίας ἄλλης. Κεφ. ρμθ'.

V. non habet. — Al. ἄνθος

Γίνεται καὶ ἄλλη νυμφαία, ἧς τὸ ἄνθος βλέφαρον λέγεται, φύλλα ἔχουσα ὅμοια τῇ προειρημένῃ· ῥίζαν μέν τι λευκὴν καὶ τραχεῖαν ἔχει, ἄνθος μήλινον, στίλβον, ὅμοιον ῥόδῳ. ποιεῖ δὲ ἡ ῥίζα καὶ τὸ σπέρμα πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον ἐν οἴνῳ μέλανι πινόμενον. φύεται ἐν τοῖς περὶ Θεσσαλίαν τόποις κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν. B

Addit Lacuna ex antiquo codice [illegible]

Περὶ Ἀνδροσάκες. Κεφ. ρν'.

Al. ἀνδρόσακες — Al. λιμόφυλλος — Al. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς

ΑΝΔΡΟΣΑΚΕΣ γίνεται μὲν ἐν Συρίᾳ ἐν παραθαλασσίοις τόποις· πόα C δέ ἐστι λεπτή, λεπτόκαρφος, πικρά, ἄφυλλος, θυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσα περιεκτικὸν σπέρματος. Δύναμιν δὲ ἔχει ποθεῖσα σὺν οἴνῳ < β'. πλῆθος, οὖρα πολλὰ ἐπὶ ὑδρωπικῶν ἄγειν. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῆς πόας καὶ ὁ καρπὸς πινόμενος, τὸ αὐτὸ ποιεῖ· καταπλάσσεται D δὲ καὶ ἐπὶ ποδαλγικῶν ὠφελίμως.

Addit Lacuna ex v. cod. [illegible]

Περὶ Ἀσπληνίου. Κεφ. ρνα'.

Leg. [illegible] Corn. [illegible] — V. delet. — V. conclusa delet.

ΑΣΠΛΗΝΟΝ, οἱ μὲν σκολοπένδριον, οἱ δὲ σπλήνιον, οἱ δὲ ἡμιόνιον, οἱ δὲ πτέρυξ, φύλλα ἔχει σκολοπένδρᾳ τῷ θηρίῳ ὅμοια, πλείονα ἀπὸ μιᾶς ῥίζης περιεχόμενα. E φύεται ἐν τοίχοις καὶ πέτραις ταῖς ἀπὸ κοχλάκων παλισκίοις· ἄκαυλον, ἀνανθές, ἄκαρπον, ἐντετμημένα ὡς τὰ τοῦ πολυποδίου, κάτωθεν ὑπόξανθα, καὶ δασέα, ἄνωθεν δὲ χλωρά. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ἀποζεσθέντα σὺν ὄξει καὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ' σπλῆνα τήκειν. F δεῖ δὲ καταπλάσσειν καὶ τὸν σπλῆνα τοῖς φύλλοις λείοις σὺν οἴνῳ. βοηθεῖ δὲ στραγγουρίᾳ καὶ λυγμῷ, καὶ ἰκτέρῳ, καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει θρύπτει. δοκεῖ δὲ ἀτόκιος εἶναι καθ' ἑαυτήν, καὶ μετὰ ἡμιόνου σπληνὸς περιαπτομένη· ἀσελήνου δὲ νυκτός φασι δεῖν αὐτὴν ὀρύσσειν εἰς ἀτόκιον. G

Add. Lacuna ex vet. cod. καὶ δυσουρίᾳ

Περὶ Ἡμιονίτιδος. Κεφ. ρνβ'.

V. addit, ὃ ἔνιοι καλοῦσι σκολοπένδριον

ΗΜΙΟΝΙΤΙΣ, οἱ δὲ σπλήνιον, φύλλον ἀφίησιν ὅμοιον δρακοντίῳ, μη-

inuenitur in Helide, Anygro amne, & in Bœotiæ Aliarto.

De Nymphæa altera. Cap. CXLIX.

EST & altera Nymphæa, cuius flos blephara dicitur, folijs antedictæ similis, at radice alba simul & aspera, flore luteo, splendente, rosæ simili. Radix & semen ad inhibenda fœminarum profluuia efficaciter ex vino nigro bibuntur. Nascitur autem in Thessalia, iuxta Peneum amnem.

De Androsace. Cap. CL.

ANDROSACES in maritimis Syriæ nascitur, herba verò est alba, tenuibus cirris, amara, sine folijs, folliculum habés in cacumine, quo semen continetur. Ea drachmis duabus in vino pota, copiosam hydropicis vrinam ciet. Quin & herbæ decoctum, seménque largius ex vino potum, eundem præbet effectum. Vtiliter quoque podagricis illinitur.

De Asplено. Cap. CLI.

ASPLENON aliqui scolopendrium, alij splenium, alij hemionion, alij denique pteryga vocant. Folijs est scolopendræ animali similibus, plurib' ab vna radice sparsis in ambitum. Nascitur in petris parietibúsque confectis è calculis silicibúsve, iisque opacis. Nec verò caulem, nec florem, nec semen habet: folia autem filiculæ modo incisuris diuiduntur, subter flauescentia hirsutáque, supernè verò viridia. Vim hanc habet foliorum in aceto decoctum, vt per dies XL potum lienem absumat. Sed & folijs è vino tritis lienem illini oportet. Stranguriæ quoque, singultui, & regio morbo subuenit, atque calculos vesicæ comminuit. Cæterùm spem partus adimere creditur tum per sese, tum etiam cum muli liene amuleti instar adalligata. Verum in eum vsum tradunt nocte quapiam illuni effodiendam.

De Hemionitide. Cap. CLII.

HEMIONITIN sunt qui splenium vocent. Folium emittit simile dracunculi, curuatæ in cornua

lunæ modo sinuatum. Radices subiacent multæ, eæque tenues: sed neque caulem, neque semen, neque florem profert. In saxosis hæc herba nascitur, astringente sapore prædita, & ex aceto pota lienem quoque absumit.

De Anthyllide. Cap. CLIII.

ANTHYLLIS duûm est generum: quædam enim folijs est mollibus, alioqui lenticulæ simillimis, & ramulis palmi altitudine rectis, radice tenui & parua. Nascitur in sabulosis, apricis, subsalsa gustanti. Altera est folijs ramusculisque chamæpityi similis, hirsutior tamen, breuior & asperior, flore purpureo, & odoris admodum grauis: radice cichorij. Hæc drachmis quatuor bibita, vrinæ difficultate laborantibus & nephriticis plurimùm prodest. Tritæ verò vteri inflammationes emolliunt, cum rosaceo & lacte subditæ, ac vulneribus quoque medentur. Quæ autem chamæpityos similitudiné refert, præter alia etiam comitiales sanat cum aceto mulso pota.

De Anthemide. Cap. CLIIII.

ANTHEMIDEM alij leucanthemon, alij eranthemon, quoniam vere floreat, alij chamæmelú, quoniam odoré mali habeat, nonnulli melanthemon, alij chrysocomen, alij denique calliam vocant. Huius genera tria flore tantùm distantia: rami dodrantales, fruticosi, alis multis concaui: foliola parua, tenuia, numerosa: rotunda item capitula, intus quidem auri colore fulgentia, foris verò orbiculato ambitu floribus circundata candidis, aut melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum rutæ. Nascitur in asperis, & iuxta semitas. Colligitur vere. Vim habent radices, flores & herba ipsa, excalfaciendi extenuandíque: seu potu seu insessione pellunt menstrua, partus, calculos & vrinas. Propinantur & aduersus inflationes & ilei tormenta. Sed & regium morbum expurgant, atque hepaticis medétur: decoctum quoque vesicæ fotibus accommodatur. Ex omnibus autem hisce generibus ad calculos efficacissima est

A νοειδές· ῥίζαι δὲ ὕπεισι πολλαί, λεπταί· οὔτε δὲ καυλόν, οὔτε καρπόν, οὔτε ἄνθος φέρει. φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις. γευσαμένῳ δὲ ἡ πόα στυπτική· ἥτις σὺν ὄξει ποθεῖσα, τήκει σπλῆνα.

Περὶ Ἀνθυλλίδος. Κεφ. ρνγ'.

ΑΝΘΥΛΛΙΣ διττή· ἡ μὲν γὰρ φακῷ
B παραπλήσια φύλλα ἔχει, καὶ κλωνία σπιθαμιαῖα ὕψος, ὀρθὰ δὲ, καὶ τὰ φύλλα μαλακά. ῥίζα δὲ λεπτὴ, μικρά. φύεται ἐν ὑφάμμοις τόποις καὶ εὐηλίοις, γευομένῳ ὕφαλμος. ἡ δ' ἑτέρα χαμαιπίτυϊ τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία ἔοικε, δασυτέρα μέν τοι [καὶ βραχυτέρα, καὶ τραχυτέρα]
C τὸ δ' ἄνθος πορφυροῦν, βαρύοσμον ἰσχυρῶς· ῥίζα ὥσπερ κιχωρίου. Δύναται δὲ ἰσχυρῶς δυσουροῦσι καὶ νεφριτικοῖς πινομένη βοηθεῖν, πλῆθος ∠ δ'. ἐκμαλάσσουσι δὲ φλεγμονὰς τὰς ἐν ὑστέρᾳ λεῖαι, σὺν ῥοδίνῳ καὶ γάλακτι προστεθεῖσαι· ἰῶνται δὲ καὶ τραύματα. ἡ δὲ τῇ χαμαιπίτυϊ ὁ-
D μοία, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἐπιληπτικοὺς ἰᾶται σὺν ὀξυμέλιτι πινομένη.

V. ἀμφότερα δὲ καὶ τὰ φύλλα [illegible]

Sic v. cod. Plin. sabulosis. Vulg. ἐν ὑφαλμυροῖς, subsalsis.

V. non habet γευ. ὕφ.

Orib. non legit conclusa.

V. addit, δυσώδης.

Sic v. cod. Lac. at vulg. exempla φλέγματα ἐν

Περὶ Ἀνθεμίδος. Κεφ. ρνδ'.

ΑΝΘΕΜΙΣ, οἱ δὲ λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἠράνθεμον, διὰ τὸ ἀνθεῖν ἐπὶ ἔαρος, οἱ δὲ χαμαίμηλον, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῇ ὀσμῇ, οἱ δὲ μελάνθεμον, οἱ δὲ χρυσοκόμην, οἱ δὲ καλλίαν κα-
E λοῦσι· ταύτης εἴδη τρία ἄνθεσι μόνον διαφέροντα· κλῶνες σπιθαμιαῖοι, θαμνοειδεῖς, μασχάλας ἔχοντες πολλάς, κλωνάρια μικρὰ, λεπτά, πολλά, κεφάλια περιφερῆ· ἔνδοθεν μὲν χρυσίζοντα ἄνθη, ἔξωθεν δὲ περίκειται κυκλοτερῶς λευκά, ἢ μήλινα ἢ πορφυρᾶ, κατὰ μέγεθος πηγάνου
F φύλλων· φύεται ἐν τόποις τραχέσι καὶ παρὰ τὰς ὁδούς· συλλέγεται δὲ ἔαρος. Δύναμιν δὲ ἔχουσιν αἱ ῥίζαι καὶ τὰ ἄνθη καὶ ἡ βοτάνη θερμαντικήν, λεπτυντικήν· πινόμεναι δὲ καὶ ἐγκαθιζόμεναι, καταμήνια ἄγουσι καὶ ἔμβρυα, καὶ λίθους, καὶ οὖρα· πίνεται δὲ καὶ πρὸς
VIOLA folium habet hederaceo minus, tenuius atque nigrius: alioqui haud ita dissimile. Cauliculus à radice medius prodit, in quo flosculus per quàm suauiter olens, purpureus. Locis nascitur opacis & asperis. Refrigerandi naturam habet: proindéque folia per se & cum polenta imposita, stomacho ardenti, oculorū inflammationibus, procidentíque sedi auxiliantur. Aiunt & id quod in flore purpureum est in aqua potum, angina laborantibus, puerísque comitialibus opitulari.

De Cacalia. Cap. CXXIII.

CACALIA siue Leontice, folia profert candida, prægrādiáque: è quorum medio caulis emicat rectus, albus, florem ferens bryoniæ similem. Nascitur in mōtibus. Huius radix in vino *macerata ceu tragacantha, & delincta commanducatáve per se, tussi & arteriæ scabritiei medetur. Grana verò quæ post excussum florem subnascuntur, trita & cerato excepta illitáque, extendunt cutem in facie, eámque à *rugis vindicant.

V. madefacta.

V. corrugant.

De Bunio. Cap. CXXIIII.

BVNIVM caulem edit quadrangulum, procerū, digiti crassitudine: folia verò apio similia, verùm tenuiora multò, & coriādrinis proxima: florē anethi: semē odoratum, hyoscyami semine minus. Ciet id vrinas, excalfacit & secūdas euocat:

A ναί. ξηρὸν δὲ ἀναιρεθὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τοῦ ἀλγοῦντος, καὶ περιαφθὲν τῷ βουβῶνι, ἀπαλλάσσει τῆς ὀδύνης.

Περὶ Ἰσοπύρου. Κεφ. ρκά.

ΙΣΟΠΥΡΟΝ, οἱ δὲ, φασίολον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ ἐοικέναι φασιόλῳ, τῷ κατ' ἄκρον τὸ *πέταλον ἕλικα φέρειν· ἔπεισι B δὲ κεφαλαὶ ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ λεπταὶ, σπερματίων πλήρεις, παραπλησίων μελανθίῳ τὴν γεῦσιν· τὸ δὲ φύλλον ἀνίσῳ. Τούτου τὸ σπέρμα πινόμενον σὺν μελικράτῳ, τοῖς περὶ θώρακα πόνοις καὶ βηξὶν ὠφελεῖ· αἱμοπτοϊκοῖς τε καὶ ἡπατικοῖς ἁρμόζει. V. non habet.

Περὶ Ἴου. Κεφ. ρκϐ'.

C ΙΟΝ φύλλον ἔχει μικρότερον κισσοῦ καὶ λεπτότερον, μελάντερον δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον. καυλίον μέσον ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἐφ' οὗ ἀνθύλλιον σφόδρα εὐῶδες, πορφυροῦν. φύεται ἐν παλισκίοις καὶ τραχέσι τόποις. V. minus dicit, mutatione etc. V. caret μελάντερον. V. ...

Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικήν· οὗ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα καθ' ἑαυτὰ καὶ μετὰ ἀλφίτων, βοηθεῖ στομάχῳ καυσουμένῳ, D καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς, καὶ ταῖς τῆς ἕδρας προπτώσεσι. Φασὶ δὲ τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους μεθ' ὕδατος ποθὲν, συναγχικοῖς βοηθεῖν, καὶ ἐπιληψίαις ταῖς ἐπὶ παίδων. Al. ... nus rectè.

Περὶ Κακαλίας. Κεφ. ρκγ'.

E ΚΑΚΑΛΙΑ, οἱ δὲ, λεοντικὴν, φύλλα φέρει λευκὰ, εὐμεγέθη· καυλὸς δὲ ἐξ αὐτῶν μέσος ὀρθὸς, λευκὸς, ἄνθος ἔχων ἐοικὸς βρυωνίᾳ· ἐν ὄρεσι δὲ φύεται. Ταύτης ἡ ῥίζα ἐν οἴνῳ βρεχομένη ὡς τραγάκανθα καὶ ἐκλειχομένη, ἢ διαμασσωμένη καθ' ἑαυτὴν, βῆχας καὶ τραχύτητας τῆς ἀρτηρίας θεραπεύει. οἱ δὲ μετὰ τὸ ἐξανθῆσαι F ἐπιφυόμενοι κόκκοι, λεῖοι ἀναληφθέντες κηρωτῇ καὶ ἐπιχρισθέντες, τετάνουσι καὶ ἀρρυτίδωτον τηροῦσι τὸ πρόσωπον. Loc. legit in aliquo, ἄνθος ἔχει βρυωνίᾳ. Vulg. exempl. ... Ald. in ...

Περὶ Βουνίου. Κεφ. ρκδ'.

ΒΟΥΝΙΟΝ καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον, εὐμήκη, πάχος δακτυλιαῖον. φύλλα δὲ ὅμοια σελίνῳ, λεπτότερα δὲ πολλῷ G παρεγγὺς τὰ τοῦ κορίου· ἄνθος ἀνήθου· σπέρμα εὐῶδες, ὑοσκυάμου μικρότερον. Ἔστι δὲ οὐρητικὸν, θερμαντικὸν, καὶ δευτέρων ἀγωγόν. ... Sic & Orib. al. ... Loc. autē legit in cod. veteri ... Dodon. legendū putat ...

σπληνί τε καὶ νεφροῖς καὶ κύστει ἐπιτήδειον. χρῆσις δὲ αὐτοῦ ὑγροῦ τε καὶ ξηροῦ, καὶ χυλισθέντος σὺν ταῖς ῥίζαις καὶ τοῖς καυλοῖς καὶ καὶ τοῖς φύλλοις, μετὰ μελικράτου.

Περὶ Ψευδοβουνίου. Κεφ. ρκέ.

Ψευδοβούνιον θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον ἐν Κρήτῃ, ἔχον φύλλα βουνίῳ ὅμοια, δριμέα. δύναται δὲ καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ πινόμενα κλωνία ὅσον δ΄. σὺν ὕδατι, στρόφους καὶ στραγγουρίας, καὶ πλευρᾶς πόνους θεραπεύειν· διαφορεῖ δὲ καὶ χοιράδας, μετὰ ἁλῶν καὶ οἴνου καταπλασσόμενα χλιαρά.

Goup. annotat addendum ex veteribus. καὶ πλευριτικοῖς. al. καὶ ἀλγήματα. V. caret.

V. caret.

Περὶ Χαμαικίσσου. Κεφ. ρκς΄.

Χαμαικισσος φύλλα ἔχει ὅμοια κισσοῖς, μακρότερα δὲ καὶ λεπτότερα, πολλά· κλωνία σπιθαμιαῖα, περίπλεα φύλλων ἀπὸ τῆς γῆς ε ἢ ς΄, ἄνθη λευκοΐοις ὅμοια, μικρότερα, καὶ πικρὰ πρὸς τὴν γεῦσιν ἰσχυρῶς· ῥίζα λεπτή, λευκή, ἄχρηστος· φύεται ἐν ἐργασίμοις χωρίοις. Ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα ἰσχιαδικοῖς, ὅσον τριώβολον ἐν ὕδατι κυάθοις τρισὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ΄ ἢ ν΄. καὶ ἴκτερον δὲ ἀποκαθαίρει, ὁμοίως πινόμενα πρὸς ς΄ ἢ ζ΄. ἡμέρας.

Ald. in nothis add. λευκότερα καὶ λεπτότερα. V. μικρά.

Περὶ Χαμαιλεύκης. Κεφ. ρκζ΄.

Χαμαιλευκη ποιεῖ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα, ἐν ὕδατι λεία πινομένη. [ἐστὶ δὲ ἡ βοτάνη ὁλόχλωρος, ἔχουσα φυλλάρια ἐπικαμπῆ, καὶ τοὺς κλάδους ἐπικαμπεῖς. καὶ ἄνθη ὡς ῥόδα.]

Ista quæ sequuntur ad finē vsq; ex Ald. codicis nothis adiecimus.

Περὶ Βουγλώσσου. Κεφ. ρκή.

Βουγλωσσον ἔοικε φλόμῳ· φύλλον δὲ ἔχει χαμαιπετές, τραχύτερον καὶ μελάντερον, ὅμοιον βοὸς γλώσσῃ. ὅπερ καθιέμενον εἰς τὸν οἶνον, εὐφροσύνων αἴτιον δοκεῖ εἶναι.

Catac. τραχύτερον, ἀκανθῶδες καὶ μικρότερον. V. add. καὶ μικρότερον. ita & Orib.

Cod. v. ἀναδιδομένη ἡ φασὶν ἡ ῥίζα πρὸς ἱδρῶσας ποιεῖ.

Περὶ Κυνογλώσσου. Κεφ. ρκθ΄.

Κυνογλωσσον φύλλα ἔχει ἀρνογλώσσῳ τῷ πλατυφύλλῳ ἐμφερῆ, στενώτερα δὲ καὶ μικρότερα, χνοώδη. ἄκαυλον, ἐπὶ γῆς ἐστρωμένον· φύεται ἐν ἀμμώδεσι τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα λεῖα σὺν στέατι παλαιῷ ὑείῳ, κυνόδηκτα καὶ ἀλω-

A lieni, renibus ac vesicæ vtile. Cæterùm seminis tam humidi quàm sicci, itémque succi ab eo vna cùm radicibus caulibus ac folijs expressi vsus est ex aqua mulsa.

De Pseudobunio. Cap. CXXV.

B Pseudobunium palmi altitudine fruticat in Creta, folia ramulósque bunij ferens, acri gustu. Quaterni eius ramuli ex aqua bibiti, tormina, stranguriam, laterísque dolores sanant: discutiunt & strumas, si cum sale & vino tepẽtes imponantur.

De Chamæcisso, seu hedera humi repente. Cap. CXXVI.

C Chamæcissos folijs est hederæ, at longioribus tenuioribúsque, numerosis: ramulis ab radice quinis senísve, dodrantalibus, foliosis: floribus leucoij seu violæ albæ, minoribus tamen, & gustu admodum amaris: radice tenui, candida, inutili: nascitur in cultis. Folia v- D tiliter bibunt ischiadici tribus obolis in aquæ cyathis tribus, quadragenis quinquagenísve diebus. Eodem pota modo senis aut septenis diebus, regium morbum emendãt & expurgant.

De Chamæpeuce. Cap. CXXVII.

E Chamæpeuce lumborũ doloribus propitia est, si trita ex aqua bibatur. Est autem herba tota viridis herbaceíve coloris, foliolis ramulísque incuruis, floribus rosaceis.

De Buglosso. Cap. CXXVIII.

F Buglossum verbasco simile est, folio in terra sparso, verùm aspero, nigriore minoréque, bubulę linguæ simili: quod vino inditum animi voluptates augere, hilaritatémque afferre creditur.

De Cynoglosso. Cap. CXXIX.

G Cynoglosson folia latifoliæ plantaginis habet, at angustiora & minora, lanuginosa. Caule vacat, humiq; sternitur. Prouenit in fabuletis. Folia cum suillo adipe veteri trita, canum morsibus, alope-

cijs ambustísque medentur. Ipsius verò herbæ decoctum ex vino potum, aluum emollit.

De Phyteumate. Cap. CXXX.

PHYTEVMA folia habet radiculæ, sed minora: semen copiosum, perforatum: radicem paruam, tenuem, per summa terræ nitétem: quam ad amatoria conuenire nonnulli prodiderunt.

De Leontopodio. Cap. CXXXI.

LEONTOPODION duorú digitorum herbula est, foliola habens arcta, robusta, quaternûm ferè aut etiam ternûm digitorum longitudine, hirsuta, quæq; radici proxima sunt lanatiora & subalbida: capitula in summis caulib⁹ quasi perforata, in quibus flores nigri. Semē verò vsqueadeò spissa lanugine obuolutū est, vt ægrè deprehendi possit. Radix subiacet parua: quā etiā tradunt amuleti ratione alligatam ad amatoria prodesse, tuberculaq; discutere.

De Hippoglosso. Cap. CXXXII.

HIPPOGLOSSON pusillus est frutex; folia habens tenuis syluestris myrti figura, comámque spinosam, & in summo ceu ligulas secundū folia exeuntes. Coma caput dolentibus amuletum vtile creditur. Malagmatis radix expressúsque succus admiscetur.

De Antirrhino. Cap. CXXXIII.

ANTIRRHINON siue anarrhinon, aliqui etiá lychnida syluestrē vocauerunt. Herba est caule foliísq; anagallidi similis: florib⁹ leucoij, minoribus tamen, purpureis: ideò etiá syluestris lychnis nominata est. Fructū verò gerit vituli nariū similē, aspectu russeū. Traditur hæc amuleti instar adalligata, malis medicamētis veneficiísque aduersari, iísq; gratiá cōciliare, qui ea cū oleo liliaceo cyprinóve perū́cti fuerint.

De Catanance. Cap. CXXXIIII.

EX Catanances generibus vna folia habet lōga ceu coronopi, radicem iunci modo prætenuem: capitula sena septenáve, in quibus semen eruo simile. Arescens in terram curuatur, & se cōtrahit ad speciem vnguium milui exanimati.

A πτικίας, καὶ κοιλίας ῥεύματα ἰᾶται· ἑψηθεῖσα δὲ ἡ πόα καὶ ποθεῖσα σὺν οἴνῳ, κοιλίας ἐστὶ μαλακτική.

Περὶ Φυτεύματος. Κεφ. ρλ'.

ΦΥΤΕΥΜΑ φύλλα ἔχει ὅμοια στρουθίῳ, μικρότερα δὲ· καρπὸν πολὺν, τετρημένον· ῥίζαν μικρὰν, λεπτὴν, ἐπιπόλαιον· B ἣν ἀναγράφουσί τινες εἶναι πρὸς φίλτρα.

Περὶ Λεοντοποδίου. Κεφ. ρλα'.

ΛΕΟΝΤΟΠΟΔΙΟΝ διδακτυλιαῖον ἐστὶ βοτάνιον, ἔχει φυλλάρια στενὰ, ἰσχυρὰ, ὡς τεσσάρων δακτύλων ἢ καὶ τριῶν τὸ μῆκος, δασέα, ἐριωδέστερα τὰ πρὸς τῇ C ῥίζῃ καὶ ὑπόλευκα· ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν καυλῶν κεφάλια ὥσπερ τετρημένα, ἐν οἷς ἄνθη μέλανα· ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ δυσθεώρητος διὰ τὸν περὶ αὐτὸν χνοῦν· ῥίζα δ' ὕπεστι μικρά. Φασὶ δὲ καὶ ταύτην ἐνεργεῖν εἰς φίλτρα περιαπτομένην, καὶ φύματα διαφορεῖν.

D Περὶ Ἱππογλώσσου. Κεφ. ρλβ'.

ΙΠΠΟΓΛΩΣΣΟΝ θαμνίσκος ἐστὶ μυρσίνῃ ἀγρίᾳ καὶ λεπτῇ τὰ φύλλα ὅμοιος· κόμην δὲ ἀκανθώδη ἔχει, καὶ ἐπ' ἄκρου ὥσπερ γλωσσίδια παρὰ τοῖς φύλλοις. Δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι· μίγνυται δὲ καὶ εἰς μαλά- E γματα ἡ ῥίζα, καὶ τὸ χύλισμα.

Περὶ Ἀντιῤῥίνου. Κεφ. ρλγ'.

ΑΝΤΙΡΡΙΝΟΝ, οἱ δὲ, ἀνάῤῥινον, ἔνιοι δὲ καὶ ταύτην λυχνίδα ἀγρίαν ἐκάλεσαν, πόα ἐστὶν ἐμφερὴς ἀναγαλλίδος φύλλοις καὶ καυλῷ· τὰ δὲ ἄνθη πορφυρᾶ, ὅμοια λευκοίῳ, μικρότερα δέ. διὸ καὶ ἀγρία F λυχνὶς ἐκλήθη· καρπὸν δὲ φέρει μόσχου ῥισὶν ὅμοιον, ῥίσιον ἰδεῖν. Ἱστοροῦσι δὲ τοῦτο ἀντιπαθὲς εἶναι φαρμάκοις, περιαπτόμενον ἐπίχαρί τε ποιεῖν ἀλειφόμενον σὺν ἐλαίῳ κρινίνῳ, ἢ κυπρίνῳ.

Περὶ Καταναγκης. Κεφ. ρλδ'.

ΚΑΤΑΝΑΓΚΗ, ἡ μέν τις αὐτῆς ἔχει G φύλλα μακρὰ ὡς κορωνόποδος, ῥίζαν λεπτὴν, σχοινώδη· κεφαλὰς δὲ ς', ἢ ζ'. ὧν ὁ καρπὸς ὅμοιος ὀρόβῳ· κάμπτεται δὲ *ξηραινόμενος ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἰκτίνου ὄνυξιν ὁμοιοῦται νεκροῦ. Τὸ δὲ ἕτερον μέ-

Al. τετρημένον V. μικρὰν ἐπιπόλαιον. Marcellus quom μικρὰν legit.

V. non legit.

Ald. ἐριωδέστερα. Ald. τῇν ῥίζαν. V. ...

V. τετριμμένα ... Mar. V. μέλανα, ὁ δὲ ... δυσθεώρητος διά.

Hæc quæ expressa ferunt interpretes ex cod. Aldinis nothus adiectamus. V. ... Dalech. ... Dalechamp legendum putat ... Lacuna in v. cod. legit ... [illegible]

V. ... al. ὡς ...

λου μέγεθος ἔχει μικροῦ· ῥίζαν δὲ μικρὰν ὅσον ἐλαία.] τὰ δὲ φύλλα σχήματι καὶ χροιᾷ ἐοικότα ἐλαίᾳ, μαλακὰ δὲ, ἐπὶ γῆς ἐστρωμένα καὶ ἐπεσχισμένα· καρπὸν ἐπὶ ῥαβδίοις μικρὸν, τετρημένον κατὰ πολλὰ μέρη, ὡς ἐρέβινθον, φοινικοῦν· ἀμφοτέρας δὲ ἱστοροῦσί τινες εἰς φίλτρα ἁρμόζειν. χρῆσθαι δὲ λέγουσιν αὐταῖς τὰς Θεσσαλὰς γυναῖκας.

V. caret.

V. μελανοειδῆ

Περὶ Τριπολίου. Κεφ. ρλε´.

ΤΡΙΠΟΛΙΟΝ φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις, οὗ ἐπικλύζει ἡ θάλασσα καὶ ἀποχωρεῖ, οὔτε δὲ ἐν ξηρῷ, οὔτε ἐν θαλάσσῃ· φύλλα δὲ ἔχει ἰσάτιδι παραπλήσια, παχύτερα μέντοι· καυλὸν σπιθαμιαῖον, ἄνωθεν ἐπεσχισμένον. ταύτης ἱστορεῖται τὸ ἄνθος τρὶς τῆς ἡμέρας μεταβάλλειν τὸ χρῶμα, πρωῒ μὲν λευκὸν, κατὰ δὲ τὴν μεσημβρίαν πορφυρίζον, ὀψὲ δὲ φοινικοῦν· ῥίζα λευκὴ, εὐώδης, θερμαντικὴ γευομένῳ. ἥτις πινομένη ἐν οἴνῳ < β´. πλῆθος, κατὰ κοιλίας ὕδωρ ἄγει καὶ οὖρα. τίθεται δὲ καὶ εἰς ἀλεξιφάρμακα.

Lac. legit in vet. cod. [illegible] Sic etiam Plin.

Forte [illegible]

Lac. legit in vet. τὰ φύλλα τοῖς

Lac. legit [illegible] Pl. crassa Delet Anguillara.

Περὶ Ἀδιάντου. Κεφ. ρλϛ´.

ΑΔΙΑΝΤΟΝ, οἱ δὲ, πολύτριχον, φυλλάρια ἔχει κοριάνδρῳ ὅμοια, ἐπεσχισμένα ἐπ' ἄκρου· τὰ δὲ καυλία ἐφ' ὧν ἐκπέφυκε, μέλανα, ἰσχυρῶς λεπτὰ, σπιθαμιαῖα, στίλβοντα· * φύλλα ὅμοια πτέρειδι, μικρὰ λίαν· οὔτε δὲ καυλὸν, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸν φέρει. ῥίζα ἄχρηστος. Δύναται δὲ τὸ ἀφέψημα τῆς πόας πινόμενον, βοηθεῖν ἀσθματικοῖς, δυσπνοϊκοῖς, ἰκτερικοῖς, σπληνικοῖς, δυσουροῦσι· θρύπτει δὲ καὶ λίθους, καὶ κοιλίας ἵστησι, καὶ θηριοδήκτοις βοηθεῖ· καὶ στομάχου ῥεύματι, σὺν οἴνῳ πινόμενον· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ λόχια· ἵστησι δὲ καὶ αἵματος ἀναγωγήν. καταπλάττεται δὲ καὶ πρὸς θηριοδήκτα ὠμὴ, καὶ ἀλωπεκίας δασύνει, χοιράδας σκορπίζει· ἀποσμᾷ πίτυρα καὶ ἀχῶρας σὺν κονίᾳ· σὺν λαδάνῳ δὲ καὶ μυρσινίνῳ, καὶ σουσίνῳ, ἢ καὶ οἰσύπῳ καὶ οἴνῳ τρίχας ῥεούσας παρακρατεῖ. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτοῦ, σὺν κονίᾳ καὶ οἴνῳ συμμισγόμενον, ποιεῖ καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τοὺς ὄρτυγας μαχιμωτέρους, μιγνύμενον τῇ τροφῇ·

V. add. μεγέθους

V. [illegible] σίλβοντα

Matth. ἰσχνοί.

V. non legit.

V. caret.

V. caret.

V. [illegible]

Al. μυρσίνῳ V. add [illegible]

Sic Lac. legit in v. cod. at v. lg. exempl. [illegible]

V. add [illegible]

Altera mali paruę magnitudinē explet, radice interim exiguæ oliuæ magnitudine, folijs quoque oleæ figura & colore, mollibus, diuisis ac per terrā stratis: semine in virgulis minuto, multis foraminibus pertuso, ciceris figura, puniceo. Vtranque narrant nonnulli in amatoria expeti, Thessalisque mulieribus esse in vsu.

De Tripolio. Cap. CXXXV.

TRIPOLIVM in maritimis nascitur, vbi allidit vnda, vicissimque retrò cōmeat: sed neque in mari, neque in sicco. Folia habet isatis, attamen crassiora: caulem palmarē & superna parte diuisum. Eius flos ter die colorem mutare perhibetur, ita vt manè candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus aspiciatur. Radix est alba, odorata, calidi gustus: quæ drachmis duabus in vino pota, aquas vrinámque per aluum extrahit. Conciditur & in medicamenta quæ alexipharmaca vocant.

De Adianto. Cap. CXXXVI.

ADIANTVM, alijs polytrichon, pusilla gerit folia, coriādri similia, in extremo incisuris diuisa: virgulas verò è quibus ea prodeūt nigro colore nitētes, prætenues & palmū altas: at neq; thyrsum, neq; florē, neq; semen profert: radix est superuacua. Herbæ decoctū epotum, suspiriosis & alioqui ægrè spiritum ducētibus, felle suffusis, spleneticis & vrinę difficultate laborātibus auxiliatur. Calculos quoq; frangit, aluum sistit, & venenatorū morsibus resistit: cōtra stomachi fluxiones in vino bibitur: menstrua ciet, & quę à puerperio purgamēta relinquūtur: sed & sanguinis reiectionē inhibet. Cōtra venenatorum morsus herba cruda illinitur: alopecias eadē densat, strumásque dissipat. Ex lixiuio, furfures & manantia capitis vlcera detergendo exterit. Cum ladano autem ac myrtino & susino, aut etiam œsypo ac vino, defluētes capillos cohibet atque confirmat: sed & affrictum eius decoctum cum lixiuio & vino, idem præstat. Facit & gallinaceos & coturnices pugnaciores, in cibum eorū additum:

circa ouilia quoque pecorum vtilitatis gratia plantatur. Cęterùm vmbrosis & palustribus locis & in parietibus aspergine humentibus, circáque fontes prouenit.

De Trichomane. Cap. CXXXVII.

TRICHOMANES, quod & nõnulli adiantum appellant, locis iisdem nascitur, filici simile, at longè exilius: folijs tenuibus, ordine vtrinque dispositis, lenticulæ similibus, aduersis inter se, in virgulis itidem tenuibus, splendentibus, nigricantibus, iisque acerbis. Eadem quæ & modò dictum adiantũ præstare posse creditur.

De Xanthio. Cap. CXXXVIII.

XANTHIVM, alij phasganon, alij antithesion, alij chascanon, alij chœradolethron, quasi strumarum perniciem, aliqui & aparinen vocant. Nascitur læto & pingui solo, itémque in paludibus exiccatis, caule cubitali, pingui, anguloso, & prodeuntibus ex eo alis compluribus: folia verò habet atriplicis, incisuras habentia, nasturtium odore imitantia: fructum teretem, grandis oliuæ instar, & platani pilularũ modo spinosum, qui quidem contactu vestibus adhærescit. Is antè collectus quàm perfectè siccescat, deinde tusus & fictili vase reconditus, flauos facit capillos: siquidem, cùm vsus exigit, eius sextarij semissem aqua tepida diluas, móxque eo caput nitro antè perfrictum illinas. Sunt & qui in vino tundant, itáque asseruent. Cæterùm fructus commodè quoque œdematis imponitur.

De AEgilope siue festuca. Cap. CXXXIX.

AEGILOPS herbula est folia tritici habens, sed molliora, & in summo capite semina suis inclusa folliculis bina ternáve rubra, è quibus aristæ veluti capillaceæ exeunt. Herba cum farina imposita sanat ægilopas, duritiásque discutit. Ad eadem succus cum farina permixtus siccatúsque reconditur.

A φυτεύεται δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ προβάτων ἐν ταῖς μάνδραις· φύεται δὲ ἐν παλισκίοις καὶ ἑλώδεσι τόποις καὶ τοίχοις, ἐνίκμοις καὶ περὶ τὰς κρήνας. — V. quidem hanc periodum non legit. — Al. ἀχρειόλιον

Περὶ Τριχομανοῦς. Κεφ. ρλζ.

ΤΡΙΧΟΜΑΝΕΣ, οἱ δὲ, καὶ τοῦτο ἀδίαντον καλοῦσι, φύεται κατὰ B τοὺς αὐτοὺς τόπους, ὅμοιον πτέριδι, μικρὸν λίαν· στοιχηδὸν ἐξ ἑκατέρου μέρους τὰ φύλλα ἔχον λεπτὰ, φακοειδῆ, ἐναντία ἀλλήλοις, ἐπὶ ῥαβδίων λεπτῶν καὶ στιλπνῶν καὶ στρυφνῶν, ὑπομελάνων. δοκεῖ δὲ τὰ αὐτὰ δύνασθαι τῷ προειρημένῳ. — Oth. μικρὸν, λίαν.

C Περὶ Ξανθίου. Κεφ. ρλη.

ΞΑΝΘΙΟΝ, οἱ δὲ, φάσγανον, οἱ δὲ ἀντιθέσιον, οἱ δὲ χάσκανον. οἱ δὲ, χοιραδόλεθρον, οἱ δὲ, καὶ ταύτην ἀπαρίνην καλοῦσι. φύεται ἐν εὐγείοις τόποις καὶ λίμναις ἀνεξηρασμέναις. καυλὸν ἔχει πηχυαῖον, λιπαρὸν, γωνιοειδῆ, καὶ D ἐπ' αὐτῷ μασχάλας πλείονας. ἀτραφάξει δὲ τὰ φύλλα ἐμφερῆ ἔχει, ἐντομὰς ἔχοντα· καρδάμῳ δὲ τὴν ὀσμὴν παραπλήσια· καρπὸν δὲ στρογγύλον ὡς ἐλαίας μεγάλην, ἀκανθώδη ὡς πλατάνου σφαίρας, ἀντιλαμβανόμενον τῶν ἱματίων μετὰ τὴν ψαῦσιν. Δύναται δὲ ὁ E καρπὸς πρὶν τελείως ξηρανθῆναι συλλεγεὶς καὶ κοπεὶς καὶ ἀποτεθεὶς εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον, ξανθὰς τρίχας ποιεῖν. ἐάν τις ἐπὶ τῆς χρήσεως λαβὼν τρυβλίου πλῆθος ἐξ αὐτοῦ, διεὶς τε ὕδατι χλιαρῷ, καὶ προεκνιτρώσας τὴν κεφαλὴν καταπλάσῃ. τινὲς δὲ καὶ μετ' οἴνου κόψαντες αὐτὸ, ἀποτίθενται· καταπλάττεται F δὲ καὶ πρὸς οἰδήματα ὁ καρπὸς ἐπιτηδείως. — V. ἀνεξ. — Al. γωνιῶδη ἢ γωνιοειδῆ — Al. ἀκανθώδη

Περὶ Αἰγίλωπος. Κεφ. ρλθ.

ΑΙΓΙΛΩΨ βοτάνιόν ἐστι φύλλα πυρῷ ἔχον ὅμοια, μαλακώτερα δὲ, ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς κεφαλῆς καρποὺς ἔχον β'. G ἢ γ'. ἐρυθρούς, ἐφ' ὧν ἀθέρες οἱονεὶ τρίχες ἐκπεφύκασι. καταπλασθεῖσα δὲ ἡ πόα μετὰ ἀλεύρου καταπλασθεῖσα αἰγίλωπα, καὶ σκληρίας διαφορεῖ.] ἀποτίθεται δὲ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτὰ μιγεὶς ἀλεύρῳ καὶ ξηρανθείς. — V. γ. ἢ δ. — V. f. λεῖπ., δύναται ... V. ἀλεύρου.

Περὶ Βρώμου. Κεφ. ρμ'.

ΒΡΩΜΟΣ πόα ἐστὶν Αἰγίλωπι ἐμφερής, δύναμιν ἔχουσα ἐπιξηραντικήν. ἀφεψηθεῖσα μὲν οὖν σὺν ταῖς ῥίζαις μεθ' ὕδατος, ἕως ἀποτελεσθῇ τὸ ἀπόζεμα, διυλίζων αὐτὸ ἐπίμισγε μέλι τοσοῦτον, καὶ ἕψε μέχρις ἂν σχῇ πάχος ὑγροῦ μέλιτος. καὶ ποιεῖ ἐπὶ τῶν ὀζαινικῶν, εἰ βρέχων ὀθόνιον παρεντιθῇς τῷ μυκτῆρι, καὶ καθ' ἑαυτὸ μέν τοι ποιεῖ οὕτως· ἔνιοι δὲ ἀλόην λειώσαντες παραμίσγουσι, καὶ οὕτω χρῶνται. ποιεῖ δὲ καὶ μετὰ ῥόδων ξηρῶν ἀφεψηθεὶς σὺν οἴνῳ πρὸς τὰς τοῦ στόματος δυσωδίας.

De Bromo. Cap. CXL.

BROMVS herba est Ægilopi similis, exiccatoriam vim habens. Quamobrem si cum radicibus in aqua decoquatur ad tertias, iurique colato par modus mellis admisceatur, rursúmque discoquatur dũ mellís crassitudo fiat, medicamentum parabitur: quo quidẽ imbutum linteum & naribus etiam per se inditũ ad graueolentia narium vlcera erit efficax. Sunt qui tritam aloen addant, eodémque modo vtantur. Cæterùm cum rosis siccis in vino decocta, grauẽ oris halitũ emẽdat.

Περὶ Γλαυκός. Κεφ. ρμα'.

Sic v.c. itémque Ruellius: at vulg. exempl. κυτίσῳ.

Marc. Vir. γάλα legendum censet.

ΓΛΑΥΞ * κυτίσῳ ἢ φακῷ τὰ φύλλα ἔοικεν, ὧν τὰ κάτωθεν λευκότερα, ἄνωθεν δὲ χλωρά· κλωνία δὲ ἀπὸ γῆς ἀνίησι πέντε ἢ ς'. λεπτά, σπιθαμιαῖα ἀπὸ τῆς ῥίζης· ἄνθη λευκοΐοις ὅμοια, μικρότερα δέ, πορφυρᾶ· φύεται παρὰ θάλασσαν. αὕτη ἑψομένη μετὰ ἀλεύρου κριθίνου καὶ ἁλὸς καὶ ἐλαίου, καὶ ῥοφηθεῖσα, γάλα σβεννύμενον ἀνακαλεῖται.

De Glauce. Cap. CXLI.

GLAVX folijs cytiso aut lẽticulæ similis est, quæ quidem supernè virent, auersáque candidiora spectantur: ramulos vero spargit à terra quinos senósve, tenues, a radice dodrantales: flores autem violæ albæ, purpurei exeunt, attamen minores. Nascitur iuxta mare. Ipsa decocta cum hordeacea farina sale & oleo, in sorbitione lactis vbertatẽ intermissam restituit.

Περὶ Πολυγάλου. Κεφ. ρμβ'.

V. ὑπόστρυφνον

ΠΟΛΥΓΑΛΟΝ θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον, ἔχον φύλλα φακώδη, γεύσει * ὑπόστρυφνον· ποθὲν δὲ καὶ τοῦτο, γάλα δοκεῖ πλεῖον ποιεῖν.

De Polygala. Cap. CXLII.

POLYGALA frutex breuis est, palmi altitudinem petens, folijs lenticulæ, gustu subacerbo. Potus is lactis itidem abundantiam facere creditur.

Περὶ Ὀσύριδος Κεφ. ρμγ'.

ΟΣΥΡΙΣ φρυγάνιον μέλαν, λεπτόραβδον, δύσθραυστον, καὶ περὶ αὐτὸ φυλλάρια γ'. ἐστι δὲ καὶ δ'. ἢ ε'. ἢ ς'. αὐτῆς ὥσπερ λίνου, μέλανα κατ' ἀρχὰς, μεταβαλλόμενα δὲ ὑπέρυθρα γίνονται. ταύτης τὸ ἀφέψημα πινόμενον, ἰκτέρῳ βοηθεῖ.

Addit Lacuna ex vet. cod. πινόμεναι δὲ τὸ γάλα ἐξ αὐτῆς.

De Osyride. Cap. CXLIII.

OSYRIS, herba est surculacea, colore nigro, tenuib⁹ virgis, fractúque contumacibus: in quibus foliola terna, interdum & quaterna, quina, senáve, ceu lini, nigra initio, deinde colore mutato rubescentia. Decoctũ eius potũ iuuat arquatos.

Περὶ Σμίλακος τραχείας. Κεφ. ρμδ'.

ΣΜΙΛΑΞ τραχεῖα, τὰ μὲν φύλλα ἔχει περικλυμένῳ ὅμοια, καὶ κλήματα πολλά, λεπτά, ἀκανθώδη ὡς παλίουρος ἢ βάτος· ἑλίσσεταί τε περὶ τὰ δένδρα ὡς ἄνω καὶ κάτω τεινόμενον. καρπὸν δὲ φέρει βοτρυώδη, ὡς ἐπιφυλλίδα, [ὃς] πεπανθέντα δὲ ἐρυθρόν, ὑποδάκνοντα ἠρέμα ἐν τῇ γεύσει· ῥίζαν σκληρὰν, παχεῖαν. φύεται δὲ ἐν τόποις ἑλώδεσι καὶ τραχέσι. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς θαυμάσιον ἐστὶν ἀντίδοτος, προπι-

Desunt hæc in cod. Ald. in contextu, & ad notha transferuntur.

De Smilace aspera. C. CXLIIII.

SMILAX aspera folia habet periclymeni, sarmẽta multa, tenuia, paliuri aut rubi modo spinosa: & sese arboribus circũuoluit, per eas sursum deorsúmque repens. Fructum verò profert racematum, ceu exilem labruscæ racemulum, qui quidem vbi maturuit, colore est rubro, gustumq; leniter quodãmodo mordet: radice denique est dura crassáq;. Nascitur locis palustrib⁹ & asperis. Folia fructusque cõtra venena efficacis antidoti vim habẽt, siue antè,

siue posteà bibátur. Quin & memoriæ proditú est, siquid ex his infanti recẽs nato tritum propinetur, nulla ei posteà venena nocitura. Inciditur & ad alexipharmaca, id est, ad ea medicaméta quib⁹ venena arcétur.

De Smilace leui. Cap. CXLV.

Smilax lęuis folia habet hederacea, sed molliora, læuiora tenuioráque, itemq́; flagella æquè ac prior, at nullis spinis horrida: quibus tamé haud secus ac illa arbores scádit, iis sese circumuoluẽs: semẽ verò gerit ceu lupini, nigrum, exiguum, supra quod flores perpetuò visũtur cádidi, vndique numerosi & orbiculati. Ex hac porro smilace per æstaté topiarij operis vmbracula factitátur: at folia per autumnũ amittit. Cæterùm semẽ cum dorycnio potú ternis singulorú obolis, vt somnia tum varia, tum etiá tumultuosa videantur, efficere perhibetur.

De Rusco, seu Myrto syluestri. Cap. CXLVI.

MYRTVS syluestris seu oxymyrsine, foliú fert myrti, sed latius, ad formam lanceæ mucronatú: fructum rotundum, medio folio inhærentem, qui per maturitatem rubet, nucleumq́; ossis instar durum complectitur. Ramuli ab vna eadémque radice numerosi exeút, vitiliú modo lenti, fractu contumaces, cubitales, foliosi: radix graminis similis, gustáti acerba & subamara. In asperis & pręruptis locis enascitur. Folia & baccæ in vino potæ vrinas cient, menses pellunt, & calculos vesicæ frangunt. Morbo quoque regio, vrinæ stillicidio & capitis dolori medentur. Sed & radicis decoctum in vino potum, eosdé illos prębet effectus. Porrò & cauliculi pullulare incipientes asparagorum vice ac olerum modo in cibo sumuntur: sunt autem amari, vrinásque cient.

De Lauro Alexandrina. Cap. CXLVII.

LAVRVS Alexádrina, quá aliqui Idæam, aliqui danaën, alij hypoglottion, alij zalæam, alij denique stephanen vocát, folijs est myrti syluestris, maioribus tamé, mollioríb⁹ & candidioribus: fructu in medijs folijs rubro, ciceris magnitudine. Ramos verò per terram spargit do-

A νόμενα, καὶ ἐπιπινόμενα. παραδίδοται — V. caret.
ὅτι ἐάν τις ἀρτιγενεῖ παιδίῳ τρίψας τι — Al. ἀρτιγενεῖ
τούτων δῷ πιεῖν, ὑπ' οὐδενὸς δηλητηρίου φαρμάκου βλαβήσεται. τίθεται δὲ καὶ εἰς ἀλεξιφάρμακα.

Περὶ Σμίλακος λείας. Κεφ. ρμέ.

Σμίλαξ λεία, ὅμοια κισσῷ τὰ φύλλα
B ἔχει, μαλακώτερα δὲ καὶ λειότερα καὶ λε- — V. λειότερα
πτότερα· τὰ δὲ κλήματα ὥσπερ ἡ πρὸ αὐτῆς, ἀκάνθας οὐκ ἔχοντα· ἑλίσσεται δὲ περὶ τὰ δένδρα, ὡς ἡ προτέρα· καρπὸν δὲ — V. ἰτέας
ἔχει ὥσπερ θέρμου μέλανα, μικρὸν ἀεὶ δὲ — Auth. aduersi ὀρόβου. Quidam legendum conseciũt, καρπὸν δὲ ἔχει ὅτι ... &c.
ἐπάνω ἔχοντα ἄνθη λευκά, πολλὰ κατὰ πᾶσαν τὴν σμίλακα, καὶ περιφερῆ. καὶ
C σκηναὶ δ' αὐτῆς γίνονται τοῦ θέρους· φυλλορροεῖ δὲ τῷ φθινοπώρῳ. Τούτου ὁ καρπὸς μετὰ δορυκνίου πινόμενος, τριωβό- — Matth. τριώβολον ἑκάτερον ὁλκή
λου ὁλκὴ ἑκατέρου, ἐνύπνια πολλὰ καὶ ταραχώδη ὁρᾶν ἱστορεῖται.

Περὶ Μυρσίνης ἀγρίας. Κεφ. ρμϛ́. — V. addit, ἣ οἱ δὲ μυρτακανθήν. G. vterque codex vetus hunc locum sic descriptum habet. Μυρσίνη ἀγρία ἢ ὀξυμυρσίνη, ἣν ἀκανθομυρσίνην ... &c.

ΜΥΡΣΙΝΗ ἀγρία, ἣ μὲν φύλλον
D μυρσίνῃ ἔχει ὅμοιον, πλατύτερον δέ, λογχοειδές, ὀξὺ ἐπ' ἄκρου· καρπὸν δὲ στρογγύλον, ἐν μέσῳ δὲ τῷ πετάλῳ περιφερῆ, ἐρυθρὸν ἐν τῷ πεπαίνεσθαι, ἔχοντα δὲ ἐντὸς ὀστῶδες· κλωνία λυγώδη, πολλὰ ἐκ τῆς ῥίζης αὐτῆς, δύσθραυστα, ὅσον πήχεως, φύλλων μεστά· ῥίζαν παραπλησίαν ἀγρώ- — V add. καρπὸς ... καὶ ἀσπαράγου ...
E στει, γευομένῳ στρυφνήν, ὑπόπικρον. φύεται — V. στρυφνὴν ...
ἐν τραχέσι τόποις καὶ κρημνώδεσι. Δύ- — V. addit, καὶ ἐν ...
ναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς ἐν οἴνῳ πινόμενα, οὖρα κινεῖν, καταμήνια ἄγειν, καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει θρύπτειν· θεραπεύει δὲ καὶ ἴκτερον καὶ στραγγουρίαν, καὶ κεφαλαλγίαν. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῆς
F ῥίζης σὺν οἴνῳ ποθέν, τὰ αὐτὰ ποιεῖ. καὶ ἀν- — Quidam, ...
τὶ ἀσπαράγου δὲ οἱ καυλοὶ νεοθαλεῖς λαχανευόμενοι ἐσθίονται. εἰσὶ δὲ ἔμπικροι καὶ διουρητικοί.

Περὶ Δάφνης Ἀλεξανδρείας. Κεφ. ρμζ.

ΔΑΦΝΗ Ἀλεξανδρεία, οἱ δὲ Ἰδαίαν, οἱ δὲ δανάην, οἱ δὲ ὑπόγλωττον, οἱ δὲ ζά-
G λαν, οἱ δὲ στεφάνην καλοῦσι· φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει, μείζονα δὲ καὶ μαλακώτερα, — Marc. perperam μείονα legisse videtur.
καὶ λευκότερα· καρπὸν δὲ ἐν μέσοις ἐρυθρόν, ἐρεβίνθου τὸ μέγεθος· κλῶνας ἐπὶ γῆς ἀνθε-

μιαίοις ἢ καὶ μείζονας· ῥίζαν παραπλησίαν A τῇ ὀξυμυρσίνῃ, μείζονα δὲ καὶ εὐώδη καὶ μαλακωτέραν. φύεται ἐν τόποις ὀρεινοῖς.

In vet. margine: [illegible]

Δύναμιν δ' ἔχει ἡ ῥίζα πινομένη < ϛʹ. πλῆθος μεθ' οἴνου γλυκέος, βοηθεῖν τὰς δυστοκούσαις καὶ στραγγουριώσιν. ἄγει δὲ καὶ αἷμα.

Περὶ Δαφνοειδοῦς. Κεφ. ρμηʹ.

ΔΑΦΝΟΕΙΔΕΣ, οἱ δὲ, εὐπέταλον, οἱ B δὲ, χαμαιδάφνην, οἱ δὲ, πέπλιον καλοῦσι. θαμνίσκος ἐστὶ πηχυαῖος, κλάδους πολλοὺς ἔχων ἱμαντώδεις πρὸς τὸ ἄνωθεν ἥμισυ φυλλοφόρους· φλοιὸς δὲ περὶ τὰς ῥάβδους γλίσχρος ἰσχυρῶς· φύλλα δάφνῃ ἐοικότα, μαλακώτερα δὲ καὶ ἰσχυρότερα καὶ οὐκ εὔκλαστα, δάκνοντα καὶ πυροῦντα τὸ C στόμα καὶ φάρυγγα· ἄνθη λευκά· καρπὸν δὲ μέλανα, ὅταν πεπανθῇ· ῥίζα ἄχρηστος. φύεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς τόποις· ἄγει δὲ καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ ξηρὸν ἢ νέαρον ποθὲν κατὰ κοιλίαν φλεγματώδη· κινεῖ καὶ ἐμέτους καὶ ἔμμηνα· καὶ διαμασηθὲν ἀποφλεγματίζει· ἔστι δὲ καὶ πταρμικόν. καθαίρει δὲ καὶ ὁ καρ- D πὸς αὐτοῦ ὅσον κόκκοι ιε πινόμενοι.

Al. πήχεις τὰς ῥάβδους, al. πηχυαίους κλάδους

V. ἰσχυρῶς

V. ἄχρηστος

Περὶ Χαμαιδάφνης. Κεφ. ρμθʹ.

ΧΑΜΑΙΔΑΦΝΗ, οἱ δὲ καὶ ταύτην Ἀλεξάνδρειαν ἐκάλεσαν. ῥάβδους ἀνίησι μονοκλώνους, πηχυαίους, ὀρθὰς, λεπτὰς καὶ λείας· καὶ ταύτης δὲ τὰ φύλλα ὅμοια δάφνῃ, λειότερα δὲ πολλῷ καὶ λεπτότερα καὶ E χλωρότερα· καρπὸν δὲ περιφερῆ, ἐρυθρὸν, τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα. Ταύτης τὰ φύλλα λεῖα καταπλασθέντα, κεφαλαλγίαις καὶ στομάχου ἐγκαύσεσιν ἀρήγει· ποθέντα δὲ μετ' οἴνου, στρόφους παύει· ὁ δὲ χυλὸς σὺν οἴνῳ ποτιζόμενος, καταμήνια καὶ οὖρα ἄγει· καὶ ἐν πεσσῷ προστεθεὶς, τὸ αὐτὸ ποιεῖ. F

Deerat in vulg. exempl. Sed addidimus ex vet. cod.

Adiecit Lac. ex v. cod.

Περὶ Ἐλλεβόρου λευκοῦ. Κεφ. ρνʹ.

ΕΛΛΕΒΟΡΟΣ λευκὸς φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ ἀρνογλώσσου, ἢ σεύτλου ἀγρίου, βραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα, καὶ ἐρυθρὰ τὴν χρόαν· καυλὸν δὲ παλαιστιαῖον, κοῖλον, περιφλοιζόμενον ὅτε ἄρξεται ξηραίνεσθαι· ῥίζαι δ' ὑπεισι πολλαὶ, G λεπταὶ, ἀπὸ κεφαλίου μικροῦ καὶ ἐπιμήκους, ὡς περὶ κρομμύου, συμπεφυκυῖαι.

V. caret.

V. add. καὶ τῇ χροιᾷ ἐρυθρά

V. his caret.

V. [illegible]

V. caret.

drantales, interdum etiam maiores: radice myrti syluestris simili, ac maiore, odorata, molliore'que. Nascitur in montosis. Radix drachmarum sex pondere in vino dulci pota, difficulter parientibus, vrinæq; stillicidio laborantibus auxiliatur. Sed & sanguinem etiam extrahit.

De Daphnoide. Cap. CXLVIII.

DAPHNOIDES aliqui eupetalon, alij chamædaphnen, alij peplion vocant: exiguus frutex est, cubitalis, ramis multis a medio sursum versus lori modo flexilibus & obsequiosis, iisque foliosis. Ramulos vestiés cortex supramodum viscosus est: at folia sunt lauri, verùm molliora, validiora, fractúque contumacia, quorum gustatu os faucésque mordentur & accéduntur: flores cádidi: fructus, cùm ematuruit, niger: radix superuacua. Nascitur in montosis. Folium seu aridum, seu etiam recens, potu pituitosa per aluum deijcit: vomitus quoque ac menses ciet: quin & commanducatú pituitam à capite extrahit: sternutamenta etiamnum mouet. Cæterùm & quindenæ ipsius baccæ potæ purgant.

De Chamædaphne. Cap. CXLIX.

CHAMÆDAPHNE, quam & Alexandrinam aliqui vocauerunt, virgas promit singulari ramulo constantes, cubitales, rectas, tenues ac læues. Sed & huic folia sunt lauri similitudine, at læuiora multò, tenuioráque ac viridiora: fructus rotundus, rubens, folijs annexus. Huius folia trita illitáq; capitis doloribus inflationibusque stomachi succurrunt: eadem bibita cum vino tormina sedát. At succus cum vino propinatus, mẽses vrináſq; ciet: idé quoque subditus in pesso præstat.

De Helleboro seu veratro albo. Cap. CL.

VERATRVM album folia fert plantaginis aut betæ syluestris similia, sed breuiora, nigriora & dorso rubescentia: caulem palmi altitudine, concauum: qui quidem tunicas quibus cõuoluitur abdicat, cùm arescere incipit. Radices subiacent numerosæ, tenues ac fibratæ, ab exiguo & oblongo capitulo ceu cæpa exeuntes, eidémque annexæ.

Nascitur in montosis & asperis. Radices messibus colligendæ. Optimũ auté habetur veratrũ, quod modicè extentum est, candidum, fragile, carnosum, minimè exacutum aut iuncum referés, aut dum frangitur, puluerem emittés: sed tenuem habens medullam, gustúq; non admodum feruens, neq; saliuam subinde ciens: huiuscemodi siquidé strágulat. Primatum tenet Anticyrenum. At Galaticum æquè atque Cappadocicum, cádidius est, iunco simile, maioremq́; strágulandi vim habet. Porrò vomitionibus varij coloris humores extrahit: collyrijs admiscetur, quæ caliginé oculorũ discutiendi vim habét: méses pellit, partúsque necat, appositum: sternutamenta mouet, ac mures interficit cum melle & polenta subactũ: quin & carnes colliquat & absumit, si coquatur vnà. Datur & ieiunis per se, itémque cum sesamo & ptissanæ aut alicæ cremore, aut cũ aqua mulsa, aut pulte, aut lente aliáve sorbitione. Sed & cogitur cum pane, atq; ita inassatur. Apparatus vero insuperq; victus ratio vtétibus accommodata diligenter ab ijs tradita est, qui ex professo de ipsius dosi scriptitarunt. Sed maximè Philonidæ Siculo Ennæo assentimur. Longum enim foret in hac quam præcipuè instituimus materiæ Medicæ tractatione, victus rationé ad medendũ necessariam simul & semel exponere. Sunt tamen nonnulli qui dent ipsum cũ larga sorbitione, aut copioso cremore: vel etiam exhibito parciore cibo post illico veratrũ offerant: ac ijs præsertim quibus strágulationis suspicio imminet, aut corporis imbecillitas adest. Illo enim modo suméntibus purgatio periculo vacat, quòd nõ intempestiuè iustóve citiùs medicamentum corporibus accedat. Cæterùm & sedi subditę ex eo balani cum aceto vomitiones concitant.

De Helleboro seu veratro nigro.
Cap. CLI.

Helleborum seu veratrũ nigrum aliqui Melampodiũ, alij ectomon, alij polyrrhizon vocant. Melampodion verò appellatur, quoniá caprarum pastor nomine Melampus furétes Prœti filias eo primus purgasse & sa-

A Φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις καὶ τραχέσι. Συλλέγειν δὲ δεῖ τὰς ῥίζας περὶ τὸν θερισμόν. ἄριστος δέ ἐστιν αὐτοῦ, ὁ μετρίως *τεταμένος καὶ λευκὸς, καὶ *εὔθραυστος καὶ σαρκώδης, οὐκ ἀπόξυς δὲ καὶ σχοινώδης, ἢ κονιορτὸν ἀφιεὶς ἐν τῷ θραύεσθαι, ἔχων δὲ καὶ τὴν ἐντεριώνην λεπτὴν, ἐκπυρῶν τὴν γεῦσιν οὐ λίαν, οὐδὲ ἀθρόως σίαλον
B ἐπισπώμενος· πνιγώδης γὰρ ὁ τοιοῦτος. προτιμᾶται δὲ ὁ *Κυρηναϊκός. ὁ δὲ Γαλατικὸς καὶ Καππαδοκικὸς, *λευκότερος καὶ *σχοινώδης καὶ πνιγωδέστερος. Καθαίρει δὲ δι' ἐμέτων, ἄγων ποικίλα· μίγνυται δὲ καὶ κολλυρίοις τοῖς δυναμένοις τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἀποκαθαίρειν. καὶ ἔμ-
C μηνα ἄγει, καὶ ἔμβρυα κτείνει, προστιθέμενος. πταρμοὺς ἐρεθίζει, καὶ μῦας κτείνει σὺν μέλιτι καὶ ἀλφίτῳ φυραθείς. συγκαθεψόμενός τε κρέασι, συντήκει αὐτά. δίδοται δὲ νήστεσι καθ' ἑαυτόν, καὶ μετὰ σησάμου καὶ *πτισάνης χυλοῦ, ἢ ἄλικος, ἢ μελικράτου, ἢ πόλτου, ἢ φακοῦ ἤ τινος
D ῥοφήματος. συσιτοποιεῖται δὲ καὶ ἄρτῳ, καὶ ὀπτᾶται. ἡ δὲ προσαγωγὴ καὶ ἐπιδιαίτησις ἐξείργασται παρὰ τοῖς πραγματευσαμένοις περὶ τῆς δόσεως αὐτῆς γράψασι· μάλιστα δὲ συγκατατιθέμεθα Φιλωνίδῃ τῷ Σικελῷ *τῷ ἀπὸ Ἔννης, μακρὸν γάρ ἐστιν ἐν ὕλης παραδόσει προηγουμέ-
E νως θεραπευτικὴν ἐκτίθεσθαι ἀγωγήν. διδόασι δὲ ἔνιοι *σὺν πολλῷ ῥοφήματι ἢ *χυλοῦ πλήθει, ἢ καὶ τροφὴν ὀλίγην προσδόντες, ἐπιδιδόασι τὸν ἐλλέβορον *εὐθέως, ἐφ' ὧν μάλιστα πνιγμὸς ὑποπτεύεται ἢ ἀσθένεια σώματος ὑπόκειται· ἀκίνδυνος γὰρ ἐπὶ τῶν οὕτω λαμβανόντων ἡ κάθαρ-
F σις· διὰ τὸ μὴ ἀκαίρως τὸ φάρμακον *παρατίθεσθαι τοῖς σώμασι· καὶ βάλανοι δὲ ἐξ αὐτοῦ προστιθέμεναι τῇ ἕδρᾳ *μετ' ὄξους,] ἐμέτους κινοῦσι.

Περὶ Ἐλλεβόρου μέλανος. Κεφ. ρνά.

Ἐλλέβορος μέλας, οἱ δὲ, Μελαμπόδιον, οἱ δὲ *, ἔκτομον, οἱ δὲ, πολύρριζον. Μελαμ-
G πόδιον δὲ λέγεται, ἐπειδὴ δοκεῖ Μελάμπους τις αἰπόλος τὰς Προίτου θυγατέρας μανείσας * ἐν αὐτῷ καθᾶραι πρῶτος καὶ θερα-

V. πτισώδης
Alter, ἄθραυστος, sed perperam.
Alter, Ἀντικυραϊκὸς ὁ δὲ Γαλατικός.
Loc. add. ex vet. cod. ἢ λευκός.
Alter, χοιώδης, quam scripturã Serapio secutus est. Quidã v. gasωδης καὶ καπνωδέστερος.
V. quidam caret.
V. caret.
Goupylus ex veteribus libris & interpretibus legendum censet, σὺν ποτῷ ῥοφήματι.
V. χόνδρου
V. caret.
V. παρεισδύεσθαι
Quidam non habent.

παῦσαι. ἔχει δὲ τὰ φύλλα χλωρά, A πλατάνῳ προσεμφερῆ, ἐλάττονα δέ, °[πρὸς τὰ τοῦ σφονδυλίου,] καὶ πολυσχιδέστερα καὶ μελάντερα, καὶ ὑποτραχύτερα· καυλὸς °τραχύς· ἄνθη δὲ °λευκά, ἐμπόρφυρα, τῷ δὲ σχήματι °βοτρυώδη· καὶ ἐν αὐτῷ καρπὸς κνίκῳ ὅμοιος, ὃν καὶ αὐτὸν καλοῦσιν οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ σησαμοειδῆ, B χρώμενοι πρὸς τὰς καθάρσεις αὐτῷ· ῥίζαι δ' ὕπεισι λεπταί, μέλαιναι, ὥσπερ ἀπό τινος κεφαλίου κρομμυώδους ἠρτημέναι, ὧν καὶ ἡ χρῆσις· φύεται ἐν τραχέσι καὶ γεωλόφοις καὶ καταξήροις τόποις. Καὶ ἄριστος ὁ ἐκ τῶν τοιούτων λαμβανόμενος χωρίων. οἷός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς Ἀντικύρας. καὶ γὰρ C ὁ μέλας καὶ κάλλιστος ἐν αὐτῇ γεννᾶται. ἐκλέγου δὲ τὸν εὔσαρκον καὶ εὔτροφον, °λεπτὴν ἔχοντα τὴν ἐντεριώνην, δριμὺν ἐν τῇ γεύσει καὶ πυρώδη. τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ ἐν τῷ Ἑλικῶνι καὶ Παρνασσῷ καὶ °Αἰτωλίᾳ φυόμενος· διαφέρει μέντοι ὁ Ἑλικώνιος. Καθαίρει δὲ τὴν °κάτω κοιλίαν, ἄ- D γων φλέγμα καὶ χολήν, καθ' ἑαυτὸν ἢ μετὰ σκαμμωνίας διδόμενος καὶ ἁλῶν, < α. ἢ τριωβόλου ὁλκῆς· συνέψεται δὲ καὶ φακῇ, καὶ ζωμοῖς [τοῖς εἰς κάθαρσιν λαμβανομένοις. ὠφελεῖ δὲ °ἐπιληπτικούς, μελαγχολικούς, μαινομένους, ἀρθριτικούς, παραλελυμένους. προστεθεὶς δέ, ἔμμηνα ἄγει, E καὶ ἔμβρυα κτείνει· σύριγγάς τε καθαίρει κατατεθεὶς καὶ μετὰ τρίτην ἐξαιρεθείς. ὁμοίως καὶ ἐπὶ δυσηκοΐας καθίεται εἰς τὸ οὖς, ἐώμενος ἐπὶ β. ἢ γ΄ ἡμέρας. θεραπεύει δὲ καὶ ψώρας, μετὰ λιβανωτοῦ ἢ κηροῦ καὶ πίσσης καὶ κεδρίνου ἐλαίου καταχριόμενος· μετ' ὄξους δὲ καθ' ἑαυτὸν καταπλασσόμενος, F ἀλφοὺς καὶ λειχῆνας καὶ λέπρας θεραπεύει· ἑψηθεὶς δὲ σὺν ὄξει, ὀδονταλγίας πραΰνει διακλυζόμενος· [°σηπτοῖς τε μίγνυται·] μετὰ δὲ κριθίνου ἀλεύρου καὶ οἴνου, κατάπλασμά ἐστιν ὑδρωπικοῖς ὠφέλιμον· συμφυτευθεὶς δὲ ἀμπέλοις πρὸς τῇ ῥίζῃ, τὸν ἐξ αὐτῶν οἶνον κα- G θαρτικὸν ἐργάζεται. περιρραίνουσι δὲ καὶ οἰκίας αὐτόν, καθαρτικὸν εἶναι νομίζοντες· ὅθεν καὶ ὀρύσσοντες ἵστανται προσευχόμενοι Ἀπόλλωνι καὶ Ἀσκληπιῷ, φυλαττόμενοι ἀετόν. ἐφίπτασθαι γάρ φασιν οὐκ

V. caret.

Leg. βοτρυχώδη cũ Serap. V cod nõ legit. Quidã βοστρυχώδη. Docti nonnulli βοστρυχώδη, hoc est, cincinnorum in modum.

V. μυελὸν

V. Οἴτῃ

V. σεληνιακοὺς

V. caret.

A nasse creditur. Folia ei viridia, platani similia, sed minora, folijs spondylij proxima, pluribus diuisuris scissa, nigriora & subaspera: caulis breuis: flores candidi, purpurascentes, figura racemosi: semen intus cnici, quod & Anticyræi sesamoides vocant, & in purgationes adhibent. Radices subsunt tenues, nigræ, B velut è capitulo quodam cæpæ simili dependentes, quarum etiam vsus est. In asperis, editioribus sitientibúsque locis enascitur. Optimum quod ex locis eiusmodi petitur, quale quod ex Anticyra: nigrum enim inibi probatissimum gignitur. Eligi debet carnosum, plenum, cui tenuis medulla sit, a- C cre denique gustu, feruénsque. Huiusmodi est quod in Helicone, Parnasso & Ætolia nascitur: attamen Heliconium præcellit. Veratrum nigrum purgat per inferna, trahítque pituitam & bilem, datum per se, aut cum scammonia & sale, drachma vna seu obolis tribus. Decoquitur & cum lente ac iusculis D quæ purgationis causa sumptitantur. Prodest verò in comitialibus articulariísque morbis, itémq; melancholicis, insanientibus & paralyticis. Subditum mẽses trahit & partus necat: fistulas inditum ac tertia die exemptum purgat. Similiter in auditu difficili immittitur in aurem, ibique ad biduum triduúmve E sinitur. Scabiem quoque sanat, cum thure aut cera & pice ac cedrino oleo perunctum. Vitiligini verò, impetigini ac lepris ex aceto impositũ per se medetur. Dentium dolorem coctum cum aceto collutione mitigat. Septicis etiamnum medicamentis admiscetur. Quin & hydro- F picorum ventri cum farina hordeacea & vino vtiliter imponitur. Porrò autem consitum proximè vitium radices, vino inde expresso vim purgandi conciliat. Sed & eo domos aspergunt, purgandi expiandiq; vim illi tribuẽtes. Quamobrem & qui ipsum effodiunt, stantes Apollinem & Æsculapium pre- G cantur, obseruántque aquilæ volatus: eam enim alitem tradunt non

citra periculum aduolare, atque etiam ei mortem inferre, quem veratrum effodientem conspexerit. Celeriter quoque effodiatur oportet, quoniam halitu auráve sua caput aggrauat: quapropter ad id præcauendum, effossuri allia præsumunt, vinúmque subinde sorbent: ita siquidé ab afflatu securiores, noxæq; minùs opportuni redduntur. Cæterùm veratrum hoc candidi modo etiam emedullatur.

De Sesamoide magno. Cap. CLII.

SESAMOIDES magnú in Anticyra elleborum vocát, quoniam in purgationibus candido veratro misceatur. Similis est herba senecioni aut rutę: folijs lógis, flore candido, radice gracili, inefficaci: semine sesamæ, gustu amaro. Granum id per superna pituitam ac bilem purgat, si tritum quantum tribus digitis capitur, cú albi veratri sesquiobolo ex aqua mulsa detur.

De Sesamoide paruo. Cap. CLIII.

Sesamoidi paruo cauliculi sunt dodrantales: folia coronopi, at hirsutiora minoráque: in summis cauliculis capitula flosculorum penè purpureorum, quorum medium albicat: semen in illis sesamæ, amarum, fuluum: radix tenuis. Semen potum dimidio acetabulo in aqua mulsa, bilem ac pituitam per inferna purgat. Ex aqua verò impositú, tubercula & œdemata discutit. Nascitur in asperis.

De Cucumere syluestri. Cap. CLIIII.

CVCVMIS agrestis à satiuo fructu solo distat, quem longè minorem parit, oblongis glandibus similem: folia sarmentáque satiui refert; radix est candida, magna. Nascitur in ruderibus & sabuletis, frutice in totum amaro. Instillatus foliorum succus, aurium doloribus confert. Radix autem illita cum polenta, vetus quoduis œdema discutit: imposita cum resina terebinthina, tubercula rumpit; cocta ex aceto

A ἀκινδύνως· δίδωσι γὰρ θάνατον ὁ ὄρνις, ἐὰν τὴν ἴδῃ τινὰ ὀρυγὴν τοῦ ἐλλεβόρου. συντόμως δὲ δεῖ ὀρύττειν, διὰ τὸ καρηβαρείας ἐκ τῆς ἀποφορᾶς γίνεσθαι· ὅθεν εἰς προφυλακὴν, οἱ ὀρύττοντες ἐσθίουσι σκόροδα, καὶ οἶνον πίνουσιν ἀβλαβέστεροι γὰρ οὕτω διατίθενται. ἐξεντερίζεται δὲ, ὥσπερ
B καὶ ὁ λευκὸς ἐλλέβορος.

Περὶ Σησαμοειδοῦς τοῦ μεγάλου. Κεφ. ρνβ'. — V. Σησαμοειδ.

ΣΗΣΑΜΟΕΙΔΕΣ τὸ μέγα, ἐν Αντικύρᾳ ἐλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ· ἔοικεν ἡ πόα ἠριγέροντι ἢ πηγάνῳ — V caret
C φύλλα μακρά· ἄνθος λευκόν· ῥίζα ἰσχνὴ, ἄπρακτος· σπέρμα ὅμοιον σησάμῳ, πικρὸν ἐν τῇ γεύσει. ὃ καθαίρει ἄνω φλέγμα τε καὶ χολὴν, ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις ληφθὲν μετὰ ἐλλεβόρου λευκοῦ τριωβόλου ἡμιωβόλιον σὺν μελικράτῳ. — V ἠριγέροντι τὸ μέγεθος. alius cod. habet tantùm ἔοικεν ἡ πόα πηγάνῳ. sic & Oribas. — Al. [illegible]

Περὶ Σησαμοειδοῦς τοῦ μικροῦ. — V. quid. λευκοῦ
D Κεφ. ρνγ'.

Σησαμοειδὲς τὸ μικρόν. καυλία ἔστι σπιθαμιαῖα ἔχοντα φύλλα κορωνόποδι ὅμοια, δασύτερα μέντοι καὶ μικρότερα· ἐπ' ἄκρου δὲ τῶν καυλίων κεφάλια αἰθίων ὑποπορφύρων, ὧν τὸ μέσον, λευκόν· ἐν οἷς σπέρμα σησάμῳ ἐοικὸς, πι-
E κρὸν, κιῤῥόν· ῥίζα λεπτή. Καθαίρει δὲ χολὴν καὶ φλέγμα κάτω ποθὲν τὸ σπέρμα, ὀξυβάφου ἥμισυ σὺν μελικράτῳ· καταπλασθὲν δὲ μεθ' ὕδατος, φύματα καὶ οἰδήματα διαφορεῖ. Φύεται ἐν τραχέσι χωρίοις. — V. [illegible] — Autores aduersi legendum suspicantur μικρότερα. — V αἰθίων τινῶν πορφυρῶν μέσον

Περὶ Σίκυος ἀγρίου. Κεφ. ρνδ'.

F ΣΙΚΥΣ ἄγριος τῷ καρπῷ μόνῳ διαφέρει τοῦ ἡμέρου σίκυος, ἐλάσσονα πολλῷ ἔχων, βαλανείοις ἐπιμήκεσιν ἐοικότα· τὰ φύλλα δὲ καὶ τὰ κλήματα ἡμέρῳ ὅμοια· ῥίζα δὲ λευκὴ καὶ μεγάλη· φύεται ἐν οἰκοπέδοις καὶ ἀμμώδεσι τόποις· ὅλος δὲ ὁ θάμνος πικρός. Αρμόζει δὲ ὁ τῶν φύλ-
G λων χυλὸς ἐνσταζόμενος ὠταλγίαις. ἡ δὲ ῥίζα καταπλασθεῖσα μετὰ ἀλφίτου, πᾶν οἴδημα παλαιὸν διαφορεῖ· μετὰ ῥητίνης δὲ τερεβινθίνης ἐπιτεθεῖσα, φύματα ῥήττει· μετ' ὄξους δὲ ἑψηθεῖσα — Fortè βαλάνοις.

V. [illegible] ὁμοῦ ποδαγρικούς.

καὶ καταπλασθεῖσα, ποδάγρας διαφορεῖ· A καὶ ἰσχιάδας δὲ ἐστὶν ἔγκλυσμα, καὶ ὀδονταλγίας διάκλυσμα, τὸ ἀφέψημα. ξηρὰ δὲ λεία, ἀλφοὺς, λέπρας καὶ λειχῆνας σμήχει· οὐλάς τε μελαίνας καὶ σπίλους τοὺς ἐν προσώπῳ ἀποκαθαίρει. καὶ ὁ χυλὸς δὲ τῆς ῥίζης, πλῆθος τριῶν ἡμιωβολίων τὸ ἐλάχιστον, καὶ ὁ φλοιὸς δὲ ὅσον τέ- B ταρτον ὀξυβάφου, καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν, καὶ μάλιστα ἐπὶ ὑδρωπικῶν. δίχα δὲ τοῦ τὸν στόμαχον ἀδικεῖν, ποιεῖται τὴν κάθαρσιν. δεῖ δὲ τῆς ῥίζης λαβόντα ἡμίλιτρον, μετὰ δυοῖν ξεστῶν οἴνου, μάλιστα *Λιβυκοῦ, λεαίνειν, καὶ διδόναι ἐκ τούτου κυάθους γ΄. ἕως ἂν ὁ ὄγκος ἰσχνῶς συσταλῇ. C

V. λιγυστικοῦ. Lac. v. cod. Αἰγυπτίου γλυκέος

illitáque podagras discutit: sed & eius decoctũ ischiadicis infunditur, & in dẽtium dolore colluitur. Eadẽ arida tritáq; vitiligines, lepras & impetigines absterget: cicatrices nigras emendat, & maculas faciei repurgat. Quin & radicis succus sesquioboli pondere cùm minimùm, itémq; cortex acetabuli quarta parte, bilẽ ac pituitã purgãt, maximéq; in hydropicis, idq; citra vllam stomachi iniuriã. Radicis selibra in vini præsertim Libyci sextarijs duobus conteritur: dantúrq; ex eo ieiunis terni cyathi tertio quoque die, dum tumor plurimùm subsederit.

Περὶ Ἐλατηρίου. Κεφ. ρνέ.

Τὸ δὲ λεγόμενον Ἐλατήριον, ἐκ τοῦ καρποῦ τοῦ σικύου σκευάζεται τὸν τρόπον τοῦτον. τοὺς ἅμα τῷ ἅψασθαι σικύους ἀποπηδῶντας ἐκλέγων, ἀποτίθεσο, ἐῶν νύκτα· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐπὶ κρατῆρι κόσκινον μὴ πυκνὸν ἐπιθεὶς, καὶ μαχαίριον ὕπτιον ἁρμόσας τὴν D ἀκμὴν ἔχον ἄνω, λαμβάνων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ καθ᾽ ἕνα τὸν σικύον, διαίρει καὶ ἔκθλιβε [διὰ τοῦ κοσκίνου] τὸ ὑγρὸν εἰς τὸν ὑποκείμενον κρατῆρα· προσεκθλίβων καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς σαρκῶδες, ὃ δὴ προσαπτέσθω τοῦ κοσκίνου· ἵνα καὶ αὐτὸ διεκπίπτῃ· *καὶ εἰς λεκάνην παρακειμένην τὰ ἐκθλιβόμενα ἐκβάλε. E σωρεύσας δὲ τὰ τετμημένα ἐπὶ τοῦ κοσκίνου, ὕδατι γλυκεῖ περιχέας καὶ ἀποπιέσας, ταῦτα μὲν ῥίπτε. ταράξας δὲ τὸ ἐν τῇ *λεκάνῃ ὑγρὸν, καὶ σκεπάσας ὀθόνῃ, τίθεσο ἐν ἡλίῳ· καὶ ὅτε *στῇ, πᾶν τὸ ἐπινηχόμενον ὕδωρ μετὰ τοῦ ἐπιπάγου ἀπόχει· καὶ τοῦτο ποίει πολλάκις, ἄχρις οὗ καταστῇ τὸ ἐφιστάμε- F νον ὕδωρ. ὃ δὲ ἐκσπογγίσας ἐπιμελῶς, τὴν ὑπόστασιν βαλὼν εἰς θυΐαν, λέαινε, καὶ ἀνάπλαττε τροχίσκους. ἔνιοι δὲ πρὸς τὸ ταχέως αὐχμωθῆναι τὸ ὑγρὸν, τέφραν σεσησμένην ἐπὶ γῆς καταστρώσαντες, καὶ κοιλάναντες τὸ μέσον, ὀθόνιον τρίπλουν ἐπιτείναντες, κατὰ τούτου τὸ ἐλατή- G ριον σὺν τῇ ἰκμάδι ἐπιχέουσιν, *ἀναξηρανθὲν, ἐν δὲ θυΐᾳ λεαίνουσιν ὡς προείρηται. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ ὕδατος θάλατταν ἐπεγχ-

V. caret.

Quidam add. καὶ ὅταν ὅλον ἐκθλίψῃς, ἔασον αὐτὸ καταστῆναι. Sic Ald. in nothis. V. add. τὸ σπέρμα.

Al. κρατῆρι.

V. add. χωρὶς ἡλίου.

V. [illegible] Lac. [illegible]

De Elaterio. C. CLV.

E fructu cucumerũ (agrestiũ) medicamentũ fit, quod Elaterium vocatur, ad hunc modum. Cucumeres eligito, qui simulatq; tangũtur quasi resiliendo succum intra se cõtentũ eiaculentur, eósq; decerptos nocte vna seruato. Postero die imposito supra craterem rariorẽ cribro, insupérq; resupinato ita cultello vt aciem sursum versus habeat, prehẽsos vtraq; manu cucumeres singulatim diuidito, humorémq; in vas subiectum per cribrũ exprimito: simúlq; carnosam cucumerum partẽ quæ cribro hæsit, quò & ipsa transmittatur, elidito*. Expressum succũ in vicinam peluim transfundito. Aceruata autẽ super cribro segminũ frustula vbi aqua dulci perfuderis, itidémq; expresseris, tandẽ abijcito. Exceptũ verò pelui succum agitato ac permisceto: moxq; opertum linteo, Soli exponito. Ac vbi coierit, supernatantẽ aquam omnẽ, cum eo quod in summo ceu spuma concretũ est, effundito: illúdq; identidẽ facito, dum aqua superstabit. Hanc (si qua reliqua fuerit) posteaquam guttatim diligentérque excluseris, sedimentũ ipsum mortario inditum conterito, & in pastillos cogito. Sũt qui ad coercendam hauriendamq; protinus humoris abundantiã, cribratos cineres humi sternunt, ac in eorum medio excauata foueola triplicatũ linteolũ obtẽdũt, cui elateriũ cũ humiditate sua infũdũt, illáq; (hoc artificio) exhausta, tandẽ resiccatũ ipsũ in pila, vti dictũ est, contenũt. Alij pro dulci aqua marinã affundentes,

Al. addunt: ac vbi quicquid est expresseris, subsidere sinito.

quod subsidet.

dentes ita eluunt. Alij in postrema lotura mulsam affundũt. Elaterium porrò optimũ creditur, quod cũ candore modicè humectũ est, minimè ponderosum, læue, gustu amarissimum, quódque lucernæ admotũ facilè accẽditur. At quod porraceum est, scabrum & ad aspectũ turbidum ac erui cinerísque plenũ, graue & vitiosum est. Nec desunt qui cucumeris succo amylũ immisceát, vt candorem & leuitaté ementiantur. A bimatu ad decenniũ purgationibus accõmodatũ est. Integra dosis eius est, obolus: minima, semiobol⁹: pueris, æreola duo: nam copiosius haustum, periculum adfert. Bilem ac pituitam per inferna pariter & superna trahit. Atque qui ęgrè spirant, eo medicamenti genere fœliciter vtiliterque purgantur. Quòd si in animo est per aluum purgare, adiecto salis duplo & sinapis tantillo, quantum scilicet ad colorandum satis sit, ex aqua catapotia erui magnitudine formato: quę posteaquam exhibueris, aquæ tepidę cyathum vnũ exorbendum dato. Sin vomitum concitare volueris, elaterium aqua diluito, intinctaque pẽna subiectas linguæ partes quàm penitissimè oblinito. At si æger ad vomitũ difficilis fuerit, vel oleo, vel irino vnguento diluito: somnũ interim inhibeto. Porrò his qui effusè ac præter modum purgantur, vinum oleo mistum frequenter propinari oportet. Etenim superuenientibus vomitionibus restituuntur. Quibus verò crebriores vomitus sisti par est, aqua frigida, polenta, posca, poma & quæcunque stomachum densando roborant, offerẽda sunt. Menses quoque ciet, partusque necat elateriũ in pesso subditũ. Cũ lacte verò narib⁹ infusum, & regiũ morbũ depellit, & diuturnos capitis dolores summouet. In anginis autẽ efficaciter illinitur ex oleo vetere, melle, aut felle taurino. [Satiui cucumeris radix cõtrita & drachmæ pondere in hydromelite pota, vomitus mouet. Quòd si cui à cœna placidè ac citra molestiam vomere libuerit, oboli duo satis fuerint.]

De Staphide agria, siue herba pediculari. Cap. CLVI.

STAPHIS agria folia quidem habet labruscæ modo diuisa, &

A χέοντες, πλύνουσιν. ἔνιοι δὲ, τῇ τελευταίᾳ πλύσει μελίκρατον παραχέουσι. δοκεῖ δὲ ἐλατήριον κάλλιστον εἶναι, τὸ μετὰ τοῦ λευκοῦ ἡσυχῇ ἔνικμον, κοῦφον, λεῖον, πικρότατον τῇ γεύσει, καὶ προσαχθὲν λύχνῳ εὐκαές. (V. ἀκαής) τὸ μέντοι πρασίζον καὶ τραχὺ καὶ θολερὸν τῇ ὄψει, γέμον ὀροβίου καὶ τέφρας, B βαρύ τέ ἐστι καὶ φαῦλον. ἔνιοι δὲ καὶ τῷ χυλῷ τοῦ σικύου μιγνύουσιν ἄμυλον, (V. τῷ χυλῷ) πρὸς τὸ μιμήσασθαι αὐτὸ λευκὸν καὶ κοῦφον. εἰς μέντοι τὰ καθαρτικὰ ὁ διετὴς ἁρμόζει ἄχρι δεκαετοῦς· ἡ δὲ τελεία δόσις, ὀβολός· (Vulg. exempl.) ἡ δὲ ἐλαχίστη, ἡμιωβόλιον· παιδίοις δὲ, δίχαλκον· πλέον γὰρ ποθὲν C κίνδυνον ἐπιφέρει. κινεῖ δὲ τὴν κάτω καὶ τὴν ἄνω κάθαρσιν, ἄγον φλέγμα καὶ χολήν. ἀρίστη δὲ τοῖς δυσπνοοῦσιν ἡ δι' αὐτοῦ κάθαρσις. εἰ μὲν οὖν θέλεις κατὰ κοιλίαν καθαίρειν, διπλάσιον ἁλῶν μίξας καὶ *σινάπεως ὅσον χρῶσαι δι' ὕδατος ὀροβιαῖα καταπότια δίδου, ἐπιρροD φείτω δὲ χλιαροῦ ὕδατος κύαθον ἕνα. (Al. σινάπεως) (V ὅσον παραχρῶσαι δυνατόν, ὀροβιαῖα.) εἰς δὲ ἔμετον, ὕδατι ἀνείς, πτερῷ ἐπίχριε τὰ ὑπὸ γλῶτταν διαχρίων τόπους ὡς ὅτι ἐσωτάτω· εἰ δὲ δυσεμὴς εἴη, ἢ ἐλαίῳ ἢ ἰρίνῳ μύρῳ ἀνείς, κώλυε δὲ κοιμᾶσθαι. τοῖς δὲ ὑπερκαθαιρομένοις συνεχῶς προσφέρειν δεῖ οἰνέλαιον· ἐμοῦντες γὰρ ἀπο-E καθίστανται. μὴ παυομένων δὲ τῶν ἐμέτων, ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ἄλφιτον καὶ ὀξύκρατον καὶ ὀπώραι, καὶ ὅσα δύναται τὸν στόμαχον πυκνῶσαι, προσοιστέον. κινεῖ δὲ τὸ ἐλατήριον καὶ ἔμμηνα, καὶ ἔμβρυα κτείνει ἐν προσθέτῳ· ἐγχυθέν τε μετὰ γάλακτος εἰς τοὺς ῥώθωνας, ἴκτερον ἀπο-F καθαίρει, καὶ κεφαλαλγίας τὰς χρονίους ἀπαλλάττει· συνάγχαις τε διάχρισμα προσηνὲς μετ' ἐλαίου παλαιοῦ ἢ μέλιτος ἢ χολῆς ταυρείας. (Marc. leg. τὸ χρ...) [τοῦ δὲ ἡμέρου σικύου ἡ ῥίζα λεία ποθεῖσα σὺν ὑδρομέλιτι < α', ὁλκή, ἐμέτους κινεῖ. εἰ δέ τις μετὰ τὸ δεῖπνον πρᾳέως ἐμέσαι ἐθέλει, ἀρκοῦσιν ὀ-G βολοὶ β'.]

Περὶ Σταφίδος ἀγρίας. Κεφ. ρνϛ'.

ΣΤΑΦΙΣ ἀγρία φύλλα μὲν ἔχει ὥσπερ ἀμπέλου ἀγρίας ἐσχισμένα·

V. caret. — καυλία ὀρθά, μαλακά, μέλανα· ἄνθος δὲ φέρει ἰσάτιδι ὅμοιον· τὸν δὲ καρπὸν ἐν θυ-
V. conclusa caret. — λακίοις [χλωροῖς ὥσπερ ἐρεβίνθου, τρίγωνον,] τραχύν, ὑπόκιρρον ἐν τῷ μέλανι, τὰ δὲ
V. caret. — ἔνδον λευκόν, γευσαμένῳ δριμύ.] Τούτου κόκκοι ιε΄ ἢ ε΄. ἐάν τις λεάνας ἐν μελικράτῳ
V. caret. — δῷ, καθαίρει δι' ἐμέτων πάχη· [περιπατεῖν δὲ ὀφείλουσιν οἱ πεπωκότες.] δεῖ μέντοι προσέχειν συνεχῶς μελίκρατον διδόντας, διὰ τὸ ἐπιφέρειν τοὺς κατὰ πνιγμὸν κινδύνους, καὶ καίειν τὴν φάρυγγα. ἁρμόζει δὲ λειωθεῖσα καὶ
V. add. καὶ ἀφάχει — ἐλαίῳ συγχρισθεῖσα πρὸς φθειριάσεις καὶ κνησμοὺς καὶ ψώρας. διαμασηθεῖσα δέ, φλέγμα ἄγει πλεῖστον. καὶ ὀδονταλγίας ὠφελεῖ σὺν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη· οὖλά τε ῥευματιζόμενα στέλλει· καὶ ἄφθας τὰς ἐν στόματι θεραπεύει μετὰ μέλιτος. μίγνυται καὶ τοῖς πυρώδεσι μαλάγμασιν.

Cap. IX. ἀσάρου] Paris. codex habet τὰ ἄσαρον ἄνθος στεφανωματικά, quidā ἄσαρον ἄνθος, &c. Sed codicem Aldinum secutus ista consultò prætermisi: maximè cùm in vetustis quibusdam exemplaribus non extare compertum haberem. Huc adde quòd Asarum tantùm abest herba vt sit coronaria, vt ex eo ita vocitatū dicat Plinius, quòd in coronis non addatur: quanquam ea etymi ratio mihi non satis probatur, ac potiùs Asarum ita appellatū videtur, ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ καὶ σαροῦ, hoc est σαρώθρου, quòd scopis non adderetur, scopis inquam seu manualibus, quas serta flosculosve dicunt, seu lustralibus, quæ essent olim euerrendis Deorum aris dicatæ, quales ex verbena, verbasco similibúsque plantis comosis simul ac firmioribus colligebantur. Translata verò illa videntur ex cap. 51. lib. 3. de Bacchari: idque ab iis qui ex Gallici nominis bacchar (pro quo nunc per syllabarum metathesin *abaret* dicunt) affinitate, Asarum Dioscoridis cum bacchari vnum & idem esse coniecerunt. Quasi verò duobus diuersis capitibus Diosc. de vna eadémq; planta fuisset acturus, ac dissimiles tum notas, tum vires locis diuersis eidem plantæ ascripturus. Equidem baccharin Asarum Crateuæ esse facilè adducor vt credam. Sed quantum inter baccharin seu βάκχαριν & Dioscoridis asaron sit discrimen, præter Plinij testimonium minimè contemnendum, lib. 21. cap. 6. diuersa quoque apud Dioscoridem, Paulum & Oribasium vtriusque descriptio per se satis indicat. Etsi fateor Galenum & huius exemplo Aëtium pro bacchari Asarum visos accepisse: vt qui nulla baccharis facta mentione, asaro vires acori tribuerint, quæ quidem Bacchari potiùs quàm Asaro, si quis diligentiùs aduertat, conuenire videbuntur. Verùm vt ad rem redeam, illo ipso errore factum etiam est vt quæ de Asari viribus circa capitis finem in Florentinis codicibus habentur, quæque in editione Parisiensi inter Dioscoridis spuria reposita fuere, in hunc locum perperam ex capite de Bacchari antè citato translata fuerint.

μυρσίνης δὲ ἁπαλή] Paris. codex μυρσίνης. Sed ex Aldino & vetustis exemplaribus legi, μυρσίνης, haud ineptè. Siquidem huic lectioni veritas ipsa suffragatur. Fuchsius ex Plinio μαλακωτέρα legendum putat: sed siue μαλακωτέρα, siue μυρσίνης legatur, vtrunque de Asari foliis meritò ac iure optimo dici potest. Hederaceis enim ea densiora simul & molliora esse iudice sensu nemo non animaduertat.

ὑοσκυάμου κυτίνῳ] hoc est κατὰ τὸ κύτινον. Vetus quidam ὑοσκυάμου κυτίνῳ. Oribasius ipse, aut certè (vt verùs dicam) ipsius Interpres, ὑοσκυάμῳ ἢ κυτίνῳ legisse videtur, quasi flores Asari conferre voluerit Autor non hyoscyami modò flori seu calyculo, sed etiam mali Punicæ domesticæ flori. Κύτινος enim ex ipsius Dioscoridis sententia mali Punicæ domesticæ primum partum florémve, ampullagium (si Cælio Aureliano credimus) Latinè dictum, propriè significat: vti balaustium, syluestris. At nihilominus similitudinis ratione transfertur & hoc vocabulum ad hyoscyami flores, hypocistidem & cætera id genus, quæ figura cytinum referre videntur. Patet illud ex Diosc. contextu satis euidenter. Siquidem capite de hyoscyamo, cùm de floribus ipsius agit, cytinos eos indubitáter appellat. Capite verò de hypocistide, cytinum itidem eam à nonnullis nominari asserit. Quare parum interfuerit hoc loco, seu vulgatam, seu Oribasij lectionem sequamur.

Cap. X. οὔτε ποιεῖ τι τοῦ ναρδίνου] Sunt qui οὔτε τὸ ναρκίσσου, id est, hederæ, legant: alij verò ναρκίσσου, quasi Valerianę vmbella ferulę flores proferat. Andreas Cæsalpinus τῆς ναρδου legendum existimat, non alia, vt videtur, ratione, quàm quòd inter nardi genera cēseatur. Porrò si Valerianæ flores narcissi floribus conferantur, quemadmodum figuram narcissi quadantenus æmulari non negamus, attamen in nostra certè quidem Valeriana, quæ non obscurè notis cæteris Dioscor. Phu respondere videtur, sunt non paulò minores quàm narcissi: contrà quàm in Græco Dioscor. contextu habetur. Hinc adeò factum est, vt nonnulli ἀπὸ τοῦ μείζω, ἥττονα vel ἧττον legerint, vti Ruellius libro de natura stirpium secundo, itémque Matthæus Syluaticus, dum in Pandect. citat & Serapionis & Dioscoridis ipsius contextum. Quòd si cui est religio quicquam in Græcis codicibus citra fidem exemplaris alicuius immutare, at certè credat oportet, Phu Ponticum forsassis & fauentis cœli beneficio & vbertate soli maiusculis comari floribus, atque adeò longè maioribus, quàm quæ apud nos vel in hortis coluntur, vel sponte nascuntur.

Cap. XI. ἴδιον τῆς δὲ φύσει] Si quid ego in re

tam ancipiti rectè iudicare possum, Malabathrũ neque Indicæ nardi folium est, vt rectè monet Dioscorides, neque id folij genus quod Arabibus Betre, Persis Tambul seu Tembul appellatur: multò verò minus canellæ aut caryophylli folium: sed est profectò sui generis folium, non quidem in Syria aut AEgypto, vti voluit Plinius, sed in India ex arbore procera decerptum, quod Græcis interdum folium simpliciter & κατ' ἐξοχὴν dictum est, interdum cum adiuncto, malabathri: aliàs etiam folium Indicum à loco natali cognominatur. Id mali Medicæ folium quadantenus repræsentare dicitur, attamen tribus neruis fibrisve dorsi longitudinem intercursantibus distinctum est, hodiéque apud Indos etiamnum teste Garcia ab Horto paucis immutatis folium Tamalapatra nuncupatur. Hoc verò cum Malabathri folio vnum & idem esse vel ex eo constat, quòd Malabathri viribus adamussim respondere comperiatur. Verumenimuerò nisi (quod facilè crediderim) fabulosa est hoc loco Dioscoridis, itémque Plinij & Auicennæ historia, fuit & aliud ab isto diuersissimum malabathrũ, palustris herbæ folium, sed tamẽ iisdem quoque viribus præditum. Quòd verò Indicum folium à Malabathro differre nonnulli existimant, Actuarij, ni fallor, auctoritate ducti, qui in describendo Hedychroi magmate vtrunque nominat, parum ij firmo argumento niti mihi videntur. Illud enim opinor errore librariorum accidisse, & alterutrum è margine in contextum perperam trãslatum fuisse: maximè cùm ab Autoribus aliis, qui eãdem compositionem descripsêre, planè omittatur. Aliis aliorum argumentis doctiss. vir Mathiolus abundè videtur satisfecisse.

λίνῳ διαπειρόμενα] Garcias ab Horto folia Malabathri non quidem in hunc modum lineo filo transfigi, sed collecta in fasciculos colligari & ita vænire scribit. Atque ex eo fortasse Plinius Malabathrũ folio esse conuoluto inferebat, lib. 12. cap. 26. Illud idem folij Indi historia, quæ ab Arriano circa finẽ peripl. maris Erythræi describitur, perbellè respõdet. Is enim eiusmodi folia tradit à Sesatis populis, qui finitimi sunt Cirrhadibus (apud quos etiam præstantissimũ nascitur Malabathrum, teste Ptolemæo) circa ciuitatem Thinam afferri, ac dum in vicinia populabundi vagantur, stramentorũ loco substerni, tandémq; postquam remigrarunt, ab ipsis Thinæ incolis auidè cõquiri, & in globulos cõuolui atq; complicari: ita tamen vt tria Malabathri pro foliorũ magnitudine agnoscantur discrimina, ἁδρόσφαιρον, inquam, μεσόσφαιρον & μικρόσφαιρον.

ὑπολευκον ἐν τῷ] Contrà Plin. lib. 12. cap. 26. minùs probat candidũ: rursúmq; cõtrà ac Dioscorides, laudatius cẽset, quod est quodã salis gustu.

ναρδίζον δὲ τῇ γεύσει] Idẽ de sapore Plinius affirmat: esse verò croco odoratius. At cõtrà Garcias neque nardi saporem agnoscit, neque tam validum odorem atque in spica reperitur, sed longè suauiorẽ: quin neque vti reliqua odorata ipsum caput ferire testatur.

συμμιγνύμενον δὲ οἴνῳ] Legitur in Aldino exempl. ὀσφρίας, quam quidem lectionem Serapio, Ruellius & Syluius secuti videntur. At ipsa contextus series ὄμματα potiùs legendum esse satis indicat. Cùm enim in cæteris omnibus nardũ præferat Autor, attamẽ in ciendis vrinis iuuandoque stomacho Malabathrum illi præstare statim subiungit. Porrò Galenus & qui eũ secuti sunt omnes, citra comparationem nardo viribus simillimum esse dixerunt.

Cap. XII. ἔχει δὲ ῥάβδον] Addunt hîc nonnulli codices, ὥσπερ ἰτέα, pro quo restituendum esset ex Theophr. lib. 9. de hist. plant. cap. 5. ὥσπερ ἄγνος. Ait enim hoc ipso loco, vt cinnamomũ ita & cassiam, aut certe plantas e quibus illa decerpuntur, θάμνους εἶναι οὐ μεγάλους, ἀλλ' ἡλίκους ἄγνον, πολυκλάδους δὲ καὶ ξυλώδεις, hoc est, *frutices esse non ita grandes, sed viticis magnitudine, attamen ramosos lignosósque*. At Galenus parum sibi constans, modo fruticum, modò arborum genere comprehendit. Nos quantum ex historia recentiorum colligere possumus arbusta potius esse credimus oleæ, lauri aut arbuti magnitudine, folijs verò citreæ mali, aut etiam piperis, quemadmodum in vulgatis habetur exemplaribus: non item origani, vti habetur apud Plinium, aut iridis, velut in Aldino Dioscor. exemplari. Legitur enim, non ὡς πιπέρεως, sed ὥσπερ ἴρεως, errore facili. Et certè quidem licet huic Aldinæ lectioni præter Serapionem duo etiam Diosc. manuscripti codices astipulentur: attamen illa prior huic loco ita congruere visa est, vt nihil immutandũ duxerim, maximè cùm & ipsa piperis folia mali citreæ seu Assyriæ foliis ab omnibus ferè historiæ plantarum Autoribus assimilentur.

παχύφλοιον] Contrà Plinius, lib. 12. cap. 19. tenui cute veriùs quàm cortice.

ζιγιρ] Hanc cassiæ speciem seu potiùs pro bonitatis ratione differẽtiam ab incolis itidem appellatione barbara ζιγιρ vocari Gal. asserit, lib. 3. de comp. medic. κτ' τόπους: quanquam pro eo ibidem habent codices nonnulli ζιγιζίρ. libro verò de ther. ad Pis. ait ζιγγίζερ nominari. Sed mẽdum vtrobique subesse mihi facilè fit verisimile: quoniam lib. de antid. 1. cap. 13. quo loco ex professo de cassiæ generibus agere videtur, eandem illam vocat γίζι nomine disyllabo & γλαχαμάτη. Arrianus in peripl. maris Erythræi γίζειρ nominat, Aëtius γίζω, Plinius balsamoden. Porrò & alia sunt cassiæ differentiarũ barbara nomina tum apud Gal. tũ & apud Pliniũ, ab his quæ à Diosc. memorantur omnino discrepantia, de quibus liberum esto suum cuique iudicium.

Cap. XIII. προέχον ἐν τῷ οἰνώδει] Dixit itidem Gal. lib. de ther. ad Pis. τὸ μέσσυλον προέχον τῇ χροιᾷ. Sed colorem hunc Cinnamomi paulò apertiùs exprimit idem lib. 1. de Antid. quo loco ait: τὴν χρόα δὲ οἰνώδη, ὡς ὅτις μίξειε τῷ τὸ μελανῷ χρώματι φαιῷ κυανοῦν ὡσπερ βραχύ τι κυανοῦ κεκραμένον, hoc est *colorem talem habere qualem si quis fusco vocato colori lactis colorem admisceat, atque cærulei quiddam aliquantulum addat*. Quare, tanquam & veritati ipsi & huic Galeni sententiæ magis consentanea, vulgata lectio retinenda videtur: non item illa, quam potiorem autumat Marcellus Virgilius, προέχον ἐν τῷ οἴνῳ: quasi Diosc. Mosylicum Cinnamomum simpliciter & ex natura sua nigrum statuisset: vino verò dilutum cinereum reddi voluerit.

πηγανίζουσα ἢ καρδαμίζουσα] Rutæ odori cum cardamomo nihil quicquam cognationis aut affi-

nitatis esse videtur. Quamobrem non immeritò tum Vetus Interpres, tum & ipse Marcellus Virgilius, ἀντὶ τοῦ καρδαμώμου, dempta penultima syllaba καρδάμῳ, hoc est, nasturtio, legerunt. Ita verò & alibi καρδαμώμου ἀντὶ τοῦ καρδάμου perperam interdum legi satis testatur etiam locus ille Gal. qui est lib. x. de compos. medic. κατὰ τόπους, inter cõpositiones ab Andromacho conscriptas ad Ischiadicos. Ibi enim dubio procul cardamomũ pro cardamo, hoc est, nasturtio, legi nemo dubitauerit, qui certè quidem nasturtij vires diligenter & ad amussim explorauerit. Porrò seu rutæ seu cardami odorem Cinnamomo tribuas, à Galeni sententia longè latéque discesseris, qui lib. de Antid. I. ait esse εὐωδέστατον, ἄρρητόν τινα εὐωδίαν ὑπὲρ ἅπαντα τὰ ἄλλα, *hoc est, odoratissimum, ineffabili quadam præ cæteris omnibus odoris suauitate præditum*; itémque lib. de Theriaca ad Pis. πάνυ εὐῶδες, ὁμοῦ τῇ ὀδμῇ ἐξαίρετόν τε καὶ ἡδύ τε, *hoc est, valde odoratum, odoréque simul & præstantissimo & iucundissimo præditum.* Quin & pugnantia locutus videbitur Diosc. qui antea itidem ipse πάνυ εὐώδες esse dixerit: quanquã apud Diosc. vti & apud Theophr. εὐώδης nõ perpetuò suauẽ odorem, sed & interdũ eximiũ ac potẽtem, quantumuis grauẽ, qualis est rutę, denotet. Quare vocabulũ πηγανίζουσα non abs re hoc loco mihi suspectum videtur: quanuis & ipse Gal. lib. de ther. idem Cinnamomi genus ἀρωματίζον πηγανίζον asseruit.

ἐν τῷ θραύεσθαι χνοῶδες] Fortè χνοώδης, ἀντὶ τοῦ χνοῶδες, quod lanuginosum significat. Vult enim, nisi fallor, quod præstantissimum est Cinnamomum inter frangẽdum puluerari, seu in puluerem facilè resolui: aut potiùs, quemadmodum intellexisse videtur Autor lib. de simpl. medic. ad Paternianum, puluisculum ex se remittere. Et ea quidem lectio, vt Serapioni & Marc. Virgilio placuit, ita & huic loco satis aptè quadrare mihi videtur.

καὶ μεγάλην ἔχον ῥίζαν] De quarto hoc genere Galenus contrarium asserit. Cùm enim dicat Diosc. μεγάλην ἔχον ῥίζαν, ille contrà lib. de ther. ad Pis. μικρὰν ἔχον τὴν ῥίζαν, nisi fortè μακράν, ἀντὶ τοῦ μικρὰν mendosè legitur. Sed obseruabis & eodem loco apud Gal. discriminis nõ parum, cùm Cinnamomi genera omnia à Diosc. cõmemorata persequitur.

ἀπολέγου δὲ τὸ λεῖον] Marcellus quò Diosc. à contradictione vindicet, alio planéque contrario significato verbum ἀπολέγεσθαι vsurpauit, ἀντὶ τοῦ ἀποκλέγεσθαι, ποιεῖν, παραιτεῖσθαι: qua quidem significatione interdum accipi minimè diffiteor. Sed seruata etiamnum τοῦ ἀπολέγεσθαι vulgata significatione, planè nulla (quod ipsius pace dixerim) deprehenditur hoc loco contradictio. Quandoquidem anteà prætulit Autor in Mosylici genere quod læue est: in hoc verò quinto genere, quod scabrum visitur præpollere asserit. Nimirum (quod quidem sani iudicij nemo absurdum iudicauerit) in diuersis cinnamomi generibus læuorem & scabritiem modò laudari, modò improbari voluit. Nihilo verò magis & huic nostræ sententiæ Plinij, Autoris alioqui grauissimi, autoritas repugnare videtur.

καὶ τὰ ἀπορρίπτων] Quia redundabant hæc verba, minimè vertenda putaui. Redundare verò frustráque hic repeti satis patet, ex antedictis: vbi & illud habetur, καὶ κατάγματα δύναμιν ἔχει συρρηκτικήν. Sic & ea quæ ad capitis calcem adduntur in Ald. codicibus, tanquam eò perperam translata, meritò prætermittenda duxi. Quanuis enim ea totidem penè verbis apud Serapionem leguntur, attamen Crateuæ potiùs aut alterius cuiuspiam Scriptoris esse dixerim, quàm ipsius Diosc. Siquidem vix aliud ea significant, quàm quæ paulò antè habentur in ipso Diosc. contextu, dum pseudocinnamomi mentionem faceret: etsi non inficior præter ipsas voces vtcunq; immutatas nõnulla prætereà adiici, ad maiorem certioréinve distinctionẽ τοῦ ψευδοκινναμώμου à legitimo cinnamo seu cinnamomo.

CAP. XIIII. οἱονεὶ βότρυς] Varia quæ huic loco, meo quidẽ iudicio, accommodari potest interpretatio effecit hauddubie, vt hactenus de Amomo vix quisquam recentiorum certi quicquam prodiderit. Alij enim Ribes speciẽ quandam, alij rosam Hierichuntis dictam, nonnulli geranij speciem moschum redolentem, alij denique syluestris piperis genus esse voluerunt. Equidem in re tam dubia & ancipiti non ausus Plinij Autoris grauissimi autoritati quicquam derogare, ita conuerti, vt tamen hoc loco βότρυν, qui propriè racemus est, & Latinorum vuam, pro ipsa vite accipiam, quemadmodum etiam vsurpauit Virg. 2. Georg. *Et turpes auibus prædam fert vua racemos*: quasi voluerit Dioscorides, quemadmodum vitis sarmento suo, ita & Amomum suis virgultis ligneis in seipsum conuolui: aut etiam, Amomum vitis instar ligno seu arbori cui adnascitur sese circumplicare atque (vt ne à Plinij dictione discedam) conuoluere. Quod si quem sententiæ nostræ fautorem nactus fuissem, maluissem ipse aliter conuertere, vt dicerem Amomum pusillũ esse fruticem, veluti botrym lignosum, in seipsum conuolutum: atque ita de botry herba seu frutice intelligi vellem. Sed seruatis reliquis posset etiamnum βότρυς in proprio significato pro ipso botro seu racemo vsurpari, quasi magnitudine fruticẽ hũc racemo adæquare Autori in animo fuisset. Varias ac planè dissimiles hasce versiones omnes ita proponere mihi visum est, quò faciliùs vnusquisque quam cæteris præferendam esse iudicauerit, ad arbitrium deligat.

ὀριγανίζον τῇ γεύσει] Paris. codex πηγανίζον. Serapio, vti ferè solet in ancipiti lectione, vtriusque nempe tum rutæ tum & origani mentionem facit: vt odore quidem rutæ, sapore verò origani Amomum esse velit. Nos cum cæteris Interpretibus vetusti codicis lectionem ὀριγανίζον retinere maluimus.

ὅμοιον βοτρυδίοις] Fortè ἀκίνοις ex Aëtio, vt ad illud, ἀκρέμονας, referatur. Nimirũ innuere vult, semen amomi (qui ipse fructus est) acinis esse simile. Alioqui βοτρύδιον non pro acino, sed ἀντὶ τοῦ βότρυος, hoc est, pro racemulo ipso, accipiendum hoc loco foret.

CAP. XVI. σχοῖνος] Hic σχοῖνον simpliciter & κατ' ἐξοχὴν vocat Diosc. quam Hipp. libris de morb. mul. modò εὔοσμον, modò ὀδμηρὸν, aliâs εὐώδεα cognominat. Gal. in vocum Hipp. Lexico, ἀρωματικὴν σχοῖνον interpretatur: alibi vocat & ipse μυρεψικήν. Latini raiò iuncum simpliciter & sine adiectione nominãt: frequentiùs autẽ

cum epitheto, nempe odoratum, veluti Plinius & Scribonius Largus. Celsus verò rotundũ appellat: nimirum ad distinctionem Cyperi, qui & ipsi Celso iuncus quadratus, Plinio triangularis, dicitur. Porrò lib. etiam 4. τῆς σχοίνου mentionem facit Diosc. sed tùm de palustri vulgarique iunco atque adeò multùm dissimili loquitur, qui quidem rarò simplici σχοίνου nomine designatur: alius enim ὁλόσχοινος dicitur, pro quo perperam interdum apud Gal. legitur ὀλιγόσχοινος, alius ὀξύσχοινος, alius denique σχοῖνος λεία nuncupatur. At σχῖνος dempto ο, lentiscum interdum, aliàs etiam scillæ speciem quandam significat: quamuis tùm ad maiorem distinctionem, σχῖνος, σχοῖνος sceribi quidam volunt.

οἱ δὲ τευχῖτιν] Plinio lib. 21. cap. 18. non quidem Babylonius iuncus, sed qui in Nabatæa nascitur, Teuchitis cognominatur. Eidẽ iuncus hic odoratus vinosæ mordacitatis esse traditur, quum tamen Dioscorides linguam mordere cum multo feruore simpliciter scripserit. Quod verò de odore rosæ referunt tum Dioscorides tum etiã Plinius, id pernegat Garcias ab Orta. Nam tritum quidem fatetur iucundum odorem spirare, at nõ rosę: obitérque annotat, Dioscoridem in describendis aromatis ita plerunque incertis comparationibus vti solitum.

διαδάκνει δὲ τῇ γεύσει] Aldinus codex addit hoc loco ὑποπυρώδη, ἀποπυρωδη. Sed hoc posterius frustrà repetitur: illud alterũ fortè mendosum est, αἰτὶ τῷ μαλακτικὴν. Sic enim videtur legisse Serapio. Sed malim tamen hoc ipsum μαλακτικὴν ante vocem θερμαντικὴν legere, quemadmodum & ille ipse videtur legisse.

CAP. XVII. κάλαμος ὁ κιρρός] Aëtius, πυρρός, haud ita magno discrimine: at Plinio lib. 12. cap. 22. melior qui niger est: quanuis sunt qui eum locum Plinij aliter legant.

γέμων ἀραχνίων τὴν σύριγγα] Innuit Autor araneosam esse calami fistulam, hoc est, plenã materiæ cuiusdam seu potiùs medullæ, quæ telæ aranearum sit similis. Aranei genus id florem ait vocari Plinius, lib. 12. cap. 22. *Inest*, inquit, *fistulæ araneum, quod vocant florem*. Garcias ab Orta, non contemnendus huius ætatis Medicus, calami huiusce cum aliquantula interdum radicis parte fragmenta sæpius obseruasse & vsurpasse videtur: quantum ex eius historia licet colligere. Attamen negat is vlla ex parte aranearum telis esse simile, quod intra fistulam spongiosum & flauescente colore conspicitur. Porrò hunc Indicum seu aromaticum calamum Hipp. & Galenus ipse interdum, μυρεψικὸν. i. vnguẽtarium, appellat, Plutarchus Arabicum, Corn. Celsus Alexãdrinum. Plinius non aromaticum, sed odoratum conuertit, quanuis ἀρωματικὸς vox manifestò quiddam aliud innuere videtur.

ἐν τῷ διαμασᾶσθαι γλίσχρος] Plinio, loco citato, *melior quò breuior & crassior, lentúsque in frangendo*: sed legi malim in mandendo, maximè cum iam eodem loco paulò antè meliorem scripserit, qui minùs est fragilis, & qui assulosè potiùs quàm raphani modo frangitur, atque adeò hoc idem deinde frustra repetiisse videatur.

CAP. XVIII. τὸ δὲ δένδρον κατὰ μέγεθος λυκίου.] Arboris huius magnitudinẽ & formam alij aliter exprimere conati sunt, vt in tanta varietate certi vix quicquã pronuntiare possimus. Ac Pausanias quidem in Bœoticis nasci prodidit in Arabia magnitudine fruticis myrti, foliis sampsuchi herbæ. Solinus in Polyhist. similes viribus stirpes esse tradidit. At Plinius lib. 12. cap. 25. balsami arbusculam viti quàm myrto similiorem esse voluit: huic folium esse rutæ proximum, proceritatem intra bina cubita subsistere, &c. Theophrastus verò 9. de plant. c. 6. magnæ Punicæ malo similem esse dixit, folio rutæ proximo, fructu terebinthi. Monardis itidẽ Hispalẽsis huius ætatis Medicus lib. de simpl. med. ex Occidentali India delatis, arborem esse asserit malo Punica maiorem, sed folio viticæ. Strabo lib. 16. Geograph. autor est, cytiso & terebintho persimilem esse. Iustinus historicus lib. 36. pineis arboribus formam similem habere, nisi quòd sit humilis magis & in vinearum morem excolatur. Porrò Dioscorides hoc loco magnitudine lycio seu pyxacanthę similem esse tradit. Nam αὐτὶ τῷ λευκοΐου, λυκίου legendum videtur, itémque αὐτὶ τῷ πυξακάνθης, πυξακάνθῃ. Est autẽ Lycium vnum & idem cum spina buxea, quemadmodum vel ipse testatur Diosc. cap. de Lycio. Sed λευκοΐου vocabulum perperam ex dictionum affinitate in hunc Diosc. contextum irrepsisse nemo non videt.

σιδηροῖς ὄνυξι.] Sic Theophrastus, ferreis vnguibus scalpi seu incidi solitam hãc arborem, testatur. Plinius contrà incidi vitro, lapide, osseísve cultellis. *Ferro enim*, inquit ille, *lædi vitalia odit. Emoritur protinus, eadem amputari superuacua patitur. Incidentis manus libratur artifici temperamento, ne quid vltra corticem violet*. Hactenus Plinius: cuius exemplo Solinus, *Lignum*, ait, *audicis attrectatum ferro sine mora moritur: eapropter aut vitro aut cultellis osseis, sed in sola cortice artifici plaga vulneratur*. Sic etiam Cornel. Tacitus memoriæ prodidit, si ferri vim adhibeas, pauere hanc arborem, ideóque venas fragmine lapidis aut testa aperiri. Porrò ista cũm Diosc. ac Theophrasti verbis facilè conciliabũtur, si dixerimus, id vnum omnes voluisse, in vulneranda balsami arbuscula cauendum vnicè, ne quid vltra corticem violetur, adeóque à cultellorum ferreorũ acie abstinendum. At ferreis vnguibus, hoc est, instrumentorum ferreorum eo genere, quod ad vnguis humani figuram conuexum sit, quidni corticem inuiolato intactóve caudicis ligno scalpere liceat, haud secus atque vitro, testa, fragmine lapidis, osseísve cultellis? Eiusmodi verò ferreorum vnguium mentionem etiam facit Columella lib. 12. cap. 18. quibus vindemiatores vnguium vice ad colligendas vuas vti voluit, vt ne manibus vuas distringerent, sicque non minima fructus portio dispersis acinis in terram dilaberetur.

ῥεῖ δὲ ὀλίγος, ὡς κατ' ἔτος] Plin. lib. 12. cap. 25. *Alexandro Magno res ibi gerente toto die æstiuo vnam concham impleri iustum erat. Omni verò fœcunditate è maiore horto congios senos, è minore singulos, cùm duplo rependebatur argento*. Sed ex hoc Diosc. loco Plinij verba ita restituit doctissimus Budæus lib. 5. de asse. Anni verò fœcunditate è maiore horto congios senos singulis annis, cùm & duplo, &c.

διελτῆς, λῖνος.] Vox διελτῆς, quæ in vulgatis habetur codicibus, significationem nullam habet, quæ loco huic rectè accommodari possit. Quare iudicaui restituendum, διάχυτος, hoc est, dilui fa-

cilis, quemadmodũ cõuertit Ruellius: aut etiam qui facile penetret seu permeet, veluti Marcellus. Nam vtrunque hauddubiè balsami liquori aptè conuenire potest: siue inquam dilui facilem eum dicas, siue ob eximiam qua, teste Galeno, lib. 6. de simpl. præditus est, partium tenuitatem, facile penetrabilem. Etsi verò dictionis huius apud Græcos Autores exemplum, quod sciam, nullum sese offert, tamen eiusdem formæ verbale nomen esse, meo iudicio, potest, qualia sunt & illa αἰνὸς, αἱρετὸς, ἱρετὸς, χυτὸς, πιστὸς, πλυτὸς, ἀκουστὸς, ἀλειπτὸς, κινητὸς. Vt enim ista deducuntur à verbis αἰνέω, αἱρέω, ἱέω, χέω, πείθω, πλύνω, ita etiam pari prorsus analogia διατὸς & compositum εὐδιατὸς, ἀπὸ τοῦ διαίνω seu διάω, quod quidem interdum significat τὸ διυγραίνειν, madefacere, diluere, perfundere: interdum etiam penetrare, trãsmittere, permeare. Pro eodem πυκνῶς διαίνων aliâs legas apud Diosc. veluti lib. 3. cap. 55. itémque διαυγὲς lib. 5. cap. de Morochtho. Cæterùm qui meam hanc lectionem εὐδιατος minimè probauerit, viderit is, quæso, vtrum aptiùs rectiúsve legi possit διάχυτος, aut εὐδιάχυτος. Serapio certè quidem εὐδιάλυτος legisse videtur.

κηρωτῇ μυρσίνῃ ἢ κυπρίνῃ] Ita conuertere visum est: cerato myrtino, aut cyprino valde liquido. Nil enim aliud verba Dioscoridis Græca sonare videbãtur. Vnum immutauimus, λίαν, ἀντὶ τοῦ λείαν: nam illud & aptius & accommodatius huic loco visum est. Alij κηρωτῇ, Plinij exẽplo ceram cõuerterũt: quãuis κηρωτὴ nil est aliud, quàm κηρέλαιον, quod cerotum vel ceratũ dicimus. Sed quorsum (quæso) mentio ceræ è myrto aut cypro arbore paratæ, aut etiã ceræ Cypriæ, quemadmodum videtur intellexisse Ruellius, Plinio hac in parte nimium addictus? Equidem nunquam de cera ex myrto aut cypro parata, neque item vsquam alibi quàm apud Plinium de cera Cypria quicquam legere memini. Quin neque Cyprus ceræ laudem vllam habet. Solas Creticam, Ponticam, Corsicam, Chiam, Tyrrhenicam, tum apud Gal. tum & apud Diosc. Plinium & alios, quibus locis ceræ mentionem ex professo faciunt, celebrari sat scio. His accedit, quòd adiectiuum κύπρινος non videtur deductum ἀπὸ τῆς Κύπρου, quod Cyprũ insulam significet, sed potiùs ἀπὸ τῆς Κύπρου, quo arbor, ligustrum Plinio dicta, significatur: tùm enim vsitatiora solent esse illa, Κύπριος, Κυπρῖνος, Κυπριακὸς, &c. Neque verò negauerim, non hic modò, sed & aliâs sæpenumerò κηρωτὴν à Plinio ceram Latinè reddi, cùm ceratum potiùs vertere debuerit. Sic lib. 27. cap. 7. de absinthio: *Peculiariter*, inquit ille, *ilibus imponitur cum Cypria cera*: vbi Diosc. habet, καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ὑποχόνδρια συντεταμένα μετὰ κηρωτῆς κυπρίνης. Item lib. 22. cap. 17. de helxines succo: *Imponitur*, ait ille, *& podagris cum caprino seuo ceraque Cypria*: quo loco habetur apud Diosc. ποδαγρικοῖς καταχριόμενος καὶ πρόσφατος (σὺν κηρωτῇ κυπρίνῃ) ἀνωδύνως καὶ τραχηλισμόν. Locis verò iis omnibus ceratum cyprinum seu ligustrinum reddi debuisse palàm est. Nam & huius etiam præter Diosc. Galenus aliquoties mentionem facit: vti lib. de paratu facilibus ad Solonem, siquidem is Galeni liber est: itémque lib. 3. de comp. medic. κατὰ τόπους. Porrò vt ex olei rosacei & ceræ certa quadam proportione paratur ceratum rosaceum, ita & ex cera & oleis myrtino, ligustrino, chamæmelino, cydoniorum, œnanthino, cerata olim parabantur, quæ prisci cognominauêre myrtina, cyprina, chamæmelina, melina, œnanthina, & sic de reliquis. Cæterùm priusquàm hæc ego diligentiùs perpendissem, sola fretus coniectura legebam, κηρῷ, σμυρνίῳ, ἢ ῥητίνῃ ὑγρᾷ λίαν. Et hanc meam coniecturam non aliud mouerat, quàm quòd de Balsami adulteriis agens Plinius, ceræ ac resinæ mentionem facit: quæ quidem hoc loco à Diosc. omnino prætermittuntur.

CAP. XIX. φύεται ὡς ἐν ξυλώδης] Plinius lib. 12. cap. 24. aspalathi nomine spinam candidam describit, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ: & non quidẽ lignum, vti Diosc. sed radicem vnguẽtis expeti scribit. Idem à Diosc. discrepat, dum subdit: probationem eius in colore ruso vel igneo, tactu spisso & odore castorei. Cùm tamen ipse deinde lib. 24. cap. 13. optimam Aspalathum afferat rubentem, & in purpuram vergentem detracto cortice, nascique tradat pluribus locis, sed non vbique odoratam. Dissentit & à Diosc. Auicennas, dum Aspalathum describit, arborem crassam, quæ spinas grandes habeat.

CAP. XX. τὸ κέδρινον.] Hîc addit Oribasius, χλωρὸν, ὄρειον. Sed Galenus, itémq; Paulus, cedrini musci nusquam meminerunt: illius verò loco πιτυΐνου, hoc est, eius qui in piceis arboribus reperitur. Cæterùm ἀντὶ τοῦ πιτυΐνου, Serapio καρύϊνον videtur legisse.

CAP. XXI. Πεποικιλμένον] Aldinus codex, στικτὸν: pro quo fortè legendum πεπιλημένον, hoc est, πεπυκνωμένον, compactum, ἀπὸ τοῦ πιλέω: aut potiùs ex Oribasio, στιφρὸν. Nam neque Serapio neque Paulus punctorum macularúmve mentionem vllam fecerunt. Attamen in optimo Agallocho cinereas discurrentes venas recentiores nonnulli agnoscere videntur.

CAP. XXIII. βρωμῶδες ἐν τῇ γεύσει] Paulus AEgineta, qui hæc eadẽ exscripsisse videtur, pro eo quod habetur apud Diosc. βρωμῶδες ἐν τῇ γεύσει, habet, εὐῶδες, hoc est, odoratum: quale quidem esse Cancamum iam satis ex hoc ipso Diosc. contextu cuiuis licebat colligere, dum ad suffimenta vsurpari commemorat. Neque verò quicquã impedit, quominùs quod odoratum est, sapore viroso simul & semel percipiatur.

CAP. XXV. ἀλιπὴς] Par. codex αἰθωπής. Ald. habet αἰθαλώδης, alij αἰθαλής. situm minimè redolẽtem, ex Plinio (nescio quàm rectè) vertũt nonnulli. Equidẽ ex vetusto codice legi ἀλιπὴς, hoc est, minimè pinguis. Nam cum αἰθαλὴς & ἐλαιώδης idem propè significent, alterutrum hoc loco temerè additum fuisset. Non ignoro equidem crocum pinguissimum Plinio laudari: sed tùm pingue, ni fallor, accipitur pro læto & crasso, ἀντὶ τοῦ εὐθαλοῦς, quæ quidem vox etiam apud Aëtium Tetr. 1. serm. 2. post ἐλαιώδης statim occurrit.

τῆς πρὸς Λυκίαν Κωρυκίας] Ruellius: secundus locus datur Corycio è tractu Lyciæ contermino: quasi legerit, ὁ ἐκ τῆς πρὸς Λυκίαν Κωρύκου. Neque verò eiusce nominis & littus & oppidulum in Lycia esse negauerim ex sententia Strab. Geogr. lib. 14. Attamen mihi τῆς πρὸς Λυκίαν supplenti χώρας, aliter vertere visum est, quasi (quod est vero similius) voluerit Autor, secundum à Corycio priùs commemorato locũ obtinere qui è tractu

Lyciæ contermino deuehitur. Illius autem præstantissimi Croci Corycij meminit & Strabo, eodem lib. dum supra Corycum promontoriũ Corycium antrum esse scribit, *ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται*, *in quo præstantissimus Crocus nascitur.* Sic enim eo loco contra quàm cæteri *κρόκος* effert fœminino genere. Plinius itidem de croco lib. 21. cap. 6. scribit in hæc verba: *Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco monte: dein Lycio, monte Olympo, max Centuripino Siculo*, &c.

ἔπειτα ὁ ἐκ Αἰγῶν, &c.] Ista, si quid rectè iudico, legenda hunc in modum: *ἔπειτα ὁ ἐκ Αἰγῶν τῆς Αἰολίας. ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς καὶ ὁ ἐκ Κεντουρίπης τῆς κατὰ τὴν Σικελίαν, ἀσθενὴς κατὰ δύναμιν*, &c. Aut etiam, si mauis, vt pro vocabulo vocabulum aliud restituatur, *ὁ ἐκ Κεντουρίπης πρωτεύων τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν*: quasi voluerit Dioscorides, Cẽturipinum crocum inter reliqua Sicilica, Sicula seu Sicania primum locũ obtinere, quanuis alioqui æquè ac Cyrenaicum viribus ignauum esse fateatur. At Io. Lonicerus legit, *ὁ ἐκ Κεντουρίπης μετὰ πάντων τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν*, &c. Quòd ad prius illud *Αἰολίας* spectat, cùm apud Cosmographos nihil quicquam occurreret de AEgis AEtoliæ oppido, nisi fortè apud Stephanum: apud Plinium verò cap. 30. lib. 5. mentio fieret oppidi, itémque apud Strabonẽ lib. 13. promontorij eiusce nominis, in AEolide siti, nõ temerè *ἀντὶ τῆς Αἰτωλίας*, *Αἰολίας* vel *Αἰολίδος* reponendum iudicaui: & certè quidem vitium id facili librariorum errore irrepere potuit.

ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς] Huc spectant illa Theophrasti lib. hist. 6. cap. 6 *εὐοσμότατα δὲ τὰ ἐν Κυρήνῃ. διὸ καὶ τὸ μύρον ἥδιστον, καὶ τῶν ἴων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν ἄκρατος μάλιστα καὶ θεῖα αἱ ὀσμαί. διαφέροντος δ' ἡ τοῦ κρόκου. πολὺ γὰρ ἐπὶ ἄλλων φαίνεται.* Ita enim hunc locũ restituo ex Athenæo, apud quem is citatur lib. XV. *Præstãtissimus odor Cyrenaicis, scilicet rosis: quãobrem etiam quod ex ijs illic paratur unguentum, est perquam suaue. Sed & tum uiolarum, tum reliquorũ florum odor ibidem eximius ac diuinus, præterquàm croci, diuersa eius à reliquis natura. Constat enim cæteru plurimũ bonitate cedere.* Sed & hoc ipsum Plinius alia ratione vituperat, lib. 21. cap. 6. *Croco*, inquit, *Cyrenaico mitiũ, quod omni croco nigrius est, & celerrimè marcescit.*

οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὴν θυίαν βάπτοντες] In quem vsum olim mortaria croco inficerentur, non satis conijcere possum. Atque iccirco isthæc, ex sententia Ruellij de nat. stirp. lib. 2. cap. 11. itémque Cornarij in Dioscoridis expositionibus, malui de thyinis lignis intelligi, ex qua quidem materia tanquam incorrupta memoratas veterum templorum contignationes, aliáque pretiosiora opera refert Theophrastus lib hist. 5. cap. 5. Ea verò ligna ornatus gratia croceo colore infici solita mihi fit verisimile: quemadmodum & hodie variis coloribus inficiendorum etiam multò viliorum lignorũ varia passim visuntur artificia. Porrò tritum crocum replendis theatris olim vsurpatum cùm legerem apud Plinium, lib. 21. cap. 6. itémque apud Spartianum, Hadrianum in honorem Traiani balsama & crocum per gradus theatri fluere iussisse, non semel addubitaui verũ hoc loco *ἀντὶ τοῦ θυίας*, restituendum esset *θέας*: sed neque tùm sensus vllus satis constare mihi visus est.

CAP. XXVI. *ὑπόπικρον*] *ὑπόπικρον* habetur in vulgatis exemplaribus. At *ὑπόπικρον* legi, quemadmodum tum Interpretes omnes, tum Serapio & Oribasius etiam legisse mihi videntur. Esse verò subamarum crocomagma, quibus constat aromata per se satis indicant. Porrò cùm paulò antè probari nigrũ disertè monuerit Dioscorides, vix fit verisimile *ὑπόπυρρον*, hoc est, subfuluũ iam ab eodem ipso prædicari.

CAP. XXVII. *ὑπόδριμυ*] *ὑπόπικρον* legisse videtur Oribasius: & rectiùs. Nec enim est verisimile prætermissum à Diosc. non leuem amarorem, qui & ab Autoribus omnibus aliis huic radici rectè tribuitur, & vel ipso iudice gustu facilè à quouis deprehenditur.

ὅτι τὸ κρίνον ἢ ἄρον, &c.] Aldinus codex habet *κρίνον*, fortè *ἀντὶ τοῦ κινάρας*: nam & hoc modo cinaræ potiùs quàm lilia seri videntur. Siquidem excisis ab ipsa radice gemmantibus oculis seu stolonibus propagantur: lilia verò radicibus ipsis seruntur. Cæterùm Plinius *κάλαμον* legisse videtur. Sic enim scribit lib. 19. cap. 5. *Superuacuum inulæ semen, quoniam oculis ex radice excisis, ut arundo, seritur.* Nisi fortè eo loco arum, potiùs quàm arundo, legendum est.

ἐν ὑγροῖς τόποις] Vulg. exempl. *ἀνύδροις*, at illud rectiùs. Ac Serapio certè quidem humidis quoque locis helenium nasci scribit ex Dioscoride. Præterea verò locis non omnino aridis aut siticulosis reperiri, sed contrà loca vliginosa amare omnibus compertum est.

βεβρεγμένον ἐν γλυκεῖ] Non ignoro dulce apud Plinium plerunque accipi pro passo, aut vino alioqui dulci. Attamen hoc loco dulce non tantùm pro passo accipi velim, sed pro quouis liquido dulci: quemadmodum etiam intellexit Plinius, lib. 19. cap. 5. quo loco de hac ipsa helenij radice sermonem faciens: *Per se*, inquit ille, *stomacho inimicissima: eadem dulcibus mixtis saluberrima. Pluribus modis austeritate uicta gratiam inuenit. Nanque & in pollinem tunditur arida, liquidóque dulci temperatur*, &c.

CAP. XXVIII. *μακρότερα*] Anguillara Crateuæ contextum citans, *ἀντὶ τοῦ μακρότερα*, *μικρότερα* legit, itémque *ἀντὶ τοῦ παχύτερα*, *λεπτότερα*. Deniq; quod de radicis cortice scribitur hic à Diosc. apud Crateuam planè desiderari non obscurè asserit. Porrò (quod obiter dictum velim) ab hoc AEgyptio seu Babylonio Helenio lõgè alia esse videtur, quæ Apuleio inula Campana dicitur. Is enim cap. 95. non aliud quàm Diosc. panaces Chironium describere videtur.

CAP. XXX. *μαλακτικὸν τῆς σαρκός*] Carnem emollit, corporis cutem lenit: nam *σὰρξ* Græcis etiam interdũ pro eo accipitur, quod nos Gallicè *charnure* dicimus, hoc est, pro ipsa cute extima, quam quidem constat olei affrictu maximè leniri & emolliri. Porrò ex vetustorum exemplarium fide legendum potiùs existimaui, *τῆς σαρκός*, quàm cum vulgatis codicibus, *χρωτός*, ne quod paulò pòst sequitur *λειαντικόν*, quódque idem planè significat, frustrà repeti videretur. Huc adde quod & Serapio ipse ita legisse visus est. Plinius lib. 23. cap. 4. *omni oleo* (inquit) *mollitur corpus, uigorem & robur accipit.*

CAP. XXXI. *στυπτικὸν ἀλείμμα*] Vox hæc posterior hîc manifestò redundat. Neque verò significationem habet, quę loco huic vllo modo

quadrare possit. Ieeřco equidem facili librarij errore vocem eam irrepsisse opinor, qui quidem postremas τῶ, στραγίσιων, syllabas per imprudentiam repetierit. Porrò ἀντὶ τοῦ μαλάσσετον, aptiùs meo iudicio legas, μαλάσσεται. Cæterùm lauandi simul & calefaciendi olei longe simpliciorem modum videre licet apud Gal. lib. 2. de simpl. med. facultatibus.

Cap. XXXIII. Σικυώνιον σκευαζόμενον] Olei Sicyonij tum simplicis tum etiam compositi confectiones alias non parum inter se discrepantes, videre licet apud Paulum, lib. 7. cap. 20. Aetium, Tetrab. 1. serm. 1. Myrepsum, sect. 16. cap. 24. & Actuarium, meth. med. lib. 6. quæ quidé omnes σικύου ἀγρίου, hoc est, cucumeris sylvestris, succum aut certè radices in se recipiunt: atque inde nomen quoq; duxisse videtur oleum sicyonium, quemadmodum non obscurè innuit Paulus, lib. 3. cap. 77. At Dioscorides hoc ipso loco, ab oliuifera Sicyone Achaiæ seu Peloponnesi vrbe denominatum potiùs existimat: neque etiam cucumeris agrestis succi radicúmve mentionem vllam facit: ac fortassis hoc σικυώνιον per ω, illud σικύινον scribi debet.

Cap. XXXVII. τοῦ Παλμυρηνοῦ] Nisi mendum hoc loco subest, ita vt ἀντὶ τοῦ ἐκ Παλμυρῶν, legi oporteat ἐκ τῆς ἀλμυρᾶς, veluti Plinius ipse legisse videtur, lib. 15. cap. 7. Palmyræ nomine certum est significasse Dioscoridem, vrbem Syriæ eiusce nominis, aut certè regionem ipsam Palmyrenam Ptolemæo lib. 5. Geog. cap. 15. dictã, cuius Palmyra metropolis fuit, quæ quidem à restauratore Adriano Imperatore Adrianopolis deinde dicta est. Turpiter autẽ Amatus Lusitanus palmyras hic accipi putat, pro arboribus ipsis, quas linguæ Græcæ ignoratione palmyras fortè dictas existimauit, quasi pumilas palmas. At ego quidem ex Plinij sẽtẽtia lib 23. cap 4. ἐλαιόμελι non ex aliis arboribus quàm ex oleis ipsis Palmyrenis manare, itaque dictũ, quasi ἐλαίας μέλι, crediderim. Neque verò reclamat huic nostræ sententiæ Dioscorides. Nam dum manare dicit ἐκ ξύλων στελέχους, id vnum meo iudicio voluit, nõ è quouis oleæ caudice, sed è quibusdam tantummodo, puta vetustioribus, id liquoris seu resinæ genus sponte promanare. Idipsum sermonis continuitas per se satis indicat: nec enim verisimile fuerit, ab oleis ad palmas aliáve arborum genera earúmve liquores tã subitò & quasi ex abrupto, sola nominis affinitate transiturũ fuisse. Huc adde quòd non tantùm in Palmyrena regione, sed & locis in quibusdam Narbonensis Galliæ id genus mellei liquoris oleas non quidem sponte, sed caudice vulnerato fundere tam certum est, quàm quod certissimum. Porrò videritis lector, vtrum fortè rectiùs hic legi possit, ἐκ δὲ στελέχους ἐλαιῶν, quàm ἐκ ξύλων στελέχους ἐλαιῶν.

ἐκ τῶν κλώνων τῆς θαλλῶν] Etsi fere θαλλὸς cuiusuis arboris virentem ramum teneriorémve surculum, imò germen ipsum significet: tamen peculiariter apud Atticos pro germine oleagino accipi consueuit: quo quidem olim coronabantur victores, quique dies festos celebrabant. Et hoc quidem loco θαλλῶν vocem ita quoque accipiendam puto. Nam & eiuscemodi olei è germinibus oleaginis, quale hic describitur, mentionem facit Gal. 6. de simpl. med. fac. quanquá non videtur è germinibus solis oleum id fieri voluisse sed tantum in oleo conficiẽdo addi solita oleagrum germina. Sunt autem hęc ipsissima Gal. verba, cap. de oleo: καὶ μὴν δὲ ᾧ ὅσοι ἐξ τῶν ἐν θαλλοῖς ἐμβάλλουσι θαλλοὺς, καὶ οὗτοι ὀμφάκινον ἔλαιον ἀποτελοῦσι). h. e. Quinetiã quicunque in præparando oleo ramos oleaginos miscent, hi & ipsi omphacino simile oleum efficiunt. Rursum Meth. lib. 11. ἔστι ... ἔλαιον στῦφον, ... στομαχικὸν, ὅσα πάντα σκευάζουσι μετὰ θαλλῶν ἐλαίας, id est, Sit tibi oleum astringens, quale est quod Hispanũ nominatur, & quæcunque alia e germinibus parant oleaginis. Quin & Cõstãtinus Cæsar, aut quisquis est alius Γεωπονικῶν autor, lib. 9. vbi docet ex Damogerõte oleum Hispano simile conficere, sub finem præparationis admiscet χυλὸν φύλλων τῆς ἐλαίας ἁπαλῶν τετριμμένων, ἵνα (inquit ille) δριμύτητά τινα καὶ πικρότητα ἐκ αὐτοῦ λάβῃ: succum tritorũ foliorũ oleæ tenellorum contusorum, quo ab ijs acrimoniam quandam & [illegible] asciscat. Et eo quidem loco, quod hic Dioscoridi ὁ κλῶνες τῶν θαλλῶν dicitur, ille significantius atque ἐμφατικῶς, χυλὸν φύλλων τῆς ἐλαίας ἁπαλῶν, appellat.

Cap. XXXVIII. διὰ τὸ ἀφθόνου κρότωνος] Legitur in vulgatis, ἀφθόνως. Hoc verò existimo voluisse Dioscoridem, AEgyptios, quòd ricino abundarent, non quòd ipso indigerent, aut potiùs, quia oleum copiosum ad varios vsus desiderarent, citra maius artificium hoc ex ricino trito solitos torcularibus exprimere. Abundare verò ricinorum arboribus, atque adeò apud ipsos præcipuè oleum cicinum seu è ricini semine, parari solitũ, cùm ex variis Galeni locis facile est colligere, tum vel maximè ex Plinij verbis quæ habentur lib. XV. cap. 7. de cicino oleo: At in AEgypto, inquit ille, vbi abundat, sine igne & aqua sale aspersum exprimitur, cibis fœdum, lucernis vtile, &c.

Cap. XXXIX. μυρῶν χ^{u} δ´.] Paris. & Ald. χ δ Ϛ´. sed characteres hos planè deprauatos equidem non sine ratione sic ex v. codice restituendos existimaui χ^{u} δ´, μνᾶς, χοίνικας πέντε, velut expressit Actuarij Interpres: nec malè. Dum enim paulo post expressi olei amygdalini quantitatem dedit Dioscorides, amygdalarum simul & semel quæ ad præparandũ ipsum oleum recipiuntur quantitatem repetere fit verisimile. Tùm verò: ἀπόδοσιν δὲ (inquit ille) κοτύλην α´ τῷ παραχεῖται.

Cap. XL. βαλάνινον σκευάζεται] Hoc oleum non existimandum e quercuum glandibus, sed ex his quæ βάλανοι μυρεψικαὶ, seu μυροβάλανοι Græcis dicuntur, confici solitum, vti disertè monet Paul. lib. 8. cap. de oleorum præparatione.

Cap. XLVII. ὕδατι θερμῷ] Vulg. cod. ψυχρῷ. At ex Actuarij libro 6. meth. med. legi θερμῷ, sicuti etiã legerũt ex v. quodam codice Ruellius & Goupylus: itémq; in extremo cap. pro eo quod in vulgatis codicibus habebatur, μετὰ συγκρίσεως, μεταπυγχεῖται, hoc est, humores ex alto euocans, aut, vt Plinij verbis lib. 20. cap. 22. vtar, vitia ex alto extrahens. Est porro verbum μετασυγκρίνειν à Methodicis quidem profectũ, sed à Dogmaticis quoque Medicis haud rarò vsurpatũ, quoties ea designare voluerunt, quæ humores ex alto euocant transferúntve, atque adeo meatuum corporis statum immutant. Id enim est, τὸ ἐκ βάθους ἕλκειν καὶ μεθιστάναι, quibus verbis totam

metasyncriticorum medicamentorum vim capite de thapsia declarat Dioscorides, lib. 4. cap. 157. Quæ vero illa sint, vide tû aliâs apud Gal. tum etiam cap.1 lib 3. de comp. med. κατὰ τόπους: quo loco monet in inueteratis affectibus vbi remedia reliqua minimè profuerint, ad metasyncriticam curandi rationem Medicos solitos esse confugere. Esse verò præter medicamenta, & alia remediorum varia genera, per quæ non tantùm ἀνάληψις seu recorporatio, sed etiam μετασύγκρισις ipsa rectè fiat, apertè docet Paulus, lib. 3. cap. 72.

CAP. XLVIII. τὰ φύλλα τεθέντα εἰς ἔλαιον, ἐν ἡλίῳ ἀποβρέχειν] hoc est, si exposita Soli folia oleo maceres. Equidem vulgatam lectionem ita secutus sum: at verò Plinius ac Interpretes omnes legisse videntur, τεθέντα εἰς ἔλαιον ἐν ἡλίῳ ἀποβρέχειν. Sic enim Plin. lib. 15. cap. 7. de myrteo verba faciens: *Aly detecta ea in oleum prius sole maturant:* quo loco hauddubie *macerant* legendum, non *maturant*, nimirum vt respondeat ea vox τῷ ἀποβρέχειν Diosc. Plinium secuti sunt quotquot occurrerunt Interpretes, quasi voluerit Diosc. deiecta in oleum folia sub sole priùs aliquantisper macerari, quàm decoquantur: aut etiam (quod quidem Ruellius voluisse mihi videtur) myrti foliorum in oleo ad solem maceratione sola myrtinum oleum à nonnullis confici. Vtra verò potior sit lectio, vnusquisque viderit.

ὅτινι δὲ σκευάζουσι] Ita vnguentum myrtinum describit Plinius lib. 13. cap. 1. *Et è vilissimis quidem hodie est ob id creditum, & id in vetustissimis esse, quod constat oleo myrteo, calamo, cupresso, cypro, lentisco, malogranati cortice.* Scilicet hic calamum adijcit & αὐτὶ τοῦ κυπαρίσσου καὶ σχοίνου, καλάμου καὶ σχοῖνον legisse videtur.

ἀπουλωτικοῖς] Supple, δυνάμεσιν, aut lege ἀπουλωτικοῖς, vt subintelligatur, φαρμάκοις. Nam quod nonnulli, dum ἀπουλωτικοῖς legunt, sub audiendum censent ἐμπλάστροις, minus rectè iudicant: quippe cùm myrtinum oleum non ad emplastra modò, sed etiam vnguẽta, illitus, aliáve id genus medicamentorũ genera cicatricem obducentia transferri possit.

ἄρθρα τεχαλασμένα] Ex hoc loco colligo, apud Plinium de hoc eodem oleo agẽtem, cap. 4. lib. 23. pro, *articulos luxatos*, legendum esse, *articulos laxatos*.

CAP. XLIX. ἐκ θλιβέντος χερσὶ, &c.] quæ manibus priùs expresso è tritis baccis succo conchis excipitur. Cùm animaduerterem deprauatum ita hoc loco Diosc. contextum, vt necessariò quidpiam desideraretur, aut certè immutatũ esset, vixque alium è Diosc. mente sensum elicere possem, sic interpretari visum est. Non ignoro equidem διακρίνειν interdum accipi, pro disiungere, separare, secernere. Quòd si quis hic ea significatione vsurpandum putet, intelligat oportere, manibus diuidi ac separari supernatantẽ humori pinguitudinem è lauri baccis expressam. At certè manus ad id opus minimè aptas esse, nemo non videt. Aptius fortasse Palladius lib. 2. de re rust. tit. 20. quo loco de hoc ipso laurino oleo sermonem facit, vbi diu ferbuerint baccæ, olei quod ex se dimiserint supernatantis vndam pennis leuiter cogentibus in vasa transfundi voluit.

CAP. L. ψύχει δὲ καὶ στύφει] ψύχει refrigerare verterunt hoc loco Interpretes: cùm tamẽ manifestò calfaciat oleum terebinthinum, nedum refrigeret. Nos iuxtà alterum τοῦ ψύχειν significatũ, siccare vertimus: quandoquidem & fructus terebinthi è quo illud exprimitur euidenter exiccare proditum est à Gal. 8. simpl. cap. de terebintho. Quod si quis ὁμωνυμίας vitandæ gratia ψύχει legere maluerit, non equidem repugnauero.

CAP. LIII. ἀριθμῷ χιλίων] Forte χιλίων legendum, lapsu notæ facili, nimirum vt ad rosas ipsas referatur, non item ad earum folia. Neque enim suffecerit vnguento rosaceo parando mille rosarum folia in olei libris xx & quincunce maceralse.

ἀμείβοντες] Interpretes nonnulli ἀμώμνες legisse videntur. Ego verò vulgatam secutus lectionẽ verti, permutãtes: ac certe quidem de vasis ipsis intelligendum puto, quæ Diosc. vt eò facilius à fæcibus omnibus expurgaretur oleum, per dies octo permutari voluerit. Et reuera dum vas in dies permutatur, & quæ subsederint fæces in priore vase relinquuntur, oleum ipsum transfusum purius ac sincerius tandem euadere nemini dubium est. Sic circa capitis huius initium: ὅταν δὲ (inquit ille) τὰ τρυγώδη ὑποστῇ, ἀλλάξον τὰ ὑποδεχόμενα ἀγγεῖα, &c.

καὶ ἅλας] Plinius videtur ἢ ἅλας legisse. Salis enim florem aut anchusam desiderat, lib. 13. cap. 1. quo quidem capite quibus anchusa adiecta est, sal non addi testatur. Cæterùm Veteres in vnguentorum, quibus partim ad luxum, partim ad medicinam vtebantur, compositione ac mistura, succum, qui quidem olei vario genere constabat, primum inspissabant, quò ad vnguenti corpus & crassitudinem redigerent, sicque partim faciliùs ingredientiũ vis retineretur & quasi coërceretur, partim etiã illa non tantùm perfundi, sed & illini apta essent. Hæc spissamẽta, Græcis στύμματα dicta, ferè constabant xylobalsamo, iunco & calamo odoratis, ac cæteris id genus. Mox & illis adijciebant quæ odorem ipsum augerent, aut certe illi suauitatem conciliarent, & hæc ἡδύσματα nominabant: in quibus ferè numerantur amomum, nardus, myrrha, carpobalsamum, costus, &c. Interdum & ad coloris gratiã crocus, anchusa, cinnabaris, addebantur. Sed & ipsam resinam coctam εἰς χρωματισμὸν τῶν μύρων, vti & ad crassamentũ eorundem, Dioscorides vnicè laudat: quanquam hanc Plinius æquè ac gummi adijci potiùs ad continendum odorem in corpore testatur. Cæterùm sal ad conseruationem vnguentorũ, ac eorum potissimùm quæ vetustate meliora essent, solitus addi videtur, ne fortè illa corrumperentur, aut alioqui rancescerent.

CAP. LV. ἐνθεὶς τὸ ῥῖπος ἐκ καλάμου] In vulg. exempl. ῥύπος per υ legitur: arundinis retrimenta vertit Cornarius: at nos ῥῖπος per ι legendum potiùs existimamus, quo modo & Interpretes plerique legisse videntur. ῥῖπος autem Diosc. aliis verò ῥὶψ, ῥιπὶς, nonnunquã stoream, tegetem siue mattam, seu ex vimine, seu ex scirpo aut arundine, seu denique ex alia quauis materia concinnetur, interdum etiam cratem significat.

CAP. LVI. ὅλως δὲ τὸ παλαιὸν μαλάσσει, &c.] Contrà Nicolaus Myrepsus, sect. 16. foris adhibitum oleum œnanthinum vetem mollire asserit. Ve-

rùm equidem Interpretis vitio illud ascribẽdum puto. Nam & alioqui Aëtius de hoc ipso oleo verba faciens, Tetrab. 1. ser. 1. ἐν κύπρῳ ἄρα, inquit ille) τὸ μᾶλλον ἐν τῷ ῥοδίνῳ ὄντες τὴν πολλὴν μαλακότητα. Ante verò pro eo quod habet Diosc. μόρα αἱ, apud eundem Aëtium ὡς μόρα σαλῶν, legitur.

CAP. LVII. ἐλαίου λίτρας γ́ ξέστας ἡ legit Aëtius, apud quem alioqui telini seu olei seu vnguenti cõfectio totidem ferè verbis describitur. At Nicolai Myrepsi Interpres olei sextarios quatuor recipit, calamíque planè nullam mentionem facit. Plinij vero descriptio, vt alibi, ita & hîc multum euariat.

CAP. LIX. τὸ δὲ ἤδη ἀποβεβρεγμένον] Prima quidem facie de ocimo, quod in oleo maceratũ esset, hoc intelligendum foret: at tum sermonis ipsius continuitas, tum etiam præscripta rosacei conficiendi ratio de oleo ipso in quo maceratũ infusúmve fuerit ocimum, hoc intelligi debere per se satis admonent: ita vt hoc loco per τὸ ἤδη ἀποβεβρεγμένον aliud nihil velit Diosc. quàm τὸ ἤδη ἐξ αὐτῶν ἔλαιον.

CAP. LXI. διαβρέξας ἀποβρέχων] Ego non ἀποβρέχων, sed δίβροχον legendum existimo. Nam si quidpiam vel semel duntaxat maceretur, tùm ἀποβρέχειν rectè dicitur: quippe quod τῷ ἀβρόχῳ seu ἀβρέκτῳ opponatur. At secundò maceratum rectiùs, opinor, δίβροχον dixeris. Sic & τρίβροχον interdum, quasi τρὶς βεβρεγμένον, non malè vsurpatur à Dioscor. vti cap. de cyprino vnguento.

CAP. LXII. ἀπόχυμα] Si vocem μετὰ, aut etiã κατὰ, vt in altero vetusto codice legitur, retineas, fatearis oportet omninò prætermissam fuisse Cardamomi dosim: ascripta verò pondera, ad oleum ipsum aromatibus imbutum esse referenda. Aut certè (quod mihi vero similius videtur) αὐτὶ τῷ λίτρας γ́ ὑγγίας ς́ legi oportere λιτρῶν γ́, οὐγγιῶν ς́. Facilis verò potuit esse librariorum eiusmodi lapsus, cùm fortassis in manuscriptis exẽplaribus solæ ponderum notæ ascriptæ fuerint. Sin minùs, ἀντὶ τῷ μετὰ ex necessitate legendum τῷ, vti Ruellio & Marcello legi placuit. Atque tùm hæc erit verborum series: ἀπόχει τῷ καρδαμώμου μεμιγμένου. &c. At mihi prior illa lectio magis arrisit, quoniam ἀποχεῖν liquidis aptius, quale est oleum, quàm puluerĩbus solidísve aliis accommodatur.

τὸ ἐξ αὐτῶν ἄρωμα] ἄρωμα hîc nonnulli de aromatibus priore loco recensitis interpretari videntur: quo in numero sunt Ruellius & Marcellus Virgilius, atque adeò coguntur, pro eo quod posteriùs habetur ἠρωματισμένου, legere ἀρωματισμένου, vel ἀρωματισθησομένου. Sunt & qui illud ipsum ἄρωμα de solo cardamomo, non item de illis aliis exponendum putent. Cornarius de liliorum foliis intelligi voluit: cuius quidẽ ego sum sententiæ. Verùm quò omnis tollatur dubitationi locus, non quidem ἐξ αὐτῶν ἄρωμα, sed potiùs ἐξ αὐτῶν μάγμα hîc legendum puto. ita vt id duntaxat quod expressis liliis quasi recrementum superest, hoc loco significetur. Posterius autem hoc ἠρωματισμένου, de oleo aromatis illis omnibus imbuto (cuius ideò largior quoq; copia ab Autore initio præscripta fuit) accipi velim: túmq; hoc loco, excepta illa vnica voce, nihil ampliùs quod videã immutari necesse fuerit. Paulus lib. 8. de re med. Susini olei vtriusque tum simplicis, tum etiam com positi conficiendi rationem docet Compositi v. ro huius præparationem paulò aliter, at multò certè clarius apertiúsve, recensere videtur, quàm hoc loco fecerit Dioscorides. Quare si cui fuerit in animo Græcorum susinum vnguentum, λείριον, si Gal. credimus, Hipp. dictũ, conficere, id equidem ex Pauli mente componendum suaserim. Qui quidem loco citato Susinum dictum putat, quia fortasse Susis inuẽtum sit. At nihilominus probabilis quoque Loniceri coniectura videtur, qui Susinum ab Hebræo Susan quod lilium significat, dictũ existimauit. Hoc idem vnguẽtum Gal. in Exeg. vocũ Hipp. etiã κρίνινον μύρον & λείρινον, ab ipso verò Hipp. Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν scribit appellari: vti quod etiat simplicius, adeóque olei nomine dignius, Αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν.

καρδαμώμου] Legendum fortasse κινναμώμου: & certè quidem Paulus cardamomum initio macerasse contentus, sub finem cardamomum nullum adiicit, sed cinnamomum, aut eius loco asnabo, aut cassiæ duplũ, aut carpesium. Quin neque myrrham is postremò adiicit.

κινναμώμου τὸ ἴσον] Subaudiendum, μίγνυε, aut etiam ἐμβάλλειν: quam vocem nonnulli codices pro sequentibus καὶ ἐμβαλὼν reponunt. Deinceps verò statim legendum videtur, ἔπειτα δὲ καὶ σμύρνης ἐμβαλὼν &c.

CAP. LXIII. τῷ τρίτῳ τῷ ἐλαίου μέρει] Dioscorides noluit hoc loco, veluti Marcello & Lacunæ visum est, aspalathum aqua macerari, quę tertia sit pars ad oleum præscriptũ, sed aspalathum ipsum aqua sufficienti maceratũ tertiæ olei parti immisceri. Totum verò oleum nequaquam assumit, certa tantùm portione contentus, quoniam reliquum fortassis vel ad parandum aliàs narcissinum vnguentum, vel ad aliquod aliud vnguentum, in quo eadem spissamenta desiderarentur, conficiendum reponi vellet. Obiter autem id annotasse non fuerit inutile, quod Aëtius & Nicolaus Myrepsus non in liliaceo tantùm, sed & in hoc ipso oleo obseruandum admonẽt: nimirum vt ne conueniens florum dosis tota simul & semel, sed partibus, & paulatim oleo iniiciatur, sic vt florum parte quæ iam abundè macerata fuerit exempta, alia atque alia subinde iniiciatur, dum florum quantum sat est oleo exactè permistum fuerit. Sin minùs flores vniuersi quantumuis exiccati simul & semel iniecti, facilè putrescentes oleo fœtorem acciperent.

CAP. LXIIII. ἀπόχει τὸ ἔλαιον] Ald. ἀπόχει: sed forte legere satiùs fuerit ἀπηθεῖν, id est colo traiicere, seu cribro succernere: & hac ipsa quidem voce iam antehac aliquoties Dioscorides vsus est.

ἡμέρας γ́.] Legendum γ́ simpliciter: quemadmodum etiam quotquot occurrerunt Interpretes legisse videntur.

ἔπειτα δὲ τὸ ἴσον εἰς κώνειον] Ald. & v. codex τὸ ἴσον κώνειον, &c. subaudita fortassis præpositione κατὰ, vti voluit Lonicerus. Sed nos cum Marcello legimus, τὸ ἴσον τῷ κωνείου ἠρωματισμένῳ ἐλαίῳ. Alioqui verò vix vllum sensum elicias.

βουτύρινον καὶ στύρακινον] Butyrinum dictum fuisse videtur vnguentum, quod olei loco butyrum reciperet, in cæteris verò omnibus huic compositioni ad amussim responderet. Sic & Styracinũ,

quod myrrhæ loco styracem. At de onychino non leuis est dubitatio. Siquidem plerique hoc vnguentum ab onyche, quod tegumentū sit Indici cuiusdam conchylij. βλάττιον Βυζάντιον, seu Βυζαντὶς recentioribus Græcis dictum, denominatum putant. Cornarius verò vir doctissimus ab onyche, quod fuit bdellij præstantissimi epitheton, nomen accepisse ratus est. Vtriusque porrò tum bdellij, tum & vnguis odorati certum est ad vteri affectus vires esse minimè contemnendas. At si ab onyche conchylij Indici tegumēto dictum fuit eiuscemodi vnguentum, croci loco qui in hac compositione recipitur, vnguē illum odoratum: sin à bdellio onyche dicto, bdellium myrrhæ loco indi solitum sit mihi verisimile. Vtra verò sententia potior sit, vnusquisque iudicet.

Cap. LXV. ἐλαίου λίτρας δ'.] Cyprini vnguenti tū apud Paulū, tū & apud Aëtiū duplex habetur cōpositio: sed vtraque ab hac ipsa non parū discrepat, & aromatum numero & præparandi modo. Attamen cùm in vtrasque illas Cyprini descriptiones recipiatur helenium, & olei libras IX cum quincunce ad coquendas aromatum libras XVII non sufficere compertum sit, pro eo quod est in vulgatis exemplaribus: ἐλαίου λίτρας δ' &c. ἐλαίου λίτρας δ'. οὐγγίας ε. τὸ ἑλένιον καὶ τὴν ἀσπάλαθον, &c. cum Cornario legendum arbitramur. Aliis quoque eiusdem viri doctissimi in hoc ipsum caput animaduersionibus facilè lubentérque subscribimus. Cæterùm apud Plinium lib. 13. cap. 1. pro helenio, abrotanum legitur.

Cap. LXVI. τῆς Ἀχαΐας φυομένων] Vel est legendum γινομένων, vt inferiùs: σκευαζόμενον δὲ ἐν Κυζίκῳ κάλλιστον γίνεται. Vel figuratè dictum oportuit φυομένων, ἀντὶ τοῦ, σκευαζομένων, ducta scilicet metaphora ab iis quæ sponte gignuntur. Cæterùm vt Irinum, quod in Perga & Elide conficiebatur, commendat hoc loco Diosc. ita & Plinius Corinthiacum ac Cyzicenum.

Cap. LXVII. ψυκτικόν] Contrà astringere Gleucinum & refrigerare eadem ratione, qua & œnanthinum, reperitur apud Plinium, quo loco & aliorum oleorum vires recenset: sed errore manifesto. Melinum enim, non Gleucinum, eo loco legi debuit, vti rectè annotauit doctiss. Cornarius. Quin neque Gleucini simplicioris genera alia à Galeno lib. κατὰ γένη 7. tradita, neque illud ipsum compositum, quod ibidem à Gal. deinde etiam à Paulo lib. 7. cap. 18. Aëtio, Tetrab. 3 ser. 4. cap. 44. Actuario, Meth. med. 6. cap. 10. & Myrepso, sect. 16. cap. 42. copiosè describitur, multò minùs quod à Columella lib. 12 cap. 51. commemoratur, vllo pacto refrigerare constat satis ex aromatibus, è quibus illa componuntur.

Cap. LXVIII. Ἀμαράκινον δὲ] Sampsuchū ex Diosc. libro 3. cum amaraco vnū & idem est, at nomine tantùm discrepāt: quippe quod Sampsuchum AEgyptij, Syri, ac plerique Græci nominabant, Cyziceni ac Siculi amaracum appellare consueuerant. Sic & apud Theophrastum ac Plinium, nec non & Iul. Pollucem, Sampsuchum & Amaracus eiusdem plantę, nimirū maioranæ nostrę, diuersa sunt nomina. At Galenus, Paulus & Aëtius de iisdem, tanquam diuersis plantis, diuersa fecere capita, iisdémque diuersas vires assignauerunt. Nec tamen apud hos (quod voluére nonnulli) amaracus marum est: veluti patet abundè ex Galeno, qui quidem lib. de antid. 1. in parando amaracino ab vnguentariis sui temporis amaraci loco marum falso suppositum fuisse commemorat, quòd amaracum odore longe superaret. Est vero potiùs parthenium, quod amaracum quoque quibusdam dici solitum proprio capite testatur Dioscorides, quódque alioqui silentio prætermissurum fuisse Galenum vix mihi fit verisimile. Iam si sampsuchum & amaracum pro eodem vsurpauit Diosc. qui fit (inquiet aliquis) vt is ipse seorsim ac diuersis capitibus de sampsuchino & amaracino egerit? Nimirum ob diuersam planéque discrepantem quam habent vnguenta hæc duo præparandi rationem, diuersa quoque nomina clarioris distinctionis gratia sortita sunt: etsi vtrunque Plinius lib. 21. cap. 22. confudisse videatur. Ac de his quidem satis supérque dictum sit. Cæterùm pro eo quod in impressis cod. habetur in hoc capite, εἰς τὸ ἄλλο ἀγγεῖον χεῖαν, χεῖαν per ι, itémque pro διυλίσαι, διυλίσαι: ac denique sub finem capitis pro ἀφαιρεῖς, ἀφαιρεῖ optima ratione legendum censui.

Cap. LXIX. Τὸ δὲ μεγαλεῖον καλούμενον] Hoc idem vnguētum paucis immutatis describit Plinius, lib. 13. cap. 1. ac megalium etiam vocat, propter gloriam, vti scribit, ita appellatū, quasi ἀπὸ τοῦ μεγάλου. At Clemens Alexandrinus Pædag. lib. 2. itémque Sosibius apud Athenæum & Eustathius in Homerū μεγάλλειον nominare maluerunt, ducto cognomine à Megallo quodam seu Megallio Siculo illius, vt aiunt, inuētore. Atheniensem nonnulli fuisse volūt, vti testatur Athenæus Deipn. lib. XV.

Cap. LXX. καλούμενον δὲ ἡδύχρουν] Hedychroi in pastillos efformati, quod inditur Theriacæ, compositionem ex Andromacho tradidit Galenus, tum primo de Antidotis, tum etiam lib. de Theriaca ad Pisonem. Eam inde repetere cuiuis in promptu fuerit. Ab eo porrò magmate vnguentum hoc cognominis eiusdem non alia re fortasse discrepat, quàm quòd in illo parando aromata ex vino subiguntur: in vnguento verò conficiendo, eadem oleo quopiam odorato excipiuntur. Huic etenim eandem esse cum amaracino misturam, solóque nomine differre, quod voluere nonnulli, mihi non fit verisimile. Nam vnde, quæso, odor huic quàm amaracino suauior, nisi ex aromatum aliorum permistione?

Cap. LXXI. καλούμενον Μετώπιον] Totidem verbis Metopium vnguentū ab Aëtio 1. Tetrab. serm. 1. describitur, itémque à Nicolao Myrepso sect. 16. At AEgineta lib. 8. de re med. singulorū ingredientium pondera & mensuras adiicit. Dubium autem est, vtrum ad huius confectionem assumantur ipsæ amygdalæ amaræ, an verò oleū ex iis expressum. Hoc enim posterius mihi magis verisimile videtur, ac Nicolai quoque Myrepsi Interpres hoc modo intelligendum existimauit. Quòd si ita est, legendum hic, velut habetur apud Aëtiū, εἰ ἐλαίου ὀμφακίνου καὶ ἀμυγδάλων πικρῶν, &c. Cæterùm non possum nō illis assentiri, qui hoc vnguentum illud ipsum esse asserunt, quod ab Hipp. tū lib. de morbis muliebribus, tū etiā sexcētis locis aliis πικρὸν seu μετώπιον nomine

tantoperè celebratur: quippe quod in vteri affectibus ad induratas vuluæ cotyledonas emolliendas, & obstructas aperiendas, itémque ad secundas peliédas plurimùm ab illo commendetur. Hesychius in suo Lexico sic quoque habet: Νίτωπον, νετώπιον, μύρον συνῳδὸν ὅμοιον οὐ πολὺ μεγαλ. οἱ δὲ, μετώπιον. Erotianus, autē in vocibus Hipp. νίτωπον (sic enim lego, non νίωπον) exponit, τὸ ἐκ καρύων πικρῶν ἔλαιον. Galenus in vocibus Hipp. quod è spinæ AEgyptiæ flore parabatur oleum μετώπιον dictū existimauit, idémq; Αἰγύπτιον μύρον Hipp. dictum. Sed præter Hesychij autoritatē, vires quas μετωπίῳ tribuit Diosc ac eæ quas νιτώπῳ suo itidē ascripsit Hipp cùm eōdē planè spectare videantur, μετώπιον seu μετώπιον Dioscoridis, ac νίτωπον seu νιτώπιον Hipp. vnum & idem fuisse vnguentum euidentissimè testantur.

τὸ γὰρ ξύλον ἐξ οὗ τὸ]Libro tertio nō ipsam arborem lignosámve plantā è qua galbanū emanat, sed galbanum ipsum, hoc est, liquorē ferulæ cuiusdā in Syria nascentis, Metopiū nonnullis dici refert Dioscorides. Hoc verò loco, lignū ipsum è quo manat galbanū, ab AEgyptiis μετώπιον appellari admonet. Cæterùm ξύλου nomine significare videtur lignosum corticē, qui in ferulaceis cernitur, ipsorū teneritudine processu tēporis in lignū abeunte. Quanuis & pro arbore hoc loco, vt aliâs plerunq;, ξύλον vocabulū accipi potuit: nā propter lignosum illū corticem, arborū etiā generi ascribitur ferula: ac proptereà Clearchus inter ænigmata alia ferulam dixit esse, ξύλον οὐ ξύλον.

CAP. LXXII. ἐκ τοῦ βαλάνου] Apud Aëtium ἀπὸ τῆς βαλανίνης, legitur, μυροβαλανίνου: itémque pro σμύρνης, ζιγγιβέρεως: sed hoc posterius, errore librariorum etiā alibi apud eundē Autorem frequentissimo. Cùm enim nota ζζ apud Medicos σμύρνην, hoc est myrrham significet, illi zingiberis notam esse arbitrati sunt, atque adeò quoties ea occurrit, falsò ζιγγιβέρεως transcripsēre. Cæterùm annotat Paulus ita vocatum Mēdesium, quòd in AEgypto sit inuentū, vbi Mendes colitur: Mendes autem vrbs est AEgypti: cuius ciues Panem effigie hirci colebant, qui quidē AEgyptiorum lingua Mendes appellatur.

συντεθρυμμένα] Vulgatam secutus lectionē vetri contrita seu comminuta. Perperam verò Interpretes alij συνεψηθέντα legerunt, quasi simul decocta. Nam in hoc vnguento componendo, veluti nominatim innuit Paulus, aromata sicca citra coctionē in oleo dies sexaginta monētur ac macerātur, tandémque iis liquata resina permiscetur.

CAP. LXXIII. λιπανθαλιμμάτων] Quò vitetur solœcismus, legendū λιπανθαλιμμάτης, quemadmodum etiā legitur apud Aëtium: refertur enim ad prius illud, σμύρνης. Alioqui λιπανθαλιμμάτων legi oportebit, quo modo Oribasius etiam legisse videtur, túmq; ad λιπαροῦ referri cōsentaneū fuerit. Cæterùm quo loco habetur, καθ' ἑαυτὸ ὄν. &c. aptiùs fortè legas, καθ' ἑαυτὸ μιγέν, aut etiā, ὀνομ. Aëtius verò sic habet, ἄνευ τούτων τὴν λιπαρὰν & πάντως οὖσαν. ἢ καθ' ἑαυτὸ μόνον κατασκευαζομένην. ὅμοιως δὲ ἕτερ. &c.

CAP. LXXIIII. νομὰς σύριγγας & σήψεις] Legendū opinor σήψεις, vt superiùs cap. de amaracino, ἁρμόζει ἐφ' ὧν τε καὶ σήψεις καὶ σύριγγας, &c. σήψεις porrò vox vsitata est Dioscoridi, pro putredinibus (putrilagines quidam dicunt) seu putrescentibus vlceribus: quanquā Hippocrates in Epid.

eadem voce pustularum genus quoddam ex putredine ortum significare videtur. Fateor equidē σηπτῶν nomine, supple δυνάμεων, medicamenta à Dioscor. significari, quæ Plinius septica vocare non dubitat. Celsus verò quæ sic exedunt ne erodant. Sed hoc loco satis cōstat medicamentorū mentionē minimè fieri, at potiùs morborū seu affectuū, ad quos Cinnamominū valere creditur. Antea verò quo loco habetur, ἀναστομοῖ χρῶ ἡρμοσμένον, lego, ἡρμοσμένον. Nec enim ad resinam, sed ad vnguētum ipsum cinnamominū referri oportet.

CAP. LXXV. τὰ δὲ χρησιμεύει αὐτῆς] Est hoc loco generis Enallage. Siquidem fœminino genere ista extulit Dioscorides, quanuis de nardino vnguento dicantur, quod priùs ναρδίνον μύρον neutro genere nominauerat. Referri verò debent ad νάρδον, quæ vox vnum & idem significat. Etenim νάρδου nomine, non tantùm herba iam antè descripta, sed & vnguentū ipsum ex ea paratum designatur, vt à recentioribus Græcis, ita & ab ipso Dioscoride cap. de Malabathrino. Sic & Tibullus: Iamdudū Syrio madefactus tempora nardo. Itémque loco alio: Illius puro distillent tempora nardo. Horatius vtroq; genere vsurpauit. Nam Ode 12. 2. carm. Dum licet, inquit, Assyriaque nardo Potamus vncti. Epodon verò v. Nardo perunctum, quale non perfectius Meæ laborarunt manus.

CAP. LXXVII. ὅμοιον τῷ &c.] Lego ὅμοιον, nimirum δένδρον. Non enim lacrymam, sed arborē ipsam lacrymę feracem, AEgyptiacæ spinæ similem Dioscorides fecisse videtur. Verùm hinc ipsam myrrhæ arborem Plin. lib. 12. cap. 15. fusius & apertiùs multò descripsisse reperitur.

καὶ ἡ Ἀμιναία δὲ κα.] Myrrhæ Aminææ meminit etiam Crito apud Gal. lib. 5. κατὰ τό. itémque Asclepiades. Sed Minæam eandē à loco in quo optima nascitur, nominat Gal. lib. 1. de Antidotis, sc. à pago Minæorū, qui sunt Arabiæ populi, non ab Aminæa Campaniæ regione Plinius quoq; lib. 12. c. 16. Minęā myrrhā post Troglodyticā probat, cōtrà quàm faciat hoc loco Diosc.

ἄνευ δὲ τοῦ μὴ] Cū doctiss. Cornario & Serapione citra negādi particulā lego, ἄνευ δὲ τοῦ προσλαμβάνειν ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν. Cùm enim trochisci seu pastilli ex arida eiusmodi myrrha expressi propter ariditatē nimiā citra oleū haudquaquā rectè conformari possint, olei certè adiectione retūdi eorū vim Dioscorides asserit, ita vt prorsus inualidi fiant & inefficaces: ad ea certè quidē omnia, ad quæ laudata myrrha conferre creditur.

CAP. LXXVIII. ῥίζα πεπλασμένη] ῥίζης πεπλασμένης legendū duxi, maximè cū Serapio quoq; Dioscoridis Interpres ita legisse videatur. Neq; verò fit mihi verisimile, voluisse Diosc. myrrhā Bœoticā, radicis genus esse: sed lacrymā potiùs, quæ incisa Bœoticæ cuiusdam arboris radice extillet.

CAP. LXXIX. ὁ ξανθὸς] Gal. lib. 1. de Ant. ὠχρότατον, hoc est, pallidissimū laudat, haud ita magno discrimine, velut aliâs annotauimus. Idem iccirco lib. 7. de comp. med. κατὰ γένη, pallidum ceu efficacissimum in Principum tantùm ac prædiuitum antidotis commendat propter caritatē & raritatem: at qui magis fuscus est, ceu inefficaciorē, haud ita probat: quanquam & ætatis progressu aureum colorem sibi asciscere fatetur.

ὁ Καναβαλίνος] Apud Oribasium (siquidem Interpreti credimus) Γαβαλίνος legitur, & rectè

quippe cùm lectionem hanc & Plinius ipse probasse videatur, lib. 12. cap. 25. quo loco: *Proxima, inquit, Iudææ Syria supra Phœnicem Styracem gignit, circa Gabala & Marathuntem*, &c. Est autem Gabala Ptolemæo, lib. 5. cap. 15. & Straboni, lib. 16. Geogr. Syriæ vrbs. Cæterùm ab hac lectione non est alienum, quod in capitis huiusce fine subditur: in Syria styracinum vnguentum parari solitum. Eorum verò coniectura minùs est probabilis, qui καλαμίτης legendum potiùs existimant, quia Styracis calamitę apud Gal. 1. de Antid. fiat mentio, ita dicti, siue quod ceu cætera olim aromatica, ne fortè expiraret ac vires amitteret, intra calamos seu arúdines è Pamphylia deueheretur, sicuti voluit Galenus, siue quia, teste Plinio, arbori quæ Styracem gignat, sit intus harundinis similitudo: quod minus placet.

Cap. lxxx. ὄνυχι ὄντα] Serapio suffumigati Bdellij odorē hoc loco à Dioscoride assimilari existimauit odori vnguis odorati itidē incensi, quem blattam Byzantiam nonnulli appellāt. At pleriq; alij vngui humano simile quiddā in Bdellio desiderari putāt, partim vocis ὁμωνυμίᾳ decepti, partim ex eo persuasi, quòd dixerit Plin. lib. 12. cap. 9. in Bdellio Bactriano nidorem esse siccū, multósq; candidos vngues. At prior illa sententia, vt Cornario viro doctiss. ita nobis quoq; probabilior visa est: maximè cū in Bdellio, quātumuis legitimo, nil vngui simile comperiatur. Fortassis etiā ex ea vnguis odorati similitudine Bdellium optimum βδέλλιον ὀνυχίζον per appositionē dicitur in Damocratis compositionibus, quæ extant apud Gal. tum in lib. de antid. tum in comp. med. κατὰ τόπους.

παλαθώδης] Legit hoc loco Serapio, ἀσπαλαθώδης, hoc est, *odorem aspalathi referens*, quem quidē lingua sua *darsisaban* nominat. Plin. verò lib. 12. cap. 9. παλαθώδης legisse videtur, dū *in offas conuolutum* conuertit. παλάθη enim *massam* Græcis significat, & Gaza apud Theophrastum vbique *offam* interpretatus est. Vtrunque porrò legisse videtur Ruellius & Oribasij Interpres, παλαθώδης, inquam, & ἀσπαλαθώδης.

Cap. lxxxi. ἐπονομάζεται δὲ ὁ ἀραβικὸς] Oribasius legit, ὀροβίας: ac Plin. quoq; lib. 12. cap. 4. de Thure verba faciens, *Græci* (inquit) *stagoniā & atomon tali modo appellant: minorē, orobiam*. Atque ita etiā hoc loco legendū videtur, nimirū voce deducta ἀπὸ τοῦ ὀρόβου. Sic verò vocatū fuisse Thus, fit verisimile, cuius frusta magnitudine vix orobi modū excederēt. Ad eundē modū ὀροβίας ὀροβιαῖον nominat Gal. 6. simpl. med. ciceris genus cruo magnitudine simile. Ἀραβικὸς autē ἀπὸ τῆς Ἀραβίας vel Ἀραβικὸς, nusquam, quod equidem sciam, reperitur.

θερμαντικὸν στύψεως] Sic fatetur etiam Gal. 7. simpl. Thus astrictionē habere pusillā, sed minimùm manifestam astrictionē esse candido: corticē verò euidenter astringere, proindéque etiā summè desiccare: quod ipsum Paulus totidē verbis repetit. Contrà idem Gal. 13. meth. Thus asserit puris tantùm mouendi facultatē obtinere, vtpote nulla vi astringendi præditum, magisque illud præstare quod pinguius est & albicans, sicuti quod flauum est, valentiùs siccare: mannæ verò Thuris (quo nomine αἱ λεπτότητες τοῦ λιβανωτοῦ, hoc est, *thuris fragmenta concussu elisa*, intelliguntur) astringendi vim aliquam esse, quoniam corticis thuris paululum admistū sit. Soluetur hæc contradictio, si Thus purum ac per sese nudatenus astringere dixerimus: at cui corticis nonnihil admixtū est, id corticis ipsius ratione astringere. Vel dicamus potiùs, Thus esse duplex: vnum candidum, idémque purissimum ac pinguissimū, quod masculū à Dioscoride appelletur, quódque, Plinio teste, autumno colligatur: alterum rufum seu fuluum, quod priori minimè comparādum sit, & verè legatur, post incisum scil. hyeme præcedenti corticem. Illud nullam planè astrictionem obtinet: hoc verò aliquantulam sortitum est, quam quidem æquè ac colorem ab ipso cortice videtur contraxisse.

εὐθυμίαν ποιεῖ] Addit Serapio ex Diosc. Thus tristitiā depellere, & memoriam augere: atq; idipsum Auicēna capite de Thure innuisse videtur.

εἰς καινὴν χύτραν] Crudam ollam dixit, pro noua & recente, ἀπύρω, *quæ ignem experta non sit*, quemadmodū etiam Serapio interpretatus est. Sic metaphorice quoq; Ouidius ac Plinius Iunior *cruda vulnera* dixēre, recentia seu recens inflicta.

καταπαυστικός] Vulg. exempl. habent, μὴ καταπαυστικός. Serapio ἀναπαυστικὸς legisse videtur citra negationem. Ego verò vulgatam lectionē retineo, expuncta tantummodò negatione: quam eo audaciùs prætermisi, quòd in vetere quodā Diosc. codice non legeretur. Est porrò rationi consentaneum, vstum Thus quàm non vstum longè facilius friari atque comminui: nimirum humore igni absumpto, qui quidem lentore ac visciditate sua, quominùs thus ante vstionem in minutissimas partes comminueretur, impedire potuit.

Cap. lxxxii. ἢ ῥοώδεις] De fluxu muliebri dictionem hāc interpretatur Serapio, quē secuti videntur Ruellius atq; Marcellus Virgilius. Sed nos, cum generalior sit vox, non magis de vteri quàm de alui ipsius fluxionibus accipiendā censuimus: maximè cū esset compertū, thuris Corticem cœliacis ac dysentericis tum intus assumptum, tum etiā foris adhibitū egregiè opitulari, vel ipso teste Gal. lib. 7. de simpl. medic. facult. quo quidē loco efficaciæ nullam omnino fecit mētionē, qua ad muliebrē fluxū pollere creditur.

Cap. lxxxiii. στυπτικώτερον δὲ μάννα] Cōtrà nō remissiorem, sed aliquanto magis intentam esse thuris Mannę, quàm ipsi thuri vim apertè prodidit Gal. 5. & 13. Meth. quantum certè quidem ad astrictionem exiccationémque attinet.

Cap. lxxxiiii. ὅτι ποιεῖν] Rectiùs fortassis ὠφελεῖν, quemadmodum habet Aëtius, apud quē lib. 1. hoc ipsū caput & quod proximè sequitur, totidem ferè verbis transcripta reperiuntur. Legitur verò apud illum hoc in loco: ὠφελεῖ δὲ κατὰ τὰ ἀμφοτέρα χείλη τῶν τραυμάτων, &c.

καθαίρει ῥύπον] Gal. 7. de simpl. med. facult. Ad oculorū affectus ista restringit, quæ tamē Diosc. latiùs ac in vniuersum extulisse videtur. Serapio quoque & Marcellus Virgilius Galenum hac in parte secuti sunt.

C. lxxxvi. οὐσία δριμεῖα ἐκ πεύκης] Legebatur in vulg. exēpl. οὐσία δριμεῖα, sed cùm δριμεῖα & οὐσία pro eodē vsurpentur, vocū harū alterutrā hoc loco redūdare, & è margine fortassis in contextū incuria librariorum irrepsisse facile coniicio. Sin minùs, aut legendum ὕδατος, ita vt ea vox ad verbum ἀναζεῖ referatur: quasi velit Diosc. tam Pini

quàm

quàm piceæ corticem suffitu tam partum, tam etiam secundas ex vtero pellere: aut etiam, ὑστέρα in dãdi casu, quasi voluerit exprimere, corticẽ hunc ipsi vuluæ suffiri, aut eiusdem suffitum vulua excipi oportere.

Cap. LXXXVII. στρόβιλοι δὲ καὶ χλωροὶ] Vt πιτυΐδες nomine designantur à Diosc. pini piceæq; nuclei conorum nucibus inclusi, quanuis Gal. 8. simpl. impropriè nominis id piceæ fructui tribui asseruerit: ita στροβίλων nomine, strobili arboris, cuius & ipse meminit Plutarchus, nõ tantùm coni, sed ipsi etiam nuclei, etsi Gal. temporibus, vti refert ipse, comm. 4. in lib. de ratione victus in acut. pini piceæq; fructus στρόβιλοι etiamnum dicerẽtur: quemadmodũ & olim aliis στροβιλίδες, aliis κωνία χαίρουσα, aliis πιτυΐνοι κῶνοι, aliis denique κωνάκοι dicti sunt, teste Athen. lib. 2. Δειπνοσοφ. Porrò vt pini, piceæ, laricis, strobili seu pinastri (eiusdem enim arboris sunt hęc duo nomina, si Plinio credimus) & id genus cognatarum arborũ, ita & ipsorum fructuũ nomina apud Autores varios passim inter se ita cõfunduntur, vix vt certi quicquam de iis sigillatim statuere possis. Ac certè quidem in eiusmodi nominum distinctione minùs idcirco Medico laborandum videtur, quòd iis omnibus arborum generibus foliorum, ligni, corticis, resinæ, coni ac nuclei eadem propè facultas esse censetur. Cæterùm hìc χλωροῖς στροβίλοις intelligimus, esculẽtos strobili nucleos, qui non modò à lacunatis toris quibus includebantur liberati, sed & à putamine ac sua etiam cute seu ferruginea tunica, qua quidẽ immediatè vestiebantur, nudati sunt. Hos autem opponit Diosc. ὅλοις τοῖς στροβίλοις, integris scilicet congenerum eiusmodi arborũ nucamentis seu conis (κωνάρια vocauit Hipp.) è quorum etiam præpinguiũ decocto eclegma cõcinnat, Gal. 4. comm. in lib. de rat. vict. in acutis. Cæterùm hic recentium strobilorum nomine χλωροί, id est, virides seu adhuc virentes intelliguntur, vti patet ex Gal. verbis 7. simpl.

Cap. LXXXVIII. καὶ δὲ σύφων] Quanuis σύφων, & quod paulò pòst sequitur πορφύρεος, masculini sint generis: referri tamen debent ad præcedens illud γλεῦμα, aut certè ad aliud quidpiam quod ei voci æquipolleat, puta χυλισμὸν aut χυλόν. Nec enim de Lẽtisco ista dicũtur, vt voluisse videtur Ruellius: siquidẽ σχῖνος pro lentisco, nõ nisi fœminino genere vspiã legitur. Atq; de ipso lentisci succo artificiose, vti monuit, expresso intelligi potiùs debere vel illud satis indicat quod deinde subdit, ad eadem valere ad quæ acacia & hypocisthis valere perhibentur, atque adeò pro his ipsis succis non malè vsurpari.

τὰ δὲ ξυλάφια χλωρὰ] Virides Lentisci surculos ὀδοντογλυφίων potiùs quàm ὀδοντοσμημάτων, hoc est, dentiscalpiorũ potiùs quàm dẽtifriciorũ explere vicem ex eo fit verisimile, quòd iis non nisi in puluisculũ tritis gingiuæ affricari, dentésve poliri cõmodè possunt: at iisdem vel tantillũ exacutis fodiendo scalpendóve vtiliter eximuntur quæcunq; dẽtibus inhæserũt. Atq; in hunc vsum lentiscus etiam à Martiali cõmendatur. Sed & olim molles ac delicatuli, ceu quibus esset frequenter in ore dentiscalpiũ, contumeliæ loco σχινοτρῶγες seu σχινοφάγοι, quasi lẽtisci arrosores, appellabãtur.

Cap. XCI. μεθ' ἃς ἠριθμημένη] Dioscorides hoc loco resinam terebinthinam omnium optimam: strobilinam verò infimã, statuere videtur: Gal. tamen 3. de comp. medic. κατὰ γένη, principem strobilinam calore, proximam huic abiegnã, postremam terebinthinam esse asseruit. Scilicet de bonitate resinarũ absolutè locutus hìc est Dioscorides: illic verò Gal. de earũ qualitate, nimirũ caliditate, agit: in qua primas hauddubiè obtinet strobilina, veluti & eo ipso loco disertè admonuit Gal. ne à Diosc. dissentire videretur. In eandẽ porrò sententiam 8. de simpl. medic. facultatibus terebinthinã & huic viribus proximam lentiscinã, ob eam quã præ cæteris maiorẽ habẽt partiũ tenuitatẽ, magis digerere, magisq; attrahere prodidit: eam verò quæ ex picea destillat & strobilinã, calidiores acrioresque esse, ac proinde magis exiccare, attamen minùs & digerere & attrahere: pineam denique & abiegnam, inter vtrasq; illas medias meritò censeri. Sed de his fortasse nimis multa. Nam & ipsa terebinthina apud Dioscoridẽ & Paulum primas obtinet: cùm tamen apud Galenum ratione diuersa lentiscina & ipsi terebinthinæ & cæteris resinis omnibus præferatur.

Cap. XCIII. περὶ λιγνύος ῥητίνης] Vt præcedens capitis inscriptio vitiata olim fuerat, περὶ ῥητίνης ὑγρᾶς πευκίνης καὶ πιτυΐνης, cùm non de resina tantùm liquida quam fundunt piceæ atque pinus eo capite mentio fieret, sed & de larigna & cupressina, necnon etiam de siccis resinis omnibus in vniuersum: ita & huiusce capitis inscriptio deprauata videtur, cùm potiùs, περὶ τοῦ πῶς δεῖ καίειν τὴν ῥητίνην, hoc est, de resinarum vrendarum modo inscribi debuerit, velut legitur etiam apud Aëtium. Nec enim de resinæ fuligine quicquam habetur, præter vnum aut alterum verbũ ad capitis calcem. Sed hæc est eorum culpa, qui caput hoc, quod cum superiore coniunctum esse debuit, disiungendum existimarunt.

καὶ ὡς τοῖς δακτύλοις εἶναι] Pręstiterit fortassis addita negatione legere, ὡς μὴ τοῖς δακτύλοις εἶναι. Friabilem enim atque ita aridam resinam vult effici, vt digitis minimè cedat, sed vel solo contactu in micas frangatur frietúrve: quod luculenter expressit Aëtius, dum pro eo quod legimus hoc loco, ὡς μὴ τοῖς δακτύλοις εἴκειν, ὥστε καὶ τοῖς δακτύλοις ψωχεσθαι, inquit ille, 1. Tetrab. ser. 1. Friabile porrò & aridum retorridúmve quid esse, ac simul & semel digitis facilè cedere non est verisimile. Mollium siquidem atque adeò humidorum potiùs, quàm aridorum proprium id est, vt digitis cedant.

ἄχρις οὗ τὸ προειρημένον ἰδίωμα ἀπολάβωσιν] Budęus, *dum odorem suum propriumque virus antè memoratum deposuerint:* quasi verò anteà vspiam resinas virus olere dixerit Dioscorides. Ruellius: *dum antedictas naturæ suæ notas exuerint.* At equidem ἰδίωμα hoc loco non verterim, quemadmodum ille, *virus proprium*, sed potiùs *proprietatẽ* cũ Cornario, aut etiam notam peculiarem, quam Gallicè vnico etiam vocabulo dicimus *particularité:* prætereáque, ἀντὶ τοῦ ἀπολάβωσιν, ἀπολάβωσιν lubentiùs legerim, vti Cornarius quoq; legisse videtur. Voluit siquidem, iudicio meo, Dioscorides, eo vsq; coquẽdas resinas, dum antè memoratas notas sibi asciuerint, h. e. dum, vt antè dixit, inodoræ, friabiles & aridæ retorridæve redditæ fuerint.

Planiùs & apertiùs profectò Aëtius, quo loco caput hoc immutatis per quàm paucis ex Dioscoride transcribit, ὅτι ... inquit, ... &c.

CAP. XCIIII. ...] Ab hac voce ..., quæ quidem in hoc significato, nempe pro pice liquida, vix vsquam alibi vsurpatur, deduci videtur τὸ ...: vnde illud ..., quod Hesychius interpretatur, ..., quod est, pice oblinere. Hinc quoque deductum facilè crediderim τὸ ..., huicque oppositum τὸ ..., quod ... superiore capite vsurpauit Dioscorides: atque adeo non ..., sed analogia seruata, ... potiùs scribi oportere.

CAP. XCV. ...] Gal. 8. de simpl. medic. facult. Itémque Paulus, Oribasius ac Plinius, ..., seu Picinum oleum, itidem nominant id aquosum serosúmve, quod liquidæ pici superstat. Attamen Gal. locis aliis, nimirum 2. de simpl. med. fac. cap. 21. & lib. 1. de cõp. med. ..., huiusmodi liquorem non ..., sed ... nominari scribit: ... verò voce non aliud significari, quàm picem oleo permixtam. Porrò Picinum illud oleum, quoniam, vt serum lacti, ita pici supernatet, Paulo etiam lib. 3. cap. 74. ... composito nomine dicitur. Aëtius verò lib. 6. cap. 69. ... nominat. Interdũ & ipse Gal. ... appellauit. Columella verò lib. 8. cap. 5. *picis liquamen*: Scribonius & Marcellus *picis florem* nuncupauerunt.

CAP. XCVII. καὶ Βρυτία] Huiusce picis Brutiæ ceu optimæ meminêre passim Galenus, Plinius, Celsus & Scribonius. Sed eadem apud Lucianum in Pseudomante ... falsò dicitur, cùm eo loco Βρυτία seu Βρετία potiùs legendum sit, vti rectè monet doctiss. Paul. Leopardus. Sic verò Strabo lib. Geogr. 6. *Est*, inquit, *apud Brettios sylua, quæ præstantissimam fert picem, quàm Brettianã syluam vocant*. Sic enim illius Græca restituuntur: ... Βρεττιανὴν ... καλοῦσι.

CAP. C. ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ πρὸς Ἐπιδάμνῳ] Duæ fuerunt in Macedonia vrbes, Apolloniæ nomine insignitæ: quarum vna, quæ Plinio quondam fuit Corinthiorum colonia, est ad Epidamnum, altera in Mygdonia Macedoniæ regione. Sed de priore illa mentionem hoc loco fieri vnicuique constat: quò fit vt cum veteri codice legendum existimarim, τῇ πρὸς Ἐπιδάμνῳ, non vt habetur in vulgatis exemplaribus, itémque apud Oribasiũ, τῇ πρὸς Ἐπιδαύρῳ. Siquidẽ Epidaurus vrbs est Peloponnesi, ab Apollonia vtraque longo distans interuallo: Epidamnus verò seu Epidamnum, oppidum est in ea ipsa Macedoniæ parte situm, quæ Adriatico mari incumbit, posteà propter inauspicatum nomen, vti refert Plinius, Dyrrachium Romanis appellatum. Porrò legi quoque posset, ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ καὶ Ἠπείρῳ, vt habetur apud Gal. 11. de simpl. med. fac. capite de bitumine. Nam & Epirus Macedoniæ est finitima, neque ita longè dissita ab Apollonia, priore loco commemorata. Quin & Ceraunij montes, quorum hîc ibidem fit mentio, versus occasum in finibus Epiri visuntur in mare vsque extensi, vbi Ionium mare ab Adriatico separatur.

ὄζοντα πίσσης] Pissalphalton non tantùm mistã bitumini picem redolere, sed & bitumine simul & pice constare voluit Plinius, lib. 24. cap. 7. his verbis: *Est & Pissalphaltos mista bitumini pice naturaliter ex Apolloniatarum agro: quidam ipsi miscent*, &c.

CAP. CI. δύναμιν ἔχει ἁρπακτικὴν] Ardentem hanc Naphthæ seu petrolei (sic enim nominat Nicolaus Alexandrinus) vim ignium naturæ cognatam, ita exprimit Plutarchus in vita Alexandri: ... , hoc est, *Cognationem habet cum igne tantam, ut priusquàm flammam contingat, interfusum aëra sæpenumero solo splendore eius flammam claram accendat*. Sic Strabo Geograph. lib. 15. ... inquit, ... &c. Id est, *Liquidũ bitumẽ quod & Aphtha dicitur, vim habet admirabilem. Si enim igni admoueatur, ignem illico arripit. Quòd si corpori Naphtham admoueris, confestim illud inflammatur*, &c. quo loco, velut & apud Oribasiũ Naphtha & Aphtha, fortè ... τὸ ἀνάπτειν, quod accendi significat, sic dictum, pro eodem accipiuntur. Cæterùm Plinius in eandem illam sententiam lib. 2. cap. 105. *Naphtha*, inquit, *magna cognatio ignium, trãsiliuntq; protinus in eam vndecunque visam*.

...] Etsi vti vuluæ ita etiam sedi ... seu procidentiæ contingere possint, ac vtrisque eadem ferè conferant remedia: hoc tamen loco de solius vuluæ procidentiis sum interpretatus. Marcellus autem sedis procidentias addit, Plinij fortassis autoritate motus: qui quidem de Naphtha sermonem faciens, lib. 25. cap. 14. *Vuluarum*, inquit, *strangulationes olfactu discutit, cum vino & castorio: procidentia sedis suffitu reprimit*: quo loco lege, *procidentias*.

CAP. CII. ...] ... non ignoramus Medicis partes eas plerunq; dici, quæ fluxione tentantur infestantúrve. Attamen hoc loco dubium haud abs re fuerit, vtrum per ... vesicam Diosc. intelligat fluxione tentatã, an verò vesicam ex qua lotium paulatim guttatímve destillat. Nam & de Cupressi foliorum viribus agens Plinius, lib. 24. cap. 5. stranguriæ posse mederi prodidit. Ac reuera Cupressus partibus sui omnibus & humorum ad vesicam fluentium impetum vi sua astrictoria inhibere, & ipsum quoque vrinæ stillicidium ex retentricis facultatis imbecillitate ortum, tum illa eadem astringendi, tum etiam resiccandi vi compescere posse creditur. Fortasse verò quærat aliquis: Si destillationibus in vesicam illo modo conuenit Cupressus, quomodo simul etiam dysuriæ, hoc est, vrinæ difficultati auxiliabitur, quã certum est alio quàm astringente remedij genere curari oportere? Sed vt eam dysuriam non est verisimile vsu Cupressi foliorum iuuari quæ ab obstructione ducit originem, ita ei quæ ab inflammatione aut vlcere aut etiam acrium humorum influxu ortum habet, non video cur aliqua ex parte mederi non possit. Nam quod ait Manardus, Cupressi folia, dum aluum astringũt, vrinam cõcitare: id Cupressum, haud secus ac astringentia reliqua, non per se, sed ex accidenti

duntaxat, repercusso nempe liquore, præstare, etiam vitio nullo laborantibus vrinariis meatibus, vnicuique constat.

CAP. CIII. ὁ δὲ μαιωτικὸς] Quoniam vix erat credibile veræ Iuniperi, quátumuis vastę ac proceræ, grana vspiam reperiri, quæ nucis iuglandis magnitudinem æquarēt: non male fortassis, cum vetusti codicis, tum etiam Serapionis autoritati fidem hoc loco habeǹdam, & ἀντὶ τῷ, καρύῳ μεγέθος, καρύῳ ὅτε, legendum esse iudicaui. Cæterùm quę ab Interpretibus aliis ad capitis huiusce calcem adijciuntur, æque ac de maiore Iunipero caput integrum, quoniam in Dioscoridis nothis reperiuntur, vnde ea repetere cuius in promptu fuerit, hoc loco prætermittere visum est.

CAP. CV. καρπὸς δὲ ἴσχει ὥσπερ] Fecit Serapionis, Interpretis minime spernendi, autoritas, vt Catacuzeni exemplari maiorem fidem habuerim: quod quidem ideò hac in parte secutus omnino sum. Attamen ἀντὶ τῷ μακρότερον, μακρόπεον Serapio legisse videtur: neque de toto fructu seu cono (quem constat hauddubie in magna Cedro, quam *Cedrelaten* à quibusdam vocari ait Plinius, lib. 13. cap. 5. cupressino non paulò maiorem longiorémve esse) sed vnà cum ipso Plinio, dum scribit *Cedri maioris frugifera semen cupresso simile*, καρπὸ vocem hoc loco de solo semine accepisse: quo quidem modo & alibi plerisque in locis vsurpari à Dioscoride, facile est obseruare. Porrò cum illa nostra lectione non male quoque quadrant, quæ apud Theophrastum, Gal. & Pliniū de duplici Cedri arboris genere habentur. Sed & ipse Diosc. lib. 5. de vino cedrino agēs, palàm Cedri maioris fructuū meminit, ad minoris Cedri fructuum differentiam. Cæterum quod de Cedriæ fuligine nonnulli ad capitis calcem reiecerunt, sunt qui in plerisque exemplaribus planè desiderari asserant.

ἐπὶ τῶν αὐτῶν] Vulg. cod. ἐπ' αὐτοῖ. sed necessariò legēdum videtur, ἐπ' αὐτοῖς κρόταφας φθείρει, vel, ἐπ' αὐτῶν, vti legitur in vetusto quodam codice Bibliothecæ Palatinæ: sic & ex eodem codice αντὶ τῷ, καὶ εἰς ὅσι τὰ κατὰ γυναῖκας, legere visum fuit, καὶ ... &c. Sic numerus numero, genus generi aptiùs respondet. Ad eundem modum sub finem capitis, quoniam de τῷ ... agitur, ἀντὶ τῷ μέγιστοι, μέγιστον restituendum videtur.

CAP. CVII. ἀκοὴν καὶ ὄψιν] Addit Galenus lib. 8. simpl. eiusmodi Platani lanugine spiritu attracta inspiratáve, arteriam quoque offendi: quippe cùm ea vehementiùs exiccet & exasperet: quo fit vt vox non obscurè vitietur.

CAP. CIX. ἔτι δὲ ἱστοροῦσιν] Citatur Tarentinus in Geoponicis, qui particulatim docet, si caudici Populi nigræ conciso, & per terram strato, fermentum aqua resolutum infundatur, fore vt illico prosiliant ægiritæ fungi.

CAP. CX. ἐν τῇ Βαρβαρίᾳ] Barbariam Gangetis Indiæ fluuij insulam innuere videtur. Gal. etiam, Paulus & Aëtius de hoc ipso Macere, ab Arabum maci proculdubiò discrepante, verba facientes, ἐκ τῆς Ἰνδίας seu Ἰνδικῆς solitum asportari commemorant.

CAP. CXI. ἡ τῶ φλοιοῦ τῶν ῥιζῶν] Fortè legendū ἡ τῶν ῥιζῶν. Quod enim hic de radicū corticis decocto dici videtur, id simpliciter de radicum decocto Gal. Paulus, Aëtius & Oribasius videntur intellexisse. In vetusto etiam codice Bibliothecæ Palatinæ sic legitur: τὸ δὲ ἀφέψημα τῷ φλοιοῦ, τῶν ῥιζῶν, ἢ τῶν φλοιῶν, vbi legendum, τῶν φύλλων.

CAP. CXII. αἱ τῶν σαπρότητες ξύλων] Quæ hîc de lignorum Carie à Dioscoride dicuntur, de vlmi potissimùm Carię intelligi debere satis ex eo patet, quòd capiti de vlmo statim subiicitūtur. Huc adde quòd Galenus idipsum satis innuit, lib. 8. de simpliciū medicamētorum facultatibus: quo loco, σαπρότης, inquit, ξύλων, καὶ μάλιστα τῶν μετέχει στύψεως τε ἅμα καὶ ῥύψεως, ὥσπερ καὶ ἡ πτελέα, καθαίρει & ἀναπληροῖ τὰ ὑγρὰ τῶν ἑλκῶν. hoc est, *Caries lignorum, maximeque eorum quæ astrictionem simul & abstersionem participant, veluti vlmus, vlcera humida expurgant & implent.*

ἐν ὀθονίαις τι καθεῖσα] V. codex καῖον legit, quem secutus est Serapio: quasi voluerit Diosc. lignorum Cariē linteis inditam cum iis simul & semel cremari, deindéque tritam vlceribus serpentibus aspergi, vel potiùs, eandem vstam tritámque indi rariori linteo, quò tenuissimus saltem puluisculus serpentibus vlceribus inspergi possit. Malim enim itidem καταπασσόμενον legere, quàm cum vulgatis exemplaribus καταπλασσόμενον: siquidē pulueres rectiùs asperguntur, quàm inducantur illinantúrve. Ego eandem lignorum Cariem etiam non vstam rariori linteo inditam, & vlceribus inspersam, in eūdem vsum accommodari posse minimè negauerim. Seu tamen iuxta veteris exēplaris fidem καῖον, seu etiam cum vulgatis codicibus καθεῖσα, legere placuerit, equidem non nimiùm repugnauero.

τὸ δὲ αὐτῶν δάκρυον] Vt Poëtæ tum Græci tū Latini, ita & Historici nonnulli fabulæ huius mentionem faciūt: Ouidius verò 2. Metam. eam perbelle explicat, dum Heliadas Nymphas commemorat, Phaethontem fratrem à Ioue fulmine ictum, & in Padum fluuium delapsum, apud eius fluminis ripam menses aliquot insolabiliter defleuisse, tandémque Iouis commiseratione mutatas in Populos arbores, quæ lacrymis suis iuxta eum ipsum fluuium Electrum fundant:

Inde fluunt lacrymæ, stillat aque Sole rigescunt
De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit gestanda Latinis.

Ex fabula multis imposuit, vt Electrum Populi lacrymam esse crediderint: sed eam sententiam & Plinius & ipse Lucianus iam satis exploserūt. Porrò cùm variæ adhuc sint ac discrepantes de Electro sententiæ, eorum opinio qui bituminis genus quoddam esse censent, probabilior esse videtur, quàm eorum qui arboris alni, cedri aut pinei generis, lacrymam esse arbitrantur.

CAP. CXIIII. σύριγγιας καλάμους] Sunt qui ex Theoph. & Plinio non καλάμους aut σωλῆνας, sed potius ἐγκαρπίους legendum existiment. Nā ille de variis Arundinum generibus agēs, lib. 4. hist. cap. 12. καὶ ὁ μὲν συριγγίας, inquit, ὃν καλοῦσί τινες αὐλητικόν, οὐδὲν γὰρ ἔχει ἐντὸς ἢ ξύλου καὶ σαρκός: ex quibus verbis, facile est colligere, Syringiam perparum ligni carnisque obtinere. Hic verò lib. 16. cap. 36. *Calamus alius totus concauus, quem Syringiam vocant, vtilissimus fistulis, quoniam nihil est cartilaginis atque carnis.* Ac reuera quidem, si eiusce Calami ex sententia Dioscoridis vsus etiam fuit ad librorum scriptionem, vel, vt Plinij verbis vtar, si chartis seruire solitus erat, non est verisi-

mile fuisse vsqueadeò πολύσαρκον, sed vacuum potiùs & inanem fistularum modo. Hinc enim probabiliùs σύριγξ seu συριγγίας dictus est, quàm quòd vti voluit Plinius, fistulis vtilis aptiúsve esset: quemadmodum è prioribus vnus tibiis tibiarúmve ligulis, alter sagittis conficiendis. Qua quidem ratione hic etiam Democrito 2. Geopon. vbi de inuestigandis aquis agitur βελίας, Theophrasto τοξικὸς, Plinio sagittarius appellatur. Hic vt αὐλητικὸς Theophrasto, ita Plinio tibialis, ac deinceps in ζεύγιτον & βομβύκιον subdiuiditur. Et hūc quidē rursum ita dictum verisimile est, vel quòd vermiculis bombycibus dictis corporis exilitate & strigoso habitu similis esset, vel quòd ob strigosam maciem sonum non ederet tibia dignum, sed bombum duntaxat. Ille Plinio aucupatorius cognominatur, quòd eo fortassis aucupes viscato ad capiendas aues vterentur, vel quòd ex eo laquei ad easdem captandas, ζυγοὶ etiam seu ζυγοὶ Veteribus dicti, destinarentur. Alio nomine armamentarius eidem Autori dicitur, vti certè iudico, quòd ad vinearum armamēta, hoc est, iuga seruiret. Iugalem vertere maluit doctissimus Dalechampius, ex eoque ζευγίτην cognominatum autumat, vel quòd ex eius internodiis coniugatis compingerentur fistulę, vel quòd eiusmodi arundine transuersa sublimes iungerentur vineæ, quæ ab eo iugatæ dicebātur Varroni, lib.1. de re rust. cap. 8. vti fortassis eadē arundine characia dictæ alligabantur, vt subrectæ adeóque pedatæ starent: siquidem χάραξ fœminino genere, quibus vineæ fulciuntur ridicas seu pedamenta significat. Sed & ille idem aliud affert ζευγίτου cognominis etymon, quòd scilicet ad nuptiales siue coniugales tibias esset accommodata. Sic enim Apul. 4. Asin. nuptiales etiam tibias vocat zygias, quasi iugales, sicuti Iunonem zygiam, *cui vincla iugalia curæ*, vt inquit Poëta. Sed hæc nimis multa. Quòd si quis longè plura quàm hoc capite recenseantur à Dioscor. arundinum genera desideret, Theophrastum & Plinium legat, locis antè citatis.

CAP. CXV. ἔχει δὲ καὶ ῥίζα] Quæ hic à Diosc. de radice efferuntur, veriùs Theophrastus, lib. hist. pl. 4. cap. 9. papyri caulibus seu thyrsis tribuere videtur, quanquam Herodotus in EVterpe non caules totos, sed eorum inferiorem tantùm partem radici proximā mandi solitam prodidit, eximia quadam suauitate, cùm in luculēto furno torretur. Sed esto fides penes Guillandinum virū doctissimum, qui fuit bibli seu papyri AEgyptiæ αὐτόπτης fide dignissimus.

CAP. CXVI. καρπὸν ὥσπερ ἄνθος φέρει] Contrà, & falsò quidem, Plinius lib.16. cap.26. myricam (siquidem myrica eadem est cum tamarice) nullum fructum, hoc est, ne semen quidem ferre, proptereáque à vulgo infœlicem arborem appellari, scribit. Nihilominus idem sui velut immemor, lib. 24 cap. 9. satiuæ tamaricis (duplicem enim cōstituit, syluestrem, inquā, sterilem: satiuam, mitiorem) fructum lignosum maiorem galla tribuit: rursúmq; dum tamaricis vires persequitur, seminis peculiarem vsum minimè prætermittit.

CAP. CXX. ἐν παραθαλασσίοις] Non tantùm quia in maritimis nascatur hic frutex, vt voluere quidā, nempe ἀπὸ τῆς ἁλὸς, ἅλιμος seu ἅλιμον aspiratè dicitur, sed etiam quia, testibus Gal. Paulo & Aetio, gustu sit ἁλμυρὸς, hoc est, sapore salso: qua quidem ratione alio etiam nomine ab Aetio ipso ἁλμυρὶς dicitur. *Halimon alij olus marinum esse dixêre salsum, & inde nomen*, inquit Plinius, lib. 22. cap. 22. Quare manifestò falluntur qui alimon citra aspirationem scribendum putant, itáque dictum hunc fruticem credunt, quòd famem depellat, aut gustantes esurire non patiatur: huius tamen sententiæ fuit Solinus, qui quidem in Polyhistore, cap. 16. herbam in Creta esse commemorat ἄλιμον dictam, quæ admorsa diurnam famem prohibeat. Sed vide num Solini ἄλιμος, à Dioscoridis halimo planta diuersa fuerit.

CAP. CXXI. λευκὸν καὶ λιγνυῶδες] Vt λιγνυῶδες aut λιγνυώδης potiùs, quàm λιγνυώδης, hoc est, fulcū seu fuliginosum, legendum credam, facit locus ille Theoph. 3. hist. plant. cap 17. de paliuri fructu, quo ipsum à Medicis ad tusses vsurpari tradit. ἔχει δὲ σπέρμα, inquit ille, γλισχρότητα καὶ λιπαρότητα, ὥσπερ τὸ τοῦ λίνου σπέρμα, hoc est, *lentorem ac pinguitudinem quandam habet, quemadmodum lini semen*.

CAP. CXXIII. μαλακὴν τραχεῖαν μυρσίνης] De Cynosbato, quod cum Cynorrhodo, aut certè huius specie quadā, vnum & idem esse videtur, sic Theophr. lib.3. cap.18. ἡ δὲ κυνόσβατος τὸν καρπὸν ἔχει ἐρυθρὸν, καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόας. (Fortè, ῥόδου) ἔστι δὲ δένδρου καὶ θάμνου μεταξὺ, καὶ παρόμοιον ταῖς ῥοαῖς. τὸ δὲ φύλλον ἀγνῶδες ἔχει, est, *Sentis caninus fructum gerit rubentem & rosæ fructui similem. Est verò inter arborem & fruticem, Punicæ arbori non absimilis: folium, quale vitex*. Illum eundē locū ex Theophr. citans Athenæus, paulò aliter legit, scil. illic, παρόμοιον τῇ ῥοιᾷ, hic verò ἀγνῶδες. quam quidem vocem retinet Dodonæus, quasi cynosbati folium splendens esse voluerit Theophrastus. At Plinius ἰχνῶδες vel ἰχνώδης legisse videtur, dum Cynosbati folium hominis vestigio comparat. At ego censeo apud Theophr. potiùs legendum, τὸ δὲ φύλλον ἀκανθῶδες. Est enim cuiusdā rosæ caninæ folium non asperum modò, sed & aculeatum. Hanc meam confirmat vtcunque sententiam Varinus in suo Lexico, dum de Cynosbato habet in hunc modum: Κυνόσβατος φυτόν ἐστι, ὅμοιον ῥόδῳ ἔχει τὸν καρπὸν. ἔστι δὲ μεταξὺ δένδρου καὶ θάμνου, παρόμοιον ταῖς ῥοαῖς ἢ ταῖς ῥοδέαις, ἀκανθῶδες. i. *Cynosbatus planta est, similem rosæ fructum gerens, inter arborem & fruticem media, Punicis arbusculis aut rosis assimilis, aculeata*.

ἀποξυσμένος ἐν οἴνῳ] Andream Lacunam (qui ἀποξυσμένος & πινόμενος legit, non item ἀποξυσμένον & πινόμενον, vti in impressis codicibus habebatur) ideò secutus sum, quòd verisimile fit lanuginem Canirubi tam per se, tū quouis modo paratam, arteriæ grauiter infestam esse: neque facilè crediderim modum vtendi fructu Canirubi diligēter repurgato, à Dioscoride prætermissum fuisse, vt interim modū vtendi toto genere malefica quæ intus latebat lanugine ascriberet. Huc adde quòd & ipse Serapio, nō spernēdus Diosc. Interpres, ad fructum ipsum ea manifestò refert, quæ Ruellius vulgata lectione deceptus, huic lanugini tribuere visus est.

CAP. CXXIIII. φύλλα ἔχον ἐλαίᾳ] Cyprum AEgyptiam, longè aliter ac Diosc. zizyphi foliis, & semine coriandri describit Plinius, lib.

12.cap.24. Ibidē tamē, vt & lib.23.cap.4. videtur ambigere, vtrum ea Cypros sit, quæ in Italia Ligustrū vocabatur: dum id ita esse, non ex sua, sed aliorum potiùs sententia, pronuntiat. Sunt & hodie è recentioribus non parum multi, qui palàm affirment, Cypron Orientis ab Italiæ Ligustro differre, insuperque Ligustrum Italorū, ac ipsius etiam fortasse Virgilij, cum Dioscoridis Phillyrea, proximo capite describenda, vnum & idem esse suspicentur.

τριχῶν χολάς] Plinius de Cypri (quam ligustrū esse autumat) folijs, lib.23.cap.4. *Ipsa*, inquit, *rufant capillum tusa, adiecto struthij mali succo*, &c. Sed fallitur ille nominis ὁμωνυμίᾳ, dum struthij mali succum adijcit, quoniam Diosc. constat de struthij, seu herbæ lanariæ, succo potiùs egisse.

CAP. CXXV. *φιλυρέα*] Phillyreæ vocē, contra quàm fecerint plerique Interpretes, retinere placuit: quoniam manifestum discrimen deprehenditur inter hanc *φιλυρέαν*, & Latinorum Tiliam, quæ Theophr. est *φιλύρα*, in marem & fœminam distincta. Neque tamen ignoro à Plinio tiliæ dotes eas assignari, quæ hic à Diosc. Phillyreæ tribuuntur. Sed cum constat Phillyream Diosc. cum Theophrasti Philyra perperam confudisse.

CAP. CXXVI. *αὐτῷ ἄρρενος, ὥσπερ ῥοιᾶς*] Ita lego ex v. cod. Catacuz. exēplar, quemadmodū annotat Matthiolus, habet *ὥσπερ ῥόδα*, nec malè. Nā reuera Cisti flos, quoad figurā, cynosrhodi aut rosę syluestris florem æmulatur. vnde & Arabes nonnulli Cistum rosam syluestrem vel caninam, nimirum à floris similitudine nuncuparūt. Veruntamen si colorem spectes, mas à fœmina discrepat: siquidem masculo flos est rubens &, vt ait Theophrastus, *ὑποπορφυρίζων*, hoc est, *ad purpuram ardens*, qualis propemodum est mali Punicæ flos: fœminæ autem, albus est, decolor & obsoletior. Plin. lib.24. cap.10. de Cistho (nam & aspiratè hoc modo, vt à Gal. ita etiam à Plinio scribitur) verba faciens: *Duo*, inquit, *eius genera: flos masculo, rosaceus: fœminæ, albus.* Nos ideò in Dioscoride verba aliquot desideraremus, quę ex Theoph. lib.6 facilè restitui sic possent: *δύο δὲ ἔστι καὶ τοῦ κίσθου γένη· τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ· ἀμφοτέρων αὐτῶν ὅμοια ῥόδοις τοῖς ἀγρίοις τὰ ἄνθη· ἄρρενος μὲν, ὑποπορφυρίζοντα, ὥσπερ ῥοιᾶς· τοῦ δὲ θήλεος, λευκά.* *Cisti duo sunt genera: mas & fœmina. utriusque flores rosis syluestribus similes: maris, quidē ad purpurā inclinātes, veluti Punicæ: fœminæ verò, candidi*, &c. Attamen vt hactenus religio mihi fuit quicquam citra vetustiorum aliquot exemplariū fidem immutare, ita neque hoc loco quicquam immutādum cēsuerim: isthæc tantùm quæ paucis à Diosc. comprehensa fuēre, clarioris descriptionis gratia paulò fusiùs explicare visum est.

CAP. CXXVIII. *ἡ φύλλα γὰρ αὐτοῦ ποιμένες*] Plinius, vti lib.16. cap.24. nominum *κισσὸς* & *κίσθος* vicinitate deceptus, nonnulla hederæ tribuit, quæ ad Cistum potiùs pertinent: ita & eodem ductus errore, lib.12.cap 17. ladanum *æsypum esse scribit hircorum caprarūmue barbis genibusque villosis inhærentē, sed hederæ flore deroso, pastibus matutinis, cùm est rorulenta Cypros*, &c. Neque verò ex hedera, vti neque ex herba alia Cypria, lada dicta, quod ipse voluit, sed ex Cisto ledo, qui non herbarum, sed fruticum generi accensetur, legitur Ladanum, quemadmodum præter Dioscoridem, Galenus cæterique omnes haud obscurè testantur.

CAP. CXXIX. *κόμματα ἢ ἀκάνθινα*] Vetustissimus codex, si Lacunæ credimus, habet pro *κόμματα, κομμίματα*: & ita meritò legendum censuēre Marcellus & Cornarius, quibus facilè assentior: quanuis itidē non ignoro in Arriani perip. maris Erythyæi, mentionem fieri phalaggum sasaminarum atque ebeninarum. Porrò *ἀκάνθινα ξύλα* interpretor, acanthi arboris ligna. Est verò acanthus arbor, non quidem ea cuius lignum Brasilium appellatur, vti docti quidam voluere, sed alia, cuius materiam ceu robustam & incorruptā, ad nauium fabricam magnopere commendauit Theophrastus, lib.4.c. p.3. Eiusipsius meminit Virg.2.Georg. *Balsamaque & baccæ semper frondentis acanthi.* Ea autem ipsa arbor quibusdam esse non malè videtur, quæ & AEgyptia spina Diosc. dicitur: cuius quidem succus acaciæ nomen obtinuit.

ἀκόναις δὲ αὐτῆς ἀκόναι] Siue intelligas ebenum super coticula tritam collyriis indi, quod paulò post clariùs innuere videtur Diosc. siue ex ebeno pararecoticulam, ad quam collyria ipsa affricētur & atterantur, eodem ferè res redit. Plinius quidem ebeni ligno ad cotem trito caliginem discuti dixit, lib.24. cap.11. At Serapio ex ebeno parari coticulam (fricatorium vertunt) cūi collyria affricentur. Constat certè quidem ex Galeno, 6. simpl. ebenum ex iis esse lignis, quæ trita cum liquore facile soluuntur, æquè ac lapidum nonnulli. Ideóque vtrouis modo locum hunc interpreteris, certum est terendo resolui ebeni materiam, quæ collyriis commodè & vtiliter excipiatur. *Ἀκόνη* porrò nomine non tantùm coticulam Græcis significari, sed etiam medicamentum ipsum ad cotem tritum, siue metallicū, siue alius generis fuerit, ex alio Diosc. loco, lib.5. cap.144. cap. de hæmatite, palàm fit: vbi, *γίνεται δὲ* (inquit) *καὶ κολλύρια ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀκόναι πρὸς τὰ ὀφθαλμικὰ* ... hoc est, *fiunt & ex eo collyria, itémque, eodē ad cotem affricto cum liquore quopiā succus veluti exprimitur, qui ceu & illa, ad affectus oculorum accommodantur.* Quanquam & coticulas, vti ex ebeno, ita & ex hæmatite fieri nihil vetat.

καὶ τρίβειν ἐν σκιᾷ] Aliquot verba desiderari, aliquot etiam transponi hoc loco videbantur, quæ tamen facile fuit ex Serapione restituere. Idcirco in loci huius interpretatione, non tā Dioscoridis verba, quàm ipsius mentem, reddere visum est. Neque enim ipsum rosarum magma in vmbra teri, dum cogeretur: sed ipsum potiùs succum expressum in vmbra reponi, dum spissesceret, Dioscoridem voluisse tam certum est, quàm quod certissimum.

CAP. CXXXI. *καὶ μετὰ τὸ ξηρανθῆναι*] Pliniū secutus ita cōuerti: & postquam inaruerint corpori, frigida abluuntur. Illius enim hæc sunt verba, lib.21.cap.19. *Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut a balineis inarescant corpori, dein frigida abluantur.* Et hoc ipsum Græca Dioscoridis manifesto sonare videtur: quasi velit, roseos pastillos, siue corpori aspergantur, siue illinantur à balneo, vbi exaruerint, frigida elui. Ruellius aliter: post roseorum pastillorum vsum, vbi inarue-

rint à balneis corpora, frigida voluit ablui. Autoris mêtè vter fœlicius assecutus sit, vnusquisq; iudicet. Cæterùm cùm in Græcis quotquot hactenus occurrêre codicibus ἀδιαφόρως legeretur manifesto errore, ἀδιαφόρως reponendum iudicauimus.

Cap. cxxxii. πλατεῖαι, πλατεῖας] Sic legit Serapio: attamen Oribasius πλατείας, hoc est, latas, legisse videtur: atque sic etiam in codice Palatino habetur. Plinius quoque lib.12 cap.7. de hac ipsa spina verba faciens, radicē eius latam lignósamque & buxei coloris esse prodidit. Sic rursum paulò pòst αἱ ῥίζαι, αἱ φύλλοις ἐπὶ δὲ &c. αἱ ῥίζαι, seu potiùs ῥίζων ἀπὸ τῆς, &c. legit Oribasius, itémque Ruellius: & hanc quidem lectionem magis probasse videtur Plinius, lib.24.cap.14. *Coquuntur*, inquit, *in aqua tusi rami radicesque*, &c.

ἀκανθα φύεται] Arbor hæc ἄκανθα dicta, simpliciter ἄκανθα seu ἄκανθος Theophr. lib. hist.4. cap. 3. ex eo dicitur, quòd tota arbos aculeis horreat, excepto caudice. Eidē verò lib.9.c.1. cū adiūcto ἄκανθα Αἰγυπτία, hoc est, spina AEgyptia cognominatur. Plin. itidē lib.13.c.9. spinam AEgyptiā vocat: at lib.24.cap.12. Acaciæ spinam, eamque duplicem facit, albam inquam & nigrā: id quod de arboris eiusce materia varia scripserat Theophrastus non satis, opinor, assecutus. Eiusdem enim arboris materia quæ priùs candida fuerat, vetustate nigrescere potuit atque indurari, adeóque putredini magis obsistere, quod & plerisque aliis lignorū generibus accidit. Gal.6. simpl. eiusdē arboris meminit, Acaciæ nomine. Enimuerò quam non ita multò pòst spinam AEgyptiā appellat, eadem est cum Dioscoridis Arabica, herba scil. è carduorum genere, de qua lib.3. Atque illud Aëtio erroris causam præbuit, vt quo loco eiusdem spinæ AEgyptiæ vires ex mente Galeni tradit, ex eadem præparari solitam Acaciam minùs rectè adiecerit.

ἐν λοβοῖς] Folliculos Acaciæ, λοβοὺς ἀκάνθης appellat Gal. lib.2. de comp. med. κατὰ γένη. vti & ipse Diosc. lib.1. λοβοὺς ad differentiam τῶν κερατίων simpliciter dictorum, hoc est, siliquarū arboris Ceratoniæ.

ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ] Orib. ἐν ἡλίῳ, ad Solem. Sic etiam Plin. lib.24. cap.12. *Spissatur succus ex folliculis aqua cœlesti perfusis: mox in pila tusis exprimitur organis: tunc densatur in Sole mortarijs in pastillos. Fit & ex folijs per se minùs efficax.* Sed quem succum Diosc. è solo semine videtur exprimere, ille apertiùs è folliculis simul & semine exprimit: quanquam & vox καρποῦ, qua vtitur Diosc. semen cum suo pericarpio complectitur.

τὸ ὑπόκιρρον] .i. qui modicè fuluus rufúsve est. Nam qui valdè rufus est, vti & qui nigerrimus, Plinio improbatur.

κόμμι δ' ἐκ τῆς ἀκάνθης] Theophr. lib.4. hist. cap. 3. gummi tradit è spina AEgyptia vulnerata manare, nec non etiam sponte ac citra scarificationem gigni. Id genus gummi Marcellus Empiricus acanthinum cognominat. Gal.7. de comp. med. κατὰ τόπους, Thebaicum: fortè quia eius arboris ingens esset sylua in Thebæo agro, vti testis est Theoph. loco citato. Serapio Arabicum nuncupat: quanquam à vulgari nostro Arabico, quod veriùs est variarum arborum miscellaneum gummi, omnino discrepat.

πλύνεται δὲ καὶ εἰς τὸ ὀφθ.] Lauatur succus, vt acrimoniam seu potiùs vehementiorem astringendi vim deponat. Sic enim imbecillior ac minùs mordax redditur, vti docet Gal.6. simpl.

κεκαυμένον μετὰ ὕδατος] Forte κεκαύσθω: sic enim aptiùs ad χυλὸν referetur: aut etiā κεκαυμένη, quemadmodum quod posterius est, ὀπτωμένη, siquidem ad Acaciam referre malueris.

ἐν ὠμῷ χύτρῳ μετὰ κεράμου] Ἀφερμηνευτικῶς mentem Autoris reddere conatus sum. Viderint alij, an rectius eum succū fictili nouo inditum vri debere intelligendum sit in fornacibus, in quibus & ipsæ tegulæ, aliáque id genus opera fictilia percoquuntur: an verò etiam vri eundem in noua olla, quę tegula obducta operculatáve fuerit.

ἐν Καππαδοκίᾳ] Hoc ipsum est Acaciæ genus in Galatia genitum, cui Galatico cognomen apud Plinium. Et certè quidem Galatiæ regio ab Oriente Cappadociæ, à Septētrione Ponto EVxino vicina est.

ὅμοιον φακῷ] *Semen omnium* scribit esse Plin. lib.24. cap.12. *lenticulæ simile, minore tantùm grano & folliculo:* quasi vtrunque Acaciæ genus simile haberet semen lenticulæ: sed fortassis eo loco pro *omnium*, *huius* legere satius fuerit, vt de Galatico intelligatur, cuius postremò meminit.

Cap. cxxxiiii. τὸ χάμαιον] χάμαιον malim, vt aptiùs τῷ ἐγγυώμενον respondeat. Cæterùm αὐτὰ τὰ, καὶ ὁμοίως, ex fide vetusti exemplaris καὶ ὁμοίως, cum Cornario legendum censui. Sic quoque Plinius & Serapio legisse reperiuntur.

Cap. cxxxv. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν] Sic Gal. lib. 6 de simpl. medic. facult. Viticem calidum & siccum esse prodidit etiam in tertio excessu. Cōtrà verò lib.1. de alim. facult. Viticis semē corpori siccans & refrigerans alimentū præbere cōceptis verbis asserit: quo certè quidē loco mēdum subest, vt ex Aëtio 1. Tetrab. ser.1. eadem Galeni verba repetente & emendante licet colligere: aut saltem refrigerare viticis semen eatenus dicendum est, quatenus veneris impetus inhibet. Sed rursum 2. κατὰ τόπους cap.1. Viticem moderatè refrigerare, atq; adeò, ex Archigene, nonnullis aliis permistum dolori capitis à causa calida oborto conuenire innuit. Rectiùs igitur de virentibus Viticis foliis hæc accipiēda dixerim, quippe cùm prædominantis humiditatis ratione non vsqueadeò calfaciant: maximè verò si cum lauri foliis suapte natura calidissimis conferantur. Adde quòd quoniam longe tenuissimarū sunt partium, æquè ac alia quotquot sunt λεπτομερῆ, facilè eorum quibuscum permiscētur, siue calfaciant siue refrigerent, vim exacuunt & adaugent.

ἀλγεῖται δὲ καὶ κεφαλῆς] Sic ἄγνου καρπὸν κεφαλαλγῆ ὑπάρχειν, asserit Gal.6. simpl. At contrà 1. de facultat. nat. de eodem semine agens, κεφαλῆς δ' οὐχ ἅπτεται, ὡς ἐκεῖνο ἡ κάνναβις. Pugnantia hæc loca facile fuerit cōciliare, si fateamur tentare quidem caput Viticis semen, vti reipsa facit, at nō quantum cannabis. Illic enim simpliciter agitur de Viticis semine, hîc verò cum cannabis semine comparatione facta.

Cap. cxxxvi. ἰσχυρὰ φύλλα τὰ πρὸς γόνιμα] Idem de Salicis foliis tradere videtur Plin. lib.24 cap. 9. his verbis: *Folia contrita & pota intemperantiam*

libidinis coercent: atque in totum auferunt usum sæpius sumpta. At lib.16.cap.26.idipsum semini tribuit, cùm scribit, *Salicis semen mulieri sterilitatis esse medicamentum esse*: quibus verbis aliud nihil innuere voluit, quàm sterilitatem inducere. Fieri verò etiā potuit, vt Salicem ὠλεσίκαρπον, hoc est, frugiperdam, dixerit Homerus, non tantùm quòd ocyssimè semen amittat, antequam omnino maturitatem sentiat, vti voluit Theophrastus: sed & quòd viri semen ita infœcundum reddat, vt à fœmina non cōcipiatur. Nā & μιξαφροσεως semē humanum καρπὸς dici potest, haud secus ac mulierem grauidam ἔγκαρπον & Venerem fœcundā εὔκαρπον dixere. Cęterum Galenus & ipsum secuti Paulus & Aëtius, hoc Salicis semen, καρπὸν Theophrasto & Dioscoridi dictum, florem solùm appellare videntur, quasi seminis nomen minimè mereatur, eò quod vix vnquam ad maturitatem perueniat, & ante ipsam in araneam abeat, vti scribit idem Plinius, loco priùs citato.

ὀπισμαχρόν] Eiusmodi succi salicis, è plaga manantis exciso cortice, mentionem quoque facit Plinius, lib.24.cap.9. sed ibidem duûm aliorum succi generum prætereà meminit, nempe eius quem arbor ipsa exudat gummi modo, & eius qui detruncatione ramorum à salice destillat.

CAP. CXXXVII. διὸ καὶ μέσφυλα] Ista tum de succo, tum etiam de ipso decocto intelligenda sunt: alioqui non μέσφυλα, sed μεγὰς legendum foret.

CAP. CXXXIX. δυσκοίλιος, ἀδύμαχος] Oliuam κολυμβάδα, quam alij ἀλμάδα nominant, δυσκοίλιον, hoc est, aluo incommodam, esse, nimirum aluum astringere, ait hoc loco Dioscorides. Diphilus quoque Siphnius apud Athen.lib.2. eandem κοιλίας κακλῶν afferit. Contrà Gal.2. de alim.facult. cúmque secuti Paulus, lib.1.cap.82. & Aëtius Tetr.1.ser.2. cap.266. oliuas eiusmodi aluum subducere conceptis verbis asseruerunt. Ergo vt hos Dioscoridi concilies, dicas oportet δυσκοιλίους à Dioscoride dici, non quia aluum astringant, sed quia fortassis aluo aduersentur, ventrisque dolores pariant: Vel, si (quod magis placet) priorem interpretationē retinueris, quæ à Galeno aliisque de oliuis eiuscemodi prodita sunt, conditionaliter vera esse fatebere, si modò inquam cibis aliis etiam sine pane præsumantur, quod clarissima eorum verba manifestò testantur.

CAP. CXLI. ἑτοιό τινι σκαμμωνίᾳ] Paulus AEgineta lib.7.rei Medicæ, non scammonio, sed Ammoniaco tenui, hoc est, guttæ quam vocant Ammoniacæ, assimilauit. Tu itaque videris, num ἀντὶ τῆ σκαμμωνίᾳ, ἀμμωνιακῷ λεπτῷ, legendum hoc loco fuerit. Neque verò obstat quod paulò pòst subiungit Autor, lacrymam Ammoniaco similem inutilem & inefficacem esse. Nam de ea lacryma, quæ ammoniacum vulgare, nimirū crassius, sordidius impuriúsve referat, hoc accipiendum existimauerim.

CAP. CXLVI. ἡ δ᾽ὀμφακ ἰμφαλ.] Has duas Gallarum species agnoscit Gal.7.simpl. omphacitidem inquam minorem, & grandiorem alteram flauam atque fungosam, quam à rusticis non οἰνομανίδα, vt voluêre nonnulli, sed ὀνομανίδα, quasi asininam gallam, vocitari prodidit. Plinius gallæ genera, lib.24.cap.4. in solidam, perforatā: item albam nigram, maiorem ac minorem distinguit. Obiter autem annotare visum est, ne quis fortasse nominum affinitate decipiatur, à galla illa omphacitide aliud esse, quod ὀμφακὶς Paulo dicitur. Is enim lib.3.cap.de dysenteria, ὀμφακίδα ait esse, cauum illud ex quo querna glans erumpit, quóque coriarij vtuntur: βαλάνου κάλυφος, paulò antè vocauit Dioscorides, cupulam glandium Medicorum vulgus nominat. Plinio vero glandium calyx appellatur.

CAP. CXLVII. ἢ ἔνιοι ἐρυθρὸν] ῥοῦ ἐρυθρὸς siue μαγειρικὸς & ῥοῦ βυρσοδέψικον diuersi non sunt frutices, quemadmodum voluêre nonnulli, sed eiusdem fruticis partes diuersæ, diuersis dicatæ vsibus. Nam fructum rubentem coqui olim pro sale obsoniis aspergebant, & is quidem inde ῥοῦς μαγειρικοῦ nomen inuenit: foliis verò ac reliquis arbusculæ partibus coriarij ad concinnanda perficiendáve coria vtebantur: vnde & frutex ipse ῥοῦ βυρσοδέψικὸ Græcis dictus est.

CAP. CXLVIII. ὁ τῆ Ἀραβικῆ μυροβαλάνου] Mirari satis non possum, Arabicæ myrobalani descriptionem à Diosc. prætermissam: cùm tamen ex ea, tanquam suis nota & vsitata temporibus, hoc loco similitudinem desumat. Meminit & myrobalanorum Autor lib. de plantis, qui Aristoteli inscriptus est, circa finem lib.2. dum earū acerbitatis causam reddere nititur.

πῶμα δὲ λέγεται] Fortè πῖμα legendum, seruata analogia, ἀπὸ τῦ πίνομαι: quanuis etiam πῶμα pro poculo aut potione interdum, sed rariùs vsurpari non ignoro. Sic verò dicebatur decerptus paulò antè quàm maturescere inciperet Palmæ fructus, seu βάλανος, quòd potionis vicem præstaret: siquidem gustatus sitim arcere comperiebatur. Qua quidem ratione idem ipse Plinio & Solino ἄδιψος etiā vocatus est: quāuis id nominis AEgyptiæ Palmæ propriè tribui solitum agnoscant. Nam & AEgyptiæ seu Thebaicæ Palmæ ad sitim sedandam præferebantur, autore Plinio, lib.23 cap 4. Quòd si πῶμα, quasi pomum Latinorum, dictum velis qualencunque φοίνικα seu Palmæ fructum, quòd ei sit natura non minùs pomi quàm vuæ, nihil equidem repugnauero. Nam & eiusmodi fructum pomum racemosum nominat Plinius, lib.13.cap.4.

αἱ δὲ φοινικοβάλανοι] Tum ex Interpretum consensu, tum & ipsa rei necessitate vocem ἁπαλαὶ adiicere placet, vt recentes siccis opponantur. Sic etiam Plinius, lib.24. cap.4. *Palmæ*, inquit, *inebriant recentes, capitis dolorem afferunt: minùs siccæ*, &c.

CAP. CXLIX. αἱ δὲ Θηβαϊκαὶ] Palmulas Thebaicas, ita dictas quòd in Thebaide nascerentur, sunt qui existimarint Officinarū esse Tamarindos, quos ab acido sapore nonnulli ὀξυφοίνικας vocant. Sed reuera à reliquis Palmarum generibus haudquaquam differunt, nisi quòd, ipso etiā Strabone teste, lib.Geogr.17. omnium censentur optimæ ac suauissimæ, & inter eas maximè quæ Caryotæ dicuntur. Quin neque hoc caput à proximè præcedenti distingui debuit.

μετὰ ὑδρομέλιτος παλαιοῦ] Ex hoc loco coniicio fortè legendum apud Plin.lib 23. cap.4. *Succum decoctarum antiqui cum hydromelite dabant ægris ad*

uires recreandas, &c. etsi in nostris exemplaribus legamus, *pro hydromelite*.

CAP. CL. περικάλυμμα δὲ] Huiusmodi ἐλάτην, seu σπάθην, nominat Paulus κατὰ περίεργον, ἀμφίεσμα τοῦ καρποῦ ἐκφυομένου, hoc est, *fructum enascentem ambiens operimentum*. Galenus verò, 8. simpl. τὸ τῆς ἀμφίεσμα φοίνικος, quo loco ἀρίσμα deprauatè legitur. Archigenes apud Gal. 2. κατὰ τόπους, eandem σπάθην appellat, quam quidem vocem obscuriùs exponit Hesychius, τὸ ἐπ' ἄκρου τοῦ φοίνικος φλοιῶδες γινόμενον, hoc est, *quod in summa palma corticosum nascitur*. Porrò etiam apud Diosc. ἐλάτης nomine, non tantùm eiusmodi tegumentum, palmæ corticem Plinio & Columellæ dictum, significari, sed fructum quoque ipsum eo cortice inclusum, quæ sub finem capitis habentur ipsius verba manifestò testantur. Sed & alia ab his diuersa significatione ἐλάτης vocem vsurpauit Galenus, loco citato, dum τὸ ἁπαλὸν ἐκβλάστημα τοῦ φοίνικος, hoc est, *palmæ tenellum germen* esse voluit. Cum eo sensit idem Hesychius, ἐλάτην, explicans, φοίνικος τὴν κορυφὴν ἔχουσαν. Hęc obiter, Lector, annotata volui, vt Galeni ἐλάτην à Dioscoridis elate aliud esse intelligeres.

καὶ τὸ ἐγκάρδιον δὲ] ἐγκάρδιον πρέμνου vocat hoc loco Diosc. trunci quasi corculum seu medullam, quam συνωνύμως Theophrastus καρδίαν, μήτραν seu μυελὸν appellare consueuit. Neque verò sunt audiendi, qui in palma ἐγκάρδιον τοῦ πρέμνου, cum ἐγκεφάλῳ idem esse voluerunt: quamuis ipsi ἐγκεφάλῳ suum etiam ἐγκάρδιον esse non negauerim. Galenus siquidem, 2. de alim. facult. φοίνικος ἐγκέφαλον vulgo appellari ait, τὴν κορυφὴν φοίνικος, palmæ videlicet turionem seu summitatē, quam etiam citra famem à nonnullis esitari ibidem commemorat. Idem 4. simpl. ἐγκέφαλον interpretatur, τὸ ἀνώτατον μέρος τοῦ φοίνικος. i. *summam partem palmæ*. Libro verò de atten. vict. rat. tenerum germen, quod è summa ipsa planta producitur. Sic Plin. lib. 13. cap. 4 *humilium palmarum* (quas ipse *chamæropas*, Dioscorides χαμαιζήλους, Theophrastus χαμαιρριφεῖς cognominat) *dulcem* ait esse *medullam in cacumine, quod cerebrum appellant*.

CAP. CLI. ἄστομαχος, ἄτροφος] Non videtur id esse boni succi, in quo alimenti nihil est, aut certè quàm minimū, veluti ἀτρόφου voce hic designare videtur Dioscorides. Quare, dicat aliquis, Punica εὔχυμα & ἄτροφα simul & semel esse vix possunt. Ideò verò εὔχυμον, pro eo quod sapidum saporéve iucundo est, accipiendum hoc loco putauimus. Attamen etiamsi vulgatam εὐχύμου significationem retinere quis malit, nihil impedit, quominus Punica, quanuis suapte natura ἄτροφα, εὔχυμα quoque esse possint. Est enim, teste Gal. εὐχύμων duplex differentia. Ex his siquidem alia sunt quæ portionē quandam boni succi ad alimentum apti continent, sed recrementi plurimum: alia sat multum habent quod nutrire possit, minimum autem quod sit inutile. Priore igitur illo modo εὔχυμα dici Punica, quantumuis ἄτροφα, nihil vetat.

γλυκεῖα. ἀστομαχωτέρα] Doctissimus Cornarius legisse videtur, ἤτοι ἀστόμαχος, aut κακοστομαχωτέρα. Plinius certè quidem, lib. 23. cap. 6. Punica eadem dulcia stomacho inutilia dixit: *Ex his*, inquit, *dulcia, quæ apyrena alio nomine appellauimus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt, dentes gingiuásque lædunt*.

θερμαίνει πως τὸ στόμαχον] Sic Hipp. lib. 2. περὶ διαίτης, quo loco περὶ τῶν σιτίων agit, quas quidem ῥόας aliâs appellat: ῥοιῆς, inquit, γλυκείης ὁ χυλὸς διαχωρητικὸς, καυσῶδες δέ τι ἔχει. αἱ δὲ οἰνώδεις τῶν ῥοιῶν, ἧσσον καυσώδεις. αἱ δὲ ὀξεῖαι, ψυκτικώτεραι, οἱ δὲ πυρῆνες πάντων στατικοί, hoc est, *Dulcis Punici succus aluum deijcit: sed quiddam æstuosum habet. Quæ verò Punica vinoso sunt succo minus æstuosa sunt. At acida, magis refrigerant. Omnium autem nuclei aluum sistunt*.

τῶν πυρήνων ἐκ.] πυρήνων ἀπόθλιμμα vertimus hoc loco, succum ex granis seu acinis expressum. Nec enim erat verisimile, ex solis acinorum nucleis quantumuis recentibus succi vel tantillū elici posse. Πυρῆνα fateor propriè, quēadmodum paulò antè vsurpauit Diosc. lignosum esse ipsius acini nucleum, quem Gal. 8. simpl. de Punicis agens γιγάρτων nomine designauit, his verbis: τὰ γίγαρτα τοῦ χυλοῦ ἐκθλιβόμενα, quo loco acinos perperā vertunt Interpretes, cùm semina nucleósve potiùs reddere debuissent: quanuis Plinius quoq; minùs propriè de mespilorum nucleis verba faciens, lib. 15. cap. 20. quorundam mespilorum acinos molliore ligno esse dixit. Attamen orationis series πυρήνων nomine hoc loco ipsos acinos vnà cum nucleis significari satis indicat. Sic Plinius quoque, lib. 23 cap. 6. quo loco hæc eadem Diosc. verba reddere nititur. *Acinus detracto cortice tusis, succóque decocto ad tertias*, &c. Aliâs lignosus acini nucleus πυρῆνος nomine debet intelligi: vti cùm apud Theophrastum & Plinium duo Punicorum genera statuuntur, ἀπυρήνων & nucleos habentium. Etsi verò Apyrena cum dulcibus cōfundere videtur Plinius loco modò citato: attamē in vtroq; illo genere & dulcia, & acida atque etiam dulcacida reperiri, nō est quòd quisquam dubitet.

CAP. CLII. ἃ δὴ κύτινοι καλοῦνται] Itidē Galenus 6. simpl. satiuæ Punicæ florem κύτινον appellat his verbis: βαλαύστιον ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς, οἷον περ τῆς ἡμέρου ὁ κύτινος, hoc est, *balaustiũ syluestris Punicæ flos, vti satiuæ cytinus*. Sed lib. 6. de comp. med. κατὰ τόπ. primum fructus quasi rudimentum, quod primū etiā mali Punici partū nominat Plinius, ea voce designari apertissimè docet, hisce verbis: ὀνομάζονται δὲ κύτινοι αἱ πρωτόγονοι ῥοιαί. καθ' ὃν γὰρ χρόνον ἀνθοῦν παύεται τὸ δένδρον, καρπὸς αὐτοῦ φαίνεται σχηματιζόμενος εἰς ἰδέαν ῥοιᾶς, hoc est, *Nominantur autem Cytini, primogenita Punica: nam quo tempore arbor florere desinit, eius fructus figuratus apparet in speciem Punici mali*, &c. Cor. Celsus cytinos eiusmodi, tollendæ ὁμωνυμίας gratia, mali Punici capitula nominare solitus est. Cælius Aurel. lib. 4. tard. cap. 3. & l. 5. c. 2. Punici caducum, quod Græci κύτινον ῥοιᾶς appellant, cum Latinis Ampullagium vocat. Sed fallitur, cùm id genus capituli caducum dixit, nisi fortè idem voluerit quod Theoph. lib. 2. de ca. plant. facilè decidere ante maturitatem, tū ob debilem adhæsionem, tum quia, quòd calycis sit figura, cœlesti humore facilè occupetur. Alioqui enim flosculi soli ab eo erumpentes decidunt decutiuntúrve: manet verò ipsum capitulum, quo semen concipitur, ceu futurum ipsius pomi tegumentū & inuolucrum.

CAP. CLIII. βαλαύστιον δὲ τὸ ἄνθος] Tum cytini, tū balaustij nomina, aliter ac Dioscorides, accepit Plinius, lib. 23. cap. 6. Siquidē tam satiuæ

quàm syluestris Punicæ florere incipientis (*desinenes*, legendum suspicatur Cornarius) primum partum, Cytinum vocare videtur: balaustiũ verò, flosculum vtriusque, antequam malum prodeat in ipso erumpentem cytino.

CAP. CLV. ἀκραιπαλὲς δὲ] Sed & coronam myrteam, meri vapores inhibere ex sentẽtia Philonidis testatur Athenæus, lib. 15. ibidémque cur ea ταυτεχεῖς dicta sit, longiore sermone prosequitur.

ἐγχυματιζομένη τε μήτρ.] Aptiùs fortasse, vti paulò pòst: ἐις ἐγχυματισμοὺς τε μητρας ... καὶ δακτυλίου, καὶ ῥοῦς ... &c. Cæterùm inferiùs, pro ..., rectiùs videtur Interpretes legisse, ...

CAP. CLVI. εἰσὶ χεῖρες ... τῆς μυρσίνης ...] Galenus 8. simpl. quæ non tantùm in myrti trunco stipitéve, sed & in eiusdem ramis eminens appendix est, μυρτίδα vocat, quo loco hæc sunt ipsius verba: ὁ τοῦ στελέχους καὶ τοῖς κλάδοις μυρρίνης ἐπιφυσις ὄχθωδης, ἣν ἔνιοι μυρτίδα ὀνομάζουσι. Paulus AEgineta, lib. 7. hanc eandem appendicem μυρτίδα nominat, mendosè fortassis ... μυρτίδα vel μυρτίδανον. Μυρτίδες enim ipsæ myrti baccæ dicebantur, quæ nominibus aliis μύρτα & μυρτία nuncupantur. Porrò myrtidanon aliud fuisse videtur Hippocrati, 2. de morb. mul. vti etiam monuit Galenus in Gloss. nimirum in Indici piperis à Persis vocati genere quod rotundum est siue à myrti forma nomen id sortitum fuerit, siue quia, teste Plinio, myrti baccæ piperis vicem obtinebant apud antiquos, antequam piper reperiretur. Cæterùm & alia quoque ab his omnibus diuersa significatione Plin. lib. 14. cap. 16. myrtidanum appellat, vinum è syluestris myrti baccis confectũ: de cuius vsu eadem tradit, quæ Diosc. de suo myrtidano, trunci myrti appendice.

CAP. CLVII. Κεράσια δὲ αὐτὰ ἂν χλωρὰ] χλωρὰ vertimus recentia: ξηροῖς enim siue ξηρανθεῖσι opponi hoc loco videntur, vti paulò post, τὰ ... τοῖς ..., siue ... Sic Plinius cùm de siliquis agit, τὰ χλωρὰ Diosc. *recentia* interpretatus videtur. Porrò Latini viridia quoque ligna & plantas virides dicunt, quæ nondum aruerunt. Ac Plin. etiam lib. 23. cap. 6. *cydoniorum flos*, inquit, *& viridis & siccus*: quo loco viridem pro recenti vsurpauit. Cæterùm Gal. AEgineta cæterique Græci Medicinæ Principes, rectiùs aliter Cerasiorũ facultates à sapore distinxêre. Quoniam enim triplex eorum cernitur differentia, dulcia statuunt magis aluum soluere, sed stomacho minùs grata esse: acerba, aluũ sistere stomachóque vtiliora esse: acida denique ob eam quam habent incidendi vim, pituitoso excrementisque redundanti stomacho apprimè conuenire.

ἀρτηρίᾳ δὲ καὶ λιθιῶντας] Gal. 7. simpl. gummi quidem Cerasorũ arteriæ faucíumve asperitati conuenire afferit: at calculosis prosit necne, addubitare videtur.

CAP. CLVIII. τὰ ἐκ τῶν στεμφύλων συντιθέμενα] Locus hic hauddubiè deprauatus est: necdum tamen mihi satis compertum est, quomodo restitui rectè possit. Pleriq; Græcas hasce Siliquas, non minùs quàm vuas ollares, & oliuas quoque ipsas, in vinaceis condi componíve, quò diutiùs tutiúsque conseruentur, atque de Siliquis eiusmodi conditiuis hîc agere Dioscoridem existimarunt. Sed non satis video, quamobrem ex instratis eo modo vinaceis Siliquæ ciendæ vrinæ vim sibi ascisceerent. Andreas Lacuna legendum censet, τὰ ... τὰ στέμφυλα ..., quasi tum demum vrinã ciere Siliquas voluerit Dioscorides, cùm earum pulpa seu medulla prædulcis sola manditur, reiectis nimirum internis granis seu seminibus, ac etiamnũ cortice: quo modo congeneris plantæ, cassiæ nigræ seu ..., quæ & AEgyptia Siliqua dicitur, solam medullã seu pulpam vsurpamus. Plinius certè quidem, lib. 15. cap. 28. cùm in pluribus semina placeant, in Siliqua damnari prodidit. Fortassis etiam ad differentiam cuiusdam Siliquarum generis, quod seminis granorúmve expers fuerit, tale quid pronuntiare potuit Dioscorides. Serapio interpretatus videtur, *Siliquas quæ musto aut sapa condiuntur*: quod minùs certè placet. Enimuerò στέμφυλα quidem nomine non tantùm musti reliquias, hoc est, vinacea olearúmve nucleos, sed & τὰ ... seu ..., hoc est, solida retrimenta quæ vuis oleisve torculari expressis reliqua sunt, significari testantur Galenus & Athenæus: vnde & analogia quadam ipsa quoque Siliquarum semina & earundem tusarum expressarúmque reliquiæ seu retrimenta intelligi posse videntur. At verò στέμφυλα Græcis pro musto sapáve accipi nusquam, quòd sciam, obseruatum est.

CAP. CLX. δυσεντερικοῖς καὶ ἐμετικοῖς] Marcellus non ἐμετικοῖς, sed αἱμοπτυϊκοῖς in antiquioribus codicibus legi refert. Et sic quoque ex Serapione & Plinio, lib. 23. cap. 7. legendum videtur. Hic enim de cotoneis verba faciens: *Cruda*, inquit, *dumtaxat matura, prosunt sanguinem excreantibus ac dysentericis, cholericis, cœliacis*, &c.

στρουθία καὶ μείζονα] Plin. lib. 5. cap. 11. *Minora*, inquit, *ex Cotoneorum genere struthea odoratiùs vibrãt, serotino prouentu*: quo loco nisi fortasse mendum subest, quæ minora sunt Cotonea perperã struthia nominat: nam & Gal. 2. alim. quæ στρουθόμηλα vocat, Cydoniis esse maiora fatetur.

ἧττον δὲ ἄγχειν] Eodem spectare videtur Gal. 2. de alim. dum qui è Cydoniis elicitur succum minùs quidẽ quàm qui è struthiomelis suauem, sed maximè astringentem esse prodidit.

CAP. CLXV. Ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκια] Armeniaca tamen & præcoqua diuersa fuisse videntur ex Gal. sententia: qui quidem 2. de alim. fac. præcoqua facit Armeniacis præstantiora.

CAP. CLXVI. Μηδικὰ ἢ ...] Hæc mala Medica, quæ à vicinis etiã locis Persica, & Plinio Assyria dicuntur, Athenæo quoque χρυσόμηλα & ἑσπερικά nuncupantur. Eiusmodi malum μῆλον simpliciter Nicander appellauit, cuius Scholiastes interpretatur, τὸ περσικὸν, Μηδικὸν μῆλον.

καρποφορεῖ δι' ὅλου τοῦ ἔτους] Sic Theop. lib. hist. 4. cap. 4. de malo Medica seu Persica: φέρει δὲ τὰ μῆλα πάσας ὥρας. τὰ μὲν γὰρ ἀφῄρηται, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ ἐκπέττει. Huius Interpres Plin. lib. 12. cap. 3. *Arbor ipsa*, inquit, *omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis verò subnascentibus*. Palladius quoque in Martio mense, *per gradus quosdam in hac arbore sibi semper poma succedere dixit, cum maturis se acerba substituant, acerborum*

verò autem florentia consequantur, orbem quendam continuæ fœcunditatis sibi ministrante natura. Cæterùm sub finem capitis, pro [illegible], legendum iudico [illegible], nempe τὸ μῆλον.

CAP. CLXVIII. [illegible]] Vel delendum hoc, [illegible], vel reponendum deinde, [illegible], ne quid in constructione Grammatici desiderent.

CAP. CLXIX. [illegible]] Paris. codex habet, [illegible]. Andreas Lacuna in vetusto quodam codice, [illegible], legi testatur, & sic quoq; plerique alij legendum censuêre. Vtraque porro lectio tolerari rectè potest: siquidem, quod voluêre nonnulli, [illegible] & [illegible] eiusdem plantæ sunt nomina. Nos ambiguitatis tollendæ gratia, foliis oxyacanthæ esse diximus. Theophrastus lib. 3. cap. 12. folium habere scripsit [illegible] (sic enim legendum videtur) [illegible]. Et certè quidē tum Mespilum Aroniam, tum & oxyacantham, foliis esse constat apij in modum incisis.

[illegible]] Fortè [illegible]. Nam ad præcedens illud καρπὸν referri debet. Alioqui generis est enallage, referrique debet [illegible] ad subinte llectum τὸ μήκωνλον, qua quidem voce & arbor ipsa, & arboris fructus significatur.

κοιλίας [illegible]] Contra censuit Theophrastus, lib. & cap. 4. hunc fructum bonam aluum facere, nisi fortè aliud est τὸ [illegible] & [illegible] (inquit) [illegible] *i. fructus apud Lotophagos dulcis, suauis & innocuus, insuperque aluo utilis.* De eodem Plin. lib. 13. cap. 7. *ferunt ventres non sentire morbos, qui eum mandant.*

CAP. CLXX. καὶ ξηρὸν [illegible]] Theophr. lib. 3. hist. plant. cap. 12. tria Mespili genera recenset: Anthedonem (quæ eadē cum Aronia esse videtur) Setanion & Anthedonoidem, quam Gallicam vocari scribit Plinius lib. 15. cap. 20. quo loco & ipse, Theophrastū secutus, tria Mespili genera commemorat.

CAP. CLXXI. [illegible]] Rufandi capilli vim habere decocta Loti ramēta, quæ hîc Diosc. [illegible], Galeno [illegible] dicūtur, vix alibi, quod sciam, quàm apud Diosc. & Serapionē scribitur. Roborare quidem capillos prodidit AEgineta: at eosdem eiusmodi decocto cohiberi, & Galenus & ipse Plinius (quanquam hic priuatim de Loto, Theophrasti diospyro, quam fabam Græcam appellat, agere videtur) & quotquot ferè alij de simplicium medicamentorum facultatibus conscripsêre, palàm commemorāt: ex quo & idem ipse Gal. Loti lignum colligit, astringentis & mediocriter desiccantis esse facultatis. Quare cum Cornario legendum existimaui, [illegible], nempe, [illegible]. Quid quòd & eodem planè modo legisse videtur Serapio, dum hæc ipsa Diosc. verba interpretatur?

CAP. CLXXII. χλωρῶν φύλλων ἰχὼρ] Cornarius pro φύλλων, ξύλων, legendū suspicatur. Sanē vero hanc, *sudorem* nominat Plinius, lib. 23. cap. 8. quo loco & huiusce remedij vsum variat. Etenim *Sudor*, inquit ille, *virgæ viridis arboris lamina ferrea candente exceptus, non cōtingente ligno, illitaq; inde ferrugo, incipientes lichenas sanat.*

CAP. CLXXIIII. κοιλίας [illegible]] Rectiùs Gal. 7. simpl. Pruna Damascena siccata nō aluum quidem illico sistere, sed minùs quam cętera, quę ex Iberia importabantur, eanué subducere voluit: quoniam videlicet plurimum astrictionis habeant, vti 2. de alim. fac. idem ipse Gal. conceptis verbis asseruit.

CAP. CLXXV. [illegible]] Matthiolus apud Orib. legit [illegible], & rectè quidē: nam & Arbutum tenui præditam esse cortice satis innuit Theophrastus, hist. stirp. lib. 3. c. 16. hisce verbis: [illegible]. hoc est, *Est quidem arbor haud valde procera, sed corticem habet tenuem, tamarice similem.* Ac reuera tātùm abest tenuia vt sint Arbuti folia, vt etiā laurinis & iligneis crassiora conspiciantur. Cæterùm sub finem capitis, [illegible] & [illegible], [illegible] & [illegible] reponimus. Nam ad κομάρου καρπὸν, hoc est, Arbuti fructum, ea verba referri nemo non videt.

μιμαίκυλα] Sic & Theoph. & Gal. Arbuti fructū μιμαίκυλον appellant, vel, vti Athenæus ex variorum Scriptorū autoritate, μεμαίκυλον. At Plinius lib. 15. cap 24. alio etiam nomine, cóque *inhonoro*, vti scribit, *vnedonem* vocat. In quo fallitur: siquidem, vel teste Galeno, tum 6. sic. pi. tum 2. de alim. Italorum vnedo, epimelidis seu hamamelidis fructus est, quę quidē à Comaro seu Arbuto diuersa arbor est.

CAP. CLXXVI. [illegible], μετὰ ἀμύλου [illegible]] Goupylus ex Plinio locum hunc sic restituit: [illegible]. Caracuz. exemplar habet, μετὰ ἀμύλου [illegible]. Equidem nihil immuto: duntaxat vbi asteriscus in Paris. codice deesse aliquid indicabat, Pliniū & Serapionem secutus addidi, [illegible]. Cæterùm in hoc ipso capite (quod quiuis vel mediocriter eruditus satis animaduertere poterat) pro [illegible], quod legitur in vulg. exēpl. legi, [illegible]: itémq; pro [illegible], [illegible]: denique pro [illegible], [illegible], quoniā eo loco non ampliùs de nucibus ipsis, sed de arboris gūmi fit mentio.

ἀμυγδάλων [illegible]] Eiusce effectus causa est, amaritudinis vis exiccans & humorē discutiens, vti docet Plutarch. in Sympos. quęst. 6. lib. 1. quo quidem loco refert apud Drusum Tiberij Cęsaris filium Medicum quendam, qui alios omnes subinde bibendo vincere solitus erat, antequam potaret, quinque séxve amaras amygdalas edentem fuisse deprehensum: ac deinceps id facere prohibitum, à vino facillimè superatum fuisse, imò ne tantillum quidem ad compotationem perferendam valuisse. Idem ex Plutarcho repetit Athen. lib. 2.

CAP. CLXXX. ἢ [illegible]] Disiunctiuā particulā ἢ vel [illegible] reponēdam hoc loco censuimus, pro articulo fœminino ἡ, qui habetur in vulg. codicibus. Sunt enim μόρα & συκάμινα vocabula synonyma: & Athenæo teste lib. 2. quę reliqui ferè omnes συκάμινα appellant, soli Alexandrini μόρα nomināt. Sub finem etiam capitis, vbi perperam legebatur manifesto errore, [illegible], restituimus, [illegible].

[illegible]] Attamen, Athenęo teste, lib. 2. Diphilus Siphnius Medicus Mora seu Sycamina asserit succum mediocriter laudabilem gignere,

parum alere, celeriter egeri & ventriculo grata esse: peculiari verò dote, ante maturitatem lumbricos expellere. Sed hoc postremum Dioscorides non de fructu immaturo, sed de radicis cortice prodidit.

ὁ δὲ χυλὸς] Ita legitur in altero Goupyli codice, longè rectiùs quàm δὲ αὐτῆς, vti habetur in vulgatis exemplaribus. Certum enim est non ex arbore, sed ex ipso pomo succú elici: è quo tandem tantopere decantata arteriace seu stomatice compositio, διὰ μόρων dicta, conficitur. Sic & ipse Serapio de fructus ipsius, non item arboris, succo ista interpretatur.

μελαίνης φύλλοις] Plinius pro φύλλοις, φλοιοῖς legisse videtur. Is enim lib.23. cap.7. quo loco de Moro arbore verbà facit: *Folia, inquit, tingunt capillum cum fici nigræ & vitis corticibus simul coctis in aqua cælesti.*

CAP. CLXXXI. Διὰ τὸ ἄγευστον] Hoc loco συκάμορον seu συκόμορον dictũ existimasse videtur Dioscorides, quasi μῶρον σῦκον, hoc est, fatuam ficum, quòd sapore sit fatuo, ignauo, ac planè insulso, adeóque verè sit insipida. Attamen Gal 2. de aliment. facult. nominis eam notationem palàm deridet, ac potiùs συκάμορον nomen sortitum asserit, à similitudine quam ad vtrunque mori scilicet ac fici fructum habet, ita vt in medio mororum ac ficuum meritò locari posse videatur. γελοῖος, inquit Gal. ὅτι διὰ τὸν φασὶν ὠνομάσθαι τὸν καρπὸν τοῦτον συκάμορον. διὸ σύκοις ἔοικεν μόροις. Sic enim nobis legendum videtur: non item μωροῖς, vt habetur in vulgatis exemplaribus, aut μωροῖς, quo modo Interpres legisse creditur.

πολύχυλον] πολύκαυλον legunt vulgata exemplaria. Sed vetustorũ codicũ, qui πολύχυλον habebãt, lectionem magis probaui. Nam sic quoque Serapio & Ruellius legisse videntur: & idipsum etiamnum innuit Plinius: quando aliàs multo lacte, aliàs largo succo abundare ficum AEgyptiam dixit. Equidem, quod eodem spectat, πολύχυλον legi malim. Nam & ea ipsa dictione Theophrastus vtitur. lib. 4. cap.2. quo loco de fico AEgyptia, quæ Diosc. Sycomorus est, verba faciens: πολύχυλον δὲ, inquit, τὸ δένδρον σφόδρα ἐστι. &c. hoc est, *arbor admodum largo abundat succo lacteo.*

ὄνυξι σιδηροῖς ὄνυχι ξύουσι pro instrumento ferreo, ab vnguis humani similitudine vngue dicto, interdum accipi iam anteà cap. de balsamo admonuimus. Et hoc quoque loco nõ pro vngue humano, sed pro ferreo eiusmodi vncino accipi debere indicant & Serapionis interpretatio, & ipsius Theophrasti verba, quæ eòdem spectant. Hic enim loco modò citato, πέπτει, inquit, δ' ἂν μὴ ἐπικνισθῇ, ἀλλ' ἔχοντες ὄνυχας σιδηροῦς, ἐπικνίζουσι. hoc est, *maturescere nequit, quin scalptus fuerit: id quod ferreis præstant vnguibus.* Athenæus itidem lib.2. συκάμορα, inquit, οἱ ἐπιχώριοι ἐπιλέγεται ... ... &c. hoc est, *Sycomori seu ficus AEgyptiæ fructum indigenæ, vbi ferro leuiter sculpserint, in ipsa planta relinquunt: tandem verò vento iactatum, ea cura intra triduum maturescit, odorúsque fit ac esu iucundus, præsertimque si Fauonij spirauerint.* In eandem quoque sententiam Plinius, lib.13. cap.7. *Ficus AEgyptiæ pomum,* inquit, *perquam fœcundo est prouentu, scalpendo tantùm ferreis vnguibus: aliter non maturescit.* Attamen cùm non sit tantopere durus pomi cortex, nihil vetat, quominùs etiam ipso humano vngue rectè scalpi possit. Siue ergo, vngue ferróve hunc locum interpreteris, siue vngue, ferreóve alio instrumenti genere, mihi susque déque fuerit. Cur verò citra scalpturam fructus eiusmodi maturescere vix possit, rationem repetas licet ex ipso Theophrasto, lib. 5. de caus. plant. cap.2.

καρποφορεῖ ἔαρος πρωΐμον] Vulg. exempl. καρποφορεῖ παρόν. Sunt qui facilem lapsum animaduertentes, αὐτὸ δὲ, παρὸν, ἔαρος simpliciter reposuerint. Sed vetusti codicis lectio plausibilior, quã ego secutus sum. Est porrò verò simile ex adulta, quàm ex nouella adhuc tenelláque arbore tantum succi emanare, vt facilè spongia aut vellere excipi possit: quippe cùm nouellæ necdum adultæ arbores vix amplius succi habeant, quàm quod ad ipsarum incrementum satis esse possit. Plinius pro παρὸν, aut ἔαρος, πρωΐνοῦ seu ἑωθινοῦ, aut quid simile videtur legisse, de matutino siue hora diei secunda mentionem faciens, lib. 16. cap. 38. quo loco id quod de Sycomoro à Diosc. traditur, ipsi moro tribuere videtur. Sic enim ille: *Mirum, hic in moro Medicus succum quærentibus ferè hora diei secunda, lapide incussus manat: altius fractus, siccus videtur.*

CAP. CLXXXII. Φέρει γὰρ σῦκα] Theophr. lib. hist. 4. cap.2. hanc Cypriam ficum aliter describit. Caudicem enim arboris cui fructus adhæresc.it, populo albæ similem facit: folium, vlmo. Quòd ad fructum, æquè ac Diosc. scribit esse pruni magnitudine. At Plinius in hoc tantùm à Theophrasto discrepat, quòd sorbi magnitudinem illi tribuit, quasi legerit, μέγεθος οὐ... ὅσον μῆλον, non, κοκκύμηλον.

CAP. CLXXXIII. ἁπαλά, κοκκύμηλα] Sic Diphilus Siphnius, teste Athenæo, recentes Ficus scribit paucum & prauum præbere alimentum, & innatare ventriculo. At cõtrà sensisse videtur Philotimus, apud eundem Athenæum: qui quidem Ficus humidas & maturas quouis alio fructu celeriùs coqui, faciliúsque ab ipso ventriculo superari eo probat argumento, quòd non solùm citra noxam copiosiùs quàm cæteri fugaces fructus ingerantur, sed & iis præsumptis nihil noceat consuetum & parem cibi modum adiicere. Quin & eòdem spectare videtur illud Gal. lib.2. de alim. fac. Ficus æquè ac vuas inter fugaces & autumnales fructus principatum obtinere, minimúmque habere praui succi.

ἦχον καὶ κνησμὸν] κνησμὸς seu κνησμὸς pruritum pruriginémve significat: ac pruritus quidẽ mentionem quoque hoc loco facit Serapio. Attamen cum Marcello, συριγμὸν seu συριγμοὺς, lubentius lego, hoc est, *aurium bombus.* Nam & anteà cap.105. & alibi sæpenumerò, cùm de aurium affectibus agitur, ἦχος & συριγμὸς simul iunguntur, nec malè: quippe cùm affectus congeneres, ac propè iidem, aurium sonitus atque tinnitus vocibus hisce designentur.

μετὰ ἀμυγδάλων] Catac. codex habet, καὶ ἀμύγδαλα: & ita quoque Plinius ipse legisse videtur, lib. 23. cap.7. quo quidem loco bis vnum & idem repetit. *Excipitur*, inquit, *ante maturitatem pomi, & in vmbra siccatur, ad aperiẽda vlcera, cienda menstrua,*

appositus cum luteo oui, aut potius cum amylo. Rursúmque paulò pòst de eodem ficulneo lacte verba faciens: *mulsum*, inquit, *cum amylo aperit*. Est auté probabilior vulgata lectio, quoniam amylum obstruendi potiùs, quàm obstructiones aperiendi, vim habet.

μυρμηκίαν αἴρει, σίαν] Interpretes nonnulli, è quibus est Serapio, καὶ σίαν legisse videntur: quasi velit Diosc. fici liquorem lacteum myrmecia (hoc est, formicosas verrucas, quas Plinius vno nomine *formicationes* interdum appellat) cum adipe tollere. Sed si vulgatam lectionem retineamus, vti retinendam puto, aliud verba Græca sonare videntur: nimirum eam quæ verrucæ circumiacet carnem priùs adipe muniendam, quàm liquor ille verrucæ adhibeatur: ne videlicet qua pollet exulcerandi vi partes vicinas exedat, latiúsque quàm par est vires suas exerat. Cornarius σίαρ hoc loco, vt & alibi sæpiùs, pro farina subacta accipiendum putat, quæ sit pro tectorio.

Cap. CLXXXV. ἐρινεοὶ καλούμενοι] Sic & Amerias apud Athen. lib. 3. testatur, ἐρινεοὺς καλεῖσθαι τοὺς ὀλύνθους. Est auté ὄλυνθος apud Hesychium, τὸ μὴ πεπαινόμενον σῦκον, hoc est, immatura ficus, siue inquam eius sit naturæ vt nunquam maturescat, veluti caprifici fructus, siue perfectam maturitatem nondum assecuta sit. Etsi enim ὀλύνθων vox de ficus domesticæ immaturo fructu, qui post ipsa folia, parte scilicet ipsorū auersa, ferè prouenit, quémque Plinius *abortum* vocasse videtur, propriè effertur, vti patet ex Gal. lib. 8. simpl. qui τὰ τῶν ἐρινεῶν σῦκα ἀπὸ τῶν ὀλύνθων manifestò distinguit: attamen ab Autoribus aliis etiam indifferenter pro caprifico seu syluestris ficus pomo nunquam maturescéte, haud secus atque Grossi vox apud Latinos, vsurpatur. Ita & ἐρινὰ siue ἐρινεά, Theophr. hist. stirp. lib. 2. fici vtriusque immaturi fructus dici videtur. Eosdem genere masculino Sophocles ἐρινεούς, Dioscorides hoc ipso loco ἐρινεούς appellarunt.

μίγνυται δὲ καὶ ἀλλὰ καταπλασσόμενος] Vulg. quidem codices omnes legunt, καταπλασσόμενος, scil. ὄλυνθοι. At Interpretes omnes Latini & ipse quoque Serapio, ficorū foliis ista ascribunt, non, ipsis grossis, hoc est, ficis quæ nondū maturuere, siue domesticis, siue syluestribus. Ac ipse quoq; id quasi suadéte ipsa orationis serie, pro καταπλασσόμενος, καταπλασσόμενα, legendum existimaui.

Cap. CLXXXVI. τέφραν δεῖ πλείονα ἐκ πλύνειν] Ita quò fœliciùs Autoris sensa exprimerem, sic interpretari visum est: *Cinerem plurimùm diutissiméque macerari oportet*. Quoniam enim non videtur cinis acrimoniam vetustate ascisce-re, imò potiùs quam ab empyreumate adeptus est vetustate deponere, non placuit vertere, quemadmodum prima fronte Græca verba sonare videbantur: scilicet cinerem inueterandum esse, quasi quò vetustior is fuerit, eò præstantior esset futurus.

συστάλσεως δὲ εἶναι πάντη] Meritò Gal. lib. simpl. 8. cap. de Cinere, Dioscoridem reprehendit, quòd lixiuia omnia astringendi vim habere prodiderit. Nam cùm lixiuium, vt Gal. verbis vtar, sit tantummodò ἀκμαιότατον ῥύπτικον, hoc est, *abstergens*: id certè cineris, è quo fit, naturam resipere consentaneum fuerit. Porrò cùm cinerum natura non vna sit & eadem, sed pro materiæ combustæ diuersitate diuersa, aliorum quidem astrictoria, aliorum verò acris & abstersoria: & ipsa quoque lixiuia pro cineris, è quo facta fuerint, varietate varia esse necesse fuerit. Ego vero, vt ne Galeni reprehensioni locus sit vllus, hoc loco fortasse mendum subesse conijcio, & αὐτὸ τὸ συστάλσεως, πάντως legendum esse iudico.

ἐπιπαττόμενα] Sic habent vulgatæ omnes editiones: sed aptiùs, ni fallor, legas, ἐπιπασσόμενα: siquidem pulueres soli veriùs inspergunturr, quàm illinuntur. Porrò Perseam hāc, à Perseo Memphi satam, indéq; nomen sortitā, à Persica arbore in totum aliam esse, luculenter ostendūt Theophr. Gal. atque Plinius: quanuis Nicander in alexiphar. ipsiúsque Interpretes, arborē vtrāque confudisse, ac pro eadem accepisse videantur.

Cap. CLXXXVIII. περὶ ἰβηρίδος] Hoc caput de Iberide, vt non legitur in plerisque manuscriptis exemplaribus, ita & Dioscoridi perperàm ascribitur: quod ipsa per se sermonis diuersitas, nec non & locus in quem irrepsit incongruēs ac planè alienus, satis indicāt. Adde quod hæc ipsa Iberis alio iam loco, nimirū lib. 2. cap. 205. à Dioscoride lepidij nomine describitur. Icirco etiam à Cornario caput hoc ad notha meritò relegatur.

καρδαμαντικὴ] Cornarius καρδαμίνη potiùs, quàm καρδαμαντική, legendū existimat, nō alia, opinor, coniectura ductus, quàm quod ita Aetio, tetrab. 3. serm. 4. cap. 2. nominatur, ab odoris, saporis & figuræ quam cum nasturtio habet, similitudine. Galenus hanc ipsam plantam aliâs λεπίδιον, aliâs etiam ἀγριοκάρδαμον, quasi syluestre nasturtium, appellari retulit, lib. 10. κατὰ τόπους. Ac idipsum quoq; testatur Paulus, lib. 3. cap. 77.

μόνος δ' ἔστιν] Ex Democratis versibus Iambicis à Galeno citatis, lib. 10. κατὰ τόπους, itémque ex Archigenis ad Aristonem epistola, quæ extat apud Aëtium, tetrab. 1. ser. 3. capite penult. rursúmque, tetrab. 3. ser. 4. c. 2. locum hūc cum Cornario sic restituimus: μόνος δὲ καυλὸς ἔστι τὴν χρόαν καλὸς ἐλαίου. Inferiùs verò, pro eo quod habetur, ἔλαιον μετ' ἐρίου, legimus, ἔλαιον μετ' οἴνου, aut etiam, οἶνον ἔλαιον μετ' ἐρίου. Ita porrò legēdum, præter antè citata testimonia, commonefaciunt & ipsa Plinij verba, quæ habentur lib. 25. cap. 8. *Et postea oleo & vino corpus perunguntur*, &c. Ibidem addit Plinius ex Damocrate, quantum ad plantæ descriptionem spectat, *semine tam paruo esse, vix ut aspici possit*: quòd ad vtendi modum, *radicem coxendicibus & articulis omnibus, vtrisque quidem plurimùm quatuor horis, fœminis minùs dimidio adalligari oportere, rursúmque diebus xx interpositis idem fieri, si qua admonitio doloris supersit*.

IN LIBRVM SECVNDVM.

In Praef. ἐπὶ ὁρμίᾳ] Fortè, ὁρμιαὶ: sensus enim alioqui vix constaret.

Cap. VI. ἴονα δὲ καλοῦσι] Quoniam nondum alibi, quod equidem meminerim, occurrit hæc κιονίον seu ἰονίον vox, adhuc incertũ est, vtrum ex sententia Hermol. Barbari κίονα, an verò iuxta fidem omnium exemplariũ ἴονα, legi hoc loco oporteat. Κίονα certè quidem medias hasce partes, quasi columellas, dictas putat Hermolaus, quia iis velut columnis ac fulcris tam purpurarum, quàm buccinorũ caro & reliquæ partes innitantur. Sunt autem hæ valde torosæ, firmæ ac fibrosę, circa quas testę volumina capreolorum ritu aduoluuntur intorquentúrque. Easdem alij ἴονα à flore purpurarum buccinorúmq; violaceo, seu ἰοῦ, hoc est, violæ colorem æmulante, ita dictas existimant: quoniam illis hæreat candida membrana venæ instar in longum protensa, florem eum continens, inter μήκωνα seu papauerculum sita, quod inferiore est loco, & τράχηλον seu ceruiculam, quæ superiore: vti palàm fecit Aristoteles, lib. 5. de hist. anim. cap. 15.

Cap. VII. ὀστρέων τε τραχήλους] Sunt qui cum Paulo τραχήλους legãt. Nos vulgarem lectiónem retinere maluimus. Nam & Plinius de Mytulis verba faciens, lib. 32. cap. 9. *Lauantur quoque*, inquit, *plumbi modo ad genarum crassitudines*.

Cap. VIII. Τελλῖναι δὲ καὶ.] Fallitur Athen. lib. 3. Δειπ. qui Tellinas cum Romanorũ mytulis, quos μύας seu μύακας Græci vocant, easdem esse crediderit. Sic & Plinius, qui pectunculis ea tribuit cap. 7. lib. 32. quę hic a Dioscoride Tellinis ascribũtur, quasi hæ cum pectunculis eædem essent. Quandoquidem & ab ipso Hipp. 2. de diæta, hæc tria testaceorũ genera, ceu specie discrepantia manifestò distinguuntur: dum in testaceorum genere aluum maximè deiicere mytulos, tellinas & pectunculos nominatim asserit.

Cap. X. ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας] Cùm purpuræ operculum à conchylij tegumento seu ostracio figura discrepare nemo non animaduertat, verisimile est similitudinem hoc loco ad tegumenti substantiam, aut vsum potiùs referri debere: aut etiam ad vires ipsas. Nam & Gal. 11. simpl. de purpurarum operculis nonnulla tradit, quæ hic à Dioscoride Onychi seu vngui ascribuntur.

τῆς ἐν χυλίοις τὴν νάρδον] Quamuis malabathrum quod in Indiæ paludibus gignitur anteà nonnullis odoris cognatione deceptis Indicam nardũ falsò appellari prodiderit, hoc tamen loco ex eorum ipsorum sentẽtia nardum nominat, quod veriùs malabathrum appellare potuit. Obiter verò hoc annotandum duximus, ne quis fortasse de nardo Gangitico ista intelligenda suspicaretur. Nardũ enim illud non in ipsis paludibus, vti malabathrũ, sed apud fluminis Indici ripam tantummodò nascitur.

ἀμφότεροι δὲ ἀηδεῖς] Quoniam Vngues hi castorium aliquatenus redolent, ac etiamnum suffitu vuluæ strangulatu laborantes excitant, satis apparet ἀηδὲς hoc loco non pro bene aut suauiter olente, sed, quemadmodum cap. de pice, & aliàs sæpenumerò, pro grauiter aut alioqui vehementer olente, accipi oportere. Cæterùm pro καλλίσταις μαλακωτάτων, Paulus etiam habet, καλλίους μεγίστους. Vera verò lectio veritati magis consentanea sit, iudicium ij ferre possunt, qui conchylia esitauerint.

Cap. XII. ἐπὶ ἡμέρας γ̄] Contendit Cornarius legendum, ἐπὶ ἡμέρας μ̄. quia Ga. 11. simpl. Itémque Aëtius, tum lib. 6. cap. 24. tum & lib. 2. cap. 175. Canceros pauore potus periclitantibus ex rabidi canis morsu ad dies quadraginta, tanquam certum statutúmque terminum, potãdos exhibeant. Ego verò tum exemplariũ omnium communi consensu, tum & Serapionis interpretis autoritate fretus, nihil immutandum hoc loco censui. Nam & Dioscor. in Theriacis, quo loco idem hoc remedium repetit, ad rabidi canis morsum Cancros, non ad dies XL. sed ad dies quatuor, potãdos præscribit: quod ipsum totidẽ verbis refertur à Paulo, lib. 5. cap. 3. His accedit, quòd Diosc. hoc ipso loco λυσσοδήκτους eiusmodi cineris cancrorũ triduano potu nõ quidẽ perfectè curari, (quemadmodũ illi fortasse voluerunt) sed tantummodò manifestò iuuari asseruit: ita vt intra triduũ aliqua sentiatur vtilitas.

Cap. XIII. ἑψόμεναι δὲ καὶ] Seruata vulgari hac lectione sic vertendum fuerat: *in eundem quoque usum tostus ualere reperitur*. Attamen ex Marcelli sentẽtia *estur* seu *esitatur*, interpretatus sum, & pro ἑψόμεναι, βιβρώσκεται reponendum duxi, aut etiam ἐσθίεται. Et certè quidem præterquàm quòd Serapio Diosc. interpres ita legisse videtur, Gal. etiam lib 11. simpl. med. καὶ σκορπίον, inquit, τὸν ἐν τῇ θαλάττῃ ... λίθον, ... δὲ καὶ ... Paulus quoque lib. 7. sic habet: σκόρπιος χερσαῖος ὁμοίως ... βρωθεὶς. βοηθεῖ ... τῆς ἰδίας πληγῆς ...

Cap. XVI. κνησμοὺς ἐργάζεται] Pruritus hos, quos solo contactu inducit Scolopendra (*antipedam* vertit Gaza) luculenter exprimit Aristot. de Scolopẽdris agẽs, 9 de hist. animal. hisce verbis: τῷ μὲν οὖν στόματι οὐ δάκνουσι· τῇ δὲ ἁφῇ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, ὥσπερ αἱ καλούμεναι κνίδαι. hoc est, *ore quidem minimè mordent, sed tactu totius corporis, veluti quæ urticæ dicuntur*.

Cap. XVIII. μυθώδες γὰρ] Fabulosum esse vult Diosc. quod præcipiebatur superstitiosè nimiùm, vt certa mensura, nimirum quaternis vtrinque digitis, amputarentur Viperæ, quia fortasse non tantùm de paruis Viperis, quãtum de magnis præcidi necesse sit. Et tamen illud studiosè perpetuò à veteribus olim obseruatum fuisse constat. Sed neque Diosc. penitus damnare videtur quaternûm vtrinque digitorum resectionem, imò potiùs rationem, qua mouebantur prisci vt id facerent. Cùm enim & caput & caudam in totum præcidi oporteat, quia partes excarnes sint: illi tamen quaternûm vtrinque digitorum mensura ideò potiùs præcidebãt, quòd existimarent vtrobique subesse veneni vim maleficam: licet in cauda nihil tale delitescat. Etsi enim Galenus lib. de Antid. 1. caudã ob frequentem motum sordidum humorem magis quàm reliquum corpus attrahere prodiderit: & is ipse tamen 11. simp. citra rationem amputari caudam liberè pronuntiauit.

τὰ δὲ λοιπὰ] Paulus addit, ἀφαιρεῖν τὸν ἄκανθαν. pro quo habetur apud Plinium, lib.29.cap 4. *exemptis interaneis*: quæ quidem verba Dioscoridis Interpretes omnes non malè de suo adiiciunt.

φθεῖρας φύειν] Ait Marcellus in quibusdam codicibus legi, μὴ φύειν· quę lectio probabilior est. Et reuera quidem Gal.11.simpl. Viperinarū carnium esu recrementa corporis ad cutim protrudi asserit: quod si ita est, quin ex earum esu procreentur pediculi, nemini dubium esse debet: præsertim vero in iis qui prauorum succorum copia redundant. Sic quoque Plinius lib.29.cap. 6. *Iis Viperæ*, inquit, *pediculos è toto corpore expellit, pruritúsque etiam summæ cutis*, &c.

ὡς ἀσπαράγους] Siue ἀσπαράγους legas, siue ἀσφαράγους, parum certè interest. Nam & malabathrum & spica nardi, inter ea quæ stomachū iuuant medicamenta sunt antè recensita. Galenus itidem 11. simpl. viperinas carnes ait . . . . hoc est, *salibus permisceri ad suauitatē apparatu*. Addito verò malabathro aut etiam spica nardi, quin tum saporis tum & odoris ratione maiorem cum palato ineant gratiam, nemo profectò dubitauerit. Equidem hac ductus ratione cum plerisque Interpretibus, ἀσπάραγον, legendum existimaui.

CAP. XIX. τὸ τῆς ἔχεως] Non ἔχεως, sed ἀσπίδος legisse videtur Paulus, lib. 7. quoniam aspidis exuuiis hoc ipsum tribuit, quod Dioscorides hoc loco, Viperæ senectæ.

CAP. XX. μετὰ ὀξυκράτου] Addit Oribasius θαλασσίας: quæ vox etiam hoc loco subaudienda est: nec abs re, quandoquidem & ipse Plinius, lib.32.cap 10. vrticam marinam tritam ex aceto scillite inter psilothra commemorat.

CAP. XXI. ζωμὸς δὲ τῶν τρόμων] Marcellus itémque Ruellius per πάθος intelligunt, malam valetudinem: tremorésque hic ex aduersa valetudine ortos à tremoribus ab ætate, labore aut pauore, aliáve quapiam id genus externa causa contractis distingui volunt. Alioqui suspicatur Marcellus legendū, κατὰ πάθος, quasi velit Diosc. tremoribus iis tātùm prodesse cerebrum Leporinum, qui ex humorum crassitie ortum habent. AEgineta verò lib.3.cap.21. quoniam ἁπλῶς loquitur, ex quacūque causa tremulis cerebrum Leporinum administrare videtur. Nobis autem vnà cum Cornario viro doctissimo visum est, τρόμους τῶν πάθος hoc loco Diosc. dictos, qui vnica voce φόβοι à Galeno de eodē cerebro Leporino sermonem faciente dicūtur. Est enim φόβος, hoc est, *metus*, ex animi perturbationum genere, quę Græcis πάθη dicuntur. Sunt porrò hæc Galeni verba 11. simpl. ἔνιοι φόβοις βοηθεῖν ἐπιστεύκασι τὸν ἐγκέφαλον ἔχειν. hoc est, *Quidam esitatum cerebrū pauoribus opitulari tradiderunt*. Quamobrem ex Galeni sententia tremores ex pauore ortos intelligendos hoc loco existimauimus.

CAP. XXII. ὀδόντων πονούντων] Huius radij seu aculei vsum in sedandis dentium doloribus non satis exprimit Dioscorides. Denti quidem dolenti illidi tantummodo voluit Paulus, lib.7. hisce verbis: τρυγόνος θαλασσίας κέντρον ἐπιτρυβόμενον ὀδόντι ἀλγοῦντι, ἐκβάλλει αὐτὸν, καὶ ἀνώδυνον ποιεῖ. hoc est, *Pastinacæ marinæ aculeus denti infirmo illisus, ipsum auerit excutitque*. At Plinius, lib.32.cap.7. & eo gingiuas in dolore scarificari, & contritū ipsum illini prodidit. *Pastinacæ quoque radio*, inquit ille, *scarificare gingiuas, & in dolore vtilissimum. Conteritur is, & cum helleboro albo illitus, dentes sine vexatione extrahit*. Quare tu facto periculo videris, num fortè rectiùs apud AEginetam legas, ἐγχρισθὲν, αὐτοῦ, ἐκβάλλει. illitus, inquam, non illisus.

CAP. XXIII. κατὰ δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ] Quomodo sepium seu testa Sepiæ in propria testa vri debeat, veluti sonant Autoris verba, non video. Rectiùs fortasse dixerimus, testam Sepię ἐν ἰδίῳ ὀστράκῳ, hoc est, *in fictili peculiari*, videlicet in eum vsum peculiariter accommodato, vri oportere: aut (quod mihi quidem vero similius est) pumicosum sepij corpus in ipsa testa, hoc est, in ambiente extrinsecus cortice seu crustoso corpore, quod deinde κέλυφος Autor nominasse videtur, vrendum esse. Sic ὄστρακον priore loco μετωνυμικῶς vsurpabitur, vt à toto pars intelligatur, nimirum pro fungoso seu pumicoso corpore intus concluso: posteriore verò loco, pro cortice ipso duriore. Nil ergo aliud voluit Diosc. quàm sepium, os Sepiæ Plinio dictum, quod in dorso Sepiæ reperitur, & ὄστρακον τὸ ἐν τῇ σηπίᾳ Athenæo dicitur, lib.7. Deipn. totum ac integrum cum suo cortice cremari oportere.

καὶ ἁλὸς κόνει] Sal fossile desiderat Galenus, quod non expressit hoc loco Diosc. Sunt verò ista de sepio Gal. verba, 11. lib. de med. fac. σὺν ὀρυκτοῖς ἁλσὶ μιχθὲν, ἐκτήκει τὰ κατὰ ὀφθαλμοὺς πτερύγια. hoc est, *quum cum sale mistum fossili, oculorum pterygia seu vngues elliquat*. Ac illius quidem exemplo Paulus eundem quoque salem nominatìm designat, de re med. lib.7. Plinius sali simpliciter dicto cadmiam addit, lib 32.cap.7. *Sanat*, inquit, *pterygia cum sale & cadmia singulis drachmis*.

CAP. XXV. μετ' οἴνου] Plinius, μετ' ὄξους, legisse videtur. Agēs enim de Hippopotamo. lib. 28.cap.8. *Testiculi*, inquit, *drachma ex aqua contra serpentes bibitur*. Paulus simpliciter morsibus serpentium bibitum mederi prodidit, mixturæ facta nulla mentione.

CAP XXVI. κάστορος ὄρχις] Initium huiusce capitis aliter legi oportere, quæ in vetusto codice cernitur diuersitas, per se satis indicat. Ac equidem quò clarius illud sit, ita legi malim: Κάστωρ ζῶόν ἐστιν ἀμφίβιον, τὸ πλεῖστον ἐν ὕδατι σὺν ἰχθύσι καὶ καρκίνοις τρεφόμενον· οὗ οἱ ὄρχεις καὶ πρὸς ἑρπετῶν &c.

σὺν ἰχθύσι καὶ καρκίνοις] Serapio ex Diosc. Castorem seu Fibrum ex piscibus & cancris victū quæritare voluit: quem secuti etiā vidētur Marcellus & Cornarius. At diuersum quid sonare videntur ipsa Dioscoridis verba, nimirū vnà cum piscibus & cancris vitam in aquis degere, ibidémque victum capessere. Siquidē aliud est, σὺν ἰχθύσι τρέφεσθαι: aliud ἰχθύσι τρέφεσθαι. Quin & ij ipsi qui domi Fibros aliquantisper aluerūt, illos piscibus, quantumuis curiose appositis, minimè vesci, sed arborum tantùm corticibus, ramis, foliis ac fructibus victitare obseruarunt.

καὶ τὸ ὅπερ ἔχει κατοτέρω] ἔχοντας legendum videtur, vt ad præcedentem vocem, ὄρχις, commodè referatur: aut certè ἔχει per syllepsin referri dicamus ad rem significatam, nempe ad κάστορα quod quidem cum Fibrorum testibus vnum &

idem erat, vel ipſo teſte Galeno: qui lib. x i. de medic. fac. *ὄρχεις κάστορος*, inquit, *ὀνομάζουσι καστόριον.* hoc eſt, *Fibri teſtes caſtorium nominant.* Sic & quod deinde ſequitur, *ἔστι δὲ καστόριον*, ad Caſtorium, nō ad contentum dūtaxat liquorem, referri debere nemo non iudicet. Nec enim liquor ipſe tunicis tanquam interiecto ſepto diſtinguitur, ſed iis ipſis circundatur: diſtinguuntur autem ipſi folliculi ſeu teſtes tunicis, liquor diſtinctis hiſce continetur. Quòd ad vocem *εὔθρυπτον* attinet, eam certum eſt non de liquore, ſaltem adhuc recenti, ſed de exiccato teſte cum ſuo liquore intelligendam eſſe: friabile enim de liquore humido prædicari rectè nequit. Cæterùm etſi Antiquitas vniuerſa Caſtorium crediderit aliud nihil eſſe, quàm fibri teſticulos: attamen nos ipſi cùm Monſpelij Michaëli Heroardo peritiſs. Chirurgo Fibrum diſſecanti aſtaremus, teſticulos à folliculis iis qui in inguinibus vtrinque membrana ſua concluſi teſtium ſpecie fallunt, quique veriùs Caſtorij nomine donantur, planè diuerſos obſeruauimus: id quod & à piæ memoriæ Præceptore Rondeletio, rerum naturalium indagatore ſagaciſſimo, anteà edocti fueramus. Folliculos autem eos potiùs, quàm teſticulos paruos ſpinæ adhærentes, à Veteribus vſurpari ſolitos, vel ex eo patet, quòd ſub finem capitis ſcribit Dioſcorides, diuiſa pelle excipi liquorem illum melleum tantopere celebratum: teſtes verò, nō niſi aperto abdomine remotíſque cæteris viſceribus, ſpinæ adhærētes reperiantur. Adde quòd quæ priùs à Dioſc. legitimum Caſtorium deſcribente liquori tributa ſunt, folliculorum quàm teſtium liquori magis conueniunt. Sed & ex aliorum potiùs, quàm ſua ipſius, ſententia teſtes appellaſſe mihi videtur Dioſcorides: quoniam hoc ipſo capite eos interdū non *ὄρχεις*, ſed *φύσεις*, hoc eſt, *folliculos*, nominat.

Cap. xxviii. *φρῦνοι καὶ ἄλλ.*] Falſum ſe facto periculo comperiſſe, quod hoc loco refertur à Dioſcoride, aſſerit Gal. 10. de medic. facult. quo quidē loco, ranas eiuſmodi virides cáſque paruas, *βατράχους* à nonnullis vocari prodidit: *diopetes* & *calamitas* eaſdem quibuſdam vocatas tradidit Plinius, lib. 32. cap. 7. Cæterùm quas hoc capite *πνιγέντων λουσθέντας* dixit Dioſc. *ἑψηθέντας* nominauit Aëtius, capite de ranis lib. ſecundo.

Cap. xxix. *Αἴλουρος ποταμός*] Piſcis idem, vt *αἴλουρος*, *ἀπὸ τοῦ αἰόλλειν τὴν οὐράν*, ita & *αἴλουρος*, ſeruata eadē analogia, *ἀπὸ τοῦ τὴν οὐρὰν αἰολεῖν, ἤγουν κινεῖν*, dici potuit. Ideóque ſiue *αἴλουρον* legas, vt habetur in vetuſto codice, ſiue *αἴλουρον*, vt in vulgatis exemplaribus, itémque apud AEginetam, parum intereſt.

Cap. xxxi. *καὶ ἐν σώματι σπονδύλους*] Has ipſas *σπονδύλους*, de mænularum itidem capitibus agens Aëtius, *σπονδύλους τῶν ὀδόντων* [illegible] nominat, Tetrab. 1. ſer. 2. cap 155. Cæterùm in hoc ipſo capite pro *δακτύλῳ*, *δακτυλίῳ* potiùs, ad maiorem differentiam, legendum videtur: itémque pro *καταπλασσόμενοι*, *καταπασσόμενοι*. Cinerem enim per ſe rectiùs inſpergi, quàm illini dixerimus.

Cap. xxxiii. *ὡς τὶ καὶ δριμυφαγίας*] Varij variè locū hunc exponūt: at equidem ad eadem *ἀφρομιγῆ* conuenire Interpretor, ad quæ & cætera quæ in alimentorum genere ſunt acria, nimirum ad excalfaciendum, aperiendum, incidendum, attenuandum, digerendum, aliúdve quiduis eorum præſtandū, quæ per cibos acres quæri conſueuerunt. Enimuerò qui *δριμυφαγίαν* vertūt, vomitionem ciborum acredine ſeu acrimonia quæſitam, ipſius verbi vim non ſatis videntur aſſecuti: quippe qui latè patentem *δριμυφαγίας* ſignificationem nimiùm coanguſtant atque reſtringunt, dum ad particularē effectum eumque minimè neceſſarium, transferunt. Fateor equidem acrium quorundam alimentorum, nominatímque ſalſamentorum, eſu vomitiones interdum concitari, apparatis ſcilicet fluxilioribúſque redditis eorum vſu frigidis, craſſis & viſcidis humoribus, ſi qui fortè ventriculo inhæſerunt, vti etiam ſcripto prodidit Orib. lib. 1. *Σύνοψ.* itémque Gal. lib. de att. vict. cap. 1. Sed ſunt etiā alij acrium ciborum effectus, quos eo ipſo loco Galenus ſtudioſè perſequitur. Ac, vt verè dicam, acres cibi calfacere quidem, incidere & attenuare per ſe ac ſuapte natura poſſunt: at vomitiones concitare, non item: niſi ex accidenti, dum & humores craſſos ad vomitionem apparant, & ventriculum ipſum acrimonia ſua mordicant. Adde quòd etſi concedam, radiculam, erucam, ſalſamentum vetus, origanum viride, cæpam, porrum & alia quædam acria, vomitiones prouocare: non tamen quicquid in alimentorum genere acrimoniam habet, protinus *ἐμετικὸν* cenſeri oportet. Quin ne ipſa quidem acria illa, quæ inter *ἐμετικὰ* modò recenſui, perpetuò & omnibus ex æquo vomitiones concitant: ſed iis tantùm, quibus impurus & frigidorum humorum colluuie refertus eſt ventriculus, ſiquidem ea largiùs eſitauerint. Cæterùm ſalſorum acriorúmque id genus ciborū eſum Græcis olim *δριμυφαγίαν* dictum ſatis patet, tum ex ipſius vocabuli etymo, tum ex AVreliani teſtimonio: qui quidem lib. 3. tard. paſſ. cap. 2. de ſtomachicis: *Adhibenda*, inquit, *recorporatio, quā Græci metasyncriticen vocant, ex acriori cibo, quē Græci drimyphagian appellant*: itémq; lib. 1. cap. 1. *quibus diebus ſalſum damus, Græci drimyphagian appellant*, &c. Aliam verò fuiſſe à vomitione *δριμυφαγίαν*, vel ille vnus Pauli locus, lib. 4. rei medicæ, de elephanticorū curatione, abundè teſtatur: *δριμυφαγήσαντες δὲ ἐξεμείτωσαν, διὰ τῶν ῥαφανίδων καὶ τῶν ὁμοίων* &c. hoc eſt, *acribus aſſumptis cicatur vomitus, ſaliua radicula & ſimilibus eiuſmodi.*

Cap. xxxiiii. *ἐν διακαιομένη ὀπτωμένη*] Vulg. *ὀπτωμένη*. Et certè quidem non ignoro in præhumidis, putridis ſerpentibúſque inteſtinorum vlceribus cogi nos interdum, ex priſcorum Medicorum ſentētia, ad *καυστικὰ* & *ἐσχαρωτικὰ* medicamenta tranſire: qualia longè plurima apud Gal. reperias, lib. 9. de comp. med. *κατὰ τόπους*, capite de dyſenteriæ curatione. Attamen hoc loco *ὀπτωμένη* cum Marcello lubentiùs lego, quàm *ὀπτωμένη*. Neque enim garum muriámue adurendi tanta vi pollere, ſit mihi veriſimile. Fateor equidem depaſcentia illa vlcera remediis hiſce, tanquam calfaciendi ſiccandíque ſumma vi præditis, ſerpere prohiberi, dum ab his illa egregiè repurgantur, detergentur & exiccātur: quæ quidem cauſa eſt vt & ante eſcharoticorum vſum meritò iſta vſurpentur: at iis protinus cruſtam (quod ab ipſis eſcharoticis fieri ſolet) induci, nō item. Sed & ipſa verborū ſeries, lectionem hanc

cæteris omnibus anteferri debere, per se satis indicat. Siquidem ei quod paulò pòst sequitur, ἐρεθίζειν, τὸ ἐπιπολάζειν perquàm aptissimè opponitur.

Τὸ δὲ ἁλμυρὸν ἐρεθίζει] Locum hûc, alioqui subobscurum, illustrant non mediocriter quæ de Muria seu salsugine traduntur à Gal. lib. de simpl. med. fac. x i. capite vltimo. Ἅλμη (sunt hæc ipsius verba) ταριχηρῶν ἰχθύων ὁμοίως τῷ γάρῳ πρός τε τὰς σηπεδόνας ἁρμόζει, καὶ πρὸς ἰσχιάδας καὶ δυσεντερίας ἐνίεται. τῇ γὰρ δριμύτητι ... τὰ ἰχῶρα ὑποχλοιοῦντας χυμοὺς ἐπισπᾶται, καὶ διὰ τῶν ἐντέρων ἐκκενοῖ. τὰ δὲ σηπεδονώδη τῶν ἑλκῶν ἐν τῇ δυσεντερίᾳ περικλύζει τε καὶ ξηραίνει, &c. quę quidem totidem verbis repetuntur ab Aëtio. Tetrab. 1. serm. 2. cap. 151. *Muria, inquiunt, salsorum piscium, æquè ac garum, tum ad putrida vlcera accommodatur, tum & ad ischiadas & dysenteriam infunditur. Sua siquidem acrimonia noxios intestinis humores attrahit, & per intestina manat: putrescentia verò vlcera in dysenteria proluit & exsiccat.* Hanc ipsam sententiam, quæ haud dubiè verbis Diosc. est maximè consentanea, quò fœlicius exprimeremus, placuit in hoc loco vertendo liberiore paraphrasi vti, ac nonnulla ex Autoris ipsius mente supplere, idque nequis imposterum scrupulus lectori superesset.

Cap. xxxv. ἀντὶ τῶν φακῶν] Mendosè in omnibus quæ in manum venerunt exemplaribus legitur, φακῶν, καὶ τὸ, φακίδων. Porrò quæ hoc habentur capite, iisdem verbis ab AEgineta repetuntur, nisi quòd pro πρασίων, habet, πράσων: itémque in iusculi confectione salem addit, καὶ ἁλῶν: quæ quidem verba nos quoque minimè omittenda existimauimus: maximè cùm, Marcello teste, in vetusto quodam Diosc. exemplari legerentur. Cæterùm subdit idem AEgineta, in eundem vsum ex ostracodermis, id est, ijs quæ testacea cute integuntur, parari iuscula: maximè verò ex tellinis, hiatulis, conchulis, &c. quæ quidem fuit etiam Diosc. sententia, capitib. v i i i & i x.

Cap. xxxvi. ἐναποληφθεὶς βρώμασι] Nos quemadmodum sonabant Diosc. verba interpretati sumus. Alij *cauis fabarum inclusos* vertunt. Hócne an illo modo vertendum sit, non magnoperè laboro. Attamen si vulgata hæc versio magis placet, expungenda necessariò propositio *cibis*. Nam quòd ad βρώματος dictionem attinet, non dubito quin veluti ὀδόντων βρώματα seu ἐμβρώματα huic eidem Autori dicuntur, *cauerna* seu *caua dentium*, à quacunque causa ij atrosi fuerint vitia & βρώματα κυάμων dici potuerint *fabarum caua*, quæ quidem oculis patent, quoties illæ à curculionibus erosæ fuerunt. Cæterùm Plinius, lib. 29. cap. 4. hæc è deuoratis Cimicibus, quàuis ouo aut cera aut faba inclusis, quartanarum remedia, falsa nec referenda esse arbitratur.

Βδέλλας ἐξάγουσι] Gal. 11 simpl. med. se alliorum esu solo hirudines eiicere solitum testatur, neq; propterea vnquam ad Cimices confugere coactum. Porrò subit mentem locus ille Hipp. 2. Prorrhet. vbi fauces variis ex causis sanguine impleri tradidit, ac inter alias etiam hirudinem seu sanguisugam commemorat: quo loco tamē nonnulli βδέλλαν, non hirudinem, sed venā quandam in faucibus varicosam eo, vti sibi fingunt, nomine appellatā interpretari maluerunt: quasi verò rationi consentaneum non sit, vt hirudo interdum inter potandam aquam in os faucésve recipiatur, ibidémque adhærescat: maximè cùm & historiis duabus luculenter id cōprobet Gal. 4. de locis aff. cap. 6. & Diosc. in Alexiph. faucibus adhærescentis hirudinis remedia tradat. Ac equidē ante annos aliquot sat longum iter cum amico non vulgari D. Ant. VVysi, Sedunensi Medico, confeci, cuius equus hirudinē eo modo hauserat, quam tandem satis grandem veterinarius Medicus faucibus inhærentem auellit, cùm non aliam magna copia dudum emanantis ab ore sanguinis causam diuinare posset. Quidni verò & homini exiguis ac visum propè effugientibus sanguisugis plenam aquam bibenti per imprudentiam idem accidere possit?

Cap. xxxvii. ὄνοι οἱ ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις] Bestiolę hæ varias tum apud Græcos, tum apud Latinos appellationes sortiuntur. Quas enim κυβαρίδας seu ὄνους hoc loco nominat Diosc. alij ὀνίσκους seu ὄνους πολύποδας dicunt: Galenus etiam apud suos κυάμους dictas fuisse cōmemorat, scilicet à simili fabæ potius colore, quàm figura. Plinio multipedæ, centipedæ atque etiam millepedæ dicuntur. Marcellus Empiricus *Cutiones*, à cute dura & solida, Cæl. Aurelianus *porcelliones* nominat. Porrò horum ipsorum animalculorū elegantem Galeni descriptionem Diosc. verbis consentaneam placet hoc loco ascribere. Ille enim tertio κατὰ τόπους. ὀνίσκος κατοικίδιος, inquit, ζῶόν ἐστι πολύπουν ἐν τοῖς ὑδρηροῖς ἀγγείοις καὶ ἐν ταῖς κοπρίαις γεννώμενον· κατὰ δὲ τὴν τῶν δακτύλων ἐπίθεσιν σφαιρούμενον. hoc est, *asellus domesticus animal est multipes in aquarijs vasis & sterquilinijs nascens: quod si digitis apprimatur, sese in orbem contrahit.* Itémque 11. simpl. med. ἔστι δὲ ζῶα σφαιρούμενα κατὰ τὴν εἰς ἑαυτὰ σύνοδον, ἅπερ ἔνιοι ὀνομάζουσιν ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν κυάμους, ἐπειδὴ παραπλήσια τοῖς ἐδωδίμοις κυάμοις ἐστὶν ἐν τῷ σφαιροῦσθαι, πλὴν κατὰ τὴν χρόαν ὄντα. ἐπὶ δὲ τῆς ἀγροικίας ἔστιν ἰδεῖν πάμπολλα τὰ γεννώμενα ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις, αἷς ἀπὸ τῶν κρηνῶν κομίζουσιν ὕδωρ οἱ ἄγροικοι, &c. Quæ ita vertimus: *Sunt verò animalia quæ dum sese contrahunt, pilæ in modum conglobātur: hæc nonnulli è nostratibus cyamos, id est, fabas, nominant, quandoquidem esculentis fabis sunt persimilia, cùm sese in orbem complicuerint, quippe quæ colore sint fusco. Porrò eiusmodi plurima videre est in rusticorum habitationibus sub situlis, quibus è fontibus aquam suam comportant,* &c. At non tantùm sub vasis aquariis reperiuntur, sed & aliâs in locis humectis, aquosis & sordidis. Cæterùm pro eo quod tum Galenus, tum Dioscorides σφαιροῦσθαι dixêre, Theophrastus συσπειρᾶσθαι, Hesychius συστρέφεσθαι. Plinius de iisdē animalculis, *tactu sese contrahūt.* Scribonius Largus, *conduplicāt sese in orbem pilulæ rotundissimæ similem.* Marcellus Emp. *tactæ complicant sese in orbem pilulæ rotundissimæ*: alio loco, *contactæ in globulos complicantur*, aliâs *pilulam de se faciunt*: alias denique *cōtactæ contrahuntur & rotundantur*: quæ quidem omnia eòdem planè redeunt.

Cap. xliiii. ἀπολαυστικὸν δὲ] And. Lacuna in vetustiss. quodam codice legit, ἀπεχθέστατος δὲ μετ' ὄξους. Cornarius ἀπολαυστικὸς δὲ, quam lectionem nos secuti sumus. Sic enim de asini Vngularū cinere Galenus, fidus Diosc. Interpres, 11. lib. simpl. med. ἀπολαυστικὸν δὲ τὴν αὐτὴν πίνειν

ξηρανὶ ἰᾶται τὰ χίμετλα. hoc est, eodem inſperſo cinere ſanari perniones.

Cap. xlviii. ἑρπετῶν καὶ ἐχιδνῶν] Serapio vertit in genere, venenosis morſibus auxilio eſt. Aldinus codex pro ἐχιδνῶν, habet, ἰκτίνων. Hinc vocē omiſit AEgineta, qui tamen cætera quæ de animantium lecinoribus hic habentur, totidem verbis videtur tranſcripſiſſe. Equidem etſi non negauerim in morſibus etiam equorum, cæterorúmque id genus iumentorum, plerunque veneni quiddam ſubeſſe, ἰκτίνων tamen cum Cornario, potiùs quàm ἐχιδνῶν legendum cenſuerim.

Cap. xlix. ἀπεγνωσμένας ὑδροφοβίας] Remediū hoc ex aliorum potiùs quàm ſua ſententia mentò proponit Dioſcorides. Galenus quoque videtur huic ipſi remedio diffidere, aut certè non ſatis fidere, dum lib. ſimpl. xi. omnes mortuos teſtatur, qui ſolo rabidi canis hepate ad arcendam ὑδροφοβίαν vſi fuerant.

Cap. l. ἐν ζάλῃ δύνεται] Paulus de hoc eodē mergi iecore, pro ἐν ζάλῃ δύνεται, habet, λίθος ἐν ζάλῃ. hoc eſt, calculus eijcit.

Cap. li. τὰ δὲ ὑποδημάτων] Soleas veteres ad calceamentorum attritus ſeu iniurias ex calceatu etiam conuenire docet Galenus, qua pollent reſiccādi vi: ſed duntaxat, ſedata inflammatione.

Cap. liii. χιτῶνα ἐσωτερικὸν] Interioris tunicæ ventriculi gallinaceorum vſum hunc deridet Galenus, xi. ſimpl. quippe qui ipſius vanum ſe experimentum feciſſe aſſerat. Attamen Plinius eam diuerſis locis ad varios commendat vſus. A noſtris quoque Practicis non rarò vſurpari conſueuit.

ὠφελίμως χεῖσι] Non dubium eſt, quin velit Dioſcorides Ius pulli gallinacei valere ad temperandam corporum κακοχυμίαν. Id genus curationis ἐπίκρασιν Medici vocāt, dum ſcilicet, tectè Gal. lib. 9. Meth. ſenſim ac paulatim praui vitioſique humores euacuantur, & boni laudabiléſque ſucci, quales hauddubiè gignit eiuſmodi iuſculum, in eorum locum ſufficiuntur. At videntur lōgè aliud voluiſſe Galenus, & ipſe quoque Paulus: nempe hoc iuſculi genus alui cohibendæ vi pollere. Quanquam hi de gallinarū iure conceptis verbis agunt: Dioſcorides verò de pulli iuſculo, quem νεοσσὸν nominat. Sic porrò Gal. habet 11. ſimpl. ὁ γὰρ ἁλῶν τῶν ἀλεκτορίδων αὐτῶν ζωμὸς ἐπισχετικῆς ἐστὶ δυνάμεως, ὥσπερ ὁ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων ὑπακτικῆς. hoc eſt, gallinarum ius ſimplex cohibendæ alui facultate pollet, uti veterum gallinaceorum, ſubducendi. Hoc tamen loco ex Dioſcoridis contextu ἀντὶ τοῦ, ἐπικρατικῶς, lubenter cum Cornario reponerem, ἐπισχετικῶς, aut ἐπισχετικῆς, niſi quæ à Paulo de iuſculo eodem repetuntur lib. 7. apertiùs innuerent, τὴν ἐπισχετικὴν δύναμιν oppoſuiſſe Galenum τῷ ὑπακτικῷ. Sic enim ille: καὶ ὁ τῶν παλαιῶν δὲ ἀλεκτρυόνος ζωμὸς σὺν ἁλσὶ ἐπὶ πλεῖον ἑψηθεὶς, ὑπακτικὸς γίνεται· ὁ δὲ τῆς ἀλεκτορίδος, τὸ ἐναντίον ἐπισχετικός. hoc eſt, veteris galli cū ſale diutiſſimè cocti iuſculum aluum ſubducat: eandem contrà ius gallinæ comprimit. At verò Plinius longè aliud ſentit, dū lib. 29. cap. 4. Ius gallinæ, inquit, aluum ſoluit, validius è vetere gallinaceo.

πυρώδεις πυρετοὺς] Addit Lacuna ex veteri codice, χρονίους πυρετοὺς: ac ſic quoque Plinius & Serapio videntur legiſſe.

Cap. liiii. ὠὰ τὰ ἁπαλά] ἀπὸ τῶν ὠῶν διαιτῶν ἐκ ἁπαλῶν ὠῶν hauddubiè agit hoc loco Dioſcorides, nimirū de gallinarum Ouis: ac triplicis quidem differētiæ meminit, quæ in iis penes coctūram variam obſeruari conſueuit. Siquidem ῥοφητά, hoc eſt, ſorbilia, nominat, quæ breuiſſimā cocturam experiuntur, quæq; planè liquida vixdum incaluerunt. σκληρὰ verò ſeu dura, quę igni dureſcunt, quæ ſcilicet ita coquuntur vt indureſcant: hæc Galeno ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ dicuntur. Inter hæc autem media ſunt quaſi ex dimidio cocta; quæ Dioſcoridi ἁπαλά, Galeno τρομητά, hoc eſt, tremula, nominantur: mollia dixêre Latini ad durorum differentiam. Cæterùm prout hunc in modū magis minúſve cocta ſunt Oua, ita quoque magis minúſve nutriunt.

Cap. lv. κατάπλασμα δὲ] Quantum ex Galeni verbis in vndecimo ſimpl. med. colligere licet, κατάπλασμα nomine non tantùm hîc videtur intellexiſſe frōtale, quod ad cohibendas intercipiendáſve fluxiones in oculos potiſſimùm decumbentes fronti imponatur, ſed & remediū ad pilos palpebrarum reclinandos ſeu agglutinandos aptum: vtrunque enim præſtare candidum ex Ouo demōſtrare nititur. Sed neque poſterius hoc omiſit Plinius, in Ouorum viribus recenſendis: veruntamen ad reclinandos pilos ammoniacum tritum admiſcet; quemadmodum ad cohibendas fluxiones, thuris pollinem.

Cap. lix. κολικοῖς ὠφελεῖ] Lacuna veteris exemplaris fidem ſecutus, ἀντὶ τοῦ κοιλιακοῖς, quod habebatur in vulg. exemplaribus, legit κολικοῖς: & nos quoque ita legendum cenſuimus. Quotquot enim Galeritæ ſeu alaudæ vires tradidêre, ad coli ferè vitia ipſam commendarunt: & Galenus quidem in eum vſum non aſſam, ſed elixam cum ſuo iure ad multos dies ſumi voluit. Plinius, lib. 30. cap. 3. non aſſam tantùm Galeritam, ſed & ipſius cinerem in aqua bibi tradidit.

Cap. lxi. ἐλέφαντος ὀδόντας] Paulus AEgineta Elephantis non dentibus modò, ſed & vnguibus atque oſſibus eandem hanc vim tribuit.

Cap. lxiii. πρὸς γομφίων ἀλγήματα] γόμφιοι tum Galeno, tum Ariſt. verè dicuntur interiores dentes omnes, præter eos qui πρόσθιοι, hoc eſt, anteriores, iiſdem dicti ſunt, dum & inciſorios & caninos dentes complecti voluerunt. Inde deducta vox eſt γομφίασις, huic Autori, niſi fallor, peculiaris. Interpretantur nonnulli, maxillarum aut gingiuarum ex dentitione dolorem. Equidem ea voce μυλαλγίαν potiùs Galeno dictam ſignificari exiſtimo, hoc eſt, molarium ſeu intimorum dentium dolorem. Eum verò intelligo, qui ex defluxione oriundus eſt, non item ex dentitione ſola. Quin neque Cornu ceruinum nato ex dentitione dolori rectè conueniret, quum χαλαστικὰ ſeu relaxantia remedia, qualia ſunt mel, butyrū, ouillum leporinúmve cerebrum, tùm magis ſint ex vſu. Alij quemadmodum γομφωσις Medicis dicitur dentium συνάρθρωσις, quoniam γόμφων, hoc eſt, clauorum ſeu cuneorum modo ſuis alueolis infiguntur, ita fortaſſe γομφιάσιν huius vitium, γομφίασιν dici exiſtimarunt, dum videlicet dentes vacillant mobiléſque ſunt, neque firmiter ſuis hærent alueolis: id quod citra ictū aut dentium

ipsorum ex senio siccitatem plerunque accidit, vitio nerui qui dentem firmat præ humore nimio molliti atque relaxati, vel certè ipsarũ gingiuarum, dum humore nimio turgent, atque adeò præ mollitie & laxitate quasi diffluũt. Vtrique verò huic malo Cornu ceruinum videtur, quia tum siccat tum astringit, per quàm accommodatissimum. Ideóque Gal. de Cornu ceruino agens, 11. simpl. valere dixit, *εἰς τὸ συστέλλειν οὖλα & ...*, *ad contrahendas mollitie laxitatéue diffluentes gingiuas*. Itémque lib. de theriaca ad Pis. *τὸ δὲ ... ἐλάφου κέρατος ῥίνημα ... καὶ μετ' οἴνου λειούμενον, ... ὀδόντας ...*: hoc est, *Cornu ceruini ramentũ vstum & cũ vino tritum, deindéque circumlitum, mobiles dentes firmat & stabilit*. Et hæc quidẽ à Paulo lib. 6. cap. de Cornu ceruino, totidem verbis repetuntur. Ac ipse quoque Plinius lib. 28. cap. x. *Cornu cerui mobiles dentes confirmare testatur, doloréśque eorum mitigare, siue infricentur, siue colluantur*. Verumenimuerò cùm dentium mobilitatem vix vllus comitetur dolor, vox autem *...* hîc dolorem haudbiè præsupponere videretur, interiorum dentium dolorem interpretari maluimus, qualis ferè illis accidit ratione neruorum, quos substratos habent à tertio pari. Et certè quidem, tanquam ad dolores eiusmodi leuandos aptum, Cornu cerui meritò recipitur in varias compositiones dentium dolori dicatas, Gal. lib. 5. med. κατὰ τόπ.

CAP. LXVI. *αἱ βαλοῦσ' εἰς ἀκόνιτον*] Cantharidum hanc eandem præparationem paulò plenius illustrare videtur Gal. 11. simpl. Porrò quanuis earum non ita tutus est vsus, quoniam, vel ipso teste Galeno, interiora viscera, maximè verò vesicam, exedendo seu erodendo tandem interimunt: attamen si medicamentis vrinas mouentibus exigua quantitate admisceantur, tutò interdum vsurpari possunt: ac totæ quidem tutiùs, quàm ipsarum soli ventres: quantumuis variis locis Hippocrates, itémque Arabes omnes, excepto Auicenna, aliter sentire videantur. Fateor equidem & ipsum quoque Galenum ventres solos nonnunquam admittere: quemadmodum in recensendo medicamento lichenum excoriatorio. Sed alius est proculdubiò ipsarum vsus in ore assumendis, alius in extrinsecus admouendis. Exteriùs enim soli ventres rectè adhiberi possunt, vel quia, propter partium quibus adaptantur viciniam, non tanta vis penetrandi requiritur, quãtam nonnulli capiti, alis pedibúsq; subesse suspicãtur: vel potiùs, quia pedúmq; alarum additione vesicas excitãdi vis, qua ipse pollent, fortasse remitteretur: neq; verò membrorũ externorum, perinde vt internorum læsio metuitur. At integræ Cantharides intus assumptæ minùs officiunt: quoniam pedes & alæ venenatam eámque insignem, qua pollent earum ventres tũ alia viscera tum ipsam præcipuè vesicam erodendi exulcerandíque, vim non parum obtundunt: veluti præter Dioscoridem, Galenus, Plinius & Aëtius abundè testantur.

CAP. LXVII. *μάτην πυρὶ ...*] Salamãdram Nicãder & Serenus Medicus nullis flammis obnoxiam prodidêre. Quin & ignem à Salamandra restingui tradidit Arist. lib. 5. de hist. animal. Itidémque AElianus, lib. 2. de Animal. cap. 31. Sed & Plinius, lib. 10. cap. 67. de Salamandra eadem agens: *huic tantus rigor*, inquit, *vt ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies*. At Sextius, teste eodem Plinio, lib. 29. cap. 4. quemadmodum & hoc loco Dioscorides, ignem ab ea restingui negauit. Gal. verò lib. 3. de temper. & Aëtius cap. de Salamandra, aliquantisper quidem in igne durare affirmant, at verò tandem consumpto humore mucoso ac frigido quo redundat, quique ex rimosa ipsius cute effluit, exuri: id quod etiam non parum multi experimẽto facto comprobarunt. Quinetiã idem Gal. in lib. de comp. med. κατὰ τόπ. varia recenset medicamenta, in quæ Salamandra vsta recipitur.

ἐκτήκεται μετ' ἐλαίου] Cum Marcello & Cornario lego *καυθεῖσα, αὐτῇ τῇ ...*. Nã & Galenus & Paulus de hac eadem Salamandræ vi agentes, vstam eam desiderant, his verbis: *καὶ τῆς σαλαμάνδρας δὲ κεκαυμένης τὴν τέφραν ἔνιοι μιγνύουσι*. hoc est, *vstæ Salamandræ cinerem nonnulli admiscent*. His etiam astipulatur Plinius, lib. 30. cap. 6. dum *Pilos*, inquit, *in palpebris incommodos euulsos renasci non patitur Salamandræ cinis*. Attamen nõ desunt, qui huic nostræ lectioni repugnent: quia sit verisimile, Salamandræ septicam facultatem magna ex parte vstione absumi. Verùm & ego idipsum lubẽs agnosco, hácque ipsam ob caussam eius vstæ, quàm non vstæ vsum innocentiorem censeo. Porrò nihil impedit, quominus & vulgata lectio, *ἐκτήκεται*, tolerari vtcunque possit: siquidem oleum cui incocta fuerit, aut quouis alio modo intabuerit Salamãdra, psilothri vim asciscere ex saliuæ illius maleficæ permixtione potest. At nihilominus eius olei vsum haud ita tutum iudicauerim: quandoquidem verendum est, ne eius illitu non ij tantùm quos in totum tollere lubet, sed & cæteri totius corporis pili, auferantur absumantúrve. Enimuerò, si Plinio credimus, lib. 10. cap. 67. *Salamandræ sanie, quæ lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta toti defluunt pili*. Rursumque lib. 28. cap. 4. *Saliua eius quacunque parte corporis vel in pede imo respersa, omnis in toto corpore defluit pilus*.

CAP. LXVIII. *ὁ λύκος*] Fortasse *λύκιος*. nam & *λύκου* nomine aranei quoddam genus designat Hesychius. Plinius *lupum* nominat, à rapacitate scil. ita dictum: Aristoteles verò totum araneorum genus, *λύκους* appellauit.

σπλήνιον] Paulus, *ἐμπλάστρῳ*, quod idem est. Nã etsi *σπληνίου* nomine propriè accipitur linteolum oblongum, cui emplastrum inducitur: quandóque tamen & emplastrum quoque ipsum, veluti hoc loco, ea voce significatur.

CAP. LXIX. *καὶ ὕαλος*] *ἰσάτις*, non *ὕαλος*, videtur legisse Ruellius.

CAP. LXX. *χαλκιδικὴ*] Nicãdri Interpres *σαῦρα* sic dictũ opinatur, *...*, vti *χαλκίδα, ὅτι ἔχει ... τὰ νῶτα ... χαλκοειδεῖς ῥάβδους*. Quare non immeritò cum Cornario addubitauerim, sitne hoc loco legẽdum *αὐτὴ τῇ χαλκιδικῇ, χαλκειδής* seu *χαλκοειδής*. Nec enim à Chalcide insula, aut insulæ vrbe, sed à lineamentis æris æmulis id cognomen obtinuisse mihi fit verisimile.

CAP. LXXI. *ἐν τῇ Λιβύῃ*] Minimè legendũ esse *Λυδίᾳ*, quo modo in vulgatis legitur exemplaribus, vel ex eo patet, quòd Lydia sit regio Asiæ minoris: Mauritania verò, pars sit Africæ.

Lacuna legit in vetusto quodam codice, ἐν Ἀμμωνίᾳ Λιβύῃ. Oribasius habet, ἐν Ἀμμωνίᾳ. At nos, ex fide veteris exemplaris quod præ manibus habuit Io. Sambucus, legendum existimamus, Λιβύῃ: siue Africam ipsam, cuius pars est Mauritania, siue fluuium Mauritaniæ ita nuncupatum, eo nomine accipiamus. Vult ergo Dioscorides, Scincos non modò in antè memoratis locis gigni, sed & in Libyæ parte Mauritania, aut certè apud Libyam Mauritaniæ fluuium reperiri.

ἐν καρδάμῳ] Cornarius legit, ἐν ναρθήκῳ, i. *in abnolo panario*. Interpres Oribasij legisse videtur, ἐν χαλκῷ, quæ quidem lectio mihi mag s placet. Plinius simpliciter salsos afferri voluit.

φακοῦ ἀφεψήματι] Cornarius meritò ambigere videtur, vtrum pro φακοῦ, legendum sit, αὐτοῦ, scil. Plinij autoritate ductus: qui posteaquã de Scinco egit: *eiusdem decocto*, inquit, *im cum melle sumptum venerem inhibet*: quasi animal id in seipso eam habeat ἀντιπάθειαν. Sed ipsum potiùs Plinium deceptum existimo, qui pro φακοῦ, αὐτοῦ perperam legerit. Nã & posteriores Græci, Galenus, Paulus & Aëtius, φακοῦ hauddubiè legerunt, ac lentem potissimùm palustrem designauerunt. Cæterùm rostro & pedibus tribuere videtur Plinius, quod Dioscorides lumbis seu partibus circa renes: quanquam & ipse paulò pòst laterum carnes ad idem efficaciores censeri fatetur.

CAP. LXXII. εἰς τὰ ἀντικείμενα οὖς] Plinius lib. 30. cap. 3. itémque Aëtius Tetr. 1. ser. 2. cap. 168. terrenos Vermes in dentiũ doloribus non contrariæ aut oppositæ auri, sed vicinæ infundunt: quod equidẽ vero similius esse crediderim. Sed & denti vicina auris non modò παρακείμενα, hoc est, *adiacere*, sed & ἀντικείμενα, id est, *opponi* rectè videtur, quoniam illi ex aduerso posita est. Cæterùm hos eosdem Vermes ex passo epotos nõ vrinas tantùm ciere, sed & calculos comminuere, communi cõsensu Plinius, Aëtius & Serapio tradiderunt, insupérque regio morbo resistere: quæ quidem vires librariorum fortè culpa in Dioscoride desiderantur.

CAP. LXXV. στομάχου καὶ ταραχῆς] Diuersam lectionem ex vetusti codicis fide agnoscit Lacuna, quam nos margini ascripsimus. Attamen vulgatam lectionem lubentiùs amplectimur: id tantummodò supplemus, quod in ea desiderari videbatur. Nam pro ἀνατρεπτικὸν στομάχου καὶ ταραχῆς γίνεται, reponimus, ἀνατρεπτικὸν στομάχου καὶ ταραχῆς ποιητικὸν κοιλίας. Cæterùm anteà, quo loco agitur de bubulo, asinino & equino lacte, vide an redundent voces illæ, καὶ ἐντεριώνῃ: nam & in Aldino codice simpliciter habetur ἐντεροκατάλληλα γίνεται, hoc est, *ventri sunt magis idonea*. Adde quòd non quicquid aluum soluit, illico eandem conturbat.

τὸ διάπυροις κόχλαξι] κόχλακες nomine, Suida teste, λίθοι οἱ ἐν ποταμοῖς designantur, qui interdum Galeno & Paulo κάχληκες, aliis etiam χάλικες dicuntur. Calculos marinos hoc loco desiderat Plinius: cùm tamen in eundem vsum calculi, qui in fluminum ripis reperiuntur, rectè vsurpari possint. Porrò ignitorum horum calculorum aut silicum vice, ferreos cylindros lacti immittere se solitum commemorat Gal. lib. de simpl. med. fac. 10. sed efficacia maiore: quoniã ferrum sit astringendi vi præditum.

CAP. LXXVII. μαινε τὸ [...]] Paulus lib. 1. cap. 88. non vbi bis térve lac efferbuerit, sed vbi coctura vehementiore serum à lacte discesserit, tùm demùm sero mellis aut aceti mulsi, aut salis (ἁλῶν enim, non ἄλλως eo loco legendum videtur) quod satis est addi voluit. Aëtius verò, Tetrab. 1. ser. 2. cap 96. vbi efferbuerit ter quatérve, aliàs acetum mulsum, aliàs etiam aquam mulsam affundit: & illud quidẽ, si quando crassis pituitosisve humoribus purgandum corpus redundare videatur: hanc verò, siquando acribus ac biliosis. Sed vide num potius οἰνόμελι, μελικράτῳ, apud Aëtium, ὀξυκράτῳ legendũ sit. Orib. ἀπορ. lib. 1. mulsam aut vinum inspergit. Plinius, lib. 28. cap. 9. qui alioqui diuidendi lactis eundẽ cum Diosc. modum tradit, mulsum addit, quasi non ὀξύμελι, sed οἰνόμελι legerit.

καὶ ξέστου ἀργυροῦ] Plinius itidem cyathum argenteum vsurpat, loco citato. AEreì verò vasis frequẽtiùs in lac demittẽdi, non argẽtei meminit Gal. comm. 4. in lib. de vict. ratione in acut. sed mendosè, ni fallor, habetur χαλκοῦ, ἀντὶ τοῦ ἀργυροῦ. Aëtius verò, loco antè citato, simpliciter vasis aqua frigidissima pleni mentionem facit, neque addit, quánam ex materia id esse debeat. Cæterùm perperàm distincta esse hæc capita quæ vnico comprehendi debuerant, vel ex ipsa verborũ serie cuiuis facilè patet. Nec enim circa capitis huiusce principium aliud voluit Diosc. quàm seri à lacte diuidendi rationem, ac ipsius quoque vtendi modum tradere: deinceps verò quæ de lactis vsu habentur, ad caput de lacte referenda meritò videntur.

ὑοσκυάμου] Lacuna in vet. cod. pro ὑοσκυάμου, legit, δορυκνίου: quam ego lectionem iccirco lubenter sum secutus, quod reliqua quæ hic recensentur venena, sunt è genere erodẽtium & adurentium. Neq; tamen ignoro Lac etiã cõtra potum hyoscyamum valere, vti docet noster hic Dioscorides, aut quisquis est alius autor libri de venenis, cap. proprio de hyoscyamo.

CAP. LXXVIII. κυνὸς γάλα] Quæ de Canis lacte à Diosc. hoc loco commemorantur, tanquam falsa refellit Galenus, 10. de simpl. medic. fac. his verbis: ἔνια δὲ ψεύδονται φανερῶς, ὥσπερ καὶ τὸ ἀποτιθέναι τὰς κυνὸς γάλακτος, ὡς τριχῶν τῶν ἐκτιλλομένων τὰς τρίχας ἐκ τῶν βλεφάρων, οὐ [...] αὐτῶν ἀναφύεσθαι τὰς τρίχας, ὅτι αἱ ῥίζαι τῶν τριχῶν αὐτῶν [...]. καὶ δὲ τινες αὐτοῖς λέγουσι χαλᾶσθαι πρὸ τῆς ἥβης τὸ ἀνδρεῖον ἀγένειον τρίχας, ἢ [...] βάλλοντες τὰ [...] τῶν ἐμβρύων [...], ἐκ [...]. hoc est, *Alia uero palàm mentiti sunt, ueluti quòd lac caninũ, post radicitus euulsos palpebrarum pilos illitũ, alios renasci prohibeat. Similiter etiam falsa prodidère, qui idem illud pudendis ante pubertatem inunctum, alerem ijs locis pilorum exortum inhibere, necnon & potum foetus emortuos eijcere literis prodiderunt.*

CAP. LXXIX. ὁ δὲ τυρὸς ὁ [...]] Quotquot in manus venerũt Diosc. exemplaria Græca, habent ἀφρώδης, sed mendosè: ἀφρονίτρου enim legendum esse res ipsa per se clamitat.

CAP. LXXX. ὑπὸ [...] ἱππάκη] De hac eadẽ Hippace, Scytharũ familiari cibo, egit & Hipp. lib. de aëre, aq. & lo. itémque 4. de Morbis: necnon & illius coætaneus Herodotus, historiæ suæ lib. 4. Damascenus apud Stob. victum γαλακτο-

φάγοις, hoc est, Scythis, equarũ tãtùm lacte constitisse scribit: vnde caseos cõficerẽt, vt ita eo tũ potu tum cibo vterentur: itáq; ἀγαλακτοφάγοι fuisse, quòd commeatus vbique ipsis præstò esset. Theophr. verò hist. plant. lib. 9. cap. 13. Scythas Hippaces cibo narrat famem solitos depellere, vti & sitim radice Scythica seu glycyrrhiza retẽta in ore: ita vt solis istis in duodenos dies sese sustentarent. At Plinius, lib. 25. cap. 8. Theophrasti mentem non satis assecutus, locũ illum ita peruertit, vt hippacen seu hippicen apud Scythas herbam esse voluerit, quæ non in hominibus modò, sed & in equis eundem illum præstaret effectum. Atque huius exemplo in eundẽ raptus errorem Gaza, Hippacen Theophrasti, herbam equestrem interpretatus est.

CAP. LXXXI. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τῶν αἰγείων] Quòd Diosc. ex ouillo aut caprino lacte butyrum fieri retulerit, mirum Galeno videtur, 10. simpl. med. quippe qui nosset è bubulo confici, *vnde*, inquit, *& nomen*. Verùm etsi butyrum vt plurimùm è lacte bubulo paratur, attamen ex antè memoratis etiamnum confici posse ipsa docet experiẽtia, scilicet ex eorum parte pinguissima. Quin & butyrum Scythas ex equino lacte factitare solitos memoriæ mandauit, seu Hippocrates, seu Polybus, lib. 4. de morbis.

CAP. LXXXII. ῥαδίως ὑποπαθέμενον] Enallage numeri, pro ὑποτιθέμενα, videlicet ἔρια. Sic sequẽti capite, quo loco de lanarum vstarum lotione agitur, habes ἀποπτυσσόμενον, ἀντὶ τοῦ ἀποπτυσσόμενα.

CAP. LXXXIII. κροκώδες καίονται] Lanę purpuræ marinæ cruore infectę floccos seu tomenta, etiam Crito apud Gal. κροκώδη ἐσχαλὶν nominat. Archigenes verò μαλλὶν πορφύρας. Ad eundem modum AEgineta dixit, λινοῦν ῥάκι πορφύρας βεβαμμένον, *linteum purpura marina tinctum*. & Aëtius, ῥᾶγμα πορφύρας ἐρίου, *plagellam seu bapsum complicatum lanæ purpura infectæ*: imò & apud Gal. sæpenumerò πορφύρα pro lana purpure succo tincta reperitur. Plinius quoq; alicubi *lanæ conchylio infectæ* meminit. Marcellus Empiricus, *lanæ conchyliatæ*. Ouidius, *tinctæ murice lanæ*. Cæterùm simpliciore vrendæ lanæ modo, quàm qui hic à Dioscoride describitur, contentus est Gal. 11. med. simpl. vt scilicet vratur in olla noua operculo clausa, crebris foraminibus peruio. Neque verò alia est vrendæ lanæ ratio, quæ habetur apud Gal. 6. de comp. med. κατὰ γένη, in descriptione emplastri AEgyptij.

CAP. LXXXIIII. οἴσυπος δὲ λέγεται] Ex verbis Aëtij, lib. 2. cap. 120. colligas sorditiem seu sudorem feminum & alarum lanis ouium adhærescere solitũ, seu, vt Ouidij verbis vtar, *demptum succum ab ouis immundæ uellere*, nondũ OEsypum appellari, sed tantummodo ῥύπον ἀφεψ..., seu ῥύπον ἐπιπεφυκότα τοῖς τῶν προβάτων ἐρίοις: οἴσυπον autem tùm demùm dici pinguitudinem illam, cùm eo præparata est modo, quo hic à Diosc. describitur, & planiùs apertiúsque ab Aëtio, loco antè citato.

ἐκπλύνοντες στρουθίον] Addenda negatio ex sententia Marcelli & Cornarij, legendúmque, μὴ στρουθισθέντα, aut reponendum, ἀστρούθιστα. Alioqui, quod facilè crediderim, vox ea redundat. Neq; verò habetur quicquam, quod illi voci respondeat, apud Serapionem, vti neq; apud Aëtium: sed apud hunc eiusce loco leguntur hæ voces, ὕποδα καὶ ὕλα. At vero quid per ὕποδα significet, mihi non satis constat. Interpres *sorte* vertit, ac fortè ... vel ... legendum existimauit. Cæterùm στρουθισθέντα citra negationem apud Diosc. perperam legi ex eo facilè constat, quod dum radicula lanæ purgátur, ea deperit pinguitudo, quæ ad præparandum OEsypum omnino desideratur. Huc adde quòd inferiùs conceptis verbis admonet Diosc. præstantius esse id OEsypum, quod e lanis paratur radicula nondum curatis: ἀστρουθίστων ipse nominat. Porrò στρουθίον, lanaria est herba, *radicula* Latinis idcirco dicta, quòd struthij vis ad purgandas lanas efficax in radice potissimùm sita sit. *Lauandis enim lanis succum habet*, inquit Plin. lib. 19. cap. 3. *mirũ quantum conferens candori mollitiæque*.

ἀφρώδες ὕδωρ ...] Aldinum exemplar habet, ῥυθμὸς ..., desideratur verò vox, ... Ego pro ... lego ..., idque ex Aëtio: qui quidem horum Diosc. verborum mentem ita exprimit: ἐπιχέας ἕτερον ὕδωρ ζέον ἀναταράσσω, ... &c. *Affusa*, inquam *altera feruente aqua conturbato, ac poculo aliόue quopiam vase haurieus liquorem & ex alto illidens*. Quibus quidem verbis, quæ obscuriora videbantur apud Diosc. ita illustrat, vt desiderari ampliùs vix quicquam possit. Interim aquam, quæ affunditur sordibus è lana exemptis, calidã feruẽtemq; esse debere obiter innuit: quod fuerat à Diosc. prætermissum. Itémque non multò pòst, si ad spumam aspergendam aqua marina desit, frigidam simpliciter vsurpare non veretur.

ἐν ἡλίῳ δὲ θερμῷ] pro θερμῷ legere malui ex Aëtio, θερινῷ, quanquã vtrouis modo legas parum refert. Attamen vtvt legeris, in æstiuis ardoribus præparari OEsypum satius esse scitò, quàm alia vlla anni tempestate.

CAP. LXXXV. καὶ πλαγιωσμοὶ καὶ ἐκ θώρακος] In sanguinis ex thorace reiectionibus Coaguli leporini vsum reformidat Gal. 7. simpl. med. idque propter eam qua prẹditum est acrimoniam. Nam & acrium cæterorum remediorum vsum respuendum censet in affectibus, qui astrictionem exposcunt.

μετὰ τὴν ἄφεδρον ἀτόκους ποιεῖ] Plinius contrà, lib. 28. cap. 19. præstare asserit, vt mares concipiantur, nedum vt conceptio impediatur. Posteaquam enim, *si uuluæ leporis in cibo sumantur, mares concipi* scripsit: illico subiungit, *idem testiculis & coagulo prosici*.

νεβροῦ καὶ δορκάδος] Cum Val. Cordo coniunctionẽ καὶ expungendã puto: siquidẽ vox νεβροῦ, ad ea quæ sequuntur omnia ceruini generis animantia refertur: horum enim omnium pulli, Græcis νεβροὶ, Latinis *hinnuli* dicuntur. Porrò etsi apud Oppianum δορκὰς idem est cum dorcade, hic tamen Dioscorides δορκάδα à dorcade manifestò distinguere videtur: siue sexu, siue specie inter se differant. Ac certè quidem I. Cæsar Scaliger exercit. in Cardanum CCVII. δορκάδα, capreolum esse censet, qui est inter ... & damam, quæ ... Græcis dicitur: δορκὰς verò, capream esse autumat. Ego contrà *dorcas capreolum, dorcadem capreã* conuerterẽ. Attamen ne in hac tanta nominum ambiguitate certi quic-

quam statuere velle viderer, cum Plinio Græca nomina retinere malui. Cæterùm hoc loco apri perperam meminit Ruellius, cùm in Græcis codicibus tale nihil habeatur.

C.LXXXVI. στέαρ στέαρ ...] στέατος nomine genus omne adipis hoc loco cōplectitur Dioscorides: quanquam propria significatione sumptum στέαρ, ἀπὸ τῆς πιμελῆς, hoc est, *seuum à pinguedine* seu *adipe* rectè distinxerunt Aristoteles 3. de nat. animal. Galenus 11. simpl. atque Plinius, lib. 11. cap. 37. Siquidem στέαρ seu seuum (*adipem* perperàm vertunt Galeni Interpretes) vsquequaque fragile est, neq; tam facilè igne liquefit, & postquam refrixerit, veluti conglaciatur. πιμελὴ contrà (*adipem* an *pinguitudinem* dicas nihil refert) ad ignem celerrimè liquatur, neque apta est durari aut concrescere. Locis quoque discrepant: adeps enim inter carnem cutémque solet consistere, sebum in fine carnis semper est. Huc adde quòd quæ vtrinque dentata sunt animantibus, tanquam temperamento humidioribus, prouenit adeps: quæ verò cornigera & altera tantùm parte dentata sunt, tanquam temperamentum siccius ac magis, vt ita dicam, terrestre sortita, sebo pinguescunt.

...] Lego .... Sic inferiùs cap. 90. ... &c.

CAP. LXXXVII. ὕειον δὲ καὶ ἄρνειον] Ita legit Oribasius: attamen ἄρκειον, hoc est, *vrsinum*, legisse videtur Serapio: & hæc quidem lectio, vt Interpretibus aliis, ità mihi quoque magis probatur: tum quia agninus adeps ouillo congener est, cuius parandi infrà mētio fit, tum quia nullibi in medicina adipis agnini meminit Dioscorides. Adde quòd vrsinum etiam adipem nusquam alibi curare docet, cuius tamē virium meminit in sequentibus.

οἷον τὸ ...] Lacunæ codex, vt ipse vult, incorruptissimus habet, ... Ego verò non quidem ... lego, sed ..., lapsu vnius literæ perfacili. Est verò ..., distringere, friare, seu in micas frangere, quod Galli *esmer* dicunt.

...] Vel legendum, vt paulò post cap. LXXXIX, ... vel præpositio, ..., hoc loco ... nisi malimus ... &c.

CAP. XC. ...] Proculdubiò ... legendum ...: nam & anteà cap. LXXXVII. ... inquit, ...

CAP. XCI. ...] Lege ..., vt habetur aliquoties inferiùs hoc eodem capite.

...] Lacunæ codex habet, ... Ego verò ... potiùs legendum censeo, quemadmodum & ipse Cornarius videtur legisse.

...] Lego, ..., quanquam ... *liquorem* seu *succum exprimere* significat: sed huic loco prius illud magis quadrare mihi quidem videtur.

CAP. XCII. ...] Ita habent codices omnes, in quos equidem incidi: attamen legendum, ... cum ..., ἀπὸ τοῦ ....

CAP. XCIII. ...] De hoc eodem Leonino adipe ita Plinius, lib. 28. cap. 8. *Magorum*, inquit, *vanitas perunctis eo adipe faciliorem gratiam apud Reges populosue promittit: præcipuè tamen eo pingui quod sit inter supercilia, ubi esse nullum potest.* Neque ita multò post: *Perunctos eo bestias fugiunt: resistere etiam insidiis videtur.* Hoc verò ipsum Serapio vrsino adipi, non leonino tribuit: nisi fortè, quod suspicor, error is est interpretum Serapionis. *Si quis*, inquit, *vrsino adipe vnxerit corpus suum, non timebit malorum hominū insultum.* Porro simile quodammodo & illud est, quod de lupino adipe libri citati cap. 9. refert Plinius: *Massurius*, inquit, *palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit: ideò nouas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur.*

τὸ δὲ αἴγειον ...] Galeno minimè probatur, quod hic ait Dioscorides: seuum caprinum proximè memoratis esse ..., nisi Diosc. ... vsurparit, ἀντὶ τοῦ δριμύτερον. Ac certè quidem ipsum ..., aliàs etiam videtur accipere Dioscorides, pro *acre esse*, veluti huiusce libri cap. 83. & 84. ... tanquam interesit nihil, astringens an acre dixeris: cùm tamē sensus astrictionis à sensu acrimoniæ sit longè diuersissimus. Et hac ratione à Galeno reprehenditur Diosc. tanquam Græcarum vocum significata non pernouerit, vt cui Græcâ lingua esset insueta. Verùm enimuerò etsi hoc nomine aliàs meritò reprehendi posse Diosc. lubens fateor & agnosco, attamen ex ipsa sermonis serie facile est videre, ... hoc loco à Dioscoride in proprio vsurpari significato: quippe qui subiiciat, ea de causa dysentericis conferre. At verò Galenus nō propterea quòd magis astringat, dysentericis & tenesmosis suillo magis cōferre voluit: sed quia ille ob crassitiem citiùs concrescat: hic verò, etsi acrimoniam magis obtundat, attamen instar olei defluat, atque adeò affectibus eiusmodi minùs conueniat.

...] Serapio, ..., legisse videtur: quippe qui suillum adipem sale inueteratum paralysi conferre voluerit: nisi fortè vitium est librariorum, aut Interpretis.

...] Quod viperinum Adipem pilos sub alis radicitus euulsos abolere ac renasci prohibere, itémque suffusionibus mederi scripsit hoc loco Dioscorides, Galenus ipse falsum experimento se comperisse testatur, 11. simpl.

CAP. XCV. ... &c.] Lacuna legit in vetustiss. codice: ... *ægrè verò discerni potest, cuiusnam ea sit animantis, nisi ab eo qui ipsam exossans viderit ac reposuerit.* Id etsi verum ac indubitatum esse agnosco, visum tamen est vulgatam lectionem retinere: quippe cùm ex ea verus quoq; sensus elici possit. Enimuerò velle videtur Diosc. ęgrè cognosci, Medulla sit nécne, quæ cruenta ac veluti caro quædam friabilis in ossibus interdum reperitur. Attamen vtra lectio potior sit, peritioribus iudicandum relinquo.

ἡ τράγου δὲ καὶ ...] Hircinam ac taurinam Medullam excipit Gal. 11. simpl. quippe qui indurata ac scirrhosa emolliendi vim eas habere negauerit, quoniam acriores sicciorésque sint.

...] Legisse videtur Plinius, ac Interpretes quoque omnes, ..., excepto vno

Serapione, qui *sedatiuas esse Medullas* dixit, nulla facta calfactionis mentione. At equidem non nego medullas calfacere, neque ignoro non esse nouum Dioscoridi, primas medicamentorum qualitates secundis ac tertiis subiungere: sed quoniam codices omnes habebant θεραπευτικαί, eam quoque lectionem retinere malui. Ac, mea quidem sententia, simplici voce, θεραπευτικαί, vsus est Diosc. pro composita, ἀποθεραπευτικαί: quasi voluerit medullas ad apotherapiam esse accommodatas, scilicet ad eam curandi rationem, quæ quamlibet lassitudinem tollit, viresque reparat, seu ab exercitio, seu ab alia quacunque causa dissolutas. Ea verò curandi ratio quoniam perficitur solidas partes humectando & emolliendo, quęq; in meatibus retinentur euaporãdo: ad hos vsus affrictam Medullam recte accommodari, quis non videt?

φάρυγγος] Malum genere masculino, φάρυγγος: siquidem ad μυελόν, quàm ad proximum στέαρ, referri satius est.

CAP. XCVI. ἀλεκτορίδος λευκῆς] Existimaui aliàs, αἰγὸς, λευκῆς, ἀγρίας, aut quid simile legendum: neque enim adduci poteram vt crederem, gallinæ candidæ fel efficacius esse, quàm nigræ. Sed vt nihil hoc loco immutarem, fecit Autoris grauiss. Plinij autoritas: qui quidem lib. 29. cap. 6. *fel* quoque *candidi gallinacei* præfert *ad argema, albugines ac suffusiones*: fortè quia in genere gallinaceo minus sit virium nigris. Sic enim, *vulneribus* etiam *nigris minus esse virium*, scripto tradidit Plinius, lib. citati cap. 4.

CAP. XCVII. αἷμα τῶν χλωρῶν βατράχων] De viridium Ranarum sanguine, quas brexantas vocant, quod à Diosc. refertur, experientia falsum comperit Galenus, vti testatur 10. simpl.

CAP. XCVIII. ἢ ἀσπάλακος] Addere visum est ex Serapione, quod deesse videbatur, καὶ λαγωοῦ. De huiusmodi autem vstione, variisque ischiadicos vrẽdi modis, vide quæ fusiùs tradũtur ab Aëtio, lib. 12 cap. 3. vbi certè quidẽ & hic ipse Diosc. locus paulò pleniùs illustratur.

πελαργῶν δὲ] Hoc ciconiarum Stercus comitialibus mederi negat Galenus, 10. simp. facto, vti refert, experimento. Idem quoque pudendum existimat, murium stercus, muscerdam vocant, ad alopecias & irritandã aluum vsurpare, quum ad eos vsus sint nobis ad manum lõgè præstantiora remedia.

κροκοδείλου χερσαίου.] Fuci è Stercore crocodili terrestris, meminerunt & Horatius & Clemens ipse Alexandrinus. Alias verò stercoris eiusdem vires vide apud Plin. lib. 28. cap. 8. quo loco, *Crocodileam*, ipsum vocari innuit, non crocodili intestina vti falsò credidit Cælius Rodiginus, dũ Plinij verba non satis aduerteret.

ἡ λευκοτάτη] Interpretes omnes rectiùs, λευκοτάτη, legisse videntur. Nã & Plinius, lib. 28. cap. 8. de crocodilea verba faciẽs: *Optima*, inquit, *quæ candidissima & friabilis, minimeq; ponderosa*, &c. Quod verò habetur inferiùs, ὄπτιξ, non est quòd miretur quisquam ita etiã efferri fœminino genere: veluti alibi apud eundem Autorẽ ἄπτιξ, & apud Theophr. σμῶξις. Eiusmodi enim composita, apud Grammaticos communia censentur.

καὶ χρίζοντες ἀγχόνῃ] Hunc locum sic descriptum reperit Goupylus in manuscripto codice: καὶ χρίζοντες τὰ ὀλίγῳ ἀγχόνῃ, δι' αὐτῷ τεκμήριο τῆς σωτηρίας ἀποφαίνουσι: quam sententiam Hermolaus & Marcellus expresserunt: ac nos quoque manuscripti codicis lectionẽ illam potiorẽ duximus. Quæ verò ad capitis calcem Latina fecimus, nõ habentur apud Serapionem, Marcellum, Cornarium: in antiquo tamen codice sic ascripta reperit Goupyius: αἰσθητικοὶ δὲ ξηρῷ σὺν μέλιτι συγχρίονται καὶ ὑποπίπτουσι τοῦ λαίμου, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν κυνὸς, συναγχικοῖς βοηθεῖν ἐν ἀρρήτοις εἰρημένα. Ald. cod. in nothis, ἀναλυρρίνως εἴρηται. Hæc, quanquam fortè perperam è margine in contextum translata, etiam ab Hermolao expressa sunt, & ex eo loco ab omnibus ferè Medicis descripta.

CAP. XCIX. δῆξιν τῆς θαλασσίου] Non ignoro serpentes haberi marinos, quorum sint plura variáque genera: at nullum tamen est (quod equidem sciam) quod viperæ marinæ nomẽ sibi vendicet. Quin neque vsquam alibi viperæ eiusmodi marinæ mentionẽ fieri existimo. Quare cum Marcello & Cornario de marinis echinis hoc accipere, & ἐχίνων hoc loco legere malim, quàm ἐχιδνῶν cum Serapione cæterisque Interpretibus: maximè cùm & ipse Plinius de Vrinæ humanæ viribus agens, lib. 28. cap. 6. scribat in hæc verba: *Sua cuique (quod fas sit dixisse) maximè prodest, confestim perfuso canis morsu, echinorumque spinis inhærentibus*. Porrò cùm ita se res habeat, hoc ipso loco αἱ τῶν δῆξιν, πληγὴν seu νύγμα, legendum puto: neque enim echini, scorpiones draconésque marini dentibus morsúve, sed aculeo feriunt.

ὀρθοπνοίας ἀφίσεν] Vrinæ impubis pueri potu minimè liberatum orthopnoicum quendam asserit Galenus, lib. 10. simpl. neque etiam eius vsum ad orthopnœam curandam tantoperè necessarium esse ait, cùm copiosa suppetat sylua medicamentorum, quę huic medeantur affectui, Auicenna tamen illius potu nonnullos sanitati restitutos commemorat.

ὅτι δὲ χρυσοκόλλα] Chrysocollę factitiæ conficiendæ rationem quoque tradit Gal. lib. 9. & 10. simpl. Quin & ipse Dioscorides eius parandæ rationem lib. 5. repetit.

ἐρυσιπέλατα παύει] Eius vrinæ ὑπόστασιν, quam ὑπόστημα vocat Dioscorides, erysipelatis veris minimè conuenire docet Gal. proximè citato libro, vti neque vllum medicamentorum calidorum & acrium: nisi cùm, refrigerato restinctóque erysipelatis ardore, ad resoluentia digerentiáque transire tempestiuum est.

ἄγει δὲ καὶ κοιλίαν] Cum doctiss. Cornario legendum putaui, ἄγει ὕδωρ καὶ κοιλίαν: & ita quoque Serapio legisse videtur. Neque verò in hydrope, quẽ ὑπ' ὀρκα vocant, opus est vrinas per aluum extrahere: sed pituitam potiùs, quæ per vniuersi corporis habitum sparsa est, aut ad vrinæ vias, aut ad ipsam aluum deriuare.

CAP. C. πινόμενον] Addendum putaui, μελίτων πινόμενον, quo meliùs ista cum sequentibus cohærerent: redditiua enim particula, δὲ, tale quid desiderari significabat. Sic de salamandra anteà, cap. 67. agens Diosc. μιγέντων, inquit, μετὰ τοῦ μελιτος.

CAP. CI. σιμβλίου καλούμενον] Non ignoro σίμβλου seu σίμβλους nomine apum alueare significari, vnde dici possit σιμβλίου μέλι, ad differẽtiam mellis aërei aut arundinacei: quasi quod intra

alueum apes mellificauerint. Attamen hoc loco Ὑβλαῖον legere malim, quàm ἀμβλαῖον, vnà cũ cæteris Interpretibus. Est enim Hybla mons Siciliæ, cognomini ciuitati proximus, thymo abundans, adeóque Mellis laudatissimi prouentu celebris: vnde & apes Hyblææ & Hyblæa mella tantopere prædicantur.

ἀποχρίεσθαι] Legêre Marcellus & Ruellius, ἀποκαυζόμενα. Mihi nõ placuit vulgatam lectionem immutare: maxime cùm vnicuique cõstet, etiam forinsecus adhibito melle non parum iuuari antedictas inflammationes.

ξηροθερμοὺς ποιεῖ] Sunt qui legant, ξηροθερμούς, eadẽ propè significatione: nisi quòd ξηροθερμῶν voce peculiariter sicciores pustulæ designantur. Hermolaus Barbatus & Ruellius legisse videntur, ἐρεθιζόμενον ὄζει. Marcellus, ἐρεθίζειν ποιοῦν: quã enim Plinius *erithacen* seruata Græca dictione nominat, illi cum Gaza *eraginem* interpretantur. Sed annotat Goupylus in vetustis exemplaribus scripturam ita esse deprauatam, vt non facile sit eam restituere. Attamẽ *ex Plinio*, ait ille, *intelligi potest hanc fuisse veterem scripturam*, ἐρείκην ὄζει. Sunt enim hæc Plinij verba lib. 11. cap. 16. *Tertium genus mellis minimè probatum syluestre, quod ericæum vocant. Conuehitur post primos autumni imbres, cum erice sola floret in syluis, ob id arenoso simile, &c.* Mihi verò non abs re alienum videtur, vt Mel illud hybernum, seu adhibitum seu assumptum, papulas illas excitare possit. Enimuerò quoniam adhibitum sua crassitie meatus ita obstruit, vt excrementa fuliginosa exhalare minimè permittantur, quidni hæc intra cutim retenta pustulas tales excitent? assumptum verò quidni & idem præstet qua præditũ est acrimonia, quemadmodum & quotquot alia inter acria alimenta recensentur? Cæterùm Vetus Interpres exemplar habuisse videtur, in quo hæc tantum verba essent: τὸ δὲ χειμερινὸν παχύτερον ὂν, χεῖρον.

CAP. CIII. κατά τινας καιρούς] *Quibusdam annis*, ait Plinius, lib. 21. cap. 13. ibidémque rationẽ subdit, cur nõ omnibus annis mel perniciosum existat. Sed & noxium illud virus, quod Heracleo melli accedit, floribus tribuit aquoso vere marcescẽtibus herbæ, quæ ab exitio quidem iumentorum, sed præcipue caprarũ, ægolethron appellaretur. Ea vero, aconitum fuerit nécne, peritiores iudicent.

μετὰ δὲ ἀλὸς] *Cum aloë sugillatis emendari*, legimus apud Plinium, lib. 21. cap. 13. sed vitio librariorum fortassis, *aloë* habetur, pro, *sale*.

CAP. CIIII. καλεῖται δέ τι καὶ σάκχαρον] Saccharũ priscorum, quod Archigenes à salis similitudine Salem Indicũ appellauit, ex iisdẽ arundinibus, è quibus & nostrũ, excipiebatur: idcirco μέλι καλάμινον Arriano dictũ. Sed illud spõte extra arundines iam senio cõfectas lacrymæ aut gummi modo concrescebat: hoc nostrum, succus est è tusis ipsis arundinibus expressus, qui quidem coctus, in formas pyramidales hodie cogitur.

CAP. CV. λευκαίνεται δὲ] Ceram candidam hoc modo factam, Punicam Vitruuius videtur appellasse, itémque Plinius: quanquam hic paulo aliter eius conficiendæ modum tradit, lib. 21. cap. 14. Aëtius eandem variis in locis κηρὸν λευκὸν nominat, voce, vti videtur, à Latinis deriuata, quòd tractando inalbuerit: etsi Phauorinus in suo Lex. nullo, quod equidem sciam, exemplo τρακτίζω, τὸ λευκαίνειν καὶ κατασκευάζειν interpretatur.

CAP. CVII. σῖτοι μὲν πάντες οἱ τριμηνιαῖοι] Frumentum Græci σῖτον nominant, è cuius generibus est Triticum, iisdem πυρὸς dictum. Huius duo sunt genera, à sationis tempore distincta: nẽpe quod autumno, & quod vere seritur. Hoc simpliciter Triticũ appellãt, illud trimestre seu sitanium. Sed rursum Tritici duo recẽsentur genera: vnum, quod Columellæ & Varroni robus dicitur, durum, densum, solidum, ponderosum, quódq; tum intus tum foris rutilo colore splendet. Alterum, quod leuius & candidius est, ac interiori medulla laxius. Latinis siligo dicitur, quam quidẽ Plinius propter candorẽ & in mandendo suauitatem commendat, quanquam sine virtute & pondere esse fatetur. Columella eius quidem speciem in pane præcipuam esse concedit, sed Tritici tamẽ vitium esse censet: quippe cùm Triticũ vliginoso loco satum anno tertio in siliginem degeneret: vnde & illud constat, Gazam olyram Græcorum, perperàm siliginem interpretari. Porro quod trimestre diximus, Græci quoq; τρίμηνον seu τριμηνιαῖον πυρὸν dixêre, quoniam tertio à satione mense, locis certè quidem calidioribus, maturescat & metatur. Idem (fortasse quia nonnulla quoque sunt, testibus Galeno & Plinio, δίμηνα καὶ τετράμηνα) illi σητάνιον, seu potiùs σητάνειον nominant, quasi ἐτήσιον, hoc est, *hornum seu hornotinum*. Illam etiam vocem apud Hipp. Galenus, Comm. 2. in lib. περὶ ἄρθρων, tex. 44. itémque in gloss. exponit, τὸν ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους, ὅπερ, τὸν κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένον, *quod est præsentis anni, nempe vere, satum*: σῆτες enim Ionica lingua significat, ἐν τῷδε τῷ ἔτει, pro quo Attici τῆτες dicunt. Cæterùm huiusmodi Triticum etsi ab eo quod autumno seritur forma ipsa differre videtur, ad siliginem tamen propiùs accedit: nam *robusta frumenta*, inquit Columella, *semper ante hyemem seri debent*.

ποιεῖ δὲ ἐκ τῶν σεμιδαλίτων] Vt panũ differẽtias à coctura varia petitas impræsentiarum omittamus, quinque panis genera facere videtur Gal. 1. de alim. fac. quæ quidem à triticeæ farinæ partibus variis primaria differentiæ nomina acceperunt. Siquidẽ Tritici partes quædam sunt tenuiores ac puriores, aliæ crassiores impurioresque: quas quidem omnes inter se commixtas tota farina continet. Purissima ac tenuissima, quæq; ab omnibus furfuribus exactè repurgata est, Latinis *siligo* dicitur. Veteres enim eo nomine non modò alteram illam Tritici speciem, sed hanc quoque designant à furfuribus depuratissimam ex Tritico εὐγενεῖ, i. *generoso*, farinã, quam Plinius *tritici delicias* appellauit, proprio vero ac peculiari sibi nomine *pollinem* (siquidem Celsus pollinis nomine sordidã, impuram ac furfuraceam farinæ partẽ intellexit: aliis verò, vti Marcello, pollen tenuissimus puluis est magis quàm farina, qualis circa molas pistrinorúmque parietes visitur.) Græci σιλίγνιν, à Latinis mutuata voce, appellant, proprio, vt ait Galenus, nomine destituti. Ex hac farinæ portione conflatus panis, σιλιγνίτης Græcis dicitur. Latinis *siligneus* ou *primarius*: interdum etiam, vti Athenæo, σε-

f

καθαρός, quasi purus: cúmque scribit Paulus esse, τῶν ἄρτων εὐφυμότατον, hoc est, *plurimum præ cæteris alimenti præstare*. Quæ vero farina tenuis quidem est, sed siligine impurior, vtpote ex qua non omnes, sed crassiores tantùm furfures excussi secretique sunt, σεμίδαλις Græcis, Latinis *simila* seu *similago* appellatur. Et ex ea quidem panis conficitur, Græcis σεμιδαλίτης dictus, Latinis *secundarius*: quippe qui in alendo secundas ab illo teneat: quam ob causam secundum quoque bonitatis locum inter panes illi Galenus assignauit. Qui tertium in alendo locum obtinet, Græcis interdum μέσος, aliâs αὐτοπυρίτης seu αὐτόπυρος dicitur: quoniam conficiatur ex tota tritici molis exactius fracta substātia, non discretis inquam pollinario furfuribus. Ita enim dicitur, ἐπειδὴ ὅλος αὐτὸς ὁ πυρὸς ἀδιακρίτως ἀλήθεται, quòd *totum ipsum triticum, nulla sui parte adempta, in panificium cedat*. Idem ob farinæ cum furfuribus commixtionem, Diosc. συγκόμιστος dicitur: quasi qui omnia secum ferat, quippe cui nihil sit ademptum. Supersunt ῥυπαροὶ duo genera, quæ infirmius parciúsque antedictis alimētum exhibent. Ex his qui minùs est sordidus, excussa nimirum mollissima purissimáque farina, quartum locum obtinet, & Athenæo quidē ἀγελαῖος, quasi *gregarius*, Celso Latinisque aliis *cibarius*, seu *ater*, dicitur. Festus Pompeius *acerosum* nominat, qui seruorum olim erat cibus: vti, teste Iuuenali, Sat. 5. qui *tener ac niueus mollique siligine factus* erat, *seruabatur domino*. Quintus omnium sordidissimus infirmissimúsq;, quippe qui minimùm nutriat, Græcis πιτυρίας seu πιτυρίτης aut πιτυρώδης, Latinis *furfureus* aut *furfurosus*, siue *furfuraceus*. Hic magnam partem extis tritici constat, quæ Græci ἀφαίρεμα & πίτυρα, Latini *furfures*, *cantecas* & *apludas* vocant: ac in canum fere gratiam confici solet. Pacuuius iccirco *canicarium* dixit, à canum cibo, vti Festus annotat. Sordidis hisce & is annumerandus venit, qui olim ex polline frumenti tenuissimo ad molæ parietem adhærescente, indéq; multis cum sordibus deterso, vt veriùs pulueris quàm farinæ nomen mereretur, conficiebat. Hæc paulò fusiùs explicare visum est, quod hasce panum differentias omnes apud varios Autores variè confundi animaduerterem.

Cap. CVIII. τὰ δὲ ἐρικτὰ &c.] Isthæc meritò dubitaueris vtrum ad κριθὴν, an verò ad πτισάνην modò dictā, referri sit satius. Equidē de Hordeo seu integro, quod ἄπτιστον vocāt, seu etiā decorticato, at non satis cocto, hæc tradi existimauerim: quandoquidem ptissanam constat inter Medicos, siquidem probè cocta fuerit, neque flatulentam esse, neque stomacho aduersari: quoniam si quam habebat anteà flatuum gignendorum vim, facilè longa coctione deposuit, quando scilicet plurimùm inter coquendum intumuerit. Quin & Hipp. libro de vict. rat. in acutis, qui quidem ptissanæ laudibus dicatus est, ideóque de ptissana quoque inscribitur, hanc ait neque astrictionem habere, neque malam turbationem, nec denique in ventre intumescere. Porrò πτισάνης vox deducta videtur Athenæo, lib. 10. ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, quod est, tundendo deglubere, seu pinsendo decorticare, & ἀποφλοιῦν seu πτίττειν, quod interpretatur Eustathius, ἀποκαθαίρειν seu ἀποκαθαρθείσας κριθὰς βεβρεγμένας, Hesychius verò, ἀποκαθαίρεσθαι. Id autem etsi frugibus omnibus, vti oryzæ, chōdro ac tritico, ac nonnunquā etiam leguminibus quadrare possit: πτισάνη tamen simpliciter dicta, de Hordeo semper intelligitur, quod suo sit castratū cortice, *mundatum* vocant Officinæ. Ea verò variè in ægrotantium vsum, teste Galeno, præparabatur: fuit enim alia ptissana non colata, quæ ptissana tota dicebatur: alia verò colata, quæ Græcis πτισάνης χυλός, hoc est, hordei purgati cremor seu succus dici consueuit.

τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν ἄλευρον] Perperàm hauddubiè habetur hoc loco ἄλευρον, ἀντὶ τοῦ, ἄλφιτον, veluti patet ex ipsius Plinij verbis, lib. 22. cap. 25. Is enim de polenta olim Romanis ignota verba faciēs, *Ad stomachum*, inquit, *vtilis, aluum sistit, impetusque rubicundi tumoris*. Aluum verò quidni sistat, cùm & ipse Galenus polentam exiccandi vi maxima pollere meritò dixerit? Enimuerò ἄλφιτον, Latinis *polenta*, est ipsa hordei tosti farina, quod tamen, priusquam torreretur soléve exiccaretur, aliquoties aqua aspersum fuerit, quemadmodū ex Plinij verbis licet colligere. Galenus ex optimo & recenti, seu adhuc viridi, hordeo mediocriter frixo laudatissimam simul & suaueolentissimam polentā parari tradidit. Sic & Plinius, lib. 18. cap. 7. *meliorem polentam*, inquit, *fieri tradunt, si non excocta maturitate tollatur*. Cæterùm ex polēta, humido aliquo (aqua nimirum, vino, oleo, melle, sapa aut horum simul aliquot) permixta & subacta maza fieri solebat: vti è cruda hordeacea, ac interdum etiā alia quapiam, farina ex hydrelæo soluta, quæ Græcis ἀμαλόνης dicta est: quanquam Pelagonio & Absyrto autoribus, ἀμαλόνης mistura sit æqualis fœnigræci, seminis lini & farinæ hordei.

Cap. CIX. σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς] Zythum non simpliciter ex hordeo præparatur, velut innuere videtur Dioscorides, sed ex hordeo postquam aqua maceratum intumuerit, germináque ceu ligulas emiserit, torrefacto: quo modo bynen præparari docuit Aëtius. Theophrastus 6. de causis pl. ζῦθον seu ζῦθος AEgyptiis appellatum, ex hordeo simul & tritico fieri tradidit. Porrò Zytho nō multùm dissimilis fuit potus, quem sequenti capite κοῦρμι nominat Dioscorides: veruntamen paulò aliter præparari solitum sit mihi verisimile. Cæterùm & hæc & alia omnia ex hordeo potus genera, κοινῶς οἶνον κρίθινον nomine Græci complexi sunt: quoniā iis gentes pleræque vini loco vtebantur, quemadmodum & hodie cereuisiæ variis generibus.

ἀφεψεῖ δὲ καὶ ὁ ἐλέφας] Hoc ipsum videtur confirmare Plutarchus, libello inscripto, Num ad infœlicitatem improbitas satis sit, totidē verbis: καὶ γὰρ ὁ ἐλέφας τῷ ζύθῳ μαλακὸς γινόμενος καὶ χαλαρὸς γίνεται καὶ σχηματίζεται, ἄλλως δ' οὐ δύναται. hoc est, vti vertit Interpres: *ebur zytho liquefiens & ad omnem ductum sequax flectitur, ac formas diuersas suscipit, alioqui contumax*. Id tamen Amato falsum videtur: quanuis ab iis, qui eburnea instrumenta fabrefaciunt, ebur cere uisia macerari testetur Cornarius. Cæterùm vide nunquid vocis ἐλέφαντος ὁμωνυμία deceptus Plinius scripserit, lib. 8. cap. 2. *elephantos capros celerrimè hordei succo mitificari*.

Cap. CXI

Cap. cxi. ὄλυμοι] Sic Oribasij Interpres. Cornarius verò, ἀτίμαχος, legendum censet: quoniam ita quoque legit & citat Gal. l. de alim. facult. Ac ita etiamnum in vetusto quodã Diosc. codice legisse se refert Lacuna. Ego verò Zeam, quam à præstantia, ni fallor, semen nominat Plinius, ἀτίμαχον quidem esse facilè admitto: attamen simul etiam ὄλυμον, hoc est, uni granum esse minimè negauerim.

† †

Hoc annotatio his desiderabatur, quæ reperiet Lector herũ Scholiorũ pag. 13. C. cxviii. ὁ δὲ χόνδρος] Vt Latinorũ alicæ, ita & Græcorũ χόνδρου vox est æquiuoca. Nam & frugẽ tritico similẽ ita dictã ea voce significari certum est, & confectionem prætereà, quam alicam Latini & recentiores Græci, mutuata à Latinis voce, interdum ἄλικα, alias coniunctim χόνδρον ἄλικος nominauerunt. Quanuis porrò χόνδρος & alica plerisque Medicis planè vna eadémque res factitia esse videntur, aliquid tamen inter vtranque vocẽ discriminis fuisse sat innuit Paulus: quippe qui non tantùm lib. 1. cap. 78. varias vtrique vires tribuat, sed & aliis locis non parum multis distinctè χόνδρου & ἄλικος mẽtionem faciat, ac vnum pro altero substituat. Discrimen autem illud Paulo, vel in ipsa materia fuit, quasi χόνδρον quidẽ è tritico fortassis, ἄλικα verò è zea confici existimauerit: vel in ipsa præparatione, sic vt ἄλικος nomine alicam propriam ac genuinam intellexerit, quæ simpliciter parabatur, χόνδρον verò, cui ex mistione aliorum color teneritásque accersebantur. Chondrus enim dum præparabatur, vt tenerior candidiórque foret, gypso & arena repurgari solebat, vti patet ex Constantini Geoponicis: aliàs creta candorem perfectionémq; suam assequebatur, vti etiam constat ex Plinij verbis, lib. 18. cap. 11. Vtvt sit, Græcam Chondri vocem hoc loco retinere malui, quã cum cæteris omnibus, *alicam*, aut cum Plinio, *granum*, vertere. Cæterùm χόνδρος qui Dioscoridi fit è zea dicocco, Theophrasto fieri etiam solitus dicitur ex hordeo syluestri: Plinius verò è zea quoque in Africa degenerante fieri, ac tritico etiam adulterari voluit: hanc vtranque ideò alicam adulterinã cognominat. Sed præter ista alicæ genera, quæ pro materiæ ex qua fiunt diuersitate, aut varia etiã præparatione discernuntur, sunt & alia ex contusionis varietate, atque etiam cribri farinarij per quod succernuntur angustia maiore minoréve distincta: siquidem, Constantino & Plinio testibus, vnum est minimum idq; primarium, quod per cribrum angustissimum excutitur: alterum secundarium, quod huic succedit: tertium grandissimum, aphærema appellant.

σταλτικώτερος κοιλίας] Citra comparationẽ cum Oribasio lego, σταλτικός. Nec enim fit verisimile Chondrum, qui priscis in ægrotãtium cibo tantoperè commendabatur, oryza fuisse σταλτικώτερον.

Cap. cxix. εἰς πύελους πυριατήριον] Milium etiam, ceu siccis fotibus dolore vrgẽte adhibendis accommodatissimum, commẽdat Hipp. lib. 2. de vict. ratione in acutis, quia sit κοῦφον & ...., hoc est, *leue ac lene*. Sic quoque Plinius, lib. 22. cap. 25. quoniã sit, inquit, *leuissimũ mollissimúmque & caloris capacissimum*.

Cap. cxx. τῶν σιτηρῶν ἐστι] Cerealibus seu potiùs frumentaceis seminibus annumerari Panicum, scribit Dioscorides. Columella itidem lib. 2. cap. 9. Inter frumenta milium & Panicum reponit. At Galenus lib. 6. simpl. ἐκ τῶν σπερμάτων, hoc est, *è genere leguminum*, esse prodidit: in quo non satis accurate ὄσπρια ἀπὸ τῶν σιτηρῶν distinxisse videtur, maximè cùm ipsemet lib. 1. de alim. ὄσπρια definiuerit, ἐκεῖνα τῶν δημητρίων σπερμάτων, ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, hoc est, *semina illa cerealia è quibus panis minimè conficitur*: ibidémque tum è Panico tum è milio in penuria cæterorum frumẽtaceorum panem confici non negauerit: attamen ὀλιγότροφον καὶ ψυχρὸν, hoc est, *pauci & frigidi alimenti*.

ἧττον ἱστᾶσι] Contrà Galenus milium quàm Panicum minùs aluum cohibere scripsit, lib. 1. de alim. fac. his verbis: κρεῖττον δὲ ἐστι ἐλύμου κέγχρος εἰς πάντα, καὶ ἥδιον τε ἐδεσθῆναι, καὶ εὐπεπτότερον, & ἧττον ἐπέχει τὴν γαστέρα, καὶ μᾶλλον τρέφει, &c. hoc est, *Ad omnia milium Panico præstantius & in cibo suauius, concoctu facile, minusque aluum cohibet: at nutrit amplius*.

Cap. cxxi. καὶ καίλου ἀλγήματα καὶ κεράστου &c.] In nonnullis codicibus manuscriptis scribit Lacuna legi, ἀσκαλαβώτου καὶ κεράστου: in aliis verò tantùm, κεράστου. Marcellus & Plinij autoritate, lib. 22. c. vlt. & meliorũ, vt ipse ait, Diosc. codicum fide nixus, pro, κοίλου (seu potiùs κώλου) ἀλγήματα, legit ἀσκαλαβώτου, &c. hoc est, *stellionis*. Ibi enim Plinius inter cæteras Sesamæ dotes, eam stellionis morsibus resistere tradiderat. Veruntamen communem lectionem retinere maluimus, maximè cùm Auicennas & Serapio eidem lectioni astipulentur.

Cap. cxxii. καὶ ἀλφοὺς λευκὰς] Plinius isthæc aliter ac nos, sed perperam, meo quidem iudicio, distinxisse videtur. Nam AErinã farinã cũ raphano, sale & aceto ad lichenas: ad lepras verò, cum sulphure viuo accommodat.

σὺν ἀλφίτῳ] Non omnino inepta est Marcelli coniectura, qui pro, ἀλφίτῳ, ἀσφάλτῳ, hoc est, *bitumine*, legendum existimat: attamen & hoc loco vulgatam lectionem cum Serapione retinere visum est.

Cap. cxxiii. τὸ ὑφιστάμενον πίτυρον] Rectiùs, ἐφιστάμενον, meo quidem iudicio. Nam post probè contritam Amyli materiam, affusa aqua verisimile est sursum attolli quicquid est furfurum: densiorem verò tritici substantiam in imo subsidere. Tùm verò innatantes furfures incerniculo vel cochleari crebris foraminibus peruio, quod incerniculi vicem gerat, tolli oportere Autor admonet.

καὶ τὰς ἀρτηρίας] Aldinus mendosè, πρὸς τὰς ἀρτηρίας. Ego, τραχύτητας, addẽdum puto, aut certe genus immutãdum, legendúmque καὶ τὰς &c.

στέατος ὕδατι] Hermolaus Barbarus perperam legisse videtur, στέατος, siquidem interpretatur, *adipis modo*; neque enim crediderim στέατος vocem pro sebo aut adipe apud Autorem vllum accipi, quicquid scribat Gorræus.

Cap. cxxiiii. πρὸς φλεγμονὰς τὰς ἀπὸς] Cui inflammationum generi conueniat Fœnumgręcum, rectè distinguit Galenus, dum illo feruentes phlegmonas irritari docet: at curari quę minùs sunt calidæ magisque duræ, propter eam qua pollet discutiendi vim.

χλωρὸς δὲ μετ' ὄξους ἀποσῶν πίνεις] Isthæc omnia

ad capitis vsq; calcem etiã in Serapione desiderantur. Interim vide an vox, πίτις, de quibusuis corporis particulis Medicorum more debeat intelligi, an verò restringi ad τὰ περὶ ὄσχεα πίτις, de quibus paulò antè. Plinius certè quidem *fœnigræci decoctum vuluæ mœrancisque exulceratis utilissimum esse* prodidit.

Cap. cxxvi. ἀμφότεροι δὲ εἰσι διουρητικοί] Gal. 6. simpl. med. agnoscit omnia Ciceris genera vrinam prolicere: attamẽ arietino, quàm cæteris, maiorem in ciẽda vrina efficaciam tribuit. Subdit nihilominus paulò pòst, Cicer agreste ad omnia domestico efficacius, hoc est, tũ calidius tum siccius, quantum ex acrimonia & amarore licet coniicere.

Cap. cxxvii. μέσος θερμοῦ & ψυχροῦ] Diosc. aut potiùs qui ex manuscripti codicis margine in contextum hæc verba transtulére, Fabam volunt esse in calore & frigore temperatam. Attamen Galeni, Pauli, Aetij & cæterorum ferè omnium Medicorum communi cõsensu, mediocriter frigida & sicca iudicatur: nisi fortè, quod vult Cornarius, apud eos Autores ἀντὶ ξηραίνει reponendum, θερμαίνει.

ἐπὶχέ ...] Desiderari hoc loco videtur continuatiua particula, ... aut certè ..., vt sit: ἐπὶχέ ... &c.

Cap. cxxviii. ὡς πέτασον] Legit Ruellius, πέταλον, quantum ex ipsius versione licet colligere. Mihi verò πέτασον lectio magis arrisit. Siquidem etiam Theophrastus de huius eiusdem Fabæ foliis scribit in hæc verba, lib. 4. cap. 10. τὰ φύλλα τῷ μεγέθει πίλῳ Θετταλικῷ ἴσα. hoc est, *folia magnitudine galerum Thessalicum æquant*. Rursumque de loto paulò pòst agens: ἔστι δὲ ἡ μὲν τοῦ καυλοῦ φύσις (inquit) ὁμοία τῇ τοῦ κυάμου, καὶ τὰ πετάσια δὲ ὡσαύτως. hoc est, *Huic natura caulis similis fabæ, & petasi similiter*: quanuis alij πέταλα, hoc est, *folia*, alij καρπὸ, hoc est, *fructus*, legunt. Cæterùm Plinius illa eadem AEgyptiæ fabæ folia, personatæ foliis comparare maluit, quę tamen etiam esse πέτασοειδῆ nemo negauerit.

σφηκίου κυψελίς] Nihil immuto, quanuis σφηκία, hoc est, *vesparum fauos seu cellulas aut loculos*, legisse videantur plerique Interpretes, verbis Theophrasti fortè esse nimiùm addicti: qui quidem de huiusce fabæ fructu ita scribit, ἐπὶ τούτῳ δὲ ἡ κωδία παρομοία σφηκίῳ περιφερεῖ, καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν κυττάρων κύαμος μικρὸς ὑπεραίρων αὐτῆς. hoc est, *supra hunc* (nempe caulem) *calyx exstat vesparum fauo orbiculato persimilis, ac in singulis cellulis singulæ insunt fabæ, quæ paulò amplius superemineut*, &c. Hunc verò Theophrasti locum iccirco citaui lubentiùs, quòd me admonuit pro nomine, μικρὸς, in Dioscoride, μικρὸν aduerbium esse reponẽdum. Hęc enim Faba si cum fabis vulgaribus comparetur, magna potiùs quàm parua dici debuit: maximè cùm fabam Græcam, vt habetur inferiùs, magnitudine superet: conceptisq; verbis scripserit Strabo, lib. 17. Geogr. figura quidẽ fabam Græcam imitari, at magnitudine gustúque differre.

καλεῖται δὲ κιβώριον] Ciborij, hoc est, poculi ab inferiori parte in angustum contracti ex AEgyptia faba confici soliti meminit Strabo, 17. Geogr. qui & eodem libro testatur, adeò magna fuisse AEgyptiæ fabæ folia, vt poculorum & catinorum vsum prẹberent, aptam ad id habentia cauitatem. Plinius quoque lib. 21. cap. 15. AEgyptios tradit *implexu colocasiæ foliys in variam speciem vasorum potare gratissimum habuisse*. Attamẽ κιβώριον seu κιβώτιον nomẽ, non quidem foliis, sed ipsi fabę tribuere videtur hoc loco Dioscorides, vti & Gal. lib. de Ther. ad Pamph. Aëtius quoque lib. 1. Viridem fabarum AEgyptiarum fructum *Ciborium* appellari scribit.

κολοκασία καλοῦσι] Colocasia neutro genere extulit Virg. Eclog. 4. Itidémque ex Nicandro & Diphilo Athenæus, lib. 3. & Aëtius, lib. 1. qui quidem κολοκάσιον etiam alio nomine μασ... appellat.

Cap. cxxix. ἔχει στυπτικόν.] Sic & Gal. 8. simpl. φακοὶ στύφουσι μὲν ἰσχυρῶς. &c. hoc est, *vehementer quidem astringunt*. Sed contrà de iisdẽ Aëtius, libro 1. στύφουσι μὲν οὐκ ἰσχυρῶς, *astringunt quidem non valde*: id quod etiã sensisse videtur Paulus, dum de ipsispsis scribit in hæc verba, lib. 7. ἔχουσι δὲ ... καὶ στύψεως. hoc est, *obtinent & astrictionis quidpiam*. Attamen ista in speciem pugnantia rectè conciliari possunt: si dixeris hos de Lente decorticata egisse, illum verò de eadem suo vestita cortice. Etsi enim tota Lens astrictoria vi pollet, nihilominus cortex reliqua substantia vehementiùs astringit, aluúmque sistit: idque austeræ qualitatis ratione, qua quidem maiore præditus est, vti testatur idem Gal. lib. 1. de alim. Quòd si primarium Lentis decoctum aluum subducit, vti & brassicæ, id ex diuersæ facultatis mixtione accidit. Siquidem Lens, quemadmodum & brassica, duplici constat substantia, vna quidem tenuiore, quæ in ipsa superficie residet, altera verò crassiore, quæ solidæ substantiæ inhæret: ac illa quidem in primario decocto vires suas exerit, longiore verò coctura planè deperit.

ὥσπερ οἱ φοίνικες Θηβαϊκοὶ] Cum Cornario legendum censeo, ὥσπερ οἱ φοίνικες Θηβαϊκοί. Neque enim vsquam alibi pyrorum Thebaicorum occurrit mentio. At palmularum Thebaïcarum, quæ huic instituto satis accommodatę sunt, tum Galenus, tum & ipse Dioscorides aliquoties meminerunt.

Cap. cxxxi. καὶ λευκοί] Contrà Gal. lib. 1. de alim. facult. inter Orobos, qui candidi sunt minùs ait esse medicamẽtosos iis qui ad flauum pallidúmve colorem recedunt. Attamen & ipse 1. de Antid. in parãdis trochiscis scilliticis, Erui candidi, tanquàm minùs amari, farinam desiderat.

ῥαίνε ὕδατι] Serapio, aut certè ipsius Interpres, Eruum aqua simul & aceto respergit: sed quam rectè, Lector ipse viderit.

σκληρύσματα] Lacuna in veteri codice legit, καρκινώματα. quam quidem lectionem lubẽs amplector: nec enim duritiës sisti, sed emolliri potiùs desiderat.

ξηραίνει] Rectiùs ... , nimirum ἄλευρον. Nam de erui farina & hæc ipsa & quæ sequuntur, vsque ad, ... accipienda sunt: atque ideo etiam inferiùs rectè habetur, ... neutro genere.

Cap. cxxxii. μετὰ πηγάνου καὶ πεπέρεως] Ita legisse videtur Serapio: μετὰ πηγάνου δὲ καὶ πεπέρεως ... αἷμα ... . quæ quidem lectio mihi magis placuit: quandoquidẽ particula, ..., non

fatis rectè cum præcedẽtibus connecti mihi videtur. Quòd si constare debet vulgata lectio, addenda hæc necessariò: *ἐν δὲ καὶ σὺν ἀγχούσῃ ἐκκαθαίρει, ἧπαρ* &c. Galenus itidẽ, sexto simpl. de Lupini eiusdem decocto verba faciens: *ἐκκαθαίρει δ',* inquit, *καὶ ἧπαρ καὶ σπλῆνα μετὰ πηγάνου καὶ πεπέρεως ἡδονῆς ἕνεκα λαμβανόμενον.* hoc est, *expurgat & hepar & lienem, cum ruta & pipere iucunditatis gratia sumptum.*

πυρηνῶν] Sic visum est ista distinguere: *καὶ ὄξει δ', ἰχῶδας παρωτίδας ... καὶ χοιράδας μεταβάλλει.* Nam & Plinius, quo loco de Lupinorũ viribus agit, hæc ita coniungit, *Panos & strumas minuunt aut maturant, &c.*

ἐκπλυνόμενον] Aliâs, *ἐκλυνόμενον.* Plinius eiusmodi decoctum pecorum scabiei, non lotione modò, sed & potu, mederi voluit.

CAP. CXXXIII. *κατὰ πάντα δὲ μικρότερος*] Sic Plinius lib. 22. c. 25. *syluestres Lupinos* dicit *omni modo minores sanius, præterquàm amaritudine.* Attamen Gal. lib. 6. simpl. vt efficaciores, ita etiam amariores esse prodidit: quæ fortè causa fuit, vt nonnulli *ἀντὶ τοῦ, μικρότερος, πικρότερος,* hoc loco legerint.

CAP. CXXXV. *διαπλάσσεται τὰ φύλλα*] Serapio ac ipse quoque Ruellius, *φύλλα,* legisse videtur. Ego vulgatam lectionem retineo: verùm ista non foliis, sed radici potiùs, cuius alioqui non meminit Autor, tribui iudico: ita vt desideretur vox, *ῥίζα.* Coniectura nostra valeat nécne, quisque iudicet.

ἔστι δ' ἀλφίτων γίνεται] Plinius lib. 20. cap. 3. de Rapo syluestri agens. *Hoc,* inquit, *ad leuigandam cutem in facie totoque corpore utuntur, mista urina pari mensura. Erui, hordei, tritici & lupini radix ad omnia utilis.* Quem locum ex hoc Diosc. contextu paucis immutatis sic emendo: *mista farina pari mensura erui, hordei, tritici aut lupini. Radix ad omnia utilis.*

CAP. CXXXVI. *ἧσσον δὲ*] *ἀντὶ τοῦ, δὲ,* aut quid simile puto legendum: neque enim redditur ratio, cur Bunias minùs quàm rapum alimẽti suggerat. Porro contrà sentire videtur Diphilus Siphnius, Athenæo teste, lib. 9. quippe qui Napum, ceu rapo dulciorem, & magis alere & concoctu faciliorem esse innuat: rapum verò, quod *γογγυλίδα* nominat, extenuare, acre esse, ægriúsq; coqui asserat: vnde & minus alimenti præbere facilè quiuis inferre possit.

CAP. CXXXVII. *ὅτης αὐτὸν ὁ λαμβάνων* &c.] Gal. lib. 2. de alim. fac. notat tum vulgi, tum etiã Medicorũ errorẽ, qui crudas Radiculas à cœna esitabant, iuuandæ concoctionis gratia: quibus quidem verbis Dioscoridem obiter carpere videtur, quippe qui hoc loco ita sensisse videatur, idque tum roborandi ventriculi, tum cibi distributionis adiuuandæ gratia. Simeon Sethi discrepantes hasce sententias adhibita distinctione componere nititur: dum quibus aluus facilè subducitur, quíque flatibus carent, ijs vult exhibendas ante cibum Radiculas: contrà verò à cibo, ijs qui flatibus laborant, quibúsq; cibus in ventriculo supernatat, ac etiamnum difficilis est aluus. Veruntamen neque hoc ipsum quenquam citra damnum experiri posse, cum Galeno crediderim. Cæterùm quoniam quæ Atheniensibus *ῥαφανὶς* dicitur, aliis nonnullis, vti & Calliæ apud Athenæum *ῥάφανος* appellatur; id obiter admonitum Lectorem velim, *ῥάφανον* vocem plerosque antiquiores Græcos, vt ex Apollodoro Carystio docet idem Athenæus, lib. 1. pro brassica vsurpasse: vnde Plinio erroris ansa, qui variis locis Raphanum cum brassica confundit, Raphano tribuens quæ Veteres illi de brassica prodidère: quemadmodũ & lib. 19. cap. 15. napis tribuit, quæ Theophrastus, lib. 7. hist. cap. 4. *περὶ ῥαφανίδος,* hoc est, *de Raphano,* tradidit.

δὶς ὑμῶν μίμεσθαι] Sic Plinius. lib. 19. cap. 5. de Raphanis: *Crudos,* inquit, *Medici suadent ad colligenda acria uiscerum dandos cum sale ieiunis esse, atque ita uomitionibus præparant meatum.* Attamen & ipse sui velut oblitus, lib. 20. cap. 4. *eosdem uomitionis summo cibo esse utilissimos* scribit.

CAP. CXLI. *δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν*] Iisdem quidem, at imbecillioribus, præditam esse viribus fatetur Gal. 7. simpl.

CAP. CXLIII. *φαρμακώδη δύναμιν*] Blitum nequaquam vult Dioscorides, nullius esse in medicina vsus, quemadmodum plerique intellexerunt: sed tantummodò, nulla esse præditum qualitate medicamentosa: quia, vt ait Plinius, iners sit ac sine sapore aut acrimonia vlla. Alioqui nanque varios Bliti medicos vsus recenset Plinius: ac ipso quoque Hippocrates in vellere subdito vtitur, 2. de morbis muliebrib. ad resiccandum fluxum muliebrẽ. Sed fortè fuit aliud Hipp. Blitũ, à Diosc. Blito. Nam & Hipp. lib. 2. de diæta Blitum facit *θερμὸν, οὐ διαχωρητικόν.* hoc est, *calidum minimèque aluum ducens:* cùm tamen Blitum hic scribat Dioscorides esse *εὐκοίλιον.* i. *bonam faciens aluum.* Galenus verò, *ὑγρὸν δὲ ψυχρὸν τὴν κρᾶσιν,* hoc est, *humidum, temperamentóque frigidum.*

CAP. CXLIIII. *ἡ κηπευομένη χερσ.*] Contrà Diphilus Siphnius apud Athen. lib. 2. tradit, syluestrẽ hortensi meliorẽ: attamen in genere Maluam agnoscit esse boni succi, arteriam asperam lenire, acres in corporis superficie succos educere, tenuum & vesicæ irritationibus prodesse, excerni denique facilè ac mediocriter alere.

μετὰ δὲ οὔρου] Vetus, *μετὰ ἐλαίου παλαιοῦ, cum oleo uetere:* at idem Diosc. l. *ἄρθρ. c.* 104. *μετ' αἴρας, cum lolio:* ac sic etiam Aëtius, tetrab. 2. ser. 2. cap. 68. Apollonius tamẽ apud Gal. 1. de comp. med. *κ.τ.τ.* Maluam exiccatam & contusam vrinæ inspergit & affricat ad achoras.

CAP. CXLVI. *ἀμβλυωποῦσι δὲ βοηθεῖ*] Hoc AEgyptiacæ tantummodò Brassicæ tribuere videtur Serapio, sed perperàm, nisi fallor. Galenus verò 2. de alim. fac. tantùm abest vt cæcutientibus Brassicam prodesse voluerit, quemadmodũ scribit hoc loco Diosc. vt contrà disertis verbis ab eadem, æquè ac à lente, oculorum aciem obtundi exiccationis ratione tradiderit: nisi fortè, velut addit eo loco Gal. totus oculus humidior fuerit, quàm naturalis habitus postulet: nec malè. Tunc enim eatenus conferre potest, quatenus humidiorem oculum ad mediocrem temperiem reducit. Quin & ipsa planta Græcis *κράμβη* dicta videtur, quasi *κορίαμβλη, ὅτι τὰς κόρας ἀμβλύνει,* *quòd pupillas oculorum hebetet.* Ac in hac quoque sentẽtia fuisse Columellam hoc ipsius carmen luculenter testatur:

Nunc veniat quamuis oculis inimica cramble.
Attamen præter Diosc. & ipse Plinius, lib. 20. cap. 19. ex sententia Catonis *Brassicam oculorum caligini prodesse, & repentinas caligines leuare* voluit: itémque alio loco eiusdem lib. cap. 9. *eius cibum oculorum claritati conferre multùm: succo verò crudæ angulis vel tantum tactis cum Attico melle plurimùm.* Verùm hæc vera tùm demum fortasse fuerint, cùm oculi iusto humidiores extiterint.

ἡ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ] Sic Plinius, lib. 20. c. 9. de Brassica: *in Aegypto propter amaritudinem non estur.* Sed & Diphilus Siphnius apud Athen. libro 9. amaram scribit oriri in Alexandria: quod autem semen in Alexandriam è Rhodo fertur, in annum efficere brassicam dulcem, sed quæ post id tempus pro natura loci amarescat.

καὶ τὰς ἐκ κραιπάλης] Effectus huiusce ratione, Græci Brassicam ἀκραιπαλον vocant. Traditur & in Geopon. è Lycurgi lacrymis, quem Liber pater viribus alligauerat, natam Brassicam, eámq; propterea vino aduersari. Porrò Brassica non tantùm post cibos sumpta crapulam discutit, quod voluit hoc loco Dioscorides, sed & ante eosdem ebrietatem præcauet: vti lib. 20. cap. 9. refert Plinius, in hæc verba: *vino eam aduersari, ut inimicam vitibus, ac antecedente quidem in cibo, ebrietatē caueri: postea verò sumptā, crapulam discuti.* Sic & Cato de re rust. cap. 156. *Si voles, inquit, in conuiuio multum bibere, cœnaréque libenter, ante cœnam esto crudam quantum voles ex aceto. Et item ubi cœnaueris, comesto aliqua v. folia: reddent te quasi nihil ederis biberísque, bibesque quantum voles.* Eam ob rem etiam narrat Athenæus, lib. 1. circa finem, *Aegyptijs in vinolentis olim id fuisse solenne, ut ante cibū omnem Brassicam elixam in cœnu comederent. Sibaritas quoque*, vti refert idem ex Timæo, *antequam potarent, esu Brassicæ sese muniebant. Sed & multi*, inquit ille, *ut ab ebrietate vindicentur, semen Brassicæ præsumunt. Quin & quæ in vite Brassica nascitur, vinum exilius esse reperitur.* Hæc ille de Vitis & Brassicæ antipathia: quibus consentanea sunt quæ de eadem traduntur à Theophrasto, sub finem lib. 4. de hist. stirpium.

ἡ δὲ καὶ αὐτῆς κύμη] Plin. lib. 20. cap. 9. *Ex omnibus brassicæ generibus suauissima est cyma etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus contraria.* Eiusmodi porrò cymas, etiam ... videtur nominasse Galenus, lib. 10. κατ. τοπ. quo loco, contrà quàm Plinius, eorum decocto ... sanari nephriticos ex Antiocho testatur.

CAP. CXLVII. καὶ κραμβίδια κτλ.] Hac etiā ex causa Brassica hæc syluestris seu erratica, nisi fallor, Petræa quibusdam vocatur, teste Plinio: vti EVdemo apud Athen. lib. 9. ἁλμυρίς, quòd scil. locis ἁλμυροῖς, ... hoc est, *maritimis*, proueniat. Eadem porrò & ipsi Plinio, loco modò citato, propriè appellata *Crambe* dicitur. Hæc rursum vt eidem illi EVdemo cæteris Brassicæ generibus, nescio quàm rectè, saporis gratia præcellere dicitur: ita Theophrasto & Catoni efficacissima maximéq; medicamentosa, ipsi verò Plinio, inimicissima vino, censetur.

CAP. CXLVIII. φύλλα τινὰ] Par. codex. φύλλα λεῖα. Aldinus codex legit, μακρά: pro quo μακρὰ reponendum contendit Matthiolus. Interpretes prætereà ferè omnes post μακρὰ, λεῖα, legisse videntur: quæ tamē vox in codicibus nostris desideratur. Dalechampius ... legit, ... At in tanta lectionum varietate veteris exemplaris, quod præ manibus habuit doctiss. vir Sambucus, fidem sequi maluimus.

τὸ λίπος τῷ κριῷ] Arietinum adipem ad retundendam Brassicæ marinæ acrimoniam vnà cum ipsa coquere solitos nonnullos, hæc verba significant. Attamē cum cæteris Interpretibus, κρέων, quàm κριῷ legere maluimus.

CAP. CXLIX. ἁρμόζονται δὲ κοιλίᾳ.] Betam candidam, quam Siculam quidam nominant, scribit Theophrastus, hist. lib. 7. cap. 4. præstantioris esse quam nigram succi, verùm paucioris seminis. Diphilus autem apud Athen. lib. 9. Betam in genere asserit, meliorem quàm brassicā succum gignere: sed candidā magis aluum ducere, vti nigram, vrinas. Plinius vtriusque remedia recensens, lib. 20. cap. 8. nigram tradit in totum efficaciorem: quanuis & ipse candidam, nisi fortè validiùs coquatur, ventrem mollire, vti nigram vrinas ciere, fatetur.

CAP. CL. ἰσχὺ συσταλτικὴ] Pena αὐτὴ ἡ, συσταλτικὴ, legi voluit, ... Serapio vtrunque & ... & ... legisse videtur: nec malè. Vtraque enim facultas & refrigerans & astringens meritò portulacæ conuenit, quanuis astrictoria paulò est obscurior. Atque ideò quoque Galenus de portulacæ viribus agens, eam tradidit ..., καὶ ὀλίγου τινος αὐτοῦ μετέχειν. hoc est, *leniter astringere, & aliquantulùm austeræ qualitatis participem esse.*

CAP. CLI. ἀνδράχνη ἀγρία] Marcellus & Matthiolus hoc caput de Portulaca syluestri hoc loco prætermiserunt: neque etiam habetur apud Serapionem. Ac certè quidem è libro quarto perperam huc translatum videtur: quanuis non ignoro Portulacam haberi syluestrem, hortensi & figura & facultate proximam: à qua manifestò discrepant telephium, peplis & tertium sedi genus: quæ tamen omnes plantæ apud nonnullos syluestris portulacæ nomen obtinuerūt. Sed ea cuius hic fit mētio, veriùs tertium est sedi genus, quod idcò quoque rectius alio loco à plerisque inter sedi genera repositum est. Nos tamē caput idē bis repetere maluimus, quàm vel tantillum à vulgato exemplari discedere. Cæterùm αὐτὴ ἡ ... cum Lacuna legendum censuimus. Nam & ita legitur lib. 4. cap. 90. quo quidem loco totidem ferè verbis hoc ipsum caput reperitur.

C. CLII ...]Fortè μυάκανθον. vt habetur infrà, lib. 3. cap. de cepa, & apud Plin. lib. 19. c. 8. vel μυακάνθινον, vti legitur apud Galenū.

οὐ τὸ καυλίον] Legunt Marcellus & Lacuna, ὁ δὲ καυλίον ἐπ' ὀλίγον ἑψηθὲν καὶ βρωθέν· quam quidem lectionem nos lubenter amplexi sumus. Sic quoque Serapio legisse visus est. Quin neque asparagi longiorem coctionem sustinēt: atque inde manauit Octauio AVgusto vsitatū prouerbiū, vti refert Suetonius, ad exprimendā rei festinatæ velocitatem, *Velociùs quàm asparagi coquuntur.*

φασὶ δὲ ἀναφύεσθαι] *Inuenio natas*, inquit Plinius loco modò citato, *& arietis cornibus tusis atque defossis.* Sic & Autor γεωπονικῶν, ex sententia Di-

dymi: *Si copiosum asparagum prouenire uoluerit, arietum syluestrium cornua tenuissime contusa sulcis commitito, & rigato.* Addit & quosdam amplius quid & παράδοξον tradere, nempe, *Si integra arietum cornua perforentur & pangantur, asparagos producere.*

ἄλλο δὲ ἀσπάραγος] Marcellus & Fallopius isthæc, quæ sequuntur ad capitis vsque calcem, redundare, ac ceu cuiuspiam addititium glossema perperam in Dioscoridis contextum irrepsisse suspicantur: quia fortasse κατὰ seu κατὰ τὸ vocem, quæ in vetustis codicibus proximè præcedere comperitur, haudquaquam animaduerterant. Sed spretis, ceu haud ita firmis, quibus illi nituntur argumentis, existimo priore capitis parte de Asparago syluestri, tanquam præstantiore & efficaciore, Autorem egisse: hanc verò posteriorem satiuo tribuisse, & huius fruticem describere, ceu illo minùs notum: quandoquidē *quas syluestres fecerat Natura corrudas* (hæc sunt Plinij verba, lib. 20. cap. 10.) *ut quisque demeteret passim*, non ita pridem fortassis *altiles spectari* cœperāt. Etsi porrò, vt impræsentiarum communiora illa ἀσπάραγοι seu ἀσφάραγοι significata omittamus, Asparagorum propriè ac peculiariter à potiori parte ita dictorum varia tum apud Medicos, tū apud ipsos historiæ variæ Scriptores statuuntur genera: eò tamen omnia reuocari rectè possunt, vt alij dicantur sponte, alij cultura & arte prouenire. Qui quidem inculti sponte nascuntur, μυακάνθινοι dicti, Latinis *corrudæ*, vel in montibus alijsve petrosis locis, vel in palustribus nascuntur, proindéque alij ὄρειοι, alij πετραῖοι, alij denique ἕλειοι cognominantur: ac ex illis rursum quidam in ἀκανθώδων censu reponuntur à Theoph. hist. lib. 1. cap. 16. qui quidem spinas gerunt pro foliis. Plutarchus in coniugial. præceptis hoc genus ἀσπάραγον seu ἀσφάραγον videtur nuncupasse. At qui ἥμεροι, hoc est, *satiui*, dicuntur, seu κηπαῖοι, hoc est, *hortenses*, à prioribus agrestibus minimùm spinosis non nisi cultura & molliore natura distingūtur: atque horum primores cauliculi, maximéque qui crassiores habitioréfque forent, Regiorum, nisi fallor, nomen apud Galenum, lib. de alim. 2. cap. 9. sibi vendicarunt.

πάνυ φρονιμώδης] Ex sententia Interpretum omniū legimus, πυρρώδης. sic Plinius, lib. 20. c. 10. *Asparagorū tum semen, tum etiam radicem lumborum & renum dolores sedare prodidit.* Quin & ipse Diosc. alteram Asparagum, Latinis *corrudam* dictum, βοηθεῖν νεφριτικοῖς admonuit.

καὶ ἀτόκιον καὶ ἄγονον] Fortè ἄγονον. Quî verò id fiat, nempe vt radicum Asparagorū decoctum partum impediat sterilitatémque afferat, nō satis video: cùm Auerroes & Simeon Sethi Asparagos augere sperma tradiderint: Auicenna verò præterea addiderit, coitum eos adiuuare & conferre difficultati impregnationis: nisi fortè alia est Asparagorum, alia radicum vis. Plinius certè quidem, citato loco, *Asparagos Venerem stimulare* docet: nec ita multò pòst, *Veneris causa aquam eorum decoctam bibi ad heminam: ad idem & semen ualere cum anetho ternis utriusque obolis*, &c. Et hac fortasse de causa Asparagus syluestris Atticis ὀρμίνιος dictus est, ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, *quia Venerem excitet*, æquè ac παρὰ τὸ ὁρμᾶν εἰς τὸ βλαστάνειν, *quòd ad germinationē properet.* Attamen idem ipse Plinius, sub finem capitis, Chrysippo autore semen Veneri contrarium esse testatus est.

CAP. CLIII. καὶ μακρότερα] Oribasius legit, μακρότερα, hoc est, *longiora*. quæ quidē lectio mihi non omnino improbatur. Enimuerò Plantaginis maioris folia lata quidem sunt, at non adeò longa: minoris verò folia pro portione longiora simul & angustiora visuntur.

καυλίω δὲ γωνιώδει] Lege, καυλία δὲ γωνιώδη, vel γωνιώδη. Alioqui ista de foliis accipienda essent, quasi voluerit Dioscorides ea iam à suo pediculo anguloso in terram procumbere: atque καυλίον pro foliorum ipso pediculo vsurparit.

λαχανώδης] Sunt qui cum Lacuna λαχανώδης *betaceum* vertant, quasi Plantaginem betæ similem esse innuat Diosc. quòd, vt ipsi volunt, beta κατ' ἐξοχὴν Atheniensibus λάχανον diceretur. Alij, vt apud Latinos *olera*, ita & apud Græcos λάχανα nomine *Brassicam* potiùs designari maluerunt. Ego verò, λαχανώδης, hoc loco *oleraceum* vertere malim: itáque dictam crediderim Plantaginem, vel quod oleris modo feratur ac fruticet, vel potiùs quòd oleris vsum præstet. Nam & inferiùs hoc ipso capite, Plātaginem λάχανον, hoc est, *olus*, appellare non dubitat: nec ita multò pòst, eam vice betæ cum lenticula coqui solitam testatur.

CAP. CLIIII. ἱππομάραθον] Speusippus secundo similium, folia nō quidem hipposelino, sed heleoselino, hoc est, *apio palustri*, assimilat, teste Athenæo 2. Dipnos.

CAP. CLVI. περιστατώδη δ' ἔλαττον] Lege, περιστατώδη, vt respondeat ei quod paulò pòst habetur, ἀστατώδη. Alioqui φύμα addendum, legendúmque ἀστατώδη.

CAP. CLVII. καὶ χρίθμος καὶ] Quia nonnulli codices, vti etiam vetustus Lacunæ & Catacuzenus, κρίθμον, habebant, ἀπὸ τοῦ κρίθμου, ita quoque legendum iudicaui. Attamen si Crithmi, seu, vt legitur apud Galenū, Crethmi, nomine designatur ea planta in maritimis nascens, quę vulgò portulaca marina nuncupatur, vox illa κρίθμου etiam constare rectè potest: siquidem huius, quàm vulgaris portulacæ, folia latiora conspiciuntur.

ὡς πυρρὸν ἔχει] Quoniam Plinius de Crithmi semine verba faciens, lib. 26. cap. 8. candidum id intus nucleum habere prodidit, non πυρρὸν, hoc est, *fuluum* seu *ruffum*, sed πυρὸν potiùs, id est, *tritici granum* cum Lacuna legendum duxi. *Habet*, inquit Plinius, *semen nucleum candidum, quem aliqui cachryn uocant.* Scilicet, vt mihi quidem videtur, ei nucleo id nominis erat inditum ab hordeacei fortè grani similitudine, quod κάχρυς etiā interdum appellatur, quódque à tritici grano non ita longè dissidet. Cæterùm Plinius vel πυρῆνα legisse videtur, quia nuclei mentionem facit, vel potiùs πυρώδη, quoniam feruens etiam eiusmodi semen esse tradidit: quod quidem libanotidis semini, cachryi seu canchyi itidem appellato, rectiùs fortasse conuenit.

CAP. CLVIII. κατεσχισμένα βραχύ τι φύλλα] Ruellius cæterique Interpretes legisse videntur, κατεσχισμένον, quos etiam sum imitatus. Quin & Plinius Coronopodis, quam herbarū aculeatarum

ordini accenset, fissurarum mentionē facit, cap. 19 lib. 22. Sic quoque legit Oribasius. Huc & illud accedit, quòd quid per κατηχυμαλωειδῆ, id est, *figuratum* aut *figuris distinctum folium*, Dioscorides designare voluerit, non satis assequi possum.

κοιλιακοὺς ποιοῦσιν] Ita Galenus & Aetius scripsêre, Coronopodis radicem cœliacis auxiliari: nec malè, quia sit astringendi facultate prædita. Sed Paulus, non cœliacis, sed colicis conferre tradit: nisi forte id errore librarij factū est, quod facilè crediderim. Nam mihi non vsquequaque satisfacit quod ait Cornarius, Pauli verius quàm librarij errorem esse: quia cùm priùs alaudam colicis conferre scripsisset, mox subiunxerit Coronopodem itidem colicis opitulari, hisce verbis: Κορωνόποδος ῥίζα καὶ αὐτὴ ποιοῦσιν κωλικοῖς ἐψομένη ἐσθιομένη. hoc est, *Coronopodis radix & ipsa esitata colicos iuuare creditur*. Enimuero, καὶ, ad posterius illud ἐσθιομένη rectiùs, quàm ad κωλικοὺς, siue potiùs κοιλιακοὺς, referri puto. Siquidē quemadmodum ad colicos affectus esitari dixerat alaudam, quidni rectè subdere potuit, ita quoq; radicem coronopodis ad cœliacos similiter in cibis vsurpari? Cæterùm pro, δύμαιν, quod sub finem capitis legebatur in vulg. Diosc. exemplaribus χόμαιν, optima ratione lego, vnica mutata litera, idq; cum Marcello ac cæteris ferè omnibus Interpretibus.

Cap. CLIX. ἁπαλὸς δὲ χρυσοειδής] Marcellus addit ὑπόπικρος. quæ vox etiam apud Oribasium reperitur. A Ruellio quoque & Cornario non est prætermissa. Quin & Plinius, lib. 22. cap. 22. *vtrunque Sonchum* tam album quàm nigrum (ita enim ille distinguit, *caule esse cubitali, anguloso, intus cauo*, memoriæ prodidit.

ὁ δὲ ἕτερος σόγχος] Cum priùs de Sonchi tum læuis tum asperi, seu spinosioris, figura & viribus coniunctim facta fuerit mētio, tertium hoc loco describi Sonchum meritò mihi fit verisimile: qui itidem sit τρυφερός, hoc est, *mollis ac tener*, seu *delicatus*, ad differentiā τοῦ ἀκανθωδεστέρου, i. *spinosioris*. Adde quòd tertium eiusmodi Sonchi genus, quod ad arboris naturam accedat, agnouisse sese Cordus & Anguillara profitentur.

Cap. CLX. Σέρις διττή] Vulgatam hanc lectionem cùm hauddubiè confusam & deprauatam animaduerteret Mathiolus, ita legendum censuit: Σέρις ἀγρία καὶ κηπευτή. ἧς ἡ μὲν ἀγρία διττή· ἡ μὲν γὰρ πικρίς, ἡ καὶ κιχώριον καλεῖται· ἡ δὲ ἥμερος, πλατυφυλλοτέρα καὶ εὐστομαχωτέρα τῆς κηπευτῆς. τῆς δὲ κηπευτῆς δισσὸν εἶδος, &c. Ego verò ita potiùs legendum iudico. Σέρις διττή, ἀγρία καὶ ἥμερος. ἧς ἡ μὲν ἀγρία πικρίς, ἡ καὶ κιχώριον καλουμένη. ἡ δὲ κηπευτὴ καὶ πλατυφυλλοτέρα καὶ εὐστομωτέρα. ἧς ἐστι δὲ δισσὸν εἶδος, &c. Hoc modo Intubus vnus syluestris seu erraticus, & satiui duo describuntur: illo verò, syluestres duo, è quibus vnus satiuus seu domesticus dicatur, & hortenses totidem: quasi verò (quod planè ineptum est nimiúmque ridiculum) satiuum intybum ab hortensi distingui oporteat, ac non potius vnus idémque sit satiuus & hortensis, ἥμερος καὶ κηπευτή. Porrò cum Oribasio & Marcello nō ἀστομαχωτέρα, vti habebatur in vulg. exemplaribus, sed εὐστομωτέρα legimus: & ita necessariò etiam ex vetusti codicis fide legendum esse, patet ex iis quæ sequuntur. Alioquin admitteretur in hoc eodem Diosc. capite manifesta contradictio. Quandoquidem non ita multò post, syluestrem Intybum subiungit stomacho vtiliorem, quàm sit satiuus seu hortensis: in hæc verba: καὶ μάλιστα αἱ ἀγρίαι εὐστομαχώτεραι.

ἐπιτηδείως τῷ] Forte rectius, ἐπιτηδείως, ἀπὸ τοῦ ὀπτῆσαι, quo modo & cæteri Interpretes videntur legisse.

Cap. CLXI. ὅμοιον μαστίχῃ] Lege ὅμοια, vt his sequentia aptè congruant.

Cap. CLXII. πρὸς καυσώδη τὴν ἐπιφάνειαν] De febris ardore æstúque infestata summa cute ista intellexêre Plinius, huicq; nimiū addictus Ruellius, cæterique quotquot occurrêre Interpretes, ac ipse quoq; Manardus. Enimuero, vt reliquos omittam, Plinius, lib. 20. cap. 3. de Cucurbita agens: *Succus*, inquit, *ex strigmentis illius cum rosaceo & aceto febrium ardores refrigerat*. Sed eiusmodi quidem succo summam cutem refrigerari crediderim, at non itidem ęstuosarum febrium ardores. Siquidem inde refrigerata cute, non minùs quàm ab ambiente frigido, per ἀντιπερίστασιν intrò repulsus calor longè magis inualescit augescitque, nedum imminuatur. Quare mihi Dioscoridis verba simpliciùs multò interpretari visum est, de æstiuis ardoribus perusta corporis superficie.

Cap. CLXIII. σίκυος ἥμερος] Contrà Diphilus Siphnius, Athenæo lib. 3. teste, Cucumerem scribit esse δυσκατάβατον, hoc est, *ægrè per aluum descendere*. Sic enim ille: ὁ σικυός, ψυκτικὸς ὑπάρχει, δυσκατέργαστος δὲ καὶ δυσκατάβατος, ἔτι δὲ φρικώδης, καὶ χολῆς γεννητικός, ἀφροδισίων τε ἐπισχετικός. hoc est, *Cucumis in quidem refrigerandi præditus est: at vix tum in corpus digeritur, tum per aluum descendit, insupérque horrores excitat, bilem gignit, ac Venerem cohibet*. Sed hoc ipsum quod hic postremò scribitur, Cucumerem Veneris cohibendę vi prędictum esse, etsi rationi consentaneum videtur, palàm tamen à Demetrij Ixionis sententia dissidet: qui quidem, vti citato loco refert Athenæus, nomen deducit ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ κινεῖν, quia sit ὁρμητικός, id est, *eius cibo Venus accendatur*.

Cap. CLXIIII. τὸ δὲ βρῖγμα αὐτοῦ] Non ignoro esse qui βρῖγμα vocē de Peponis summa parte interpretentur, vti non desunt alij, qui pro cortice seu corio accipiant. At ego errorem librarij esse conjicio: & cum Ruellio ἀντὶ τοῦ, βρῖγμα, legendum potiùs suspicor, ξύσμα seu ξύσμα, quemadmodum habetur cap. de cucurbita: quo loco etiam cucurbitæ ramenta strigmentáve ad eundem infantium affectum Dioscorides accommodauit.

μιγνὺς ἀλεύρῳ] De radicis, seminis aut carnis etiam ipsius farina intellexêre Plinius, ac ipse quoque Galenus. Nanque Plinius, lib. 20. cap. 2. de radice Peponis in farinam tusa scribit in hæc verba: *Hæc farina & in smegmata adijcitur*. Gal. verò 8. simpl. arefactis posteáque contusis cribratisque Peponis radicibus & seminibus ad illustrandam faciem σμήγματος seu ῥύμματος vice vtitur. At Serapio de farina ipsa, frumentacea scil. hoc intellexisse videtur: quē nos, dum fœliciùs ipsa Diosc. verba reddere conamur, hac in parte sequi voluimus. Etsi verò ἄλευρον seu ἄλευρα generaliter de qualibet farina dicitur, ferè tamē sine adiuncto, pro frumentacea triticeáve fari-

na, accipitur.

CAP. CLXV. ψυκτικὴν] Naturam Lactucæ refrigeratricem tribuit quidē Diosc. de qua non est qui dubitet, at eam certè modicam. Ac eodem fortè spectat illud Gal. 6 simpl. *Lactucam refrigerare quidem, at non extremè, (siquidem edendo non foret) sed maximè secundum aquæ fontanæ frigiditatem.*

κοιλίας μαλακτικὴ] *Aluum copiosiores Lactucæ soluunt, modicæ sistunt*, inquit Plin. lib. 20. cap. 7.

καὶ πυρώσεις] Hic Ruellius verba ista interserit: *Inflammationibus & ignibus sacris opitulantur*, quasi apud Diosc. hoc loco legerit, φλεγμοναῖς καὶ ἐρυσιπέλασι βοηθοῦσι. Et apud Serapionem quidem, vt & apud Gal. istas vires Lactucæ tribui non negauerim.

CAP. CLXVI. καὶ χυλὸν] Ista vsque ad μύωπος restitui, quemadmodum in veteribus libris scribi Goupylus annotauit.

μετ' ὀξυκράτου] Sunt qui cum Ruellio & vet. codicib. Goupyli, μετ' ὀξυμέλιτος, legant. At Plinius, lib. 20. cap. 7. habet in hunc modum: *Huius lac spissatum, mox in aceto pondere obolorum duûm, adiecto aquæ uno cyatho, hydropicis datur.* Quanquam non ita multo post: *Crateuas etiam & hydropicis obolis duobus in aceto & cyatho uini dari iubet.* Serapio itidem ὀξύκρατον legisse videtur.

ἀργέμας ἀποκαθαίρει] Fateor Lactucas, ex Plinio, ambustis etiam prodesse, priusquàm pustulæ fiant, cum sale illitas. At per ἐπικαύματα hoc loco particulatim accipio, quæ Galeno dicuntur ἐπικαύματα, hoc est, *oculorum sordida, impura & crustosa ulcera*: quæ dum repurgantur, sæpe humores effluunt. Ita enim à Paulo describuntur, lib. 3. cap. 22. quo loco ἐπίκαυμα distinguit ἀπὸ τῶν βοθρίων, κοιλώματος καὶ ἀργέμου. Quin & ipse Plinius ἐπικαύματα in hunc modum accepisse videtur. Siquidem de Lactucæ succo agens loco citato, *Sanat, inquit, omnia oculorum uitia cum lacte mulierum. Arcet nubeculas, cicatrices adustionésque omnes, præcipuè albugines.*

CAP. CLXVII. καὶ πικρότερον] Hanc lectionem recipiunt Marcellus & Lacuna. Sed in antiquo codice, vt annotat Matthiolus, legitur μανότερον: pro quo fortè rectiùs ex Plinio cum plerisque Interpretum reponas, πικρότερον. Nam ille lib. 20 cap. 5. *Gingidium staphylino simillimum* scribit, *tenuius tātum & amarius.* Cæterùm Anguillara maiorem simul densitatem seu soliditatem & amaritudinem agnoscit. Ita enim ex Crateua legendum censet: *βοτάνη σταφυλίνῳ ἀγρίῳ ὅμοιον, λεπτότερα δὲ καὶ πικροτέρα*. & παρὰ Κρατεύᾳ τῇ γεύσει hoc est, *herba pastinacæ quidē syluestri similis, at tenuior, densior & gustu amara.*

CAP. CLXIX. φύλλα ἔχον σελινοειδῆ] Marcellus & Ruellius in codice quodam, quem vitiatū censet Lacuna, ita legisse vidētur: φύλλα ἔχον σελίνῳ ὅμοια, ἐν ἄκρῳ δὲ μαραθώδους σκιάδα. hoc est, *foliis apio similibus & in cacumine fœniculi modo umbellas*. At nobis vulgata lectio magis arrisit, qui pro Caucalide eam herbam minimè recipimus, quam Itali vulgò Petroselinum agreste nuncupant.

CAP. CLXXI. πνευμάτων καθαίρει] Mentem Diosc. assecuti videntur, Serapio, Marcellus, itémque Ruellius. At Plinius, lib. 20. cap. 12. *Ocimū inflationes & ructum ex aceto sumptum dissoluere* dixit: quę, causa fuit, vt Cornarius ἀντὶ τοῦ, κινητικὸν λυτικὸν, legendum existimauerit. Veruntamen si verum Ocimi herbæ, maximéque recentis, temperamentum attentiùs ex Galeno, lib. 8. simpl. consideres, reperies esse è secundo calfacientiū ordine, sed excrementitia humiditate plurima redundare: qua de causa illud ab eorum censu quæ ore assumuntur, remouendum ipse censuerit. Quæ verò recrementitia eiusmodi humiditate scatent, facilè constat eadem flatus excitere, vt & Venerem stimulare. Huc adde quòd Auicennas, lib. de viribus cordis, *Ocimū sanguinem turbidum & melancholicum gignere* prodidit: quę verò talia sunt, simul etiam flatulenta esse consentaneum est. Quare vulgatam lectionem retinere satius fuerit. Non enim illud me moratur, quòd inferius Autor, *Ocimi semē inflatu commodum* esse perhibuit. Est enim alia seminis, alia ipsius herbæ facultas: siquidem Ocimi semen calfactoriæ & attenuantis esse facultatis, præter experientiam, Galenus ipse testatur, 2. de comp. med. κατὰ τόπους. cap. 1. Sed est & aliud de hoc eodem. Ocimo in Plinio reprehensione dignum. Quum enim lac prouocare Ocimum scripserit Diosc. Plinius contrà, lactis prouentum extinguere, affirmauit. Et tamen Ocimo lac euocari, quàm extingui ideò est verisimilius, quòd moderatè calfacit, neque tamen exiccat. Rursum tale & illud est Plinij, dum citato loco, *Afri addunt*, inquit ille, *si eo die feriatur quispiam à scorpione, quo Ocimum ederit, seruari non posse*, cum tamen contrariū in capitis calce Diosc. asseruerit: quo loco interim eius verba, de ea ipsa die qua quis Ocimum ederit, accipienda sunt: quod ipsum à Serapione minimè prætermissum fuit.

CAP. CLXXII. φύλλα ὑπολιπαρῆ] Folia subpinguia Orobanchæ tribuit Diosc. Contrà Plinius, eam sine foliis esse tradidit, lib. 22. cap. vlt. Attamen legitimam Orobanchen circa caulem foliolis subpinguibus præditam non semel obseruauimus: in summo verò caule foliis paulò latioribus, itidem subpinguibus, inter quæ flores ipsi emicant. Cæterùm ab hac Orobanche, Theophrasti Orobanchen planè diuersam esse, ex vtriusque historia perspicere licet: hanc verò illius λιμόδωρον esse, quam alij αἱμόδωρον nominare malunt.

CAP. CLXXIII. κάλυξ μέλας, καὶ ἐξ ἄκρου καρπὸς] Ego, variis adductus coniecturis, ita legendum existimo: ἐπὶ δὲ τοῦ κανλοῦ κάλυξ μέλας, ἐξ ἄκρου κάρπος μέγας, &c. Nam quòd ad calycis nigredinem attinet, nō fit verisimile à Diosc. prętermissam, quum eiusmodi calycem nigrū conspiciamus, & talē etiam Plinius obseruauerit. Quanquam si quis acriùs vrgeat, & ex Theophrasto μέγας legere malit, non equidem repugnauero: maximè cùm Plinius Tragopogonis calycem non nigrum modò, sed & latum esse prodiderit. *Est &* (inquit ille lib. 21. cap. 13.) *Tragopogon, quem aly comen uocant, caule paruo, foliis croci, radice longa, dulci: super caulē calyce lato, nigro.* Quantū ad illa verba spectat, καρπὸς μέλας, quoniam constare nullo modo poterant, ea prorsus immutare visum est. Quorsum enim à semine nigro τραγοπώγωνος nomen inditum? quasi verò non aptiùs dicas, τραγοπώγωνα, seu hirci barbulam, ex eo sibi nomen asciuisse, quòd è calycis

summo floribus euanescentibus papposa prodeat cæsaries seu comosa lanugo, cui cum hirci barba nonnullam esse similitudinem facile quiuis animaduertit. Quin & huic sententiæ nostrę astipulantur illa Theophrasti verba, lib. 7. cap. 7. εἰ δὲ μύρια ἄλλα, ἐν οἷς καὶ τραγοπώγωνα καλοῦσιν, ὃς τὴν μὲν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ γλυκεῖαν· τὰ δὲ φύλλα τῷ κρόκῳ ὅμοια, πλὴν μακρότερα· τὸν καυλὸν δὲ βραχύν, ἐφ' οὗ τὸν κάλυκα μεγάλην, καὶ ἐξ ἄκρου μέγαν τὸν πάππον, ἀφ' οὗ καὶ καλεῖται τραγοπώγων. quo quidē loco itidē pro πάππον, πίππον, legēdum videtur, nisi quis πώγωνα legere maluerit. Totam porrò hāc Theophrasti descriptionem iccirco lubentiùs huc transferre visum est, quòd Autoris nostri verbis ea perbellè respondet. Eam verò sic Latinè reddidimus: *Sunt quæ infinita alia olera nominent, inter alia Hirci barbulam, cui radix longa & dulcis, folia croco similia, nisi quòd longiora sunt: caulis breuis, super quē calyx amplior, & è summo vertice pappus canus grandior, à quo faciat Tragopogonus nomen accepit.*

• CAP. CLXXV. ἀδελφοῖς, ἄφυλλος] Attamen testatur Athenæus lib. 2. ex sententia Pamphili in Glossis, ὑδνόφυλλον herbam Tuberibus supernasci, cuius indicio illa deprehendantur. Plinius Tuber, non radicem, vti & Theophrastus, cùm radicis forma nulla sit, sed terræ potiùs callum, esse prodidit. Galenus addubitat, vtrum radicibus an bulbis annumeret.

. ἐδώδιμος δὲ ἐστιν] Diphilus apud eundem Athenæum, loco modò citato, Tuberum illam tradit esse naturam, vt ægrè coquantur, attamen laudabilem succum gignant & aluum lubricēt, insupérque subducāt: sed ex iis esse nonnulla, quæ æquè ac ipsi fungi, strangulent. At Auicenna melancholicos & crassos ab iis in corpore gigni humores asserit, sæpiúsque comesta apoplexiam & paralysin inferre. Sed & Simeon Sethi, lib. de aliim. ipsa tradit humorem crudum gignere, prauique esse succi, atque adeò ex ipsorum frequentiore nimióque vsu colicos cruciatus & ἰσχουρίαν induci, interdum & epilepsiam aut apoplexiam.

CAP. CLXXVI. καὶ ἕλικας] Meo quidem iudicio legēdum, ὡς ἕλικας, seu οἱονεὶ ἕλικας. Cùm enim cōstet ex Aëtio, lib. 1. cap. de dolicho, Smilacem hortensem, à smilace læui longè diuersam, eam ipsam esse, cuius fructus illius ætate λόβοι seu *siliquæ*, anteà verò δόλιχοι seu φασίολοι dicebantur: (quanuis de phasiolis antè proprio capite egerit Dioscorides) nullis, quod equidem viderim, capreolis seu clauiculis eiusmodi planta donata est: soli verò caules, prout sunt graciles atque sequaces, clauicularum modo sese & perticis & vicinis fruticibus intorquent: ac ij ipsi sunt qui folijs comitati, quæ ex interuallis adnascuntur, vsqueadeò plerunque excrescunt, vt in opere topiario vmbraculorum vicem gerant. Quare & illud, περιπλεκομένους, non clauiculis, sed caulibus ipsis meritò tribuendum est: ac pro eo quod deinde sequitur, αὐξανομένους, reponendum, αὐξανομένης. Quanuis enim non ignoro, ἕλικα vocem apud Diosc. tum masculino tum fœminino genere promiscuè efferri: id tamen participium, vti & præcedens, iure meliore ad illud καυλός, quàm ad ἕλικας referendum videtur. Quòd si etiam in hortensia Smilace aliquæ clauiculæ seu capreoli, aut viticulæ conspicerentur, tùm quoque, καθ' ἕλικας, potiùs fortasse legendum foret, hoc est, *clauicularum ope*: quasi vellet Autor, Smilacis hortensiæ caules sequaci clauicularum flexu atque reptatu vicinis fruticibus implicari atque circumuolui.

ἐν οἷς σπέρματα] Est hæc ἑτερωσις numeri nimiùm è longinquo petita, quanuis τοῦ καρποῦ nomine τὰ λόβια intellexit: quare legēdum videtur ἐν ᾧ, scilicet καρπῷ.

τὰ ποίκιλα] Hæc dupliciter accipere possumus, vel quæ non sint æqualis omni ex parte coloris, sed diuersis variata coloribus: vel, quæ sint coloris dissimilis. Quoniam è phasiolorum seminibus alia lutea aut rufescentia, alia nigra, alia rubea, alia candida, alia denique variis coloribus distincta conspiciuntur. Cæterùm pro voce quæ sequitur in vulg. exempl. ὑποπεριζούσα, restitui, ὑποπυρρίζοντα. Id si minùs placet, legendum ex Oribasio, ὑποπύρρου seu ὑποπυρρουίζοντα.

CAP. CLXXVII. ἐπιγραμμάτων ὡς μεγάλων] Non immeritò locus hic Marcello & Cornario suspectus videtur. Equidem legendum iudico, ὡς ἐπιγραμμάτων μεγάλων, vel ὡς ἐπιγραμματοῖς μεγάλοις. Enimuerò Medicæ semē (siquidem Medica nostrum est fœnum Burgundicum) siliquulis corniculorum instar intortis concluditur, quales etiam in trifoliis nonnullis visuntur, quæ ex eo recentiores corniculata cognominarunt.

CAP. CLXXVIII. πεπέριον μεγάλων] Lego, μικρῶν, ex omnium Interpretum consensu: quibus minimè repugnat quod de Aphaca scribitur apud Plinium, lib. 27. cap. 5.

CAP. CLXXIX. Λαίπαρα] De eodem Plinius aliter, lib. 20. cap. 6. *Sic & non vel Veneri somnóque multùm confert.* Itémque pro eo quod habet Diosc. ἑψηθὲν ἐν ὕδατι δὲ καὶ ἀφροδισίων γίνεται δυνατόν ἐστιν ἵστησιν, &c. sic ille: *Capitibus aqua mutata coctis aluum sistunt & fluxiones veteres.* Vetus fortasse rectius: *inflationes veteres.*

ὁ δὲ καρπὸς ἀγρείωτερος ἔχει τι &c.] Lego: τὸ δὲ καρτὸν ἀγρειότερον ἔχει τι καὶ στύφον. Est autem καρτόν τὸ καρπὸν, idem quod τὸ τμητόν, *sectiuum* inquam & quasi *tonsile Porrum*, quod τῷ κεφαλωτῷ opponit Diphilus apud Athenæum, libro nono, voce ἀπὸ τοῦ κείρειν, hoc est, *à tondendo* deducta, eadem analogia, qua κουρὰς ἀπὸ τοῦ κείρειν. Commissus autem fortasse videtur hic error per librarij cuiusdam ignorantiam, qui quid καρτοῦ nomine significaretur hæsitans, vocísque affinitate deceptus, καρπὸν audacter nimiùm καρτοῦ loco reposuit, ac simul & semel articuli genus immutauit. Eundem errorem deprehendas apud Pauli Interpretes. Cùm enim Paulus, lib. 5. de re med. cap. 2. Porrum cum sale commendet his verbis, ἢ πράσον καρτὸν μεθ' ἁλῶν, illorū alter aduerbij καρτὰ (quod *valde* significat) affinitate deceptus, *Porrū abunde cum Sale* interpretatus est: alter vocem illam καρτόν in vertendo penitus neglexit. Porrò (vt ad rem) quæ hic proximè sequuntur de Porro sectiuo, non de Porri capitati semine accipi debere, tum ex Plinij verbis, lib. 20. cap. 6. tum vel ex eo satis constat, quòd succū è Porri foliis quàm è semine exprimi est verisimilius. Sed & Paulus disertè vires hasce supprimendæ hæmorrhagię, non seminis, sed foliorum succo tribuit. Adde quòd Serapio fidus

plerunque Diosc. Interpres, sententiæ nostræ astipulari videtur. Hæc cum ita sint, ac de vtroque Porro, tum sectiuo tum etiã capitato, hic agatur à Dioscor. capitis huius inscriptioni demere quoque visum est illud, κεφαλωτά, quod in vulgatis exemplaribus adijciebatur.

ἐπιπαστὸν] Lege ἐπιπαστέον, scilicet τὸ φύλλα. Alioqui ista cum præcedentibus minùs rectè cohærerent.

Cap. CLXXXI. πνευματώδεις] Sic de Cæpis Aëtius: ἐμπνευματοῦσι δὲ τὴν γαστέρα, διὰ τὸ παχυμερὲς τῆς οὐσίας. hoc est, *ventrẽ inflãt, quod substantia illarum crassarũ sit partium*, vnde fortasse fit vt ægrè coquãtur. Gal. verò 7. de simpl. med. fac. eius euentus causam ascribit succi temperamento, qui quidem aqueæ est & aëreæ caliditatis. Attamen idem ipse, primo de Alim. facult. quominus flatulentæ sint fabæ, ijs Cepas, tanquam calfaciendi tenuandíque vi præditas, admiscet.

ὄρεξιν ἐπάγουσι] Ruellius in opere de stirpibus, quò Dioscoridem à contradictione vindicet, qui πλείονα ἀσώδη esse; hoc est, *Cæpas fastidium nauseámue parere* statim subiunxerit, hanc ὄρεξιν seu appetentiam, nõ de cibi sed de Veneris cupiditate interpretari videtur. Verùm quid obstat, quæso, quominùs Cæpæ simul & semel cibi auiditatem excitent, parciore scilicet esu: & immoderatiùs sumptæ fastidium inuehant, aut certè, qua pollent acrimonia, nauseam pariant?

ἀσώδη] ἀσώδη dicuntur τὰ κρόμμυα, vel quia tædioso sint halitu, vt & allia: (*hu enim tædiũ halitus, vt Cæpis*, inquit Plinius, lib. 19. cap. 6. *nullũ tamen coctis*) vel quia esu largiore fastidium pariant, vel denique quia, dum os ventriculi acrimonia sua vellicant, nauseosa deprehendantur.

βοηθεῖ ἀμβλυωποῦσιν] Sic Hipp. lib. de diæta, Cæpam oculis conferre tradidit. Gal. itidem lib 7. simpl. iis prodesse, qui suffusione laborant, aut iis qui præ humorum crassitie sunt acie oculorũ hebetiore. Ipse quoque Plinius lib 20. cap. 5. & *olfactu ipso & delacrymatione caligini mederi Cæpam* scripto prodidit, *magis verò suas inunctione*. Contrà Sotion apud Constãtinũ, τὸ κρόμμυον ἀμβλυωπίας ποιεῖν, hoc est, *oculis hebetudinem inferre*, asseruit. Et id quidẽ rectè. Cùm enim vaporosa atque adeò κεφαλαλγὴς Cæpa deprehẽdatur, quidni esu largiore eos offendat, quibus alioqui oculorum acies est integerrima?

Cap. CLXXXII. Σκόροδον τὸ μὲν ἐστιν] Variæ cùm occurrerent huius capitis de Allio lectiones, ego hanc illámve ex omnibus minimè delegi, sed partim vulgatam, partim veterem secutus sum, quam in suis annotationibus habet doctiss. Goupylus, quámq; Hermolaus Barbarus, Marcellus & Cornarius, adeóque omnes, excepto Ruellio, Interpretes expresserunt.

μονόκλωνον δὲ καὶ ἐν αὐτῷ ῥᾶγας] Allij genus quod singulari simplicive capite nascitur, nullis eiusmodi nucleis constare certum est. Quapropter ea quæ in vulgata lectione desiderabantur, ex vetere scriptura supplere visum est. Cæterùm eiusmodi nucleos, suis tunicis ac ceu vestibus distinctos, Theophrastus γέλγις appellat, alij ὄνυχας & σκελίδας: Plinius *nucleos*, *spicas* Columella nominat.

ἐκκρίνειν φωνὴν] Paris. φωνὰς δὲ. Aldinus, φωνῆ, pro quo φωνὴν reponendum censuimus. Nam & ita Serapio, Lacuna & Fuchsius legisse mihi videntur. Ac certè quidem flatus pellere Allium tam sumptum quàm adhibitum, & multorum autoritate, & varijs cõstat experimentis. Enimuero Simeon Sethi, Allium nõ modo flatus dissipare, sed etiam eorum generationem prohibere tradidit. Quin & Galenus ipse 12. Meth. vt ἄδιψον, ita & ἄφυσον esse asseruit: nec illud modò, sed & inter edulioru genera omnia flatum potentissimè discutere. Neque vero obstat, quod deinde subdit Diosc. Alij vim esse ἐμπνευματώσεως ποιητικήν, hoc est, *ipsum inflationes parere*. Nã vnum & idem remedium, pro ratione materiæ quam nanciscitur, & flatus pellere & flatus quoque gignere potest. Sic flatus quidem discutit pellitque Allium, si flatus vndecunque genitos nactũ fuerit, dummodò ne corpus ipsum crassioribus redundet excrementis, quæ gignendis flatibus nouam suggerant materiam. Flatus verò gignit excitátve, si in pituitosum excrementitiúmque corpus inciderit: ita tamen vt flatum minimè quidem ex se, sed ex occurrente pituita suscitet. Tùm enim quatenus frigidos crassósque eiusmodi humores nimiopere calfacit, liquat & attenuat, viscidósque ac lentos incidit, fieri nequit, quin pars eiusce materiæ abeat in flatulentos vapores. Atque iccirco Hipp. lib. de diæta, Allium prodidit spiritosa vi flatus excitare: itémque lib. de vict. rat. in acutis, flatum ac dolorem circa thoracem facere. Celsus itidem, lib. 2. cap. 26. Allium inter inflantia numerat. Sed nec illud quoque omisit Plinius, lib. 20. c. 6. dũ Allij dotibus propositis, vitia deinde varia recẽset: ac inter alia, quòd inflationes faciat. Quid quòd, vel ipso teste Aristophanis Scholiaste, ἀπὸ τῶν σκορόδων deducta videtur vox illa σκορδινᾶσθαι, quæ *pandiculari* significat, non quidem, vt ille voluit quod allia esu largiore vomitum irritent, tandémve ne ex acrimonia sequatur pandiculatio, sed quòd vaporosa excrementa interdum excitent & ad musculos propellant: quæ quidem vti distentur, Natura distẽtionem, quam σκορδινησμόν, hoc est, *pandiculationẽ*, vocãt, moliri consueuerit.

δίψας ποιητικόν] Sitim certè gignit allium. Siquidem stomachum exiccat: maximè si ventriculum pituita vacuum offenderit. Attamẽ Gal. 12. Meth. cõtra quàm opinarentur nonnulli, qui Cæpis etiã ipsis siticulosius esse censebant, planè ἄδιψον esse voluit. Quin & asserit Simeon Sethi, Allium proprietate quadã valere ad sedandam sitim ab humore salso genitam.

ἐμπνευματωτικὸν] Lego, δίψας ποιητικὸν καὶ ἐμπνευματώσεως, ἐλκωτικὸν ἐπιφανείας σωμάτων, ὄμματα ἀμβλυωπεῖν, seu potiùs ἀμβλυωπίας. Gallicus Interpres ἐκπνευματώσεως legisse videtur, siquidem allium innuit aptum natum crepitus excludere. Marcellus itidem ἀνασταλτικὸν ἐπιφανείας σωμάτων, non ἑλκωτικὸν ideò legere maluit, quia, testibus Plinio & Simeone Sethi, faciat Allium in totum rubicundiora corpora, dum scilicet sanguinem attenuat. Alij quod habetur in vulgata lectione, ἐμπνευματώσεως διαφορητικὸν, interpretantur, *flatus discutiendi concoquendique vim*: quoniam fortassis ἀναστατικὴν δύναμιν, hoc est, *vim alterativam*, apud Aphrodisæum in problematis περὶ τῆς σκορόδου δυνάμεως, pro concoctrice etiam vsurpari

obseruarunt. Ego verò cum Ruellio, ἑλκωτικὸν, legendum existimaui, Sotionis in Geopon. autoritate fretus: qui quidem refert Allio sanum corpus exulcerari, vti contrà cæpa vlcera ad integritatem reduci. Sed & Gal. lib. 3. de temper. quo loco rationem reddit, cur multa foris admota exulcerent, assumpta verò minimè, in eo censu sinapi, muriam, Allia & cæpas annumerat. Quod ad illud postremum spectat, quod in vulg. codicib. legebatur, ὀμμάτων ἀμβλυωπίας, hoc est, *non oculorum aciem hebetandi*, minimè omittendum censui: siquidè æquè ac cæpam oculos hebetare Allium, tum experientia, tum & Plinij & Auicennæ testimonio satis supérque constat. Imò & Hipp. ipse, lib. de diæta, Allia scribit oculis officere, eosdémque ἀμβλυώσσειν, hoc est, *hebetare*, propterea quòd vehementiorem corporis purgationem moliantur. Attamen Simeon Sethi iure optimo annotauit, quamuis sanam oculorum aciem lædat Allium, eius tamen hebetudinem ex largiore humiditate profectam emendare atque refocillare.

λαμβανόμενον οἴνου συνεχῶς] Vertunt nonnulli, *si vinum assiduè bibatur*, addúntque alij, *ac reuometur*: quasi desideretur in Græco exemplari, καὶ ἐξεμούμενον. Ac certè quidem Plinius lib. 20. cap. 6. *privatim*, inquit, *contra hæmorrhoidas prodest, cum vino redditum vomitu*. Ego continuò post assumptum Allium, vinum superbibi debere interpretor. Nam & συνεχῶς vt & *continenter* apud Latinos, ita interdū accipitur, pro eo quod Gallicè dicimus *tout d'une suitte*.

ἔστι δὲ τὸ ἀκαρτωτόν] Ista sic lego: ἔστι δὲ τὸ ἀκαρτωτὸν τοῦ καρδίνου μόνου καὶ ἀλλὰ δὲ καὶ ἐλαίῳ, &c. Ac ita quoque Serapio ac Ruellius legisse mihi videntur.

καὶ λύχνου δὲ μόρων] Aliàs μυττωτόν legendum suspicatus sum: sed reponendum hauddubiè, μυττωτὸν seu μυττωτόν. Nam & ea vox legitur apud Hipp. in fine libelli de locis in homine, itémque secundo Epidem. & lib. de visu. Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις Dioscoridem citat, his verbis: μυττωτὸν, ὑπότριμμα σκοροδοειδὲς εἶναι φησι Διοσκουρίδης ὁ ὑπομνηματίζων. quæ verba de hoc Diosc. loco accipienda sunt. Eadem est Erotiani sententia, qui, æquè ac Aristophanis Scholiastes, μυττωτὸν dictū existimat, παρὰ τὸ μυσάττεσθαι, quòd propter odorem tetrum odio dignum & abominandum sit, quasi μυσακτόν. Hesychius etiam, Pollux & Aristoph. Scholiastes in Equitibus μυττωτὸν interpretantur, ὑπότριμμα ἐκ σκορόδου. hoc est, *alliatum intritum*, seu *intritum ex Allio*: cui tamē adhiberētur & alia ἀρτύματα, puta porrum, caseus, oua, oleum & acetum. Cæterùm hanc ipsam μυττωτοῦ vocem etiam genere fœminino extulit Callimachus, -τὴν ἐπιστάζω μυττωτόν. Masculino verò, Hippocrates & alicubi Athenæus, itémque Theophrastus. lib. 7. hist. Allio enim Cyprio (quod Latinorum fortasse fuit Vlpicum, quódque magnitudine præstare fertur) πρὸς τὸ μυττωτὸν χρῶνται, inquit ille. Plinius *rura pulmentaria* conuertisse videtur: alij etymo à Græcis ducto *Moretum*, quasi *Mosetum* appellarunt.

Cap. CLXXXIIII. καὶ τὸ σπέρματος ἀδρὸς]Secus sentire videtur Aëtius, qui capite de Napy, ἄριστον, id est, *præstantissimum*, censet, τὸ μικρότερον τοῦ ἄγαν καὶ ... id nimirum, quod *mole minus est, quódque minus sanguineum colorem refert*.

πρὸς τε ἀμβλυωπίας] Attamen ex eo ... dictū scribit Athen. libro 9. ... *quòd etiam ipso odoratu oculos lædat*. Sicut *cæpam* κρομμύων, ... *quod nos reductis palpebris pupillas occultare cogat*.

Cap. CLXXXV. συνουσίας παρορμᾷ] Nasturtium è contrario contendit Plinius, lib. 20. cap. 13. *venerem inhibere & animum exacuere*. Huic astipulatur Florentius Geoponicorum lib. 12. cap. 27. φασὶ δὲ, inquit, ὅτι τοῖς ἐσθίουσι κάρδαμον, ὀξυτέροις εἶναι ... γίνεσθαι· subdit verò deinde, ἀφροδισίων ... ἐστι. Attamen id & experimēto & Dioscoridis autoritati repugnat.

Cap. CLXXXVI. δισκοειδὲς εἶναι ἀπὸ λυσιμάχου] Gal. lib. 1. de antid. in hanc ipsam sentētiam semen Thlaspeos ait quadā sui parte quandam habere veluti compressionem, (θλάσμα vocat) à qua etiam θλάσπι nominatum sit. Cæterum pro, δισκοειδὲς, Plinius ac Ruellius, φακοειδὲς, legisse videntur, hoc est, *lenticulæ formam referens*, sumpta tamen lenticulæ voce (veluti & φακὸς apud Græcos vsurpatur) pro eo vasis genere, quod ad lenticulæ modum conformatū est. Sic & humor crystallinus apud Aëtium, ὑγρὸς aliàs φακοειδὴς, aliàs δισκοειδὴς appellatur.

ἐγκλύζεται δὲ καὶ πρὸς ἰσχιαδικούς] Semē Thlaspeos scribunt Galenus & Ægineta per sedem infusum prodesse ischiadicis, quatenus sanguinolenta vacuat. Sic & Plinius, lib. 27. cap. 13. *prodest & ischiadicis infusum donec sanguinem trahat*.

Cap. CLXXXVII. ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς] Eadem Plin. lib. 27. cap. 9. de dryophono tradit: quod Cordus sat probabili coniectura ductus cum Draba Diosc. vnum & idem esse existimat. Serapio Drabam, Oribasio braben dictam, nasturtij generibus annumerat, & nasturtiū Orientale appellat. Cæterùm inter notha Aldini exemplaris, hoc ipsum caput cum Arabidis herbæ inscriptione repetitur, ita vt Arabis & Draba vnius & eiusdem plantæ diuersa nomina fuisse videantur.

Cap. CLXXXVIII. σίκυος ἀγρίας ...]Σίκυς hic, vt & alibi sæpenumero, tum apud Dioscoridem, tum apud Theophrastū & alios, ἀντὶ τοῦ ζύμης, hoc est, *pro fermento aut farina subacta*, sumitur: vti etiam testatur Hesychius. quod non animaduertens Plinius sæpenumerò fallitur. Ægineta cap. de Erysimo, ἀντὶ τοῦ σταιὸς, siue σταῖς, ζύμην, hoc est, *fermentum*, vsurpauit. Esse verò σταις vocem ita accipiendā, ipse quoque Galeni contextus itidem apertè demonstrat, lib. 6. simpl. cap. de Erysimo. vt & ἀντὶ τοῦ, ἐγκαύματα (quæ vox paulò pòst sequitur in vulg. exempl.) legendum iuxta veterū codicū fidem, ἐκλείγματα, quamuis apud Gal. Aëtium & Æginetam ἐλίγματα perperam vbique legitur. Cæterùm pro eo quod habetur superiùs, ἀναλεγχόμενον, lege, ἀναλεγχόμενα: quò sit aptior cum præcedentibus connexio. Sed & fortè hoc eodem cap. ἀντὶ τοῦ λεβιώνι τι καὶ κα... λου, legendum, λεπὺ ἤγουν τι καὶ ... καὶ &c. Nam & ita Serapio legisse videtur.

Cap. CLXXXIX. δένδρον ἐστὶ μακρόν φασιν]Dioscorides, Galenus & ipse quoque Plinius, longi. nigri candidique Piperis eandem esse arborem perperàm existimauère. At recētiores nonnulli,

quibus licuit de longè petitis aromatibus accuratiùs scribere, in quibus est Garcias ab Horto, varias esse omnium plantas referunt: ac Piperis quidem nigri fruticem à candidi frutice, æquè ac nostratium vitium genera inter se, non facie foliisve, sed solo propemodum fructus granive colore discrepare, vix vt hic ab illo nisi ab incolis internosci possit. Ego verò Piper albũ, quod certè quidem ad nos conuehitur, non aliud esse iudico, quàm ipsum Piper nigrum cortice suo nigro & rugoso spoliatum. Eo verò cortice spoliari fit verisimile, dum Soli expositum, vt verbis Galeni vtar, ὑπεροπτᾶται καὶ ὑπεξηραίνεται, hoc est, *nimium torretur*, ac, vt ita dicam, *superexiccatur.*

ἥδιον καὶ δριμύτερον τοῦ λευκοῦ] Ita & Theophrastus. 9. hist. stirp. cap. 22. Piper nigrum candido longè validius innuit. Galenus contrà 8. simpl. candidum nigro acrius esse voluit, tanquam superassato ac superexiccato. Rursúmque lib. 9. de comp. med. κατὰ τό. candidum Piper & stomacho commodius & acrius quàm nigrum esse tradit. At Plinius, lib. 12. cap. 7. vtroque tã longo quàm nigro lenius esse candidum asseruit.

ἔστι μὲν τις ῥίζα] Radicẽ Piperis intellige viribus costo similẽ. Nam & illud addidit Gal. 8. simpl. Quin ne radix quidem Costus est, sed lignum, si Garciæ ab Horto credimus.

CAP. CXC. ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ Ἀραβίᾳ] Fortè καὶ Ἀραβίᾳ. Nam & ita de Zingibere Plin. lib. 12. cap. 7. *id enim in Arabia atque Troglodytica in villis nascitur.* Ac re vera Troglodytica AEthiopiæ pars est, non item Arabiæ.

ῥίζια μικρὰ] Plin. lib. 12. cap. 7. Zingiber simpliciter *paruæ herbæ radicem esse candidam* scribit. At Garcias ab Horto radice depingit iridis, ac multò maiore quàm Cyperi. quod ipsum confirmat Christophorus à Costa. Sed & Ludou. Rom. lib. 5. cap 14. radicem scribit erui quatuor, octo, ac interdum etiam duodecim vnciarum pondo: quippe cùm minimè sit eadẽ omnibus amplitudo. Quòd ad folia spectat, Garcias iridi aquaticæ aut Gladiolo assimilat, quanquam magis nigricantia esse fatetur. Christoph. à Costa lacrymæ Iobi seu milio foliis comparat. Antonius Pigafetta, arundini. Tantopere Autores de Zingiberis historia inter se dissident atque discordãt. Porrò inferiùs ἀντὶ τοῦ, ἐγχωρίων, rectiùs legas, ἐγχωριάζον.

μαλακτικὸν κοιλίας] Aluum leniter emolliunt Zingiberis radices, siquidem recentes ac etiamnum teneræ edantur, multa adhuc humiditate præditæ, cuius quidem ope aluum emolliant ac lubricent: at vetustiores exhaustáque humiditate arefactæ, aluum potiùs astringunt.

CAP. CXCII. κλῶνας ἔχει μικρούς] Pro μικρούς, Lacuna, λεπτούς. hoc est, *tenues*, reponit ex veteri codice: atque ita quoque legit Oribasius.

CAP. CXCIIII. λαμβανόμενον πέπειρον] Lacuna ex vetusto quodam exemplari legit, κεκαυμένον, hoc est, *combustam*. Cui quidem lectioni astipulantur hæc Theophrasti lib. 9. stirpium historiæ de Cyclamino agẽtis verba: ἀγαθὴν δὲ τὴν ῥίζαν εἴς τε ὠκυτόκιον περιάπτειν, καὶ εἰς φίλτρα· ὅταν δὲ ὀρύξωσι, κατακαύσαντες αὐτὴν οἴνῳ δεύουσι, τροχίσκους ποιοῦσιν, ὡς τὰς τρυγὸς, ἢ ῥοδίσματα: hoc est, *Vtile verò radicem ad accelerandum partum adalligare. Valet & ad amatoria. Sed in eum vsum effossa comburitur, dein vino irrigata in pastillos digeritur, vt fæcis, quæ maculæ clauantur.*

CAP. CXCV. καθαίρει τοπίου] Quoniam alterius Cyclamini radicẽ superuacuam esse scripsit Dioscorides, ista vel ad reliquam plantam, vel potiùs ad ipsius fructum seu acinos (quod faciliùs crediderim) referenda sunt. Quare ἀντὶ τοῦ, πλήθει, πλῆθος legendum puto, nimirum καρπός, cuius paulò antè facta est mentio.

CAP. CXCVI. Δρακόντιον ἕτερον ἔχει φύλλα] Alterum caput Dracontij maioris nomine inscriptum, quod meritò à nonnullis inter Diosc. notha repositum est, tanquam legitimum agnouerunt Oribasius, Marcellus, Mathiolus & Amatus Lusitanus: ac illud quidem priore loco collocant, hoc verò posteriore. Ego verò cum Serapione illud alterum quanuis in codicibus nonnullis occurreret, consultò prætermisi, tãquam suppositititiũ, & ex Crateuæ aliusve fortasse cuiuspiam scriptis perperam contextui Diosc. adiectũ: maximè cum in vtroque capite diuersas quidẽ vtcunque voces, & vnam tamen eandémque historiam animaduerterem. Si etenim singula expendamus, vix aliud occurret discrimen, quàm quòd Dracontij folia Diosc. hederæ comparat, ille verò quisquis sit, lapatho: Itémque colorem fructus à principio herbaceum agnoscit Diosc. (falso enim in Aldino exemplari & apud Oribas. χλωδη legitur, ἀντὶ τοῦ, χλοώδη) ille verò *candidum*, hoc est, *cineraceum*. Seu fortasse Diosc. ad folij colorem, liuorem firmitatémve: ille ad eiusdem longitudinem respexit. Cæterùm, siue descriptionem, siue vires spectes, ferè consentiunt. Porrò si duplex est Dracontiũ, quemadmodum veteres testari videntur inscriptiones, maius inquam & minus, maius Dracontium id agnoscere possumus, quod in plerisq; hortis visitur, Autoris nostri descriptioni aptè conueniens: minus verò, aron passim circa sepes nasci solitum. Sic enim Serapio Dracontij duo constituit genera, vnum quod Dracontium simpliciter, alterũ quod aron appellaretur: ac idipsum innuere quoque visus est Theophrastus, dum tradidit Dracontij genus quoddã aron appellari. Attamen quoniam cognatæ ac congeneres sunt hæ plantæ, ac viribus etiam iisdem præditæ, earum nomina nil mirum apud Pliniũ & alios rei herbariæ Autores ferè omnes passim confundi: quod vel ante sua tempora factitatum testatus est ipse Plinius, lib. 24 cap. 16.

νευρώτων] Marcellus νευροτρώτων legisse videtur: sed vulgatam lectionem retinere satius fuit. Quanuis enim Gal. 3. de comp. medic. κατὰ γένη, ad neruos vulneratos Dracontij radicem vsurpat, attamen eiusdem foliis recentiũ vulnerum agglutinandorum vim idem ipse tribuit, lib. 6. de simpl. med. facult.

ἐσθίεται καὶ ἑφθὴ] Sic Gal. 2. de Alim. Dracũculi æquè atq; ari radices bis térve elixatas iis interdum in cibo offerri tradit, quibus crassorũ lentorúmque humorũm copia in pectore pulmonibúsve congesta est. At Theoph. lib. 7. hist. stirpium, Dracontij radicem ad cibũ ineptam ac prorsus medicamentosa facultate præditam esse tradidit, hisce verbis: ὁ δὲ τοῦ δρακοντίου (καλοῦσι δέ τινες δρακόντιον ἄρον, διὰ τὸ τὸν καυλὸν ἔχειν ποικίλον) ἄβρωτος καὶ φαρμακώδης. i. *Radix Dracontij (quoddam*

enim aron Dracontium vocant à caulis vario colore) & esus ineptus & medicamentosa existit.

CAP. CXCVII. μικρότερα δὲ] Vetusti codicis fidem secutus legi, μικρότερα, nō μακρότερα, hoc est, *longiora*, vt in vulg. exemplaribus. Oribasius quoque ac Serapio videtur legisse μικρότερα. Sed & ita legendum res ipsa per se clamitat.

ῥίζα λευκή] Cōtrà Plinius lib. 24. cap. 16. Aron radicem nigram habere scribit, vti dracunculus subrutilam: quod de cortice radicis fortassis intelligendū est. Alioqui enim candida est vtriusque radix. Imò candidam radicem cùm nominat Hipp. dracontij radicem vult accipi Gal. in Lexico vocum Hippocratis.

ἑψηθεῖσα [illegible]] Nostri quidem Ari radices (nisi fortè cultura meliorescunt) quantumuis bis térve coctæ, vix tantum de sua insigni acrimonia remittere possunt, vt in cibos recipiantur. Ita & plurimùm acres fuisse Ari Asiatici radices, testatus est Gal. lib. 2. de alim. facult. Attamen idem Cyrenis haberi prodidit, quæ minimùm medicamentosæ sint & acres, vt rapis etiam sint vtiliores, ac in cibo præstantiores. Sic quoque Plinius, lib. 19. cap. 5. *Aron in Ægypto nasci prodidit, radice mollioris naturæ, quæ editur & cruda.* Tantùm ergo potest cœli solique diuersitas, vt quæ hic acres reperiuntur stirpes, alibi mitioris naturæ deprehendantur.

CAP. CXCVIII. αἰδοῖον παντὸς ζώου] Quod hic generaliter scribitur à Diosc. de fœminini sexus genitali tantummodò extulit Plinius: nec malè, velut indicant ea verba quæ proximè sequuntur. Ita verò Plinius, lib. 24. cap. 16. *Sed unum miraculum ingens, contacto genitali cuiusque fœminini sexus animal in perniciem agi.*

CAP. CXCIX. καλούμενοι ἀνθερικόν] Autoribus Theophrasto & Pythagora quodam, ex Plinio, lib. 21 cap. 17. Hastulę regię caulis seu scapus totus, anthericos dicebatur, vti Latinis, teste eodem Plinio, albucus. Dioscorides verò prima quidem fronte florem tantummodò anthericū appellasse videtur: nec abs re, nam & ἀθήρ seu ἀνθήριξ Græcis interdum pro summo spicarū fastigio sumitur. Attamen illud etiam, καλούμενον, rectiùs fortassis ad καυλόν referri potest, vti ego referendum censui. Sunt & qui eo nomine semen Asphodeli significari voluerint, quemadmodum Hesychio & Theocriti Scholiastæ placuit. At verò Eustathius in Homerum, sitne ἀνθέρικος ἀσφοδέλου καρπός, an verò καυλός hæsitat. Cæterùm in describenda Hastula regia semen hoc nigrum minimè prætermisit Serapio, quale scilicet & Theophrasto & Plinio describitur.

καθαίρουσι δὲ] Lacuna legit, ταράττει. Plinius, *Semine*, inquit *sumpto turbatur venter*. Sed & vulgata lectio tolerari rectè potest. Illa siquidem τὰ καθαίροντα καθαρτήρια, ἤτοι κατασπῶντα, rectè dici possunt, quæ aluum cogunt ἀθρόως, violenter & cum impetu deijcere. Sic infinitis locis apud Hipp. κοιλίην καταρρήγνυσθαι dicitur, quod exponit Gal. ἀθρόως ἐκκρίνειν τινά. Sed & apud Gal. legitur: ἡ δὲ γαστὴρ αὐτῶν κατερράγη χολώδη. Eadē quoque significatione vsurpatur illud apud Appianum in Iberica, κατερρήγνυντο ταῖς γαστράσι, quod Præceptor olim meus piæ memoriæ minùs rectè, *alui dissiliebant*, videtur conuertisse.

CAP. CC. ἁπαλύνει τὰ νευρώδη] Contrà Plinius, lib. 20. cap. 9. *Bulbos neruis utiles scribit, ideóque paralyticis dari.*

CAP. CCII. θερμαίνει καὶ τμητικὰ] Hic Scillæ vrentem feruētémve facultatē tribuit Diosc. Attamen Gal. libro 8 simpl. in secundo tantùm calfacientium ordine eam reposuit: quem secutus est Auerroës. Paulus verò calidam simul & siccam in eodem secundo gradu agnoscit. At Auicenna calidam in tertio, siccam in fine secundi existimauit.

στέατι δὲ ἢ πηλῷ] Ineptè Scillam adipe oblini voluit Plinius, στέατι fortasse legens, neque satis gnarus variarum τῆς στέατος significationum. Sed & luto (quod idem ipse voluit) Scillam inuoluere sordidum ait Gal. lib. de ther. ad Pisonem. Iccirco potiùs fermento teneriore oblini debere admonet: quippe cùm Scilla in eo facilè assetur, & ab eo quiddam dum assatur accipiat. Dioscorides, non ita magno discrimine, massam, seu subactam farinam, vsurpauit.

τὸ μεσαίτατον] Gal. lib. 9. de comp. med. κατὰ τόπους, recitans Chrysermi ad splenicos medicamentum, in quo Scilla recipitur, hanc purgari dum vult, ἀφελὼν, inquit, τὸ φλοιὸν καὶ τὸ πυθμένος τὸ σκληρὸν, τὸ δὲ μεσαίτατον λαβών. hoc est, *Corticem detrahe & quod ad fundum durū est: sumpto verò nucleo*, &c. Scilicet μεσαίτατον, hoc est, *nucleum*, appellauit, quod hoc loco Diosc. τὸ μεσαίτατον.

καὶ ἕψεται δὲ ἀλλαχόθεν] Ruellius duos trésve pręparādæ Scillæ modos, qui hic sigillatim traduntur à Dioscoride, minùs è videtur distinxisse. Sic & Plin. lib. 20. cap. 9. *Tosta quoq; purgatur*, inquit, *& medium eius iterum in aqua coquitur*. Attamē palàm edocent Autoris verba, quomodo Scilla tum assanda, tum elixanda, tum etiam cruda siccanda sit. Et hoc quidem loco siccari eam in vmbra voluit, cùm tamen etiam exiccationem in Sole admittat. lib. 5. dum vini scillitici præparandi rationem tradit.

καὶ τὰ ἐν ποσὶ ῥαγάδας] ῥαγάδας, legisse videtur Plinius. Siquidem loco citato de Scillæ viribus agens: *Rimas pedum*, inquit, *sanat in oleo cocta, & mixta resinæ.*

[illegible] δὲ καὶ ἀλεξιφάρμακον] Idē prodidit Theoph. lib. 7. hist. cap. 12. his verbis: λέγεται δὲ καὶ πρὸ τῶν θυρῶν φυτευθεῖσα ἀλεξιφάρμακον εἶναι τῆς ἐπιφερομένης βλάβης. Hoc ipsum Plinius ex Pythagora refert, lib. 20. cap. 10. *Pythagoras*, inquit, *Scillam in limine quoque ianuæ suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.*

CAP. CCIII. μακρότερα δὲ] Plinius itidem lib. 27. cap. 12. Pancratium (quam aliqui scillam pusillam appellare malunt) foliis descripsit lilij albi, at longioribus crassioribúsque.

CAP. CCIIII. ἐφ' ἧς Μαρμαρίτας] Mutata vnica litera legendum, Μαρμαρίτας. Nam & Marmaritæ Straboni, lib 17. Geograph. circa finem, populi dicuntur Libyæ, Cyrenis proximi. Hos eosdem Plin. lib. 5. cap. 6. Marmaridas nominat. Cæterùm pro eo quod paulò pòst sequitur, Ἀσίας, repono, Ἀραβίας. Siquidem Galenus quoq; 7. simpl. ἡ δὲ ἐν ταῖς θερμαῖς, inquit, καὶ ξηραῖς χώραις φυομένη κάππαρις, ὥσπερ καὶ ἡ ἐν Ἀραβίᾳ, πολὺ τῆς παρ' ἡμῖν ἐστι δριμυτέρα, ὥστε καὶ τῆς καυστικῆς δυνάμεως μετέχειν [illegible]. hoc est, *Porrò Capparis quæ in valdè calidis fructibúsque regionibus prouenit, ut quam fert Arabia, multò est nostrate acrior, adeò ut plurimū etiam*

habens

habeat adurentis facultatis. Sed & Plinius, lib. 13. cap. 23. *Cauenda eius genera peregrina. Siquidem Arabicum pestilens: Africum gingiuis inimicum: Marmaricum, uuluis & omnium inflationibus. Apulum uomitus facit, stomachum & aluum mouet.* Quanquam, si Dioscoridis Punium rectè concinnare placet, legerim lubentiùs: *Arabicum pestilens gingiuis inimicum: Marmaricum, &c.* Marmaricum enim & Africum eadem esse constat.

Cap. CCV. λεπίδιον] λεπίδιον & ἴβηρις Democrati dicta, eiusdē plātæ sunt nomina, quemadmodum cap. de Iberide annotauimus. Quanquam est & alterum maius Lepidium à Paulo descriptum lib. 3. cap. 77. quod vulgus à sapore piperis piperitin nominat. Atque hoc ipsum à Plinio quoque designari videtur, lib. 19. cap. 8. dum tradit, *exire Lepidium in cubitalem altitudinem, folijs laurinis, sed mollibus.*

βριχώμενον εἰς ἀλμαίας] Lepidij vsum in condimentario genere, qui quidē huc pertinere videtur, refert Columella, lib. 12. cap. 8. dum faciendæ oxygalæ rationem tradit, hisce verbis: *Sunt qui satiui uel etiam syluestris Lepidij herbā cum collegerunt, in umbra siccent, deinde folia eius abiecto caule die & nocte muria macerata expressaque lacti misceant sine condimentis, & salis quantum satis arbitrantur adijciant: tum cætera quæ supra præcepimus faciant. Nonnulli recentia fol. a Lepidij cum dulci lacte in olla misceant,* &c. Sed & idem Colum. in poëmate de cultu hortorum, Lepidium designās, *Ponitur* (inquit) *& lactis gustum quæ condiat herba.* Eodē verò spectare videtur illud Plinij, loco citato, de Lepidio: *usus eius non sine lacte.*

πρὸς τέταρτον ὥρας] Contendit Cornarius, τέσσαρας, legēdum: nec abs re, quandoquidem & Democrates, & quotquot alij è veteribus huius è Lepidio contra ischiadem remedij mentionem fecēre, illud ferè duarum tātùm, trium quatuórve horarum spatio suas vires exerere prodiderunt, fœminis quidem citiùs, viris vero tardiùs.

τῷ τραχήλῳ.] Hanc ipsam radicem non collo, vti Diosc. sed brachio alligari tradit Plinius, lib. 20. cap. 17. *Tradunt*, inquit, *in dolore dentium adalligatum brachio quà doleat, compescere dolorem.*

Cap. CCVI. ὃ δὲ καὶ ἀγριοσέλινον ἔχουσι] Hāc etiam à similitudine apij Apiastellū videtur nominasse Apuleius: Plinius verò lib. 20. cap. 11 apiastrum, ipsūmque tradit in cōfessa damnatione esse venenatum in Sardinia: quanquam ibidē fatetur, apiastrum Hygino esse μελισσόφυλλον, scilicet ab apibus ita dictum, quibus hoc gratissimum esse consueuit.

ἄνθος χαλκοειδὲς] Plinius, lib. 25. capite vltimum Ranunculi genera persequitur: *Quartum*, inquit, *simile huic, flore luteo:* vbi *luteo* perperàm legi cōstat, pro *lacteo*. Sed & ibidem, pro *Eadem siccæ concisa sternutamentū est*, legēdum hauddubiè, *sternutamentum ciet.*

πρὸς ὀλίγον] Hoc illud est quod ait Plinius, *celeriter remouenda*. Causam subdit Gal. in hęc verba: *Nam si diutius inhæreant, non solùm excoriatur cutis, sed & in crustam uritur.* Sic & Apuleius de hac eadem herba, quam Sceleratam nominat: *Non diutius patiaris*, inquit, *quàm necesse est, ne & sanum corpus exedat.*

Cap. CCVII. συντεθλασμένης] Lege, συντεθλασμένα, vt hæc aptiùs cohæreant cum sequentibus, λευκάνθεμα, κυκλαμίνου.

ἀργεμώνη ἀνεμώνη] Plinius, lib. 21. cap. 23. postquam ex sententia Dioscoridis de Anemone medica, ad coronariarum differentiam, egit: *Hanc subiūgit, errore ducti argemonem putant multi*, &c. Eodem seruato Plinij sensu, Pena hoc loco, nisi fallor, ἀργεμώνη, οἱ δὲ, ἀνεμώνη, legendum existimauit: quasi id vnū voluerit Dioscorides, errore manifesto cōfundi Anemonem cum argemone. Veruntamen etsi non negamus, id quidem innuisse Dioscoridem, prætereà tamen & quorundam errorem retegere & coarguere voluisse suspicamur: qui quidem veræ ac legitimæ argemones ignoratione, eupatorio nomen argemones seu argemoniæ falsò tribuebant. Nam sic quoque rursum Diosc. lib. 4. cap. 41. de eupatorio: ἔνιοι δὲ τοῦτον ἀργεμωνίας ὀνομάζουσι πλανώμενοι. ἐπίσης δὲ ... [illegible] vbi ἀργεμώνας, οἱ δὲ, ἀργεμώνιον, perperàm legi apud omnes est in confesso. Cæterùm, quantumuis nō semel rectè monente Dioscoride, error ille nominum ad hodiernum vsque diem ita inualuit, vt etiam vulgus Medicorum eupatorium, detorta argemones in agrimoniam voce, falsò agrimoniam appellet.

τῆς ἀργεμώνης αὐτοῖς ἐπιτίθεται] Legi, ἀργεμώνης, vti in altero exēplari haberi annotat Goupylus, non ἀνεμώνης, vti legitur in vulg. exemplarib. Illud ipsum quoque expresserunt, Oribasium secuti, Hermolaus, Marcellus, Cornarius & Lacuna. Adde quòd ex proximè sequenti capite ita legendum, facilè vnicuique constat. Ego verò οἱ δὲ, ὑπόμηχ, cū Oribasio & Serapione legendum puto, ὑπόμαλον: aptiùs enim opponitur ei quod sequitur, ὑπόπυρον. Huc adde quòd capite proximè sequenti, quod priuatim argemonæ dicatum est, argemones capitulum quàm papaueris rhœadis oblongius & summā parte latiusculum esse disertè scribitur.

ὀπὸν οὐκ ἀνίησι] Sibi pugnantia hoc capite scribere prima statim facie videtur Dioscorides, qui iam succum vllū remittere neget Anemonen: anteà verò radicis eiusdem succū ad purgandum caput prodesse tradiderit. Sed aduertendum aliud ὀπὸν, aliud χυλὸν voce significari. Anteà de expresso radicis succo egit: hic de liquore, qualem & argemone & erratica papauera sponte & citra vim fundunt, dum caulis potissimùm conciditur, alió ve modo aperitur. Sic & chondrillę lactucæque liquorem lacteúmve succum antehac ὀπὸν appellauit. Nos iccirco homonymiæ vitandæ gratia hic ὀπὸν *liquorem* vertere maluimus, quàm *succum* cum Plinio. Is siquidē, loco modò citato, dum distinctionem tradit Anemones generum ab argemone & papauere rhœade, sic habet: *Nec aut succum illarum Anemonæ reddūt, aut calyces habent, nec nisi asparagi cacumen.* Hisce autem verbis noluit omnino succo priuare Anemonen, sed tantummodò ipsius succum ab argemones & papaueris rhœadis succo diuersum esse indicauit. Aliā verò fuisse Dioscoridis mentem, ex illius verbis facilè quisque iudicet.

Cap. CCVIII. τὰ δὲ φύλλα] Consensus omnium Interpretum fecit, vt quę alioqui in vulgatis exemplaribus deprauata legebātur, ita restituerimus: τὰ δὲ φύλλα ἀνεμώνῃ ἔχει ὅμοια, ἐσχισμένα, ἄνθος [ἐπὶ καυλῷ] φοινικοῦν, κεφαλὴν δὲ &c. quanquā

illud, ὅτι καυλὸς, penitus omisit Cornarius: Ruellius post illud, κεφαλὴν δὲ, reposuit. Plinius verò sic habet nulla floris facta mentione, lib. 25. cap. 9. *Folia habet Argemonia, qualia anemone, diuisa. apy modo, caput in cauliculo papaueris syluestris: item radicem.*

Cap. CCIX. τραυματικαί] Quoniam Gal. 6. simpl. vtrunque genus Anagallidis tradidit admodum extergentis esse facultatis, ex eo colligit Manardus, legendum fortè, ῥυπτικαί, ἀντὶ τοῦ, τραυματικαί. At ego suspicor legẽdum potiùs, θαυμασταί, quia sint vulnerariæ. Nam & eodem loco monet Gal. exiccandi vim habere mordacitatis expertem, ideóque vulnera glutinare.

Cap. CCX. λεῖα δὲ ἔχει τὰ φύλλα] Lacuna in antiquo codice legit, λεῖα ἔχει &c. quam lectionem eò lubentiùs sum amplexus, quòd & Serapionem ita legisse animaduerterem.

γωνιώδη καὶ ἐρυθρὰ] Eadem leguntur apud Oribasium. Attamen hæc vox, ἐρυθρὰ, meritò plerisque Interpretibus suspecta fuit, quoniam helicis Hederæ folia nusquam rubentia conspiciuntur. Theophr. lib. 3. hist. stirp. cap. 18. de eadẽ helice agens, scribit in hunc modum: ἡ δὲ δὴ ἕλιξ ἐν μεγίσταις διαφοραῖς. καὶ γὰρ τοῖς φύλλοις πλεῖστον διαφέρει, τῷ τε μικρότερα καὶ τῷ γωνιοειδῆ καὶ εὐρυθμότερα. τὰ δὲ τοῦ κιττοῦ, περιφερέστερα καὶ ἁπλᾶ. hoc est, *helix differentys maximis discernitur. Etenim folijs plurimũ distat tum paruitate, tũ quòd angulata concinnioraque sint, cum Hedera rotundiora simpliciaque habeat.* Iita porrò Plinius ijsdem penè verbis sic Latinè reddidit, lib. 16. cap. 34. *Plurimas autem habet differẽtias helix, quoniam folio maxime distat. Parua sunt & angulosa concinnioraque, cùm reliquorum generum simplicia sint.* Ita quæ Theophrastus εὐρυθμότερα, vel, vt legũt alij, ἀρυθμότερα, vel, vt Paul. Leopardus, εὐρυθμότερα, seu pro eodem εὐσχημονέστερα dixerat, vertit Plinius, *concinniora*. Ea autem Theoph. autoritate freti plerique etiam hoc loco vocem eandem, ἀντὶ τοῦ, ἐρυθρὰ, reponendam censuerunt. Attamen Cornarius apud Theoph. legendũ potiùs existimat, εὔχροα: hoc verò loco, ἀδρά. Ego eodem propè sensu hic, ἁδρὰ, legendum suspicor: nam & *crassa* Serapio cõuertit. Liberum tamen esto suum cuique iudicium.

ἐκκαθαίρουσιν ἁπλῶς] nimirum, si intrò sumatur. Nã & Plinius, lib. 24. cap. 10. *Hedera*, inquit, *neruis intus nocet. ijsdem neruis adhibita foris prodest.*

ἀτονίας ποιοῦν] Sic legisse videtur Serapio: vertit enim, *Corpus infirmant.* At ego ἀντὶ τοῦ, ἀτονίας ποιοῦν, vnica mutata litera lego, ἀγονίας ποιοῦν: maximè cùm clariss. vir Sambucus ita etiã in vetusto quodã codice legi obseruauerit. Quanquam si corpora infirmant Hederæ corymbi, ex consequenti etiam sterilitatem facere sat intelligi potuit. Ita verò Plinius, loco modò citato: *Hederæ nigræ candidiores corymbi potu, steriles etiam viros faciunt.*

Cap. CCXI. ἢ ὁ καρπὸς] Ita Oribasius, Serapio & Cornarius: reliqui, καυλὸς non ita magno discrimine legisse videntur. Vult enim Autor non ex his illisve tantummodò plantæ partibus, sed ex ipsa tota succum elici.

ἡ δὲ ῥίζα τριφθεῖσα &c.] Lacuna legit in hunc modum: ἡ δὲ ῥίζα τριφθεῖσα σὺν ἀλόῃ ἢ οἴνῳ λευκῷ καὶ ἐπιτεθεῖσα σὺν οἴνῳ ἰκτερικοὺς θεραπεύει καὶ ἕρπητας. ἰσχιαλγίας τε παύει ἐμπλασσομένη. Ego verò, vnica detracta particula, καὶ, ita lego & distinguo. ἡ δὲ ῥίζα τριφθεῖσα σὺν ἀλόῃ καὶ οἴνῳ λευκῷ, ἰκτερικοὺς θεραπεύει, καὶ ἕρπητας, καταπλασσομένη σὺν οἴνῳ, ἰσχιαλγίας τε &c.

ἀναφύεται] Chelidoniam primo statim hirundinum aduentu è terra erumpere voluit Dioscorides. At Theophrastus & Plinius, iam tùm florere tradiderunt. Siquidem Theophr. lib. 7. cap. vlt. ἔτι δὲ τὸ χελιδόνιον. inquit. καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ. Plinius verò de Chelidoniæ generibus agens, lib. 25. cap. 8. *Florent aduentu hirundinum, discessu marcescunt.*

ὡς ἐάν τις τυφλωθῇ] Plinius & ita sensisse videtur, lib. 8. cap. 27. vbi sic habet: *Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstrauêre, vexatis pullorum oculis illa medẽtes.* Itémque lib. 25. cap. 8. *Chelidonia hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum: ut quidam uolunt, etiam erutis oculis.* Idem verò ex Plinij sententia retulit in suo carmine AEmylius Macer, capite de Chelidonia. At Cornelius Celsus id commentitium esse existimat, lib. 6 cap. 6. quo loco de sanguine suffusis oculis agit, hisce verbis: *Extrinsecus verò interdum si ictus oculum lædit, ut sanguis in eo suffundatur, nihil commodius est, quàm sanguine uel columbæ uel palumbi uel hirundinis mungere. Neque id sine causa fit, cùm horum acies extrinsecus læsa interposito tempore in antiquum statum redeat, celerrimeque hirundinis. Vnde etiam locus fabulæ factus est, per parẽtes id herba Chelidonia restitui, quod per se sanescit.* Hoc ipsum & ante innuisse videtur Aristoteles, dum & lib. de hist. animal. 6. cap. 5. & 4. de gener. anim. cap. 6. nulla herbæ facta mentione, pullorũ hirundinis nupertimè in lucem editorum oculos si quis præpunxerit, aut stylo vexauerit, resanescere scribit, ac visum posteà planè recipere. Sed & ipse Plinius, lib. 11. cap. 37. *Oculos*, inquit, *serpentium caudis & hirundinum pullis si quis eruat, renasci tradunt.* Id verò si ita est, soli genitali facultati acceptum ferendum est, quæ quidem in recens editis eiusmodi animalibus oculis nondum absolutis insidet. Enimuerò cùm nuper exclusi hirundinum pulli non videant, imperfectique edantur in lucem, punctos tùm etutósve eorum oculos reparari ac resarciri posse non est à ratione planè alienum: quoniam iis nondum absolutis adhuc insidet ea genitalis facultas, quæ deliniationis fungens munere, nacta materiam, damnum sat commodè resarcire possit.

Cap. CCXII. ἐν μέσῳ ἀμπελώδη τὸν] Sic habent omnes codices. Sed equidem cum plerisque interpretibus legere malim, ἐν μέσῳ ἀναπεπταμένον. Nam & alibi Dioscorides, ἀναπεπταμένος ἐν χερσίν.

Cap. CCXIII. ἔχει δὲ τὰ φύλλα] Nobis haud secus ac priscis incerta omnino huius Othonnæ historia fuit in causa, vt è recẽtioribus nonnulli varia variè in hoc capite legerint. Ac inter cæteros quidem piæ memoriæ Præceptor noster Rondeletius, ἀντὶ τοῦ, ἐρεβίνῳ, πολυσχιδῆ, legebat. Doctiss. etiam Dalechampius, ἀντὶ δὲ, πλατύφυλλα, vt audio, legit πλατύφυλλα. Marcellus ἀντὶ τοῦ, χαλκάνθου, λευκάνθου. Attamen perbellè respondent quæ de Othonna retulit Plinius, lib. 27. cap. 12. cum vulgata Dioscoridis lectione.

Cap. CCXIIII. συστρεφομένων] Sensus erit clarior, si συστρεφόμενον legerimus, ἀντὶ τοῦ συστρεφομένων.

Cap. CCXVI. δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῇ πρὸ αὐτῆς]

Galenus, 6. simplicium, hanc, quia insigni acrimonia prædita sit, valentiùs quàm satiuam desiccare monuit, ideóque valentiùs humidis putrescentibúsque vlceribus obsistere: ad cætera verò minùs antedicta valere: quippe quæ immoderatiùs desiccet atque mordeat.

CAP. CCXVII. ἀφ' ὧν ...] Illud, ἀφ' ὧν, mihi meritò suspectum est, quoniam non ex alarum finibus, sed ab ipsa potiùs radice totidem ramulos prodire est verisimile. Quare vel eæ voces redundant, vel post eas aliquid desideratur.

Quæ ab operis typographicis pag. 39. per imprudentiam prætermissa fuere, hoc loco supplere visum est.

†† CAP. CXII. ...]Sic citat Gal. 1. de alim. At Marcellus ... (rectiùs fortasse, ...) legendum ideò putauit, quoniã Galenus & ipsum secutus Paulus κρίμνον dixêre, ..., hoc est, *Crimnon quam polentã ægrotis concoqui.* Veruntamen nihil impedit, quominùs simpliciter enuntiãtes, κρίμνον ..., dicere possimus: si verò cum polenta comparemus, hac ipsa ..., quemadmodũ etiam tum Gal. tum Paulus pronuntiauerũt. Cæterùm non ex zea tantùm olyráve & tritico parabatur Crimnon, sed & ex hordeo. Nam, vti annotat Gal. in Hipp. 2. prædict. Crimnon dicitur, quæ effracto hordeo inuenitur farina grandiuscula: quippe quæ non perfectè molita est. Porrò ... legitur apud Gal. loco citato, ..., eodem penè significato: quanuis aliud est torrere, aliud verò frigere.

CAP. CXIII. ...] Olyram Plinius arincam appellari scribit, eámque diuersam penitus facit à zea, contrà quàm existimarit hoc loco Diosc. itémque Galenus, dum ζειαὶ vocem apud Hipp. exponit, ὀλύρας. Huius verò speciem aliquanto deteriorem, typham dici solitam ex eiusdem Gal. verbis facilè licet colligere, quanuis typham cũ Olyra eandẽ fecisset Mnesitheus.

CAP. CXIIII. ...]Non ex sola zea, aut huius specie, olyra dicta, Atheram seu atharam AEgyptiorum fieri hoc ex loco inferri velim. Nam & ex amylo eam cõstare prodidit Aëtius: Iulius verò Pollux, è miliacea farina.

CAP. CXV. τράγος ...] Gal. hæc verba citans 1. de alim. mẽdosè sic habet: ... Porrò Tragum hunc, quem ab herba maritima cognomine distinguentes nonnulli, ..., hoc est, *cerealem*, cognominant, Oribasius, lib. 3. ..., far crassius appellat, nec ineptè quidẽ: quandoquidem à veterũ farre factitio, quod cum Diosc. ... quodammodo conuenire videtur, eo solo differt, quòd hoc mola in partes confringeretur, ille integer repurgatus atteruaretur. Gal. lib. 1. de alim. fac. ex olyra nobilissima vti decet excorticata Tragum fieri prodidit. Sic & Autor ... lib. 3. ex olyra præstãti parari voluit, ad eundem modũ, quo ex hordeo ptisana. Alio tamen loco idem Gal. ex zea fieri tradit, cuius vtriq; species est olyra, vel ipso teste Diosc. At Plinius, lib. 18. cap. 7 ex ipso etiam tritici semine, dum decorticatur. Sic & Autor ... loco suprà citato, è frumento quoque Alexandrino fieri commemorat.

CAP. CXVII. ...] Galenus 1. Alim. non inter frumentacea, sed inter legumina Oryzam recenset. ... enim quæ Latinis sunt *legumina*, ibidem appellari scribit, cerealia omnia semina, è quibus panis minimè conficitur. At quod idem βρόμον, id est, auenam, ex leguminum genere scribit esse, lib. 6. simpl. mendo minimè carere existimauerim, atque adeò pro ..., ..., esse reponendũ. Est enim alia Oryzæ, (quã ὄρυζον etiam neutro genere nominat Theophrastus) alia auenæ ratio.

IN LIBRVM TERTIVM.

CAP. I. Ἀγαρικὸν ῥίζα] Etsi incertam & ambiguam de Agarico ex opinione vulgi sententiam protulit Dioscorides, illud tamẽ radicem esse voluit, quem in eo deinde secutus est Galenus: quanquam hic ita radicem esse agnoscit, vt tamen non intra terram cæterarũ more latere, sed arborũ caudicibus innasci & adhærescere fateatur. At veriùs cum Plinio, lib. 25. cap. 9. fungus est, non quidem radicibus, sed ipsis truncis innascens arborum, non glandiferarum modò, (quod voluisse videtur Plinius) sed & coniferarum. Nam & laricibus summis innascitur, quod inter cætera hodie præfertur: quippe cuius apud nos vsus sit frequentissimus, siue ex Allobrogũ, siue ex Valesiæ Alpibus inuehatur.

...] Ita sentiunt Aëtius & Auicenna. A Mesuæo verò filamẽta Agarico mari eidémque deteriori potiùs tribui videntur, vti & rotunditas, fœminæ. Sed reuera fœmina, quæ bonitate antecedit, si frangatur, rectis venarum discursibus & quasi diuisuris constare cernitur: mas verò, in fracturis (quod aliud est) villosus fibrosúsve neruorum modo cõspicitur.

...] Idem repetit Autor, 2. ... cap. 13. & 14. Sed quomodo stomachicis Agaricum rectè conuenire possit, dubium fortasse non abs re fuerit. Siquidẽ Aëtius, Tetrab. 1, ser. 3. cap. 40. illud tradidit stomacho omnino aduersari, quia scilicet leue sit, ac in stomacho supernatet. Idẽ quoq; memoriæ prodidit Actuarius, meth. med. lib. 5. cap. 8. Paulus verò, lib. 4. cap. 7. affirmauit nõ esse stomacho valdè noxium. Sed nos cũ Aëtio & Actuario sentire cogimur, quoniã nostrũ nauseabundũ esse quotidie experimur. Fortasse verò præstãtius illud fuit, quod olim è Sarmatiæ regione petebatur, in qua fuêre vrbs, amnis & promontorium eodem Agari nomine, à quibus & Agaricum nomen sibi vendicasse creditur.

CAP. II. οἱ δὲ ῥῆον ...] Hanc radicem Plinius Rhacomatis nomine describit, lib. 27. cap. 12. Galenus & Paulus, æquè ac Dioscorides, Rha seu Rheon appellant, ita dictam à Rha fluuio cognomine supra Pontum & Bosphorum Tanai vicino: quoniam in illius superciliis ea gignebatur, teste Ammiano Marcellino. Alij quòd è regionibus supra Pontum afferretur, nomine composito Rhaponticum dixêre. Aëtius ῥῆον Ποντικὸν seu ῥᾶον nominat. Actuarius, inter-

dúmque AEgineta ῥίζαν Ποντικὴν, vti Corn. Celsus, radicem Ponticam. Sed & iidem AEgineta & Actuarius, itémque Nicolaus Myrepsus, Rhei Barbari seu Barbarici nomine, eius ipsius interdum mentionem fecisse videntur. Et tamẽ non desunt è recentioribus primariæ notæ Medici, qui haud ita firmis, si quid iudico, nixi argumẽtis, à Rhabarbarico nostro hodie vsitatissimo radicem hoc capite descriptã toto genere differre affirmauerint. Verùm quoniam ab Arabibus recentioribúsq; Græcis eadẽ propè Raued Scenitico, Rhabarbarico seu Indico assignantur, quæ à Diosc. Galeno, priscísque aliis olim Rheo tributa sunt, eiusdem generis radices has esse meritò censuerim: sed quæ specie tãtùm differant, ac pro cœli natalísque soli, aut etiam maturitatis discrimine, pondere, odore, colore, sapore ac viribus euarient.

CAP. III. στυπτικὴ] Placet Dodonæi coniectura; qui ῥυπτικὴ legendum censuit: maximè cùm Gal. 6. simpl. Gentianę radicem pronuntiet inter cętera, ῥυπτικῶν τε καὶ ἱκανῶς ὑπάρχειν, hoc est, *in abstergendo esse perquam efficacem*, abstersoriámque illi facultatem esse insignis amaritudo satis indicet. Adde quòd effectus qui proponuntur deinceps à Diosc. abstersionis potiùs quàm astrictionis fidem faciunt.

CAP. IIII. βοηθεῖν ταῖς λοχείαις] Id est, *partubus aut puerperijs*. Aldinus codex habet, ταῖς λοχοῖς, id est, *puerperis ipsis*, quem ego secutus sum. Plinius, lib. 25. cap. 8. *inter nobilissimas Aristolochiæ nomen dedisse grauidæ videntur, quoniam esset ἀρίστη λεχοῦσαις*. pro quo legendum, λεχοῦσαις: quæ quidem vox puerperas aut certè parturientes veriùs denotat, quàm grauidas: quanuis etiam parturientes grauidas adhuc esse minimè negamus. Tantùm verò abest vt grauidis reliquo gestationis tempore opituletur Aristolochia, vt contrà maximè noceat: quandoquidem è locis muliebribus menses, secundas & partus extrahendi vim habet.

CAP. V. δακτύλου ἔχει τὸ πάχος] Plinius, lib. 25. cap. 8. longæ Aristolochiæ radicem ait, esse baculi crassitudine. Ac re vera huius radices inuenias, quæ crassitudine non modò baculum, sed & brachium æquẽt. Quare de iuniore Aristolochia accipiẽda sunt Diosc. verba, non de prouecta; cuius radices quàm iunioris quadruplo aut etiã quintuplo interdum crassiores cõspiciũtur.

CAP. VI. ἀειζώου μικροῦ] Sic Oribasius, Serapio & Auicenna. Sed Valerius Cordus pro, ἀειζώου, reponit κισσοῦ, quem deinde secuti sunt Anguillara & Dodonæus. Ac certè quidem palàm est semperuiui folia nullo modo imitari Aristolochiam, nisi fortè quatenus, æquè ac semperuiui minoris, obtusa quodammodo potiùs sunt, quàm acuminata. Theophrastus lib. 9. cap. 13. nulla distinctione adhibita Aristolochiæ foliũ facit προσεμφερὲς ἀλσίνῃ, πλὴν στρογγυλώτερον, hoc est, *alsinæ assimile: sed rotundius*: quo loco Dodonęus ἑλξίνῃ legit. quanuis & alsine helxines folia refert, teste Diosc. Sed neq; licet animaduertere, qua ratione huius Aristolochiæ flores rutæ floribus assimilentur: vnde etiam suspicor ἀντὶ τ, πηγάνου, πτισάνῃ fortasse legendum esse. Omnes enim Aristolochiæ licet florum colore dissideãt, eorum tamen figura vna & eadem conspiciuntur, quam esse pileolorum instar Dioscorides anteà tradidit.

ταύτης δὲ ἡ στρογγύλη] Contrà, rotundam aduersus serpentes aptiorem esse voluit Plin. lib. 25. cap. 8.

ἐλάττονος μὲν τῇ δυνάμει] Clematitidem quoque censet Galenus, 6. simpl. esse quidem cęteris fragrantiorẽ, sed ad medicationes inefficaciorem. Contrà Plinius Clematidi, ab aliis Creticæ dictæ, præcipuam vim esse asseruit, lib. 25. cap. 8. Neque secirco desunt qui hanc ipsam esse velint, quam λεπτὴν Andromachus Senior cognominat, quámque in theriacam suam recipit. Attamen cùm hæc ipsa duplex esse comperiatur, nempe Clematis radice simplici, & quæ Pistolochia est Plinio, ab aliis à densis radicum capillamentis πολύρριζος cognominata, hanc ego cum piæ memoriæ D. Rondeletio suspicor potiùs in theriaca desiderari: quoniam alteri Clematidi & odore grato & medicata facultate antecellere videtur. Nihilominus longam Aristolochiam theriacæ inserunt Nicolaus, Fernelius & plerique alij. Auicenna verò, rotundam.

CAP. VII. τοῖς μὲν φύλλοις] Inter spinosa foliata Glycyrrhizam recẽset Plinius, lib. 21. cap. 15. quia sit *folijs*, inquit ille, *aculeatis mordacitas*. Rursúmq; lib. 22. cap. 9. eandem inter aculeatas plantas commemorat, *folijsque* scribit esse *echinatis*. Ex quibus facile est colligere, Plinium errore manifesto ἀντὶ τ͂, χέρω, legisse, ξήρω, neque vnquam illi fuisse visam Glycyrrhizæ plantam. Siquidem neutra Glycyrrhizæ species foliis visitur aculeatis. Alteram quidem fateor echinum gerere platani echino haud absimilem. Sed aliud est echinum habere platani modo, aliud echinatis esse spinosisve foliis. Cæterùm hanc Plinius interdum Glycyrrhizam, nonnunquam etiam Glycyrrhizon nominat, vti & AEgineta. Theophrastus Σκυθικὴν ῥίζαν, itémq; ἄδιψον. Hipp. γλυκύῤῥιζον. Nec enim aliter hãc vocem exponit Gal. in vocũ Hipp Lexico, quàm βοτάνην τὴν γλυκεῖαν ῥίζαν καλουμένην, *herbam quæ Glycyrrhiza nominatur*.

ἄδιψός τε ἐστὶ] Galenus ideò sitim arcere dixit, 6. simpl. quia sit humana natura paulò frigidior, &, quatenus dulcis, etiam modicè humida. Theoph. lib. 9. cap. 13 de Glycyrrhiza verba faciens, δύναται δὲ, inquit, καὶ τὴν δίψαν παύειν, ἐάν τις ἐν τῷ στόματι ἔχῃ· διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππάκῃ λέγουσι φασὶ τοὺς Σκύθας ἡμέρας καὶ ἕνδεκα ἢ δώδεκα. hoc est, *Valet & ad sedandam sitim, si teneatur in ore: quæ de causa sola ea cum equino caseo sese Scythæ sustentant ad dies vndecim vel duodecim*. Sic Plinius, lib. 12 cap. 54. *Quædam exiguo gustu famem ac sitim sedant, conseruántque vires, ut butyrum, hippace, Glycyrrhizon*. Rursúmque lib. 22. cap. 9. *Hac diximus sitim famemque sedari, ob id quidam ἄδιψον appellauêre, & hydropicis dedêre ne sitirent*. Eodem spectat illud Columellæ, lib. 1 cap. 35. *Et quia famem sitimque sedat Glycyrrhiza, ob hoc ἄδιψος vocata est*.

καὶ στομάτων ὄγκωμα ὠφελεῖ.] Sic legit Serapio. Sed hauddubiè cũ Plinio legendũ est, στομακικὸν, lapsu literæ vnius per quàm facili. Enimuerò Plin. lib. 22. cap 9. cùm ante faucium vitiis omnibus conuenire Glycyrrh. zã docuisset, paulò pòst, *cõmanducatam stomacacen* esse subiecit. Quæ verò dicatur στοματικὰ φάρμακα, videre est apud Galenum, lib. 6. τῶν κατὰ τόπους.

καλάμοις ἔστιν] Vulgata exempl. habebant καλάμοις: sed lego καλάμοις, veluti etiam legitur apud Gal. 6. simpl. cap. de Glycyrrhiza: quo loco citatur hic ipse Diosc. locus, hisce verbis: φησὶ δ' ὁ Διοσκορίδης τὴν ῥίζαν ξηρὰν λειωθεῖσαν, πτερυγίοις ἐπιπάσσειν χρησίμως καλάμοις φαρμακον. hoc est, refert Dioscorides radicem siccam tritamque pterygiis si inspergatur, perquam idoneum esse remedium.

CAP. VIII. ῥίζαν μακρὰν παχεῖαν] Ita Oribasius & Serapio. At Plinius, lib. 25. cap. 6. quo loco Centaurium maius totidē fere verbis describit, radicem hanc non quidem acrem, sed amaram esse prodidit cum quadam dulcedine. Cæterùm autor libri de viribus Centaureæ ad Papiam, aliud ex Crateua describit Centaurium maius, ab hoc Diosc. diuersum, quod sit, folijs lapathi hortensis, sed minoribus, serratis in ambitu, caule trium palmorum altitudine, succo rubro, capite in cacumine squarroso, radice solida & crassa, gustu acida & suaui. Ex quibus facile est colligere illud ipsum esse, quod simpliciū diligētissimus indagator Car. Clusius, in rariorū Hispaniæ stirpium histori, depingit, ac supra Olyssiponē lapidosis iuxta Tagum collibus inuenisse se commemorat.

ὁ λαμβανόμενος] Hęc ad capitis calcē non habentur apud Serapionē: ac meritò quoq; à Marcello & Cornario inter Dioscoridis notha reponuntur.

CAP. IX. ῥίζα μικρὰ, ἄχρηστος, λεία] His addūt Marcellus & Ruellius. gustu amaram esse. quibus tamē verbis nihil est quod respōdeat in Græcis quotquot occurrerunt exēplaribus. Quin & huius amaritudinis, quā afferat radix Cētaurij minoris, nullā fecere mētionē Oribasius & Serapio.

ἢ μίαν ἑψηθεὶς] Autor lib. de viribus Cētaureę, in conficiendo inspissandóque Centaurij succo, post reiecta spissamenta, aquæ excolatæ tertiam partē sapæ adijcit, quam simul decoquit ad iustam crassitudinem.

CAP. X. ἰξίαν τὴν ἀκάνθαν] ἰξὸς seu ἰξίας appellatio non huic tātùm, hoc est, albo Chamæleoni, sed & nigro idcirco rectè tribuitur, quòd vtriusque radicibus gummi quoddā ἰξῷ, i. visco æmulū adnascatur. Sic enim Plinius de Chamæleone in vniuersum, lib 22. cap. 18. Chamæleonem, inquit, aliqui ixiam vocāt: ac paulò pòst, nigri Chamæleonis (quod quibusdam ὀλόφωνον & κυνόζολον vocari scribit) radices tradit viscum ferre vlceribus vtilissimum. Hesychius: ἰξίας, φυτὸν, ὃ καὶ χαμαιλέων. Galenus vero in Lexico vocum Hipp ἰξίον interpretatur, φύλλον τι λευκοῦ χαμαιλέοντος. Reperiūtur tamē nōnulli, in quibus sunt Cordus, Ruellius & Gorræus, qui nomen hoc ad nigri Chamæleonis radicem contrahant, existiméntque ἰξίαν radicem esse nigri Chamæleonis, non quidē cuiusuis, sed eius tāntùm qui viscū profundit: quod locis tantùm quibusdā & statis anni temporibus euenire asserunt. Illorū sententię fauent appellationes variæ Chamæleonis nigri, inter Diosc. notha relatæ. Quibusdam enim vlophonon, alijs ixiam, alijs denique cynozolon vocari reperitur. Quanuis autem non negamus Chamæleonis radices, non nigri modò, sed & albi, (si Aëtio credimus) habere quid deleterium, (quod tamen nigri tantummodò Chamæleonis radicibus tribuit Gal. 8. simpl. vti & Nicander in Theriacis) nihilominus aliud fortasse veneni genus & à Chamæleonum genere omnino diuersum esse crediderim ἰξίαν τὸ μέρος ὀλέθριον Nicādri, seu ἰξίαν, cuius sexto libro Diosc. aut quisquis est ἀλεξιφαρμάκων Autor, inter venena mentionem facit: siue eo nomine radicem quandam designauerit, (quod verisimile videtur) quia priùs inter radices venenatas in eiusdem libri proœmio enumerauerat, siue viscū fuerit, quod radicibus quibusdam exudaret. Et tamē Diosc. lib. 2. περὶ ἀκάνθης, cap. 150. ita scribit: ἰξίαν δὲ καὶ μέλανος, χαμαιλέοντος λεγόμενον, ποθὲν βοηθεῖ, &c. Sic & Scribonius Largus de ixia veneno insigni agens, lib. 1. de comp. medic. cap. 60. Ixia, inquit, quam quidam Chamæleonta vocant. Verùm & eam quoque tùm fuisse vulgi opinionem fit mihi verisimile, quæ tamen fallax & à vero aliena esset. Enimuerò quo loco venenatas radices commemorat Diosc. in citati libri præfatione, à Chamæleonte ixiam manifestò distinguit: quanuis deinceps nullum de Chamęleonum radicibus eo libro peculiare caput habeatur, quia fortè neque etiam apud Nicandrum in Alexipharmacis, è quo pleraque mutuatus videtur. Quin & seorsim ac diuersis capitibus vtriusque Chamæleonis radicum & ixiæ meminēre Paulus & Aëtius, ac multùm differentia recensuēre quæ à sumptis his aut illis eueniunt symptomata. Huc adde quòd, quicquid scribant Anguillara & Dodonęus, ixine, pro qua perperàm apud Plinium habetur helxine, itémq; ixia & Chamæleonum genera, tanquam diuersę omnino plantæ, à Theophrasto, hist. lib. 9. diuersis capitibus describūtur. Quanuis tum his tum illis commune id esse agnoscit, quòd lacrymam fundant: ixine quidem è caule, sub alis foliorum: aliæ vero è radicibus ipsis. Sed & Plinius hunc secutus de ijsdem tāquam diuersis egit, lib. 21. cap 16. Quænam porrò sit fueritve ixia propriè dicta, quę viscum est Plinio, equidem hodie penitus adhuc ignorari existimo.

πρὸς τὰ ῥίζαν αὐτοῦ] Plinius, libro 22. cap. 18. non nisi Chamæleonis nigri radicū facta mentione tradidit, candidum Chamæleonem viscum sub alis foliorum quibusdam in locis gignere.

ἡ σκολύμῳ] φύλλα quidem vtriusque Chamæleonis σκολυμώδη agnoscit Theophrastus, lib. 9. hist. cap. 13. Attamen aliâs illis negat esse aculeata folia. Siquidem lib. 6. cap. 3. & 4. Chamæleonem ἀφυλλάκανθον esse prodidit. Atque hunc secutus Plinius, lib. 21. cap. 16. Chamæleon, inquit, in folijs non habet aculeos.

τραχύτερα δὲ] Sic Oribasius, Plinius, itémque Serapio: at codex Aldinus habet, παχύτερα, hoc est, crassiora.

ἡ κινάρᾳ] Vel hoc ipsum spinosum caput cinaræ simile, seu, vt voluit Theoph. acanaceum, satis arguere videtur Carlinas nostras à Chamæleone toto genere discrepare: quo fit vt quænā planta sit Chamæleon albus, certi quicquam nondum affirmare possim. At Chamæleonem nigrum eum esse minimè dubito, quem & ipse Maranta pro Chamæleone nigro agnoscit. Illud porrò non omittēdum, turpiter Arabes nominum affinitate deceptos Chamelæam cum Chamæleone confudisse.

ἐπὶ δὲ καὶ θηριακοῖ] Sic albi Chamæleonis radicem Nicander in Theriacis inter alias recenset ὀφίεσσιν ἀρωγούς, *serpentium venenis auxiliantes*. Plinius verò, omnium Chamæleonis generum radices scorpionibus aduersari prodidit. Attamen citato loco Nicander disertè nigri Chamæleonis radicum, tanquam venenatarum, vsum in assumendis omnino fugiendum censuit: quod ipsum innuit Gal. 8. simpl. dum illas scribit ἔχειν τι δηλητήριον, *habere quid deleterij*. At apertiùs AEgineta, lib. 7. ἔοικεν, inquit, λαμβανόμενον τὸ σώματος, δηλητηριώδης ἐστι. hoc est, *si intra corpus sumatur, venenis loco est.*

κυνας τε καὶ σύας καὶ μῦς] Quoniam ex Theophrasto pleraq; in hoc caput trãstulisse videtur Dioscorides, sunt nonnulli qui ex Theophrasto locum hunc ita restituendum existimarint: ἀποκτείνει δὲ καὶ κύνας καὶ ὗς, καὶ κύνας μὲν, σὺν ἀλφίτῳ πεφυραμένη καὶ ὑδρελαίῳ ἀναδεθεῖσα· ὗς δὲ, μεθ' κράμβης μιγνυμένη. hoc est, *necat & canes ac sues: & canes quidem, subacta cum polenta & hydrelæo diluta: sues verò, brassicæ admixta*. Sunt enim hæc Theoph. verba, lib. 9. c. 3. ἀναιρεῖ δὲ καὶ κύνας καὶ σῦς χυλῷ μὲν, σὺν ἀλφίτοις ἀναφυραθεῖσα μετὰ ἐλαίου καὶ ὕδατος· σῦν δὲ, μετὰ σαφανοῦ μιγνυμένη τῆς ἐρείκης. Sed & muribus infensissimam esse Chamæleonis albi radicem, satis patet ex Plinio, lib. 22. cap. 17. vbi ille: *Hic succus*, inquit, *occidit canes suésque, in polenta. Addita aqua & oleo, contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant*. Galenus quoque mures perimere tradidit, lib. de paratu facil. lib. medic. ad Sol. Ideóq; in Dioscoridis contextu nihil immutandum censui. Porrò nõ tantùm canibus suibúsve, ac muribus quoque deleterius est albus Chamæleo, sed & hominibus ipsis. Nam & qui album Chamæleonẽ hauserunt, strangulantur, teste Aëtio, Tetrab. 4. serm. 1. Verùm hoc si ita est, quî fiet, obijciet quispiam, vt bestiarum venenis esse pro antidoto, ac securè tutóque intrò assumi possit? Huic equidem obiectioni facilè respõderi posse puto, si animaduerterimus ex Gal. 5. simpl. cap. 18. alexeteria mediam obtinere naturam inter corpora ipsa & venena: ex quo fit, vt quæ venenis aduersantur, largiùs assumpta corpus animantis oblædant.

CAP. XI. καὶ λεπίσματα] Restituerẽ ex Theophrasto, λεπτότερα, nisi vnus esset omnium exemplarium consensus. Siquidem ὁ δὲ μέλας, inquit Theoph. loco modò citato, τὸ μὲν φύλλον παρόμοιος, σκολυμώδης γὰρ ἔχει, πλὴν ἔλαττον καὶ λειότερον. hoc est, *Niger Chamæleo (vermilaginem vertit Gaza) folio est cardui, at minore læuiórque.*

ἔχον σκιάδιον] Vel ἔχων legendũ, vt ad Chamæleonẽ referatur: vel ἔχοντα, vt ad proximè præcedentẽ vocem. Porrò aliud quàm quod significant hoc loco verba Diosc. voluit Theophrastus, nimirum, totá stirpem vmbraculi speciem repræsentare, idque verbis hisce: αὐτὸς δ' ὅλος ἐστιν ὥσπερ σκιάδιον.

ταξιαρχίας] Videtur legisse Ruellius, τεταρταΐζοντας.

ἐπιπάσσεται] Addit Oribas. ξηρά, *necnon frustis.*

CAP. XII. ἐν θινοῖς ἀμμώδεσιν] *Nascitur in sabuletis*, inquit Plinius, lib. 27. cap. 8. atque hinc colligũt nonnulli, cum Hermolao, ἀμμώδεσιν legendum. ὠκυμώδεσιν, legendum suspicatur Cornarius, quia τοῦ κροκοδείλου τοῦ χερσαίου θηρίου κρυφθέντος ... hoc est, *Crocodiliadis maxime, secus aquas nascentis*, meminerit Gal. lib. 2. ... Sed & αὐτὸ ... ὑποπαχεῖα ex Plinio legẽdum foret, ἰσόπαχυ. Is enim eodem loco radicem eam æqualiter crassam esse prodidit. At Oribasius, ὑποπαχεῖα, legisse videtur.

CAP. XIIII. τμηθείσης ...] Galenus, lib. 6. simpl. itémque Aëtius, simpliciter & in genere ..., non addito, ... Sic enim vterque: τὸ δὲ σπέρμα ... καὶ ... ἐστι δυνάμεως· ... *semen eius essentiæ & calidæ facultatis est: itaque potui dari conuenit ijs qui conuelluntur.*

CAP. XV. ἄκανθα Ἀραβική] Gal. lib. 6. simpl. Spinam Arabic. à quã & AEgyptiã vocat, spinæ quidẽ albæ similem esse refert: at magis astringere siccaréque quàm spinam albam, proptereáque ad omnia ad quæ & illa efficaciorem esse. Perperàm autem Ruellius nominis homonymia deceptus, lib. de nat. stirpiũ 3. cap. 13. fruticẽ hũc cum acaciæ spina confundit, arborea scilicet illa itidem AEgyptia dicta. quód in AEgypto nascatur, de qua priùs Dioscor. lib. 1. cap. 133. Ei errori fortasse Plinius occasionem dedit: qui quidem, lib. 24. cap. 12. *spinæ Arabicæ laudes in odorum loco* dixisse se commemorat, cùm tamen solius spinæ Acaciæ lib. 13. mentionem fecisse comperiatur. Et tamen facile fuit animaduertere, Plinium eo ipso cap. proximè citato Arabicam spinam ab AEgyptia spina manifestò distinxisse. Cæterùm quod ad capitis calcem addiderunt Interpretes, (*Pronemo locu asperis*) id in Aldini codicis nothis tantummodò legimus: φύεται δὲ ἐν τραχέσι τόποις.

CAP. XVI. λευκὰς καὶ ...] Lege, ..., veluti etiam aliquoties annotauimus.

ἡ δὲ ῥίζα ...] Huius Cardui non herbam solam, dum recens tenerescit, esitari solitam vel ex eo constat, quòd Theophrastus eius quoque radicem tum crudam tum etiam coctam in cibo gratissimã esse testatur, potissimúmque florente Carduo. Sed & Plinius hãc ipsam radicem vescendo esse commemorat. At hodie Cardui radix, siquidem Carduus cinara nostra syluestris est, maximam præ cæteris à locupletum mensis inijt gratiam: quæ tamen olim Eratostheni in pauperis tantùm cœna laudabatur.

CAP. XVII. ἄνθη μακρὰ, λευκὰ, Cornarius ex Plinio legit, μακρὰ, χλωρά. Plinius etenim Poterio (quod etiã phrynium ideò appellauit, quòd rubetarum venenis in potu auxilietur) florem longum & coloris herbacei tribuit, lib. 27. cap. 12. Anteà tamen (rectiùs, opinor) lib. 25. cap. 10. Poterium floribus paruis esse tradiderat. Ita Plinius interdum locis diuersis sibi pugnantia scripsit, vix vt facile sit, quæ potior sit sententia, diiudicare.

CAP. XVIII. καθ' αἱ ἀραχνοειδῆ] Goupylus hæc ex altero codice huic loco ascribenda censuit, καθ' αἱ ἀραχνοειδῆ ἐστι χνοῦ, quæ tamen in vulgatis codicibus desiderabantur. Cornarius legit, καὶ ἐπ' αὐτῷ χνοῦν ἀραχνιώδη. Illam porrò scripturam tum Plinius, tum & Interpretes omnes expresserunt. Habétur & eadem verba apud Oribasium.

ὁ συναγχικῶν] Hunc locum ita restituo: ...

γναφίου καὶ νφαινομένου βαμβακώδους ἐσθῆτας γίνεσθαί φασι. Sic Plinius, lib. 24. cap. 12. *Huic* (scilicet, spinæ albæ) *similis est spina illa quam Græci acanthion vocant, minoribus multo folijs, aculeatis per extremitates & araneosa lanugine obductis: qua collecta etiam vestes quædã bombycinis similes fiunt in Oriente.* Sin minùs placet ea lectio, paucioribus immutatis ita quoque legere possis: ἐς συναγόμενος καὶ ὑφ' ἓν ἐσθῆτας βαμβακώδης γίνεται. hoc est, *quæ* (scil. lanugo) *collecta & in unum coacta bombycis gossypii ue speciem præ se fert.* Neque verò ignoro aliud esse bombycem, aliud verò bombacem seu xylum gossypiúmve: sed & Plinium imitari libet, qui xylo quoque seu gossypio bombycis nomen tribuit, lib. 19. cap. 1.

CAP. XIX. ἀκανθώδους] Aldinus codex, itémque vetustus & Catac. ὑακινθώδη, legunt. Ita & habetur apud Oribasium: quò factum est, vt tum Hermolaus, tum etiã Manardus eam quoque scripturam retinendam censuerint. At Ruellius, Marcellus ac pleriq; alij, qui in Acanthi foliolis, è quibus tanquam ex alueolis flores prodeũt, nihil quod hyacinthũ figura aut colore referat agnóscunt, ἀκανθώδη legere malunt. Vtra verò lectio potior fuerit, lector iudicet. Minuta certè quidem illa caulis folia spinulis armata cuiuis obseruare liceat: quorum quidem ratione *branca vrsina* Officinis dicta locũ inter aculeatas plantas, & apud Græcos ἀκάνθου seu ἀκάνθης nomen, sibi vendicauit. Cæterùm pro eo quod paulò pòst sequitur, ἐρυθρα, quódque *igneo rubore nitentes* vertunt nonnulli, malim equidem geminato ρ, ἐρυθρὰς legere, hoc est, *rufa.*

CAP. XXI. ὀνωνίδα] Lego ἀνωνίδα. Ita enim Theophrastus & Galenus appellarunt, fortè dictum ἀπὸ τοῦ ὄνου καὶ ὀνίνημι, quòd ad eam asini pruriginosi sese libenter affricent. Alioqui ἀνωνὶς dicitur, quasi inutilis, quòd aratro ac ipsis quoque frugibus sit inimica.

λευκὰ] In Catacuzeni exemplari, si Matthiolo credimus, legitur ὑπολευκά, at perperàm, sensu nullo. Sed neque multò rectiùs Marcellus *cinereo colore* vertit, quasi σποδώδη legerit. Sic & paulò inferiùs Manardus & Fuchsius ἀπὸ τοῦ, ἀποψήχει, ἀποψήχειν, hoc est, *abstergit*, legisse mihi videntur. Cæterùm quo loco de radicibus agitur, alter codex, itémq; Oribasius, voci, ῥίζαι, subiungũt, παχεῖαι. i. *crassas*: sed eam vocem Interpretes minimè agnoscunt.

CAP. XXIII. κατὰ μεταξὺ] Vel est μετάθεσις vocis μεταξὺ, iungendáque est voci, ἀκάνθαις vel, ἀπὸ τοῦ, λευκὰ, λευκαῖς legendum videtur, nimirum ἀκάνθαις.

CAP. XXV. περιφερῆ] ὀ τὸ περιφερῆ legere malui ex vetusti codicis autoritate, quàm cũ vulg. exemplaribus, περιφερὲς siquidẽ neutrius Aloës folium teres rotundúmve esse αἰτιολογία satis indicat.

δυσώδη τε καὶ] Aëtius in delectu simplicium medicamentorũ, huius vocis loco habet, μὴ σκληρὸν. Sic & Plin. lib. 27. cap. 4. de Aloë verba faciens: *Improbanda*, inquit, *nigra & dura, &c.*

ἡπατίζουσα] Fortè ἡπατιζομένη.

ὕδατι ἢ γαλακτώδει] Marcellus & Andreas Lacuna ὕδατος γαλακτώδους nomine *serũ lactis*, Græcis ὀῤῥὸν γάλακτος dictũ, interpretati sunt. At nos cum Plinio & plerisque Interpretibus *tepidam* seu *tepidam* conuertimus. Sic enim ille, lib. 27. cap. 4. *Bibitur*, inquit, *Aloes drachma ad stomachi dissolutionẽ in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ cochlearis mensura, bis terue in die ex interuallis, ut res exigit.* Sed & lacteum teporem γαλακτώδους voce designari satis patet ex variis Galeni & Aëtij locis. Etenim Gal. 7. Meth. τὰ χλιαρὰ ἐδέσματα, Medicis γαλακτώδη appellari solita innuit, his verbis: χλιαρὰ δὲ τὰ ἐδέσματα προσφέρεσθαι χρὴ, ἃ καλοῦσιν οἱ ἰατροὶ γαλακτώδη, &c. scilicet *quæ lactis modo tepeant.* Sic & Aëtius, lib. 9. cap. 6. μαλακὸν καὶ γαλακτῶδες τῇ ἁφῇ dixit, *quod lactei teporis esse tactu deprehenditur*: hoc est, quod neque calidum neque frigidũ esse tactus ipse iudicat. Quin & eodẽ planè significato vocem γαλακτώδους ab ipso Diosc. vsurpari constat, lib. 4. cap. de betonica: quo loco vinum dilutum tepidum, κρᾶμα γαλακτῶδες appellauit. Possem & alia tũ ex Paulo, tum ex Aëtio exempla huc in medium afferre, quibus ista γαλακτώδους vocis significatio confirmaretur: Sed ea lubens reticeo, quoniam in doctiss. Cornarij commen. Medicis plurima iam annotata reperies.

ἴκτερον ἀποκαθαίρει] Qui fit, dicet aliquis, vt icterum purget Aloë, cùm minimè expurgetur icterus, nisi humoribus biliosis ab ipsa cute tractis: testetur verò Gal. 8. de con. p. med. κατὰ τόπους Aloës vim purgatoriam hepar minimè transcendere, tantum abest vt corpus totum atque adeò cutim ipsam purgare valeat? Verùm facile est respondere, Aloën non nisi ex accidenti & consecutione quadam ictericos purgare, dum scilicet bilis distributionem prohibet, sanguinẽ expurgando qui ab hepate in vniuersum corpus diducendus erat. Huc adde quòd illud fortasse vix præstat, nisi potentioribus admista catharticis.

ξηρὸν δὲ ἐπιπασσόμενον] Lege, ἐπιπασσομένη. Est autem enallage generis, vt & in priore illa voce, μιχθεῖσα. Siquidẽ non ad ἀλόην, sed per ἔλλειψιν ad subintellectum χρῖσμα seu ὄνομα, referri par est.

αἱμοῤῥαγίας τε ἵστησι] Non has modò ex hæmorrhoidibus sanguinis eruptiones, sed etiam sanguinis excreationes, vti conceptis verbis anteà monuit Dioscorides, nec nõ & alia quæuis sanguinis profluuia sistere Aloën, præter Galeni aliorúmque veterum autoritatem, vt ratio ita & experientia fidem facit. Contrà verò Mesues & Auicenna, venas hæmorrhoidum reserare Aloën, atque adeò hæmorrhoidibus ac sedi maximè nocere scripto prodiderunt: nec malè. Siquidem, vt nihil, Galeno teste, 3. de temp. sumptum & admotum vires habet easdem, ita & Aloë pro varia vtendi ratione diuersos ac planè cõtrarios sortitur effectus. Nam foris adhibita, qua valet emplastica & sarcotica facultate, fluentem vndecunque sanguinem sistit atque cohibet: intrò verò sumpta, hæmorrhoidas aperit, seu totius substantiæ proprietate, seu ex accidenti, vel propter mordacitatem humorum quos educit, vel ob amarorem insignem substantiæ crassitiei coniunctũ: cuius quidem ope & vasorum oscula reserat, & facultatem expultricem irritat. Sed hæc solutio, dicet aliquis, non vsquequaque satisfacit: quandoquidem Aloën etiam potam scripsit paulò antè Dioscorides, sanguinis excreationes sistere. Huic ergo responsum volumus, in Aloe substantiam nos duplicem agnoscere, vnam quidem terrenam & crassiorem, al-

teram verò tenuiorem: atque ex hac substantiæ diuersitate fieri, vt Aloë sanguinis quidem excreationes astringendo sistat, ipsarum verò hæmorrhoidum oscula recludat. Siquidem ad partes respirationi dicatas, ceu propiores, terrestres illius astringentésque portiones facilè deducuntur ab ipsa tenui substantia, in qua amaritudo sita est: contrà verò ad venas ani, ceu nimiùm remotas, illius quidem tenuiores partes sat facilè, terrestres verò difficiliùs, perueniunt. Tale porrò quiddam & de Cëtaurij maioris radice proditū est à Gal. 7. simpl. dum ab ea scribit tam diuersos planéque contrarios produci effectus, vt & sanguinem spuentibus astringendo prosit, & vteri vasa potenter aperiat.

καὶ κανθῶν κνησμούς] Vulg. exempl. ἀκανθῶν, sensu nullo: ideóque legi κανθῶν, dempto α, ex vetusti codicis autoritate & omnium Interpretum consensu. Sic & Plinius, lib. 27. cap. 4. de Aloë verba faciens: *Oculorum*, inquit, *vitia omnia sanari ea conuenit, priuatim prurigines & scabiem genarum.*

CAP. XXVI. Lego, ... Sic & paulò pòst, ... legendum iudico ... &c.

CAP. XXVII. ...] Quanquam hæc verba etiam habētur apud Oribasium, tamen non abs re Marcellus & Cornarius supposititia esse, perperámque huc è proximè precedēti capite translata, censuerūt: quandoquidem non est verisimile, plantam maritimam tanta copia in monte Tauro prouenire. Sed & iidem quæ ad capitis calcem adduntur, ... &c. ad superius illud Absinthium Ponticum referri maluerunt: nec malè. Nam & Theophrastus, lib. 9. cap. 18. luce clariùs Absinthio Pontico ista tribuit, hisce verbis: ... hoc est, *Nam & absinthium pecora huius tractus pascere quidam negant: Pōtus verò pascunt: quin & pinguiora pulchrioráque redduntur. &, ut quidam volunt, sine felle.* Sic Plinius, lib. 27. cap. 7. *Absinthij genera sunt plura: Santonicum appellatur à Galliæ ciuitate: Ponticum à Ponto, ubi pecora pinguescunt illo, & ob id sine felle reperiuntur.*

CAP. XXVIII. ...] Ald. Σαρδόνιον. quam quidem lectionem Anguillara & Pena preferunt. At ego Σαντόνιον lego, vel cum Gal. Σαντόνικον, & inferiùs ... vel ...: maximè cùm apud Santonas Galliæ Aquitanicæ populos eiusmodi Absinthium gignatur copiosissimum, quale hoc loco describitur. Neque verò ignoro esse, qui in Galatia Asiatica regionem quandā agnoscant Sardonidis nomine. Sed quis est, quæso, è Geographiæ scriptoribus, qui Alpium Asiaticæ Galliæ mentionem vnquam fecerit? Verisimilius ergo est, ... Galliam nostram intelligi, ad differentiam ... cuius sequenti capite fit mētio. Huc adde quòd Galenus & Plinius palàm huic nostræ lectioni astipulantur. Siquidem Gal. libro 6. simpl. Absinthij Santonici mentionem facit ex Diosc. *ita*, inquit, *cognominati à Santonica regione, in qua nascitur.* Sic Plin. lib. 27. cap. 7. inter cætera Absinthij genera Santonicum commemorat, *sic appellatum à Galliæ ciuitate.*

CAP. XXIX. ...] Oribasius, ...: alij .... Ac certè quidem siue ... legas, siue ..., vnica mutata litera, parum interest. Nā & tenue est tum Abrotoni, tum Absinthij semen, & gracilis vtriusque surculus. Attamen quoniam Interpretes plerique ... legisse videbantur, eam quoque lectionem libenter amplexus sum. Sic & inferiùs, cap. de Stœchade, ..., lego ....

...] De periodicis febrium rigoribus hęc accipienda sunt, vti colligere licet ex Galeno fidissimo Diosc. interprete. Is enim lib. 6. simpl. cap. de Abrotono: ... inquit, ... hoc est, *Quin & si quibus per circuitum redeunt rigores, eos ante inuasionem perfricuerit, minùs rigore concutientur.* Sed aliter accepisse videtur Plinius, lib. 21. cap. 21. dū de Abrotono agit in hæc verba: *Efficacissimum est contra ea quorum veneno tremores & frigus accidunt, ut scorpionum & phalangiorum*: quanquam & ipse statim subdit: *prodest & quoquo modo algentibus.*

ἐρυσιπέλατα φλεγμ.] Galenus, 6. de simpl. med. fac. cap. de Abrotono, tacitè Dioscoridem carpit tāquam Empiricum, quòd isthæc ad oculorum inflammationes & phymata ex Abrotono petita remedia citra distinctionem protulerit: quia, vt inquit ille, *si sola Dioscoridis experientia fretus quispiam oculorum inflammationibus quibuscunque aut phymatis seu tuberculis omnibus proposita hæc ab eo remedia citra discrimen adhibuerit, plus multò damni quàm adiumenti sit allaturus.*

εἰς τὴν τοῦ ἰρίνου] In olei irini compositionem nusquam, quod sciam, recipitur Abrotonum. Iccirco ..., aut ..., legendum censuerim. His enim oleis seu vnguentis Abrotonum, non item irino, inseritur.

CAP. XXX. ...] Cum plerisque Interpretibus ita legisse videtur Serapio: ac ei quoq; lectioni Mesuæus cap. de Hyssopo suffragatur: attamē καρδάμου proculdubio legendū. Siquidē Plin. lib. 26. cap. 7. *Hyssopum*, inquit, *tritum cū melle vtilius, præsumpto nasturtio aut irione.* Idipsum indicat Macri versus, qui sic habet cap. de Hyssopo: *Cardamo si iungas, hic solues fortius aluum.* Huc adde quòd & antè docuit Diosc. καρδάμου, seu *nasturtium*, aluum turbare.

CAP. XXXI. ...] στίχος. Latinis *ordo*, idem quod στοῖχος, eiusdémq; originis: iccirco siue ... siue ... legas, res eōdē redit. Nam & eiusdem nominis Stichades seu Stœchades insulæ Massiliensium littori vicinæ, ob ordinem quo sitæ sunt, sic dicuntur, autore Plinio, lib. 3. cap. 5. Nec non & eiusdem ordinis ratione singulæ suis ita distinguuntur nominibus, Prote, Mese & Hypæa, hoc est, *prima, media & infima.*

... θύμου] *Coma hyssopi*, Plin. lib. 27. cap. 12.

καὶ αἱ ...] His à Marcello ista subiunguntur, quæ in Ald. codice inter notha reperiuntur: ... id est, *siquidē ab obstructione liberat, extenuat, deterget, ac robo-*

rat, tum viſcera omnia, tum & vniuerſum corporis habitum: quæ ſanè verba ex Galeno & Æginera manifeſto deprompta videntur.

CAP. XXXII. ὀρίγανος Ἡρακλ.] ὀρίγανον vocem ab alijs maſculino, ab alijs fœminino, ab alijs denique neutro genere efferri monet Athenæus, libro 2.

CAP. XXXVI. μεθ' ἁλὸς καὶ μέλιτος] In vulg. exempl. legebatur, μετὰ ἀλόης. Sed ex vetuſto codice reſtituo, μεθ' ἁλός Sic Plinius de Pulegio, lib. 20. cap. 14. *Hepaticis cum melle & ſale bibendum datur: pulmonum vitia excreabilia facit.*

CAP. XXXVII. οὔτε δὲ ἄνθος, οὔτε καρπόν] Vt Dioſcoridē à vanitatis ſuſpicione liberet Matthiolus, ſic mauult legere: οὔτε δὲ καρπός, οὔτε ἄνθος ἐκφέρεται hoc eſt: *neque verò ſemen, neque flos confert.* Nec id abs re: quia Theophraſtus & Plinius in Dictamno foliorum tantùm vſum agnouerint. Enimuerò Theophr. hiſt plant. libro 9. cap. 16. χρῆσις δὲ, inquit, τῶν φύλλων, οὐ τῶν κλωνῶν, οὐδὲ τοῦ καρποῦ hoc eſt, *vſus foliorum, non ramorum aut fructus eſt.* Itémque Plinius, lib. 25. cap. 8. *Folijs tantum vtuntur: flos nullus ei, aut ſemen aut caulis.* Eſſe verò Dictamno & florem & ſemē ac etiamnum caulem, (quicquid ſcripſerint Dioſc. ac Plinius) & aliorum priſcorum minimè ſpernēda autoritas, & αὐτοψία quoque ipſa palàm faciunt. Nam & ipſe Theophraſtus Dictamnum ſemen habere ſatis innuit, dum *florum, non ſeminis* vſum eſſe tradit. Galenus itidē florem hauddubiè agnoſcit, dum lib. 5. de comp. med. κατὰ γένη. δικτάμνου ἔχοντος ἄνθος meminit ex Damocrate in deſcriptione ἐμπλάστρου τῆς διὰ δικτάμνου. Sed & Virgilius florem purpureum itémque caulem Dictamno tribuit, his verbis,

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida:
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo, &c.

Attamen quia olim fortè Dictamni ſola folia cum radicibus è Creta exportabantur, ſemine ac flore carere ipſum Dioſcorides exiſtimauit. Quòd ſi non in eundem errorem Plinium loco citato lapſum fuiſſe conſtaret, probabilior foret vetuſti codicis illa lectio: οὔτε δὲ ἄνθος, οὔτε καρπὸν ἐκφέρει, quaſi quod antè dictum eſt voluiſſet Autor, *neque florem neque ſemen exportari.* Sed nequid temerè auſi videremur, vulgatam lectionem retinere maluimus.

φασὶ δὲ καὶ τὰς αἶγας] Quod capris ſcilicet feris tribuunt, locis ante citatis, præter Dioſcoridem Theophraſtus & Virgilius, itémque Cicero, II. de Nat. deorum, idipſum ceruis à Plinio tribuitur. Hic enim lib. 8. cap. 27. *Dictamnum*, inquit, *herbam extrahendis ſagittis cerui monſtrauêre percuſſi eo telo paſtuque eius herbæ eiecto.* Rurſúmque lib. 25. cap. 8. *Dictamnum oſtendêre (vt indicauimus) ceruæ vulneratæ, paſtæ ſtatim decidentibus telis.* Quanquam & paulò inferiùs idem ipſe capris ſiluè experti Dictamnum ſcripto prodiderit. Sed & canes & quæuis animantia, ſi Serapioni credimus, tela quibus icta ſunt Dictamni paſtu pellunt & extrahunt.

CAP. XXXVIII. οὐχ ὁμοίως ἐνεργεῖ] Rationē ſubdit Theoph. lib hiſt. 9. cap. 16. quòd cùm Dictamnum ſolum aſperum vehementer amet, hoc Pſeudodictamnum locis lætioribus exeat, atque adeo reddatur inefficacius: id quod & compluribus aliis euenire ſcribit, nempe vt viribus deterioribus ex loco reddantur.

CAP. XXXIX. τινὲς δὲ ὡς ἔστι καὶ ὁ] Econtrà Dictamnum alterum, ὁμωνύμως ita dictum, nec faciem nec vires eaſdem quas prius Dictamnum habere aſſeruit Theophraſtus, loco citato, hiſce verbis: ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δίκταμνον ὁμωνύμως ἐπιζητούμενον, οὔτε τὴν ὄψιν ἔχον, οὔτε τὴν δύναμιν αὐτοῦ. Quæ ſic tranſtulit Plinius, lib. 25. cap. 8. *Eſt & tertium genus, Dictamnum vocatum, ſed neque facie, neque effectu ſimile.*

CAP. XL. φύλλα δὲ μικρὰ κυδώνια] Anguillara & Pena legunt, quo modo etiam apud Crateuam legi aſſerunt, ἐλελισφάκῳ, αἰεὶ ἐν, μᾶλλα κυδώνια, atque ita etiam legendum contendunt ex Plinio: ſed quàm rectè, indicare facilè eſt. Etſi enim *mentæ ſimilem totam ſaluiam* ſcribat Plinius, & ipſe tamen paulò antè, dum ſigillatim foliorum mentionem faceret, ea tradidit eſſe *cotonei mali effigie:* quod illos minimè animaduertiſſe, mirari ſatis non poſſum.

CAP. XLI. ἀφροδισιαστικὴ ἐρεθίζει] Mentham venereis voluptatibus cōmendat hoc loco Dioſc. Ac Galenus itidem 6. ſimpl. Venerem affirmat vſu Menthæ mediocriter excitari: id quod & cęteris ſcribit accidere, calidis nimirum & ſiccis, quæ humiditate ſemicocta & flatuoſa participant. Sed & eôdem illud Ariſtot. ſpectare videtur: qui quidem in Probl. ſect. 20. cauſam inquirēs prouerbij huiuſce, *Belli tempore Mēntham neque edito neque ſerito*, hanc rationem reddere videtur, quòd quæ potiſſimum ſatiua eſt militum corpora refrigeret & euacuet: id quod coïtus nimius ac intempeſtiuus & συνεχὴς efficere conſueuit. Nec ſecus Hipp. 2. περὶ διαίτης, de Mentha verba faciens, quanquā eius etiam vſu tentiginem arceri velle videtur: ἢν πολλάκις ἐσθίῃ τις, inquit, τὸ σπέρμα αὐτοῦ τήκει, ὥστε ῥεῖν, καὶ ἐντείνειν κωλύει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ποιεῖ. hoc eſt, *ſi quis eā frequenter veſcatur & genitale ipſius ſemen ita colliquefiet ut effluat, & arrigere prohibebitur: corpus denique reddetur imbecillum.* Contrà verò Plinius, lib 20. cap. 14. *Reſiſtere*, ait, *generationi Mentha creditur, cohibendo genituram* (ſic enim legendum, non, *genitalia*) *denſari.* Itémque Florentinus in Geoponicōn lib. 12. ἐπιτήδειον ἀπόκειται εἶναι tradidit πρὸς τὰ ἀφροδίσια, hoc eſt, *Mentham accommodare Veneri.* Sed in his contradictionibus conciliandis non magnoperè laborandum videtur: quoniam hæc etſi prima fronte pugnare videātur, verè tamen antè memoratis autoritatibus minimè repugnant. Neque enim quicquam impedit, quominus Mentha dum liquidū fluxiléque ſemen reddit, Venerem ſtimulet. & eadem ipſa huius, vt ita dicam, fluxibilitatis ratione conceptui generationíque reſiſtat. Cæterùm ad illud Auicennæ reſpondere difficilius fortaſſe fuerit, qui Mentham tradidit ſeminis exitum cohibere, dum & ſemen incraſſat, & ipſa ſpermatica vaſa roborat. Attamen & hæc autoritas cum prioribus illis minimè pugnabit ſi verba iſta, vti par eſt, de Mentha ſicca intelligas: cuius quidē vim quàm recentis longè aliam eſſe quiuis facilè iudicet. Sic & Oribaſij locus, lib. 9. Synopſeos, quo aſſerit Mentham æquè ac rutam ijs eſſe vitādam quæ fœcundæ eſſe deſiderant, de Mentha ſicca eáque fortaſſis etiam ſylueſtri intelligendus eſt.

CAP. XLIII. καὶ καλοῦσιν] Ieccirco, ni fallor, ὑδρηλὴν καλαμίνθην, quasi *aquaticam* cognominat Nicander in Theriacis, his verbis:

Τοῖος δὲ πλημμυρίζεις πολυήγεος κατ' ὄχθας
Ὑδρηλὴν καλάμινθον ὅτε ζεῖ χαίτησιν
Πολλὴ γὰρ λιβάσιν παρ' ἀτίζεται ἄνθεσι τε χλόῃ
Ἔρπετὰ, ἀγχιάλοισιν ἀγαλλομένη πλημμύραις. quæ sic Io. Gorræus Latinè reddidit:

Insignem folijs Calaminthum ad fluminis oras
Vestigia rapidi, liquidis uberrima crescit
Illa locis, & aquæ magna dulcedine captis
Luxuriat ramis, fluuiosque & littora cingit.

ἐν οἴνῳ] Perperàm Serapio, συν ποτῷ, leg. esse videtur.

εἰς μελανίας] Hanc vocem Gal. luculenter exponit, lib. 7. simpl. cap. de Calamintha, hisce verbis: καὶ μέν γε καὶ ταῖς ἐκ τῶν ἰσχίων καταχρίονται ὥστε αὐτὰς τὰς τῶν ἰχωρῶν ἀφροσυμάτων, ὡς φάρμακον βοήθημα. καὶ γὰρ ἕλκει ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, καὶ θερμαίνει σύμπαν τὸ ἄρθρον, ἐκκαίει τε σαφῶς τὸ δέρμα. id est, *Quin & eam ex coxendicibus vitijs laborantibus aegritudinibus seu strenuum remedium adhibent: siquidem quæ in profundo hærent, foras ad superficiem trahit, totumque adeò articulum excalfacit, & cutem ipsam euidenter adurit.*

C. XLV. καὶ πίνεται ἢ ἀχείας ἕδανον] Hæc Interpretes nonnulli ad figurã referunt. Equidẽ cum Serapione ad vires facultatémve referẽda censeo. Siquidẽ & Paulus, lib. 7, de Thymbra sic habet: ἡ μὲν ἀγρία τὰ αὐτὰ τῷ θύμῳ δύναται. ἡ δὲ κηπευτὴ, κατὰ πάντα μὲν ἀσθενεστέρα, πρὸς δὲ βρῶσιν βελτίων. hoc est, *Thymbra quidem agrestis eadẽ quæ thymus præstat: hortensis autem in omnibus quidem imbecillior, sed ad cibum laudatior.* Cæterũ in τὰ θύμβρα numero plurali extulit Aëtius, sicuti & Martialis vocẽ Latinã *satureia: Improba nec prosunt iam satureia tibi.* Nõ desunt tamẽ qui inter Thymbram seu Latinorum cunilam & satureiam discrimen statuant, Columellæ autoritate freti: qui lib. 10. de re rustica, satureiam thymi ac Thymbræ saporem præferre scripserit:

Et satureia thymi referens Thymbræque saporem.

CAP. XLVI. οὐχ ἕρπον, ἀλλ' ὀρθόν] Contrà Plinius memoriæ prodidit Serpyllum syluestre serpere, satiuum verò in palmi altitudinem increscere. Sed rectiùs, opinor, sensit Dioscorides: cui etiam totidem ferè verbis subscribit Aëtius.

ἐφελκίς ῥοδίνου] Hæc verba quoniam transposita videntur, ita restituenda ex Aëtio: ἐφελκίς σὺν ὄξει καὶ καταβρεχόμενη μετὰ ῥοδίνου. Cætera verò quæ cap. de Serpyllo deprauata legũtur apud Aëtium, ex hoc ipso loco facile est emendare. Eorum porrò dubitationi, qui in phrenitide Serpyllum minimè censent admittendum, satisfacere videtur Aëtius, hisce verbis: ὅτι φρενιτικῶν τῶν χαλεπῶς ... Nec enim circa phrenitidis principium id genus remedij, sed tantummodò circa statum declinationémve, conferre satis superque innuit.

CAP. XLVII. Σικελία ἀμάρακον] Scribit etiam Diocles, lib. de med. lethalibus, amaracũ à quibusdam Sampsuchũ appellari, vti testatur Athenæus, lib. 15.

CAP. XLVIII. κροκίζον καὶ ἀνθῶδες] Sic Plinio, lib. 21. cap. 11. *laudatissima Melilotos, quæ sit croco quàm simillima.* Hanc verò croci similitudinem ad colorem refert Serapio: at Plinius, ad odorẽ. Odor enim Meliloti (vti scripto prodidit eiusdem lib. cap. 9.) *croco vicinus, & flos*, &c. Plinij autoritati vetusti codicis margo suffragatur. Cæterùm pro eo quod sequitur, μηλίζον, sunt qui τηλίζον legant: quam quidem lectionem Serapio secutus videtur, dum *fœnograeco similem* dixit.

CAP. L. ἔστι δὲ κοιλίας καὶ ἔμμηνα] Sic AEgineta mediocres astringendi vires Acino tribuens, aluum mẽsésque sistere scripto prodidit. At contrà Plinius, lib. 21. cap. 27. *Acinon urinas mensesque ciere* tradidit. Si quæ plãta sit Acinos, nobis bene constaret, huícne potiùs, an illis esset habenda fides, iudicium ferre possemus.

CAP. LI. ἢ ἄσιμμα] Στίγμα legebatur in vulg. exemplaribus: sed cum Marcello, ἄσιμμα, legendum censui. Nam & Plin. lib. 21. cap. 6. de Bacchare agens: *gracili*, inquit, *solo nec humido prouenit*. Sed & in Nothis Dioscoridis, ἄσιμμα legitur: quo loco hæc eadem perperàm capiti de Asaro ascribuntur.

τὰ δὲ φύλλα στύφει] Sic AEgineta Baccharis folia astringendi vi prædita agnoscit: at radici vim obstructiones aperiendi, mensésque & vrinas ciendi tribuit.

CAP. LII. τὸ παρὰ ταῖς συκαῖς φυόμενον] Plinius, lib. 19. cap. 8. *Rutæ amicitiam* ait *esse cum fico, in tantum ut nusquam lætior proueniat, quàm sub ea arbore.* Sic & Palladius Rutam scribit *sub fico arbore libentiùs acquiescere.* Sed Rutę γειτνίαμα longè maius fuit Aristoteli ac Theophrasto, dum Rutam ipsi fico inseri voluerunt. Hic siquidem, lib. 5. de causis plant. cap. 7. de hac Rutæ in fico satione agẽs: δοκεῖ γὰρ δὴ (inquit) καλλίστη γίνεσθαι. φυτεύεται δὲ ὑπὸ τὸν φλοιὸν ἐγκεντριζόμενον, ὡς τῇ γῇ καταπηγνύμενον. hoc est *Ruta in fico sata optima fieri creditur. Cortici verò infixa seritur, terrâque occultatur.* Ille verò, Probl. sectione XX. quærit, διὰ τί πήγανον κάλλιστον καὶ πλεῖστον γίνεται, ἐάν τις ἐμφυλλίσῃ εἰς συκῆν. ἐμφυτεύεται δὲ εἰς τὸν φλοιὸν καὶ ἀλείφεται πηλῷ. id est, *quamnam ob causam Ruta in ficum insita pulcherrima plurimaque proueniat. Inseritur vero circa corticem, lutoque obducitur.* Plutarchus verò 5. συμποσ. quæst. 9. vtrunque simul innuit, & sub fico seri, & ipsi fico inseri Rutam, hisce verbis: τὸ πήγανον φυόμενον ὑπὸ τῇ συκῇ καὶ ἐγκεντριζόμενον, ὥστε τῷ τε χυμῷ μαλακώτερον. id est, *Rutam sub fico nascentem aut ipsi etiam admiscentem suauiorem reddi mitiorisque saporis.* Porrò licet Theoph. & Aristoteles eam Rutæ ex fico fœlicitatem calori fici acceptam referre videantur, à formarum ... quadam amicitia ea potiùs pendere videtur, ob quam nõ modò fœliciùs proueniat, sed etiam suauior in cibo reddatur: quanquam & suauitatis huiusce rationem non ineptam reddidit Plutarchus citato loco, nempe quia ficus dulci suo succo ingratum ac virosum Rutæ saporem temperet, aut dum acrem Rutę succũ vnà cum alimento ad se ficus allicit, ipsius Rutę succus, subtracta nimirũ acrimonia, dulcior iucundiórque relinquatur.

γονῆς ἐκθετικόν] Hinc & ipsi πηγάνῳ nomen, vt rectè obseruauit Plutarchus 3. Symp. quęst. 1. hisce verbis: φασὶ δὲ καὶ τὸ πήγανον ἀπὸ τῆς δυνάμεως ὠνομάσθαι. πήγνυσι γὰρ ξηρότητι διὰ θερμότητα τὸ σπέρμα, καὶ ὅλως πολέμιον ἐστι ταῖς κυούσαις. hoc est, *aiunt Rutam peganon ex eo dictam, quod ob siccitatem calori immixtum semen genitale coagulet, adeoque sit in totum prægnantibus inimica.*

...] Oleo rosaceo faciem inungi oportere, addit Serapio. Plinius cicutæ succum in eum usum commendare videtur: quandoquidem lib. 22. cap. 13, *cicutæ succum prodesse* scribit *manibus colligentium Rutam*.

...] Enallage generis, ..., nisi ad radicem referre velimus: aut certè ad ..., quæ vox est Peloponnesiis familiaris, & ... apud Nicandrum in Theriacis.

Cap. LIII. ...] Cùm haberetur in vulg. exemplaribus, ..., & in quodam manuscripto, ..., neque eius nominis fluuiorum mentio fieret vsquam apud Geographos, Ἀλιάκμονα seu Ἀλυάκμονα restitui, ex veteris exemplaris fide, quod præ manibus habuit doctiss. Goupylus: præsertim cùm eiusce nominis flumē in Macedonia esse constet ex Ptolemæo, itémque Plinio, ac ipso quoque Strabone, in lib. 7. fragmentis. Est verò extra rem, quod, ..., idem Goupylus legendum suspicatur, cùm illud nomen sit oppidi Bœotiæ, non fluuij.

Cap. LIIII. ...] Hoc Moly à Mercurio Vlyssi traditum contra Circes veneficia & incantamēta describit Homerus, lib. 10. Odyss. Theophrastus, lib. 9. de hist. plant. cap. 15. hoc ipsum Moly *folio scillæ* agnoscit, & pro eo quod Diosc. hic radicem ... describit, ille *rotundam* esse tradidit, ... *Magnitudine cæpæ* reddit Plin. lib. 25. cap. 4. Et tamen Galenus, libro simpl. 7 facit, ...] Ilthæc verba eo planè quo vertimus modo intelligenda sunt. Nam & Gal. 7. simpl. (quo loco nostrum hoc ..., ... appellat) id esse scribit ..., addit ille, ... hoc est, *ut contrahendi pollere, sic et, mistis Dioscoride cum farina loliacea adhibitis uuluæ apertæ medeatur*. Ex quibus quidē verbis facilè quoque est iudicare, pro eo quod paulò pòst habebatur apud Diosc. in vulg. exemplarib. ..., vel, vt in v. ..., legendum, ... Ac certè quidem loliaceam farinam hoc loco esse vnguento irino conueniētiorem; vel ex eo patet, quòd de remedio hîc agitur contra vuluę apertiones accommodato. Vnguentum autem irinum efficaciter aperire cuiuis est in confesso.

Cap. LV. ...] Panacis Herculei folium describit Theophrastus, lib. hist. plant. 9. ... *magnum latum, adeo ut quaquauersum tres maiores palmos æquet*: ita vt interdū addubitauerim, essétne, vt in vetusti codicis margine habetur, ... aut ... legendum, quasi & Autor noster cucumeris folio illud conferre voluerit. Sed & Oribasius & Serapio qui ex Diosc. omnia propè totidem verbis exscripserunt, ... palàm legisse videtur, quod quidem ad folij ficulnei seu colorē seu figuram seu etiā magnitudinē referre licet: quanquis Serapio minimè magna esse Panacis huiusce folia subiunxerit. Cæterùm perperam Mesuæus hæc eadem ferulæ foliis assimilauit.

...] Plerique omnes hanc vocem ad vsum cibarium transtulerunt, quasi semen ex agnatis ramulis seu coliculis minùs nutrire voluerit Autor; quàm quod ex media ferula seu caule medio erumpit. Sed cùm ipsius seminis temperamentum & sapor satis indicet, in cibos eiusmodi semen recipi nusquam posse, satius visum est *semen ex agnatis coliculis minùs esse sulculentum* vertere: Galli, e apt. us diceremus, *n' estre si bien nourri* ... etiam. Græcis non tantùm dicitur, ..., sed & ..., ita vt tam passiua quàm actiua significatione vsurpetur.

...] Articulus, i, hoc loco redundat, sicut & vox quæ paulo post sequitur, ..., nisi fortè mauis ..., ... ex vetusto codice reponi. ... attamen nescio qua ratione quáve autoritate freti *uterum* verterūt Hermolaus atque Ruellius.

...] ... interdū in genere accipiuntur, pro medicamentis omnibus capiti dicatis, velut habetur apud Gal. in Isag. ita vt quæ ad achoras, capitis furfures, aliásque eruptiones valent, itémque quæ ad capitis dolorem & ... aliósque capitis affectus accommodātur remedia, eo nomine comprehendantur. Alias angustiore significato ... dicuntur, quæ capitis fracturis adhibentur emplastra: quæ quidem, velut habetur lib. 2. de comp. medic. ..., abstergendi, digerendi & siccandi facultate sunt prædita, catagmaticis in genere dictis ideirco valentiora, quòd acrimoniam quandam, qua quidem ista carent, prętereà sortita fuerint. Sed vtrouis modo cephalicorum nomen hîc accipiamus, parum interest: nam & ad cephalæam & diuturnos id genus capitis affectus Opopanax vsurpatur, & cephalicis quoque medicamentis meritò accommodari potest. Panacis certè quidem radix, maximéque cortex, apud Gal. & in meth. med. & alibi passim, inter cephalica recensetur. Et hanc ipsam quoque Plin. lib. 25. cap. 11. *in oleo contritam capitis dolori mederi* prodidit.

...] Lege, ...: quod genus mendi apud Diosc. sæpius occurrit. Sic & Theophr. loco antè citato, adhibita distinctione, Panacis Heraclij radicem scribit esse remedio ... *arido rem quæ sicca fuerit: humidorum, quæ melli sit ammixta*.

Cap. LVI. ...] Theoph. Asclepij Panacis folium simile scribit esse Thapsiæ, attamen crassius. Sed & Thapsia folio est fœniculi, ita vt in folio nulla sit apud Theophrastum & Diosc. diuersitas. At in radice, ea non parua est. Siquidem Asclepij radicem scribit Theophrastus esse dodrantali longitudine, valde crassam & albam. Dioscorides contrà habet: ... quanquam Anguillara, illa fortassis Theophrasti autoritate fretus, ... legendum censuit. Ruellius & Cornarius ex Oribasio, nisi fallor, & Serapione, addunt, ... Marcellus ex Theophrasti sententia, ... Matthiolus in suo codice ... legi annotat: quam vocem etiam reddidit Serapio. Cæterùm quo loco de foliis agitur, ..., legit Oribasius, ... quam etiam lectionem Anguillara amplecti maluit.

Cap. LVII. ...] Lacuna in vetusto quodam codice legit: ... hoc est, *folia habet origano aut amaraco similia*. Serapio, ..., legisse videtur. Theophrastus autè sic habet: ...

μὲν ὅμοιον πεπτάδι, μείζον δὲ καὶ δασύτερον. quem secutus & ipse Plin. lib. 25. cap. 4. *folium* habere scribit *lapatho simile, maius tamen & hirsutius*. Porrò Nicandro in Theriacis cum Dioscoride bellè conuenit: siquidem ille ab amaraci foliorum similitudine ἀμαρακόεντα etiam Panacis Chironij χαίτην agnouit. Sed & in radice discrepat à Diosc. & Plinio Theophrastus, dum radicem Chironio Panaci longam tribuit.

Cap. LVIII. ἱκανῶς δὲ ἄστομαχόν ἐστι] Aldinus, εὔστομον, legit, vt & Oribasius, hoc est, *ori gratum & acceptum*. At nihil impedit, quominus Ligusticum, Λιβυστικὸν Gal. dictum, ori gratū sit, simul & stomacho vtile. Ac certè quidem Plinius Ligusticum scripsit *stomacho utile*, lib. 20. cap. 15. etsi in plerisque exemplaribus mendosè legitur, *inutile*.

Cap. LIX. συνουσίας τε παρ.] Hinc Diphilus apud Athen. libro 9. Pastinacam tradit φίλτρον à nonnullis dictam esse, quasi amatoria facultate præditam.

Cap. LX. γεγωνισμένος] Addi scribit Lacuna in vet. codice τραχὺς, *asperum*. Serapio verò, πλατὺς καὶ παχὺς, legisse videtur, hoc est, *latum & crassum*.

ποιεῖ δ' ἐπιέμενον, seselion seu silon seu siler monstrauère *ceruæ*, vt scribit Plinius. Sed illæ nō tantùm parituræ, verùm etiam enixæ à partu ea herba pascuntur. Siquidē Arist. lib. 9. de hist. anim. cap. 5. ceruas statim à partu ad Seselim quam depascantur accurrere prodidit. Sic quoque Plinius, lib. 8. cap. 32. de ceruis agens: *Fœminæ*, inquit, *ante partum purgantur herba quadam quæ Seselis dicitur, faciliorem ita uentres utero. A partu duas habent herbas quæ aros & Seselis appellantur: pastæ redeunt ad fœtum*, &c. Rursúmque, lib. 20. cap. 5. de Seseli Cretico, quod hic τορδύλιον Diosc. Paulo γόργυλον, Nicandro ὄρδυλον dicitur, mētionem faciens: *Hoc maximè*, inquit, *pasci dicuntur ceruæ pariturae*.

Cap. LXII. καρπὸς πυκνότερος] Anguillara in codice quodam legit, πυκνότερος, *densius*. Pro eo verò quod in capitis calce habetur, φύεται δὲ καὶ ἐν Ἴδῃ. Ruellius & Marcellus videntur legisse, φύεται δὲ ἐν ταῖς νήσοις. hoc est, *in Insulis*.

Cap. LXIII. μετὰ μέλιτος] In antiquis hæc verba fini huiusce capitis ascripta testatur Goupylus: ἔχει δὲ κλωνία πολλὰ παραφυάδων, μηλίζοντα, πορφυρίζοντα, καὶ ἐπ' ἄκρων ὅμοια, στρογγυλοειδῆ ἔχοντα ἔνδοθεν ὡς σπέρματα τὰ ἄνθη, aliâs, ἔχοντα ὡς σπερμάτια τὰ ἄνθη. hoc est, *Habet autē ramulos multos ad porraceum, luteum & purpureum colorem uergentes, & in cacumine similes: qui rotundæ figuræ intrinsecus semina uelut flores habent*. Hæc eadem Hermolaus in contextum Diosc. retulit. At Marcello, & meritò quidem, suspecta videntur. Cornarius ad notha relegauit.

Cap. LXV. Ἄνισον πᾶν μὲν &c.] Principium capitis vsque ad illa verba, ἔστι δὲ τὸ ἄριστον, quod in vulgatis Græcis exemplaribus reperiebatur, vna litura induximus: quippe quod perperàm ex proximè præcedenti capite eò translatum esset. Sed neque defuère vetusti codices aliquot, qui caput hoc de Aniso ab his tantùm verbis rectè auspicarentur. Ἄνισον πᾶν μὲν θερμαντικὴν δύναμιν, &c.

Cap. LXVI. ἡ δὲ ῥίζα ἑφθεῖσα] Galenus tamen lib. 2. de alim. fac. ait, Cari radicem melioris esse succi quàm pastinacæ, & tamen ægrè concoqui.

Cap. LXVII. ἐπὶ ἀστομάχων] Fortè, ἐπιστομάχων. Leues nauseas vertunt alij: ego verò sensu propè eodem, vomitiones eorum quæ in ventriculo summo fluitant. Inferiùs autem pro, ἀστομάχοις, lego, εὐστομάχοις, vt & alibi frequenter.

Cap. LXVIII. πλὴν ἐστὶ τὸ ἥμερον εὔστομον] Cum Lacuna ἀστόμαχον legere malui, maximè cùm satis constet, ori esse non mediocriter ingratum. Stomacho verò maximè vtile esse sat indicant illa Plinij verba, libro 20. cap. 15. *Satiuo Cummino magnus usus, in stomachi maximè remedijs.*

ἐν Γαλατίᾳ ἐν Ἀσίᾳ] Lege, Γαλατίᾳ τῇ ἐν Ἀσίᾳ, ad differentiam Galliæ quæ ad Alpes est, quæ etiam Γαλατία Græcis dicitur. Sic & sequēti capite, quo loco habetur, Ἀσίας τῆς Γαλατίας, lege, Γαλατίας τῆς Ἀσίας.

τριχομένῳ ἀλεύρῳ] Placuit magis altera illa lectio, τριγωνίνῳ, quàm vulgata, κυάμου, maximè cùm & Serapio ita legisse videatur, & in hunc ipsum vsum fabaceam farinam desideret Auicenna. Sed & nominatim docet Galenus, fabaceam farinā testibus inflāmatis iccirco aptè adhiberi, quòd ij moderatè refrigerari postulēt. At lolium cùm nimiopere calfaciat, quis non facilè iudicet vt aliarum partium, ita & testium inflammationibus haud ita congruere?

Cap. LXXI. δύναμιν ἔχει ψυκτικήν] De Coriandri temperamento ac viribus, magna est inter rei Medicæ Scriptores controuersia. Enimuerò illi Simeon Sethi, lib. de alim. æquè ac Diosc. refrigerandi vim tribuit. Sic & Plinius, lib. 20. cap. 20. *Vis magna ad refrigerandos ardores uiridi Coriandro*. His etiamnum apertè subscribit Celsus, lib. 2. cap. 27. dum ipsum inter refrigerantia olera recenset. Auicenna quoque, aliique ferè Arabes, præter Auerroëm, in frigidorum simplicium numero Coriandrum reposuère. At Hipp. contrà, lib. de diæta, calidum censuit: quo loco de semine tantummodò verba fieri nonnulli existimauerunt. Galenus quoque tum lib. simpl. 7. tum lib. de attenuante victu, calidum id esse iudicauit: & acriùs reprehendit Dioscoridem, qui vim refrigeratoriam illi assignauerit, & indefinitè protulerit, erysipelatis conferre: quanquam exquisitum erysipelas eo curari minimè possit, nisi fortè sublata iā inflammatione, quo quidem tempore excalfacientia digerentiáque medicamenta exposcit. Sūt qui Autores hos rectè conciliasse se existiment, dum, quod citato loco visus est innuere Plinius, viridem herbam refrigerare, siccam calfacere inquiunt. At licet fortassis aliquatenus verum id sit, cùm vnius & eiusdem plantę recentis ac siccæ vires nunquam sint planè eædem: certior tamen contradictionis huiusce solutio ex ipso Gal. petitur, qui quidem lib. simpl. 7. Coriandrum docuit è contrariis constare facultatibus: quippe quod plurimum quidē habeat essentię amarę, quę tenuium sit partium ac terrea, at non parum etiam aqueę humiditatis obtineat, quæ tepentis sit facultatis, & his præterea adiunctum sit adstrictionis pauxillum. Id cùm ita sit, mirum ampliùs videri non debet, si pro vario vtendi modo varios Coriandrum exerat effectus. Porrò quòd χοιράδας ex Diosc. sentētia discutiat, non tam caloris dissipātis ratione fieri crediderim, quàm quòd moderatè repellat exiccando: maximè cùm magna polleat

polleat penetrandi vi, quam sortitum est ex substantiæ suæ tenuitate.

σπέρματος δὲ ξηραντικόν] Contrà Auicenna, lib.2. cap.144. illius vsu sperma exiccari tradit: quod ipsum etiam confirmat Serapio ex autoritate Alkanei.

πλεῖον δὲ ληφθὲν] Plerique succo soli, non item semini, veluti Diosc. vim hanc maleficam venenatámque tribuerunt. Quin & Nicādri Scholiastes cùm duo agnoscat Coriandri genera, domesticum inquàm & syluestre, hoc vnicum lethale esse voluit. Contrà verò Palladius, *Coriandrū nūquam nisi satum prouenire*, prodidit. Itémque Plinius, lib.20.ca.20. *Coriandrum*, inquit, *inter syluestria non inuenitur.*

CAP. LXXIIII. *ποιεῖ δὲ καὶ τὸ σέλινον*] Ex sententia Diosc. ad eadem valet Apium, ad quę coriandrum, cui refrigeratoriam facultatem antè tribuit: proindéque inflammationibus oculorū æstuantique stomacho conuenit. Contrà verò Gal.8.simpl. Apium palàm asserit vsqueadeò calidum, vt & vrinas & menses cieat. Illos Apij effectus, quos commemorat Dioscorides, agnoscunt Aduersariorum Autores, & tamen hanc Galeni de Apio sententiam ceu veritati cōsentaneam tuentur, hoc reperto diuerticulo: esse pręsidia non parum multa, è quo ista sint numero, nempe Coriandrum & Apium, quæ quidem contrariis aut valdè diuersis pollent facultatibus, & tamen eidem medeantur affectui, eiusdem etiam incrementi & modi: sed alia quidem per se illud præstent, alia verò ex accidenti.

κοιλίαν ἵστησι] Hipp. contrà, lib. de diæta 2. Apium aluum mouere innuit, quanuis idipsum vrinas magis quàm aluum mouere fatetur.

CAP. LXXV. *ποιεῖ δὲ ὅσα καὶ τὸ κηπαῖον*] Hipp. seu quisquis est autor lib. de affectionibus, scribit, *τὸ ἕλειον δὲ ἕλεια τῶν ἡμέρων πλείονα ἔχει δύναμιν*, hoc est, *palustre Apium uim quàm satiuum maiorem obtinere.*

CAP. LXXVI. *τρίτον τοῦ πετροσελίνου*] Etsi Aldinū exemplar habet, *μακεδονικόν*, pro quo Marcellus *μάκρον* reponit: *πετραῖον* tamen potiùs esse legendum, & Oribasij codex & quæ de hoc Apij genere Theophrastus & Plinius tradidêre, satis supérque indicant.

CAP. LXXVIII. *ἀσώδης, λευκή*] Marcellus addit, *ῥίζαν λευκὴν*, idque ex Theophrasto, vti verisimile videtur. At in eo fallitur, quòd Dioscoridis & Theophrasti Hipposelinon vnum & idem esse existimauerit: quanquam Theophrasti Hipposelinon, ipsum est Smyrnium, de quo proximè sequenti capite agitur.

CAP. LXXIX. *γευομένῳ ὡς σμύρνη*] Hoc loco Dioscorides hauddubiè odorem & saporē myrrhæ Smyrnij semini tribuit. At Plinius, eiusdem radici. Is enim, lib. 19. cap. 12. *Smyrnium olus*, inquit, *seritur ijsdem locis, myrrhamque radice resipit.* Rursúmque, lib.27. cap. 13. *Odor myrrhæ habet qualitatem, unde & nomen.* Sed & loco priùs citato, *Libanotis*, inquit, *odorem thuris habet, Smyrnium myrrhæ*. Ita enim legendum iudico, non, *murrha myrrhæ*. Theophrastus autem, lib. hist. plant. 7. hipposelinum (id verò est Smyrnium Diosc.) lacrymam fundere scribit myrrhæ similem, quam etiam nonnulli in totum myrrham esse affirment: ac illud ipsum repetit eiusdem historiæ lib.9. Cæterùm circa finem capitis, quo loco habetur, *ἰδρωτοποιοῦ*, legēdum fortassis, *ἰδρωτοποιητικοῦ*, siue *ἰδρωτικόν*.

CAP. LXXXI. *τὸ δὲ αἷμα ἴσχει*, &c.] Hanc lectionem comprobat Serapionis interpretatio. Atque ita quoque legisse se testatur Lacuna in veteri quodam codice. Nos itidem cum Cornario, ceu vulgata lectione potiorem, delegimus.

ἰσχυρὰ πρὸς ὀξυδορκίαν] Hinc etiam deductum videtur *μάραθρον*, ἀπὸ τοῦ μαίρειν, τοῦτ᾽ ἐστι λάμπειν καὶ αἴθειν, τὸ βλέπειν, quasi quod lucidè & clarè videre faciat: vti me pridem admonuit acerrimi vir ingenij D. Dortmannus, Regius apud Monspelienses Professor, & in inuestigandis nominum originibus sagacissimus.

CAP. LXXXIII. *καὶ λευκὸν ἔχει*] Sic legit Oribasius: at Marcellus ex Plin. lib.25. cap.9. *λευκάνθες*, legendum suspicatur. Idem *ἀπὸ τοῦ*, *ὑπομένει*, ex Nicandro in Theriacis, *ἀνάκειται*, reposuit.

τὸ δὲ Κρητικὸν, καὶ τὰς ῥίζας] Plinius, ibidem: *Ex alijs usus seminis, ex Cretæ radicis dulcis, & magis ad serpentes, est*: quo loco restituendum videtur: *Ex Cretico, & radicis & magis ad serpentes.* &c.

CAP. LXXXIIII. *δελφίνιον καλοῦσι*] De Delphinio caput vtrunque, spurium falsóque Dioscoridi ascriptum plerique iudicant. Ac certè quidē neque Galenus, neq; Paulus, nec Aëtius, neque etiam Plinius vllam eius mentionem faciunt. At Oribasius tamen silentio minime prætermisit.

CAP. LXXXVI. *τεχνοειδὲς*] Interpretes plerique, ac ipse quoq; Serapio (quos libēter secutus sum) *ὠχροειδὲς*, legisse videntur. At Manardus vocem, *τεχνοειδὲς*, retinendam censuit.

CAP. LXXXVII. *μαράθρῳ ὅμοια*] Hanc Libanotida *κεχρυδοφόρον* seu *κεχρυοφόρον* Nicandro dictam scribit Theophr. lib.9. hist. plant. *πανάκει ὀλίγον* folium habere simile, at multò maius. Plinius non folia, sed radicem, olusatro assimilat, lib.20. ca.12. Eam ob rem plerique contendunt, aliam esse Diosc. frugiferam Libanotidem, ab ea quam loco citato describit Theophrastus. At excepto folio non video notam aliam, in qua Autores hi inter se dissideant.

ὡς τὰ χόνδρωματα] Ita vbique legitur: sed necessario, *ὡς τὰ πτώματα*, vel *τοῖς χάσμασι*, restituendum: alioqui sensus nullus constaret.

CAP. LXXXIX. *ἐπὶ γυμνάζων*] *γεγυμνασμένον* seu *γυμνασάμενον*, aut certè, *μετὰ τὸ γυμνάσια*, legendum mihi videtur. Nisi mauis, *γυμνάζοντα*, accipere pro exercitatore, seu eo qui exercitio præsit, & tùm *ἐπιστάτης*, seu *τὸν γυμνασάμενον*, subintelligi.

CAP. XC. *ἔστιν δὲ σπέρμα*] Lege, *σπέρμα*, scilicet, *ἐστιν*. Sic inferiùs *αὐτὸ τὸ ἐλαιαζόμενον*, vt habebatur in vulg. codicibus impressis, legi *ἐλαιαζόμενος*, quanuis Ruellius, *ἐλαιαζόμενος*, legisse videtur.

CAP. XCI. *καὶ ἱδρῶτας κινεῖ*] Videtur aliter sensisse Plinius, nisi fortè alia vis est seminis, alia radicis. Is enim, lib.20. c.23. *Ferulæ radicē ex oleo & aceto contra sudores immodicos, uel in febribus, profiteri tradidit.* Sic & ibidem, quod de caulibus paulò pòst scribit Dioscorides, adhibita distinctione protulit Plinius. Siquidem non nisi plures sumptos, capitis dolores facere innuit: alioqui verò decoctos, esse stomacho vtiles.

ὁ χυμὸς παρ᾽ ἡμῖν] Hæc ad capitis vsque calcem superaddita videtur Marcello, ac ipsi quoque Ma-

nardo. Sed & ista Ferulæ descriptio non legitur apud Oribasium. Ego verò ea saltē suspecta habeo, quæ de sagapeno ex hac Ferula manante, subiungūtur. Cæterùm αὐτὶ τῦ, παχύτερα, Ruellius λεπτότερα, legisse videtur. Nos vulgatam lectionē retinentes, *crassiora*, reddidimus.

CAP. XCII. ἄχρηστος δὲ γίνεται ὁ πεπαλαιωμένος] Sic Andreas Lacuna ex vetusto codice legit: & hanc quidem lectionem rectè quoque secuti sunt Oribasius, Serapio atque Cornarius. Ruellius & Marcellus, vulgarem lectionem [illegible], expresserunt, quam nos vitiosam censuimus.

ἧττον δὲ ἐνεργεῖ τῦ ὀποῦ &c.] Ita legit Lacuna in antiquo codice, contra quàm habetur in vulg. exemplaribus, ἧττον δὲ ἐνεργεῖ τῦ χυλοῦ ὁ ὀπός. Sed illā lectionem cum Oribasio & Serapione lubentiùs iccirco amplexus sum, quòd & Galenus, 8. simpl. cap. de Peucedano, τὸν ὀπὸν τῷ χυλῷ prætulisse videatur. Etsi verò Ruellianam lectionem id stabilire videtur, quòd alibi Dioscorides succos ab hyoscyamo & mandragora expressos earundem plantarum liquoribus lacrymisve anteposuerit: aliam tamē ego rationē esse indico liquoris qui è calidioribus, & eius qui è frigidioribus plātis emanat. Cæterùm Theophrastus, hist. lib. 9. Peucedani radicem solam probans, liquorem inutilem æquè ac semen esse censuit.

ὁ ἐν Σαρδινίᾳ] Ita Oribasius & Serapio: Cornarius tamen ex Theophr. lib. 9. & Plinio lib. 25. cap. 9. αὐτὶ τῦ, Σαρδινίᾳ, Ἀρκαδίᾳ reponendum suspicatur.

λεπίδας ἀπὸ ὀστέων] Plin. lib. 26. cap. 14. *item Peucedanum, cui ad recentia vulnera vis tanta est, ut sanat ossibus extrahat.* Sed eum locum ex Diosc. sententia ita restituendum indico: *Cui ad recentia ulcera vis tanta est, ut squamas ossibus extrahat.*

CAP. XCIII. φύλλα ἔχον μακρά] Serapio αὐτὶ τῦ, μακρὰ, μαλακὰ, legisse videtur: siquidem *mollia* conuertit. Alij iuxta lectionem alteram legendū censent, [illegible]. Quomodo legerit Oribasius, penitus ignoratur: quoniam apud eum Autorem caput hoc omnino desideratur.

[illegible] εἰς ἄρτους] Lego, [illegible]. Nec enim videtur Melanthium seu melanspermon inter pinsendū panibus addi solitum, quēadmodum videtur voluisse Marcellus, sed tantummodò panis crustæ, ac inferiori potissimùm, inspergi. Sic enim Plinius, lib. 19. cap. 8. *panis rustici crustæ papauer candidum inspergi tradidit, inferiorem verò crustam apium githque cereali sapore condire.*

σὺν οἴνῳ [illegible]] Legendum hauddubiè cum Serapione, οὔρῳ. Nam & Plinius de Melanthio, lib. 20. cap. 17. *Alunt & clauos* (inquit) *in pedibus mederi tritum in urina.* &c. Sic & inferiùs, quo loco habetur, μετὰ οἴνου πόθεν, cum Serapione & Lacuna, μετὰ νίτρου, legendum censemus, Plinij eiusdem autoritate ducti, qui quidem citato loco ita quoque habet: *Difficultatis spirandi desistit, addito nitro potum.*

CAP. XCIIII. ὁ καυλὸς μάσπετον] Hoc eodē nomine Dioscorides inferiùs, haud secus ac Plinius, folia ipsa à nonnullis nominari solita commemorat. Atque ita quoque Theophr. hist. lib. 6. cap. 3. τὸ δὲ φύλλον, ὃ καλοῦσι μάσπετον, ὅμοιον τῷ σελίνῳ, id est, *folium quod maspeton vocatur, apio simile.* Idem confirmant Pollux & Hesychius. Plautus verò in Rudente, ac Solinus Polyhist. cap. 15. *sirpe*, corrupto ἀπὸ τῦ σιλφίου vocabulo, videtur appellasse. At succus seu liquor, qui Græcis ὀπὸς τοῦ σιλφίου dicitur, Plinio *laser* est: Plautus loco citato *laserpitium* potiùs videtur appellasse, quasi *lac sirpicum.* Nam & *primùm*, teste Solino, *dictum est lac sirpicum, quoniam manat in modum lacteum, deinde usu deriuante lac nominatum.*

ἢ καὶ λεπτόν] Particula ἢ hauddubiè redūdat. Eius loco Lacuna ex vetusto codice supplere videtur, [illegible], vt sit, [illegible], καὶ λεπτόν &c.

ἐγχυματισμὸν τῆς ῥίζης] Liquorem qui è radice profluebat, ῥιζίαν, vti alterum qui è caule capiebatur, καυλίαν, distinctis nominibus appellauit Theophrastus, sexto hist. plantarum libro: sic & Plin. lib. 19. cap. 3.

διαφέρον δὲ αὐτοῦ] Plinius *sinceri probationem asserit, in colore modicè ruffo, & cùm frangitur candido intus, mox transfluentem*, &c.

[illegible] τῷ χυλῷ] Hoc posterius, τῷ χυλῷ, superfluum mihi videtur.

τὴν δὲ ῥίζαν μαγύδαριν] Sic Colum. lib. 6. cap. 17. *sucis & radix quam Græci nomine* μαγύδαριν. Attamen Theoph. hist. lib. 6. cap. 3. Itémque Plin. lib. 19. cap. 3 Silphij caulem magydarin videntur appellasse. Pollux verò, lib. 6. cap. 10. semen ipsum μαγύδαριν nominat. Ita enim eo loco, pro, [illegible], μαγύδαριν restituēdum videtur. Hesychius idipsum nomen Silphij liquori tribuit.

ἐνίθεται εἰς τὰ βρώματα] *Non censuerim*, (scribit de Lasere Plinius lib. 22. cap. 23.) *quod Autores suadent, cauernis dentium in dolore inditum cera includi, magno experimento hominis qui se ea de causa præcipitauit ex alto.*

ἐγχεόμενος εἰς ἰξόν] fortè, [illegible] vel [illegible]. Sic inferiùs αὐτὶ τῦ. [illegible], lego, non [illegible], vti Ruellius, sed [illegible]. Deinceps verò αὐτὶ τῦ, [illegible], [illegible]. Sed hæc librariorū σφάλματα quiuis vel mediocriter in Græca lingua versatus facilè fortasse deprehendet.

[illegible]] Libenter adderem, κηρῷ, id est, *cera*, vti habetur in [illegible]. lib. 1. ca. 229. aut [illegible], id est, *decocto melle*, sicut apud AEginetam, lib. 3. cap. 20.

[illegible]] Legendum censeo, [illegible]. Plin. lib. 22. c. 23. *æquè ex aceto his qui coagulum lactis sorbuerint.* Sed eo loco legendum. *qui coagulatum lac* &c. ex hoc Diosc. contextu facilè conicio.

φύεται [illegible] Λιβύῃ] hanc circa Syriam nasci scribis Plinius, nec prouenire in Cyrenaica regione: gigni & in Parnasso monte copiosiorem.

CAP. XCV. [illegible]] Sagapeni plantam panaci similem esse scribit Gal. in lib. de antidot. Mesuæus arborem describit oleastro montano similem: ipsum verò liquorem (qui [illegible], vti monet Gal. 8. simpl. plantæ ex qua emanat nomen retinuit) ammoniaci lacrymæ simillem esse tradit Plinius, lib. 20. cap. 18. Porrò cùm anteà scripserit Dioscorides. cap. de ferula. è radice ferulæ sauciata manare Sagapenum, hîc verò plantam aliam in ferulaceo genere agnoscere videatur. è qua ipsum extillet: facile est coniicere liquorem hūc, æquè ac succos alios, de quibus in sequentibus capitibus agitur, illi fuisse ipsa planta notiorem.

CAP. XCVI. δένδρον ὀπὸ ναρθηκώδες] Gal. lib. 9. comp. pharm. κατὰ τόπους, cap. 4. EVphorbium plantæ cuiusdam spinosæ in Mauritania nascentis liquorē esse prodidit. Plin. lib. 25. cap. 7. *herbam quam EVphorbiam nominat, spectari ait ferulæ specie, folijs acanthinis.* Atque hinc fortassè ducta coniectura D. Io. Bauhinus, in simplicium cognitione magna cum laude versatus, αὐτὶ τῶ, ναρθηκώδες, ἀκανθώδες reponendum suspicatur. Mesuæo vero *EVphorbium arbor est, folys*, vt ipse vult, *primum quidem hirsutis aut lanuginosis, deinde ubi hæc deciderunt, polio marino similibus.* In tanta varietate cui potissimùm Autori sit habenda fides, iudicare est difficillimum. Arborem quidem nescio quam Andreas Marinus in suis in Mes. cōm. depingit, à Saraceno quodam, vti prædicat, ex Africa pro EVphorbia sibi allatam. Dodonęus verò herbam potiùs aculeatam delineare videtur, quam Bruxellæ in Io. Boisoti horto ex vnico folio in terram depacto, ficus Indicæ folij modo, genitam scripto prodidit.

ἐν τῇ κατὰ Μαυρουσίαν Τμώλῳ] Nullus mons; quod equidē legerim, Tmoli nomine in Libya aut Mauritania refertur à Geographis: sed est mons eiusce nominis in Lydia Asiæ minoris prouincia, qui quidē Sardibus incumbit. Quare cum Marcello & Cornario, Ἄτλαντι potiùs, quàm Τμώλῳ, legēdum nobis videtur: maximè cùm & varijs in locis Plinius in monte Atlante vltra Herculis columnas EVphorbiam gigni, indéq; portari, tradiderit. Est vero Atlas Mauritaniæ mons, ab Atlante rege Mauro ita cognominatus. Sed & Damocrates apud Gal. lib. 7. comp. pharm. κατὰ γένη, in myracoporum compositionibus, EVphorbium, ab Atlante monte in quo inuenitur, Ἀτλαντικὸν cognominat. Cæterùm Gal. lib. 3. κατὰ γένη, EVphorbium scribit ex Occiduis regionibus asportari solitum; veluti Sagapenū ex Orientalibus.

κοιλίαις χοιρῶν ἀποτίθεται] Gal. lib. 9. pharm. κατὰ τόπους, EVphorbium ventriculis ouillis excipi & asseruari solitum iccirco scribit, quòd hos solos minimè erodat. Plinius verò de EVphorbij excipulo agens, hœdini ventriculi meminit, ac ibidem quoque hœdino lacte EVphorbium à Getulis adulterari commemorat.

αὐτὸ τὸ καυλίον] Cùm antè EVphorbium arborem esse dixerit Dioscorides, mirari subit καυλοῦ iam nunc mentionem facere. Quanuis enim, autore Theoph. lib. 1. hist. cap. 9. καυλοῦ nomen κοινὸν ἐστι ἐπετείων καὶ χορτίων, attamen in arborum genere στελέχους nomen frequentius esse consuetius, vti eodem loco idē ipse innuit: *caudicem* Latini vocitant.

ἡ δὲ ... εὑρόντος αὐτὸ κατὰ τοὺς] Plinius non Iubæ tantùm ætate inuentū fuisse EVphorbium scribit, sed illud ampliùs, ab ipso etiam Iuba inuentum. Sic enim ille cap. 7. lib. 25. *Inuenit & patrum nostrorum ætate Rex Iuba quam appellauit EVphorbiam, Medici sui nomine & fratris Musæ:* nec ita multò pòst: *Sed Iubæ volumen quoque extat de ea herba & clarum præconium:* quod ipsum etiam innuit Galenus loco citato, lib. 9. κατὰ τόπους, his verbis: καὶ γέγραπται περὶ εὐφορβίου βιβλίδιον τι σμικρὸν ἰόβα τοῦ βασιλεύσαντος τῶν Μαυρουσίων. hoc est, *& de EVphorbio conscriptus est exiguus libellus à Iuba Mauritaniæ Rege.*

δι᾽ ὅλης τῆς ἡμέρας πόνοις] Hæc vox, πόνοις, fortasse redundat, nec etiam eam videtur legisse Serapio. Innuit siquidem suffusionibus inungi EVphorbium, sed deinde tota die vstionis sensum relinqui, cámque ob rem illi mel collyriáve alia minùs acria rectè admisceri. Quòd si quis ad ipsam etiam Dioscoridei contextus seriem diligentiùs attendat, vocem illam, πόνοις, hoc loco omittendam meritò iudicauerit.

CAP. XCVII. ὑπό τινων μετώπιον καλεῖται] Anteà, lib. 1. cap. de metopio vnguento, dixerat Dioscorides, τὸ ξύλον ἐξ οὗ φέρεται ἡ χαλβάνη, μετώπιον καλεῖσθαι. hoc est, *lignum è quo Galbanum emanat, metopium appellari.* Hoc verò loco non lignum seu lignosum corticem, aut plantam ipsam, sed liquorem seu lacrymam quę ex ea stillat, μετώπιον vocari scribit. Theophrastus verò non μετώπιον, sed νάρθηκα, eiusmodi ferulam seu ferulaceam arborem nominat, lib. 9. hist. At Plinius, lib. 12. cap. 23. arborem è qua hammoniaci lacryma stillat, metopium vocari palàm innuit.

ὡς ἐκ λιβανώδες] Videtur prætereà legisse Serapio, ἢ ἀμμωνιακῷ ἐμφερές: vtriusque enim & thuris & hammoniaci meminit. Sed & Plinius quoque, lib. 12. cap. 25. Galbanum vult esse ad similitudinem Hammoniaci.

τὸ σπέρματος καὶ τῶ ναρθηκος] Fortassè reiecto, καὶ, legendum, σπέρματος τῶ ναρθηκος. Nam & Aëtius, in electione simplicium, probatissimum censet Galbanum, quod seminis aliquid admixtū retinet, neque τῶ ναρθηκος mentionem facit. Ac, vt verè dicam, pugnātia scribere videtur Diosc. dum probat id Galbanum cui aliquid ferulæ sit admixtum, cùm antea probasset ἄξυλον, hoc est, *minimè lignosum*, seu, vt Celsi verbis vtar, *quod est sine surculis:* nisi ἄξυλον dici velimus, *quod minimum habeat lignorum seu surculorum.*

ὀσμῇ βαρεῖα] Galbanum ab odore hoc graui, quo præditum est, Nicander in Theriacis, βαρύοδμον cognominat.

ἐξ ὄξους σὺν οἴνῳ] Marcellus legit, σὺν οἴνῳ, tum vetustiorum codicum fidem, tum etiam Plinij autoritatem secutus: qui quidem libri 24. cap. 5. Galbanum venenis, maximéque toxicis, aduersari scribit, cum myrrha & in vino: atque ita etiā Serapio legisse videtur. Idem quoque de Galbano tradit Auicennas.

δοκεῖ δὲ καὶ διουρητικὸν εἶναι] Marcellus & Cornarius pro, Ἀ.........., iccirco legendum suspicantur, quòd & Plinius, loco modò citato, de Galbano agat in hæc verba: *Necare vrinam existimatur.* Sic etiam Lacuna in veteri codice legisse se annotat, neque eam lectionem ratione carere subdit: quandoquidem quæ vehementer diuretica sunt, vti etiam cantharides, interdum lotium supprimunt ratione exulcerationis, quam vesicæ ipsiúsque collo inducunt. Equidem quanuis prætereà Serapionem eodem quo illi modo legisse animaduerterem, de immutanda vulgata lectione malū liberum esse suum cuique iudicium.

ὑφισταμένης τοῦ ῥύπου] Marcellus & Lacuna ἀντὶ τῶ, ῥύπου, ex antiquioribus codicibus restituendum existimant, λιπαρὸν: maximè cùm pinguia, tanquam aërea, ferè supernatent. Sordes verò, ceu terrenæ substantiæ magis participes, grauitate sua subsidere soleant. Sed quoniam in Gal-

bani, quantumuis legitimi, sordibus exiguorum lignorum, surculorum cæterorúmque id genus sua natura leuium, non minimam portionem conspicimus: nō est dubium, quin si Galbanum aquæ feruenti demergatur, eiusmodi leuia vnà cum pinguitudine quadam fluitent: id quod ex αὐτοψίᾳ facile est vnicuiq; animaduertere. Quamobrem nihil immuto.

εἰς ὀθόνιον καθαρὸν] Legit Lacuna veteris cuiusdam codicis autoritate fretus, ἢ εἰς ὀθόνιον καθαρὸν ἀραιὸν &c. quippe Dioscoridem existimat præter illam priorem, alteram hoc loco purgandi Galbani rationem tradere, quam cæteri cum superiore confundant. Verùm equidem vnicam in hoc toto contextu purgandi Galbani rationem describi existimauerim. Scilicet, vt primùm in aquam feruētem coniiciatur Galbanum, quò quicquid est stipularum aut lignosorum surculorum aquæ innatet, conchâque aut alio id genus instrumēto facilè detrahi possit: deinde verò reliquum quod subsidet in imo, reiecta scilicet aqua, ad separādam denuò terram, arenam, lignum densius aliúdve eiusmodi crassamētum, in vas aliquod per linteum rarius excoletur, iuuante in id aquæ calore, quæ in vase duplici efferuescat. Tùm enim purius Galbanum per linteum in vas subditum excolabitur: crassior verò sordities intra linteum remanebit. Neque verò fit verisimile, quod verba Diosc. innuere videntur, id tantùm quod innatat excolari debere, vt pinguitudo fluitans à sordibus ipsis secernatur: quippe cùm in eo quod subsidet sordium etiam & crassamentorum non minima portio resideat. Cæterùm Pharmacopœi nostri minùs laboriosè, ac fortassis aptiùs, Galbanum purgant: dum aceto alióve accommodato liquore ipsum dissoluunt, dissolutum colo transfundunt; transfusúmque tandem igni lento decoquunt ad iustam spissitudinem.

Cap. XCVIII. *τὸ καλούμενον θραῦσμα*] Plinius, lib. 12. cap. 23. paulò aliter ac Diosc. thrauston (quod cum thrausmate idem est) nominat id Hammoniacum, quod est masculi thuris similitudine: phyrama verò, quod est pingue ac resinosum. Fortasse verò θραῦσμα seu θραυστὸν idem illud est, quod Galeno recentioribúsque Græcis ἀμμωνιακὸν θυμίαμα iccirco appellatū fuit, quòd ad suffimenta desideraretur.

Cap. XCIX. *δένδρου σφηνώδους*] Legi, σφηνωμένου, cùm antehac, σφηνώδους, legeretur. Plin. lib. 24. cap. 14. Sarcocollam spinę lacrymam esse putat, eique tribuit non quidem, vti Diosc. amarorem, sed cum quadam acrimonia dulcedinem. Gal. verò in simpl. scribit esse modicè amaram simul & emplasticam. Porrò vt de colore etiam aliquid dicamus, Mesuæus in simpl. itémque Plin. lib. 13. cap. 11. non subfuluam Sarcocollam eligunt, vti Diosc. sed candidam. *Candidum eiusmodi gummi*, inquit Plinius, *quàm rufum melius*. Rursúmque, lib. 24. cap. 14. vbi Sarcocollam docuit vetustate maximè nigrescere: *melior*, inquit, *quò candidior*.

κολλητικὴ τραυμάτων] *Hinc ex vi potestatéque sua nomen inuenit*, inquit Plin. *Carnes enim in vulneribus glutinat.*

Cap. C. *λιπαρώτερα δὲ καὶ*] Videtur legisse Plinius, *ῥυπαρώτερα*, lubrico & facili duarum literarum lapsu. Is enim, lib. 27. cap. 10. folia Glaucij describit *minora & sordidiora, quàm sint papaueris*: ibidémque, ipsius grano, quod paulò post foliis Diosc. ipse, tribuit. Siquidem nō è foliis, sed è grano ipso vult succum illum exprimi.

Cap. CI. *ἣν ἔνιοι ξυλοκόλλαν*] Appellatur hęc ab vsu ξυλοκόλλα, vti & τεκτονικὴ κόλλα: a materia verò ex qua conficitur, nimirum à coriis bubulis seu taurinis, ταυροκόλλα. *Præstantissimum* tamen *Glutinum* cēset Plinius, lib. 28. cap. 17. *ex auribus taurorum & genitalibus*: quanquam subdit illico. *Adulteratur nihil æquè quibusuis pellibus inueteratis, calceamentisque etiam decoctis.* Fuit autem alia κόλλα ἐκ τοῦ βιβλίου, de qua Gal. in simplicib. *quæ fit*, inquit ille, *è simulagine & polline*, non garo, vti vertunt Interpretes omnes: quandoquidē non γάρους, aut, quod rectius est, γάρου, sed γύρεως, ἀπὸ τοῦ γύρις, vel potiùs, γύρεως, eo loco legēdum esse vel mediocriter eruditus nunquam inficiabitur.

Cap. CII. *ἡ δὲ ἰχθυοκόλλα λεγομένη*] *Ichthyocolla*, inquit Plinius, lib. 32. cap. 7. *appellatur piscis cui glutinosum est corium, idemque nomen glutino eius*: quanquam & ipse subdit deinde: *Quidam ex ventre non è corio fieri dicunt ichthyocollam, ut glutinum taurinum.* Cæterùm ad tetanothra quomodo ea præparanda vsurpandáque sit, ibidem leges apud Plinium: quod huc transcribere nihil fuit necesse.

κεφαλικαὶ δυνάμεις] Quæ sint emplastra Medicis Cephalica dicta, docet Galenus, lib. 2. comp. med. κατὰ γένη, scil. quæ caluariæ fracturis peculiariter dicata sunt: abstergendi, digerendi siccandíque vi prædita. At illud ignorans Plinius, ea esse falsò credidit quę capitis doloribus accommodarentur. Sic enim ibidem de Ichthyocolla: *Valere eam in capitis doloribus affirmant & tetanothris.*

Cap. CIII. *ἐν δρυῒ τῇ ἰξευτῇ*] Nulla, quod equidem sciam, quercus species est, quæ buxeo folio conspiciatur. Quamobrem ista buxi folia, non quercui seu robori tribuenda sunt, sed ipsi potiùs frutici: qui cùm suam sedem nō habeat, perpetuò in aliena sede, ac in quercu potissimùm, viuit, eiúsque radice nititur & alitur. Ideóque sic videtur emendandus hoc loco Diosc. cōtextus: *γίνεται δὲ ἐν ἑτέροις καρποῦ ἀλλοτρίου τῷ θάμνῳ σφηνωθεὶς ἐν δρυΐ, ἔχοντος τὰ φύλλα*, &c. Porrò frutex hic non in quercu aut robore tantùm, sed, vti etiam deinde subdit Diosc. in aliis plerisque nascitur arboribus, veluti pyro, malo, cerro, terebintho, ilice, pruno, castanea, sorbo, larice, abiete, pino, ac ipsa quoque olea, saltem in Palæstinæ regione: si quibusdam fides habetur, qui eo loco viscum in olea rubentibus baccis nasci retulerunt. Attamen ex Theoph. sententia, lib. 2. de caus. plant. cap. 23. quod abieti pinóque innascitur viscum, priuatim Stelis EVboensibus, & Hyphear Arcadibus dici videtur. Cęterùm quāuis idē Theophrastus, ipsúmq; secutus Plinius, Viscum nasci prodiderint ex ipsius acinorū semine, per aluos reddito turdorū, palumborum cæterarúmque id genus auicularum, postquam acinorum baccarúmve pulpam intra suos ventriculos cōcoxêre: verior nihilominus summi tū Philosophi tum Medici Iul. Cæs. Scaligeri sentētia mihi videtur: qui quidē in exotericis in Cardanū exercit. eundē fruticē spōte naturæ potiùs

ex aliqua arborum quibus innascatur portione, seu potiùs ex ipsarum arborum vitali excremẽto gigni retulit: haud secus atque belluarum cornua ex ipsorum ossium internis primordiis pullulare consueuerunt. Atque eò quoque spectasse videtur Ion poeta Chius, dum, in fabula Oeneo, Viscum quercus sudorem esse prodidit.

Cap. CIIII. πεπίεδρον μελανι οἶνου] rectiùs, πιέδρα; vel antè, χυλισθῆ. Sic & superiùs ἐκ τῆ, περιέχουσι, legendum hauddubiè, περιέχει, seu περιέχεται.

Cap. CV. ἀπόπταχυ, φύλλα ἔχει] Tam variæ sunt discrepantésque quæ à varijs Autoribus assignantur Alyssi descriptiones, vt quænam verè planta sit ἄλυσσον, internoscere sit perquàm difficile: siquidem Diosc. descriptio satis est manca, vt & aliæ pleræque. Gal. verò, 2. de antid. Alysson herbam scribit esse marrubio similem, sed asperiorem magísque spinosam circa suas pilulas seu verticillos, (σφαίρια nominat) flore interim in cæruleum inclinante. Aëtius autem, lib. 1. vnam & eandem ait existimari cum Heraclea sideritide, quæ secus vias vbique nascitur, flore purpurascente foliisque crassioribus: aut, si τραχυτέροις legere mauis, asperioribus. Rursúmque lib. 6. cap. 24. sideritidem Heracleam ab Alysso minimè differre palàm indicat, vti & Paulus, lib. 5. cap. 3. At Plinius lib. 24. cap. 11. erythrodano seu rubiæ similem facit. Nam posteaquam de erythrodano egit: *distat ab eo*, inquit, *qui Alysson vocatur, folijs tantum & ramis minoribus*. Auicenna denique, lib. 2. tract. 1. Alysson, quod *Algasesem* appellat, facit lilio proximum. Quanta verò sit similitudo lilij cum rubia, sideritide, marrubio, vnicuique iudicandum relinquimus: interimque de Alysso certi vix quicquam statuere possumus.

λυγμοὺς τὰς δίχα πυρετοῦ λύει] Hanc mirificam planéque insignem Alyssi ad singultum inhibendum vim atque facultatem silentio minimè prætermisit Plutarchus, συμπ. lib. 3. hisce verbis: τὴν δὲ ἄλυσσον καὶ λουσθεῖσαν βοτάνην καὶ λαβόντας εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες, απαλλάττονται λυγμοῦ. λέγεται δὲ καὶ ποιμνίοις ἀγαθὴ καὶ αἰπολίοις, περιφυτευομένη ταῖς μάνδραις. hoc est, *Alyssos herba vel manibus tantùm contrectata, aut etiam inspecta, liberat à singultu. Fertur & armentis & gregibus vtilis, si conseratur circum illorum cubilia.* Ex iis verbis satis intelligitur, emendandum Plinij contextum, quo loco de Alysso agens, *Mirum est*, inquit, *quod additur, sanem conspecto omnino frutice eo sanari*. Neque verò legendum, vti voluere nonnulli, *insaniã sanari*: sed, *singultum sanari*, restituendum videtur.

φακοὺς καὶ ἐφήλεις] Gal. & Aëtius, ἀλφοὺς καὶ ἐφήλεις ἀποκαθαίρει. *alphos & solares maculas expurgat*. Paulus, νεφροὺς τε ἐκφράττει καὶ ἐφήλεις σμήχει, *renum obstructiones amouet, & solares maculas abstergit*. Hunc imitati Auicennas & Auerroës Alysson renum etiam obstructiones liberare prodiderunt.

δοκεῖ δὲ καὶ λύσσας κυνὸς] λύσσας κυνὸς plerique interpretantur, *canis rabiem*: quibus quidem verbis nescio an significare voluerint rabiem à morsu canis inductam. Equidem apertiùs tollendæ ὁμωνυμίας gratia, *rabidi canis morsum* reddidi. Gal. lib. 6. simpl. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ τὰς λύσσας, ἐπεὶ τὸ θαυμαστὸν ὀνίναται τοὺς ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς δεδηγμένους, &c. Idem repetunt Paulus & Aëtius. Plinius loco citato: *nomen*, inquit, *accepit Alysson, quòd à cane commorsos rabiem sentire non patitur.* Hæc cùm ita sint, in hac voce ἄλυσον σ geminandum esse nemo non videt: quantumuis in vulgatis exemplaribus cum simplici σ scriptum reperiatur. Cæterùm illud obiter annotandum, quod lib. de Antidotis 2. ex Antonij Coï sententia Galenus admonet: legendam eam herbam sub æstu Caniculæ, deberéque siccatam tundi, cribrari ac diligenter asseruari, ne diffletur.

Cap. CVI. ἐν μαστοῖς καὶ μήτραις] Lege, μάστρας, vel, μήτρα. Sic Paulus libro septimo, de Asclepiade: καταπλασσομένη δὲ πρὸς τοὺς τῶν θηρίων δηγμάτων. καὶ τὰ ἐν μήτρᾳ καὶ μαστοῖς κακοήθη. hoc est, *adhibita proficit ad venenatorum morsus, & vuluæ mammarumque maligna vitia.*

Cap. CVII. ἄκανθα ἐστὶν ἐοικυῖα κνίκῳ] Atractylin alio nomine κνῆκον ἀγρίαν nominant Paulus & Oribasius. Aëtius verò aliàs κνῆκον ἄγριον, aliàs verò αἱμόρροιαν, appellari scribit. Theophr. hist. stirp. libro sexto, capite quarto, postquam cnici vtriusque syluestris mentionem fecit, ex hisque genus alterum scripsit cnico satiuo simile esse, πλὴν (inquit ille) ἀπὸ τῶν κεφαλῶν. διὸ καὶ ἐνίοις (sic enim legendum, non ἐνίαις) ἐχρῶντο αἱ ἀρχαῖαι γυναῖκες ἀντὶ κανόνων, hoc est, *nisi quòd caule sit rectiore seu rigidiore: quam ob causam eo nonnullæ priscæ mulieres pro colo vtebantur*: paulò pòst etiam Atractylidis mentionem facit, quam scribit, ἴδιον ἔχειν τι φύλλον, ἐὰν ἀποτρίψῃ καὶ τῇ χειρὶ προσαποτρίψῃς, αἱματώδη ποιεῖ τὸν χυλόν. διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην. ἔχει δὲ τὴν ὀσμὴν βαρεῖαν καὶ χυλὸν φονώδη, vel potius, καὶ χυλὸν φοινώδη. id est, *peculiare id habere in folio, ut decerptum cutique admotum cruentum succum ex se reddat. unde hæc spina φόνον, hoc est, cruoris, nomen apud quosdam inuenerit. Habet verò odorem grauem succúmque cruentum.* &c. Hac ipsa de causa existimo etiam apud Aëtium αἱμόρροιαν nomen obtinuisse. Hanc porrò Theophr. Atractylin, quæ affricto folio succum sanguineum redderet, sæpiùs Copetij in arcis horto, studio ac diligentia nobiliss. honestissimæque matronæ vxoris D. Cleruantij, satam conseruatámque, magna cum voluptate conspeximus.

Cap. CIX. ὅμοια ὡς τινὰ] Aut particula, ὡς, hoc loco redundat, aut pro ea legendum πως, vt sit, ἄνθη ὅμοιά πως &c. *flores quodammodo similes.*

Cap. CX. ῥίζας ἔχουσα] Malui hæc singulari numero legere, quàm vt habet Aldinus codex, ῥίζας μελαίνας ἔχουσα, &c. Sic enim Plinius de Leontopetalo, lib. 27. cap. 11. *Radix rapo similis, grandis, nigra.* Neque verisimile est plures esse Leõtopetali radices, totidem rapis similes. Huc adde quòd quæ planta vulgo creditur esse Leontopetalon, quæque Diosc. & Plinij descriptioni satis aptè respõdere videtur, vnica radice prædita visitur.

Cap. CXI. ὀρθὸν τῷ φύλλῳ ὅμοιον] Plinius, lib. 25. cap. 5. Teucrium (ab inuẽtore Teucro sic dictum) neque florere vnquam neque semen gignere scribit, quo loco hemionitim Diosc. describit. At illicò pòst de Teucrio vero agens, (Teucriam aliàs vocat, Τευκρίδα Oribasius) fo-

lium non quidem ciceris, sed fabæ illi tribuit, & ramos hyssopi.

CAP. CXII. καὶ ἀλιφοειδῆ] Tam leue est inter [illegible] & [illegible] discrimen, vt harum vocum alterutram hoc loco redundare sit existimandum: nisi malumus ista, καὶ ἀλιφοειδῆ, cum sequentibus coniungere, hunc in modum: καὶ ἀλιφοειδῆ [illegible]. Hanc lectionem ego eò lubentiùs secutus sum, quòd & Plinius, postquã Trissaginis vires ex Dioscoridis sententia fusiùs persecutus est, libro 24. cap. 15. *Excalfacit*, inquit, *perunctione*. Sed & Serapio ipse ita legisse videtur. Habet enim ipsius Interpres: *Et quando linitur cũ ea corpus, calefacit ipsum*. Cæterùm Theoph. hist. lib. 9. cap. 10. aliam vim folijs, aliam semini Trissaginis assignat, his verbis: [Greek illegible] &c. hoc est, *Trissaginis quidem folia ad rupta & vulnera in oleo trita valent, itémque ad depascentia vlcera: semen verò bilem purgat, oculis etiã beneficum est. Sed & folium tritum in oleo argemis adhibetur*.

CAP. CXIII. [Greek illegible]] Suspicatur Plinius, lib. 27. cap. 11. eandem esse cum Leucade leucem quandam mercuriali similem, quam mesoleucon quidam vocarint, quòd per medium folium lineam candidam transcurrentẽ habeat. Sed quàm rectè, aliorum esto iudicium.

CAP. CXIIII. [Greek illegible]] Lychnidem plantam, à lychnitide planè diuersam, Plinius rosam Græcam appellat, lib. 21. cap. 4. aliâs flammeam nominat.

CAP. CXVI. [Greek illegible]] Sic Gal. 6. simpl. cap. de Lilio: [Greek illegible]. Hinc patet, apud Plin. lib. 21. cap. 19. pro, *Folia in aceto cocta vulneribus imponuntur*, fortasse legendum, *folia in aceto condita*, &c.

[Greek illegible]] Cum Cornario & Serapione [Greek illegible], restituere malim [Greek illegible], vt sit: [Greek illegible]. Sic enim Gal. 6. simpl. de Lilio. [Greek illegible] &c. hoc est, *Imposuimus etiam quandoque & foliorum succum cum aceto & melle ipsum æquantes, (erat autem succus ad vtrunque quintuplus) fiebátque insigne medicamen ad ea omnia quæ citra morsum valenter exsiccari postulant, vti vulnera omnia ingentia*. Hunc secutus Aëtius, lib. 1. scribit in hæc verba. [Greek illegible] &c. Sed & Diosc. lib. 1. [Greek illegible] cap. 183. quo loco hoc idẽ remedium iisdem propè verbis repetit, sic habet: [Greek illegible] hoc est, *Quin & lilij foliorum succus in æneo vase cum aceto & melle coctus, præstantissimum existit medicamentum liquidum, quo imbuuntur concerptæ linamenta, quæ deinde vlceribus induntur*. Paulus lib. 7. de Lilio agẽs, composita voce vsus est, hisce verbis: [Greek illegible] i. *liliorum succus sanitatis vernus prodest cum oxymelite*. Cæterùm [Greek illegible],

[Greek illegible], in contextu, lege [Greek illegible]: atque eò spectat illud Aëtij, loco citato, [Greek illegible], id est, *ad mellis liquidioris consistentiam*.

[Greek illegible]] Id fortassis innuere voluit Dioscorides, quod & Plin. lib. 21. cap. 5. dum arte tingendorum Liliorum rationem tradit, vt deinde purpurea nascantur. *Mirum verò*, inquit ille, *ut tingi aliquid, ut nascatur infectũ*. Porrò pro, [Greek illegible], quod statim sequitur in Diosc. contextu, lego, [Greek illegible]. Est enim euidẽs [Greek illegible] discrimen.

CAP. CXVII. [Greek illegible]] [Greek illegible] addidimus ex Oribasio & vetusto Lacunæ codice. *Nigriora* etiam adijcit Plinius, libro 27. cap. 8. *Ballotem alio nomine*, inquit, *melamprasion Græci vocant, herbam fruticosam, angulosis caulibus, nigris, hirsutis, folijs vestientibus maioribus quam porri & nigrioribus, graueolentibus*. Verùm eo loco Plinius vocis similitudine aut corrupti codicis vitio deceptus, [Greek illegible], quòd est *marrubium*; in [Greek illegible], quod est, *porrum*, cõmutauit: vti & cùm de stachy agit lib. 24. cap. 15. Stachyn enim, quam Diosc. & Gal. marrubio similem esse agnoscũt, porri similitudinem habere tradit. Sed eundem quoque Plinij lapsum in hormino deprehẽdes.

[Greek illegible]] Lego [Greek illegible], vt ad præcedens [Greek illegible] referatur. Nã quod ad caules spectat, iam in principio capitis Autor nigricantes eos esse admonuit.

CAP. CXVIII. [Greek illegible]] Eodem seruato nominis etymo, Plinius etiam melittida nominat, lib. 21. cap. 20. *Melissophyllo*, inquit, *siue melittide si perunguantur aluearia, non fugient apes*. Nicander in Theriacis etiam [Greek illegible] appellat, quo loco sic habet:

[Greek illegible]
[Greek illegible]
[Greek illegible]

Sic Virg. 4. Georg. per syncopen dixit:

Trita melisphylla & cerinthe ignobile gramen.

Sed illud ab Apiastro perperam distinguere videtur Plin. lib. 21. cap. 12. quo loco, ceu diuersa, Melissophyllon & Apiastrum circum apum aluearia serenda esse scribit.

[Greek illegible]] Cum legeretur in impressis vulg. cod. [Greek illegible], legẽdum censui, [Greek illegible], vel etiam [Greek illegible]: nam [Greek illegible] cũ vtroque casu rectè iungitur. Anteà lib. 1. malum eiusmodi citrium vocarat, [Greek illegible], nisi fortè eo loco vitium fuit librariorum.

[Greek illegible]] *Melissophyllon præstantissimum esse contra vuluarum strangulationes, addito vino*, scribit Plinius, lib. 21. cap. 20. quo quidem loco fortasse *fungorum strangulationes* legi oportet, quantum ex hoc Diosc. contextu licet colligere.

CAP. CXIX. [Greek illegible]] Sunt qui [Greek illegible] legant: sed [Greek illegible] potiùs meo iudicio legendum foret, hoc est, *rugosum*.

[Greek illegible]] Lege, [Greek illegible], quia vocem hanc referri par est ad superius illud, [Greek illegible]: nisi mauis, [Greek illegible], legere, cuius oppositũ, [Greek illegible], habuimus in præcedenti capite.

CAP. CXX. [Greek illegible]] Plinius, lib. 24. cap. 15. Stachyos folia, quæ hic cãdida describuntur à Diosc. *coloris* ait esse *in luteum inclinati*. Ibidem, vt sæpenumerò aliàs, fallitur vocum [Greek illegible] & [Greek illegible]

σίου similitudine deceptus, dum Stachyn porri similitudinem habere scribit: quod & iam antè annotauimus.

Cap. CXXI. ἐξ σίσαρος ἐγχυμαλώδη] Lego, ἐγχυμαλώδη, vt ad proximum, φύλλα, referatur: maximè cum Phyllitidis sola folia sint in vsu.

Cap. CXXII. οἱ δὲ φαλάγγιον] Malim φαλάγγιον vel φαλαγγίτιν. Ita enim nominat Gal. 8. simpl. quo loco, φαλαγγίτης, inquit, ὅπως ὠνόμασται, ἐκ δ' ἐνεργεῖ ἀπὸ τῶν φαλαγγίων δηγμάτων. hoc est, *Phalangites ex eo nomen sortitus est, quòd à phalangio demorsis opitulatur:* quod ipsum totidem ferè verbis repetit Paulus AEgineta. Sic & Plin. lib. 27. cap 12. *Phalangites à quibusdam phalangion vocatur, ab alijs leucanthemum,* vel (vt in quibusdam exemplaribus inuenio) *leucacantha*, &c.

σπέρμα δὲ μικρό] Lego, μακρό: quod enim paulò pòst dicitur, quàm lentis dimidiæ gracilius esse, crassitudini non bene respõdet. Huc adde quòd & Plinius ita legisse videtur. Nam loco modò citato, *Phalangitem* scribit esse *semine nigro, lato, ad lenticulæ dimidiæ figuram, multò tenuiore.*

ὕστερον γὰρ συστέλλεται] Dalechampius vir doctiss. legit, vt audio, ἐκλευκαίνεται. Verùm nihil immutandum censui, quanuis, dum tẽporis lapsu contrahitur corrugatúrve radix, verisimile quoque est, si anteà fuerit viridis herbaceive coloris aut pallida, ex consequenti colorem quodammodo immutari.

Cap. CXXIII. οἱ δὲ ὀξύφυλλον] Plinius tria facit Trifolij genera, ac suis singula quæque distinguit nominibus, lib. 21. cap. 9. his verbis: *Folio coronat & Trifolium: tria eius genera. Minyanthes vocant Græci, alij asphaltion, maiore folio, quo vtuntur coronarij: alterum acuto, oxytriphyllon: tertium ex omnibus minutissimum.* At Galenus, lib. 8. simpl. æquè ac noster Dioscorides, vni & eidem plantæ diuersa illa tribuit nomina. τρίφυλλον, inquit ille, οἱ δ' ἀσφάλτιον, οἱ δ' ὀξύφυλλον, ἔνιοι δὲ μινυανθὲς, ἔνιοι δὲ κνίκιον ὀνομάζουσι. τὰ μὲν τρία συμβεβηκότων τῷ φυτῷ τὰ ὀνόματα ... τὰ δ' ὑπόλοιπα δύο οὐκ οἶδ' ὅπως. hoc est, *Trifolium quidam asphaltium seu bituminosum, quidam oxyphyllum nominant, nonnulli minyanthes: sunt & qui cnicium vocitent. tria quidem prima nomina ab ijs quæ frutici accidunt: reliqua duo, haud scio qua ex causa.* Quanquam Cnicium dictum nos existimamus, quod, teste eodem Gal. lib. de ther. ad Pis. semen agresti cnico simile gerat. μινυανθὲς verò ἀπὸ τοῦ μινύου, hoc est, μικροῦ ἢ βραχέος, καὶ ἄνθους, deducto vocabulo, quòd vel exiguus huic Trifolio sit flos, vel breuis durationis, aut etiã ἀπὸ τοῦ μινίου, hoc est, minio, quòd flos ille ad minij colorem accedat. Quòd si cui scriptura altera magis probatur, μηνυανθὲς dici potuit ἀπὸ τοῦ μηνύειν, τὸ ἀρχόμενον ἔαρ ἀνθοῦν, quia vel flore suo sese prodat, vel ipsum statim initio veris ostẽdat. Sed vt ad rem: Columella quoque grauis autor Simonianum Trifolium cum asphaltio, ab odore graui neque bitumini absimili ita dicto, & acuto Trifolio propter figuram ita vocato, idem omnino facit, lib. 6. de re rust. cap. 17. Cæterùm siue hîc ὀξύφυλλον legas, vti & habetur apud Galenum, siue ὀξυτρίφυλλον, velut apud AEginetam, Plinium & Scribonium Largum, parum interest.

Had. Iunio Siler montanum legi placet.

μινυανθὲς, χυλοῦσί τε] Lego, χυλοῦσι: sed nolim sublata distinctione vocem eam cum proximè sequenti, καὶ δεῖ ἀνοθῆναι, iũgere, vti Marcellus faciendum censuit.

φύλλα ὅμοια λωτῷ τῷ δένδρῳ] Hanc herbam Galenus, lib. de Ther. ad Pis. scribit, ὑακίνθῳ ἐμφερέστατον, ὄζειν τοῦ ἔαρος ἐγκύμων φύηται. Verùm quænam est, quæso, huic Trifolio cum hyacintho similitudo, nisi forte in floribus? & tamen tùm demum hyacintho simile esse eo loco scribitur à Gal. cùm verno tempore semine prægnat. Quamobrem cõijcio apud Gal. potius legẽdum, ἀσφάλτῳ ἐμφερέστατον, hoc est, *bitumen præsefert*, nempe odore. Nam & idipsum innuit Diosc. æquè ac Nicander: nonnisi cum adoleuerit, bitumen redolere. Porrò Marcellus non loto arbori, sed loto pratensi potiùs hoc Trifolium assimilandũ suspicatur. Ac reuera Nicander λωτῷ simpliciter Trifolij huius folia comparat: quod quidẽ dubitandi ansam non mediocrem illi præbuisse videtur. Sic enim Nicander in Theriacis, de hoc τριφύλλῳ agens (ita enim nominat, alijsque μινυανθὲς, alijs τρέμιθον dictum admonet: quem in locum Scholiastes Dionysio ἐν τοῖς ῥιζοτομικοῖς, μινυανθὲς, Callimacho vero τρέμιθον dictum annotat.)

χαίτην μὲν λωτῷ, φύλλοισι δ' ἄρ' ἔμβλεπον ὄρμενον,
ἠνεῖ τ' αὐτὰρ πάσῃ δὲ ἀσφάλτῳ εἴκελα πάντα
οἷόν τ' ἀσφάλτοιο ἀπορρέει ὀδμή, &c. quæ sic eleganter vertit Io. Gorræus:

Crine refert lotum, rutáque effundit odorem,
Cum verò totos florésque comásque decoras
Exuit, asphalum flagrat grauis.

Sed & ipse quoque αὐτὶ τοῦ λωτῷ τῷ δένδρῳ, lubenter restituissem λωτῷ τῷ ἡμέρῳ, nisi aliquoties Trifolij huius folia animaduertissem, saltem ea quæ in cacumine cernuntur, non malè suo acumine ac reliqua quoque figura loti arboris folia referre: at non item ternorum foliorum consociatione: quod etiam minimè voluisse Diosc. liquidò constat. Scribonius, Largus cap. 163. *Trifolium acutum* facit *folijs & specie & numero simile cõmuni trifolio, nisi quòd huius pleniora sunt, & quasi lanuginem quandam super se habent, & in extrema parte velut aculeum emittunt.* sed huius frutex, inquit, *duorum pedum interdum, aut etiam amplior conspicitur, & odorem grauem emittit: quorum nihil circa pratense trifolium inuenitur.* Hæc ille. Columella verò, de re rust. lib. 6. cap. 17. ipsum ita describit, Simonianum Trifolium appellans, ducto fortasse cognomine à Simo illo Medico, cuius mẽtio fit apud Plinium, quo loco de eodem hoc Trifolio agitur: *Inuenitur*, inquit, *confragosis locis, odoris grauis, neque absimilis bitumini & idcirco Græci ἀσφάλτιον appellant: nostri autem propter figuram vocant trifolium. Nam longis & hirsutis folijs viret, caulémque robustiorem facit quàm pratense.*

ὥσπερ κεραίας ἔχει] Hunc apicem seu aculeum non semini, sed folijs tribuere videtur Scribonius, loco antè citato.

ἔλαιον τῷ πήγανον] Lege ἔλαιον: deinceps enim seipsum Autor explicare videtur.

ὡς ὅπερ ἐλαίας ἔχει] Cornarius censet interserendam negationem, μὴ, vt legatur, ἔλαιον μὴ ἔχει. Quin & ita sensisse videtur Gal. lib. de ther. ad Pis. his verbis: τὸ τρίφυλλον ὅπερ τὸ ἀσφάλτιον τινὲς, ἀπὸ τοῦ δένδρου τοῦ φαλαγγίου ἢ καὶ τοῦ ἔχεως τοῦ ὅλου ἐπιλαβόμενοι, ἰῶνται αὐτὸ, καὶ διδόασιν αὐτὸ πίνειν ἐργάζεται. οἱ δέ γε ἐπ' αὐτοῦ μὴ διδομένου τὸ ἴσον ἐποίησαν τοῦ ὅλου ἐποιοῦντο

κατασταλεῖσι, τὸν αὐτὸν ἄλγημα καὶ τὰ αὐτὰ σύμπτωμα ὅμοιος τῷ δεδηγμένῳ ποιεῖ, &c. hoc est, vti nos conuertimus, *Trifolium si quis plurimum discoxerit, deinde locum à phalangio aut vipera commorsum eius decocto fouerit, malo remedium afferet, atque illico dolorem finiet. Si verò in alio quopiam minimè demorso locum sanum eodē illo decocto fouerit, parem doloris sensum pariáque omnia excitabit in eo symptomata, atque solent esse quibus demorsus infestatur.* Verùm aliud quiddam proculdubiò videtur voluisse Dioscorides, quàm verba illa Galeni prima fronte significēt. Vult enim Autor eandem illam aquam decoctam, quæ priùs affusa fuerit à serpente percusso, si alteri, cui ex quacunque alia causa vlcerata sit cutis, admoueatur, eundem doloris sensum inferre, quem percipiebat à serpente percussus. Plinius aliter censet, lib. 21. cap. 21. Postquam enim minyanthes Trifolium scripsit celebratis Autoribus tradi pro Antidoto contra venena omnia, aliáque non pauca in remediis eius ascribi: *Me, inquit, cōtra sentētias eorū grauissimi viri autoritas mouet. Sophocles enim poëta venenatū id dicit. Simus quoq; Medicus decocti aut contriti succum infusum corpori, easdem uredines facere, quas sentiunt percussi à serpente* [vel, *quæ fiunt percussis à serpente*: alterutro enim modo legēdum, si quid rectè iudico.] *Ergo non aliter utendum eo, quàm contra venena censuerim: fortassis enim & his venenis inter se contraria sit natura, sicuti multis aliis.* Hactenus Plinius. Sed tum Sophoclis illud, tum & quod in eandem sententiam Simus ille Medicus in medium protulit, de Trifolij succo accipi debere indubitatū est. qui venenato ictui morsuíve priùs adhibitus fuerit, indéque parem veneni labem contraxerit: quod & ipsum Diosc. & Galeni expressa verba testantur.

μέγνυται καὶ αὐτῆς] Supplendum, *βοτάνης*, aut potiùs legendum, *αὐτὸ*, vel, *αὐτῷ*.

CAP. CXXIIII. μικρὰ ὡς πολιαὶ τρίχες] Non quidèm capitula sola Polij, sed & ipsa folia canis hominum similia describit Plinius, lib. 21. cap. 7. quo tamen loco Polium cum Tripolio Diosc. confundere manifestò deprehenditur.

βαρύοσμον μετὰ ποιᾶς ἡδύτητος] *ἡδύτητα* itidem legunt Oribasius atque Serapio. At Lacuna in antiquo quodam exemplari, *δυσωδίας*, quæ vox *fœtorem* significat, legisse se asserit. Ac certè quidē Nicander in Theriac. odorem Polio grauem simul ac tetrum tribuere videtur, hisce verbis:

ἢ πόλιον βαρυοδμον, ὃ δὴ ῥίγιστον ὄδωδεν, hoc est, *aut Polium graueolens, quod perquam tetrum expirat odorem.* nisi fortè (quæ mea est sententia) legendum potiùs est, ὃ δὴ ἥδιστον ὄδωδεν, *quod suauissimè olet.* Porrò Scholiastes in eum locum annotat, Polium folio esse molliore & hirsutiore quàm thymi, radicē verò, lignosam. Atque illud ipsum est, quod de eo totidem ferè verbis refert Plin. lib. 21. cap. 20. *folia eius*, inquit, *thymo similia tradunt, nisi quòd molliora sunt & lanatiore canitie*, &c.

τὸ ἀπόζεμα πινόμενον] Quo ex liquore in singulis his affectibus propinari debeat, apertiùs definit Plinius, citato loco, hisce verbis: *Medici cum vino decoquunt recens uel aridum, illinúntque: uel splenetias propinant ex aceto, morbo regio in uino, & hydropicis incipientibus in uino decoctum.*

κακοστόμαχον δὲ καὶ κεφαλαλγές] *Stomacho tamen inutile esse, capútque co impleri, & abortum fieri poto aliqui tradunt*, vti Plinius ibidem admonet.

τραύματα κολλᾷ] Galenus certius aliquid de hac glutinandi facultate statuit, idque adhibita distinctione: dum ita scribit, 8. simpl. καὶ χλωρὸν μὲν ὑπάρχον ἔτι κολλᾷ τὰ μεγάλα τραύματα, καὶ μάλιστα τὸ θαμνῶδες εἶδος αὐτοῦ. ξηρὸν δὲ γενόμενον, ἰᾶται τὰ κακοήθη τῶν ἑλκῶν ἐπιπαττόμενον, καὶ μᾶλλον τοῦ ἑνὸς ὅσῳ τὸ μικρότερον. id est, *Polium etiamnum viride magna vulnera glutinat, præsertímque species eius fruticosa: aridum verò cùm fuerit, maligna ulcera sanat inspersum: & ad hoc efficacius id quod minus est.* Quo quidem loco perspicue satis Polij duo genera Galenus agnoscere videtur.

CAP. CXXV. φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις] In Scordij natalibus videtur à Dioscoride discrepare Plinius: quippe qui libro 25. cap. 6. prodiderit reperiri in Ponto, campis pinguibus humidisq;. At quidni etiam in montibus campi eiusmodi pingues humidíque reperientur, in quibus Scordium nasci possit?

ἐοικότα χαμαίδρυϊ] Plinius ibidem Scordium describit, *magnitudine cubitali, quadrangulo caule, ramosum, quernæ similitudine, folijs lanuginosis.* Sed eo fortè, loco legendum, non, *quernæ*, sed, *querculæ*, quo quidem nomine non ineptè χαμαίδρυν designare potuit.

τραύματα κολλᾷ] Gal. 8. simpl. Scordij viridis & sicci vires æquè ac polij. ita distinguit: κολλᾷ μὲν τὰ μεγάλα τραύματα χλωρὸν ἐπιτιθέμενον· ἀνακαθαίρει δὲ τὰ ῥυπαρὰ καὶ εἰς οὐλὴν ἄγει τὰ κακοήθη, ξηρὸν ἐπιπαττόμενον. Sic enim legendum ex Aëtio, non, ἐπιπλαττόμενον. hoc est, *viride quidem Scordium magna vulnera conglutinat illitum: sed aridum inspersum, sordida expurgat, malignáque ad cicatricem perducit.*

ἰσχυρότατον δὲ εἶναι τὸ Ποντικὸν] Lege, ἰσχυρότατον. Addit Lacuna ex vet. cod. τὸ λυδιακὸν, εἶτα δὲ τὸ Ποντικὸν, &c. *Efficacissimum*, inquàm, *Lydiam, deindéq; Ponticum.* Galenus primo de Antid. Scordium præfert Creticum: at non improbat tamen quod in aliis regionibus reperitur.

CAP. CXXVI. τὰ μὲν ὑπὸ τοῖς τὰ κάτω] Contrà habebatur in Parif. codice: τὰ μὲν ὑπὲρ τῆς γῆς τὰ ἄνω, λευκὰ, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς τὰ κάτω, χλωρά. Sed vetus & Aldina lectio potior, quam nos secuti sumus. Sic & Plinius, libro 26. cap. 6. folia Bechij agnoscit *subalbida à terra, supernè pallida.* Ita enim χλωρὰ reddit, quæ nos *uirentia herbacéiue coloris* interpretari maluimus. Ex ijs porrò est Plinius, quos tum in in operis totius præfatione, tum & hoc loco reprehendit Dioscorides, vt qui falsò opinati sint, Bechium caule, floribus ac semine carere.

ἄνθος ὠχρὸν] Quoniā Bechij flos luteo ac propemodū aureo fulget colore, ὠχρὸν, *ex luteo albicantē* vertimus, non vt plerique, *pallidum*: quanquam & aurum Catullo pallidum dicitur. Enimuerò τὸ ὠχρὸν, Platone teste, ex albo & flauo colore conflatur.

ῥίζα λεπτὴ, ἄχρηστος] Oribasius vocem, ἄχρηστος, prætermisit. Cornarius legit, εὔχρηστος, nec malè: nam & deinceps radicis vsus traditur minimè contemnēdus: neque is etiam à Galeno prætermissus est.

καὶ πάσας φλεγμονὰς ἰᾶται] Gal. 6. simpl. cap. de Bechio: τὰ μὲν δὴ χλωρὰ φύλλα ἐς τὰ φλεγμαίνοντα μέσως δυνάμεως ἐστιν, ἔξωθεν καταπλαττόμενα, ἀλλὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῆς ὑδατώδους ὑγρότητος, ὡς ἅπαντα τὰ χλωρὰ &

εἰσπλαῖ, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον μετέχει, τὰ γὰρ ὅσα ξηρὰ φύλλα τοῦ βηχίου, δριμυτέρας ἐστὶ, ἃ καθ' τὰ φλεγμαίνοντα, δυνάμεως. hoc est, *folia viridia partes phlegmone agrè ad maturitatem peruenientè obsessas adiuuant, foris adhibita: nempe propter aqueæ humiditatis admistionem: quam quidem virentia teneraque omnia, alia magis, alia minus, participant. Nam arida Bechij folia sunt acriora, quàm ut partibus inflammatis conueniant.* His verbis Diosc. mentem Galenus aperuit.

τοῦ ξηροῦ βηχός] Plin. lib. 26. cap. 6. *Tussilaginis aridæ cum radice fumus per harundinem haustus & deuoratus, veterem sanare dicitur tussim: sed in singulos haustus passum gustandum est.* veterem tussim dixit, quam Diosc. ξηρὰν, id est, *aridam*.

CAP. CXXVII. ἄνθη μικρὰ] Reliqui Interpretes, quantum video, flores hos tenuiori tantùm Artemisiæ à Diosc. tribui existimarunt. At cùm Artemisia πολύκλωνος duplex statuatur Dioscoridi, altera ἁδρὰ, hoc est, *crassa & vegeta*, altera tenuior, neque illę nisi florum virgultorùmque amplitudine aut tenuitate inter se differat: equidem flores vtrique pares tribui facilè crediderim, quod & ipsa sermonis series satis per se significare videtur. Præter has verò etiam tertiam μονόκλωνον dictã deinceps describit Diosc. quam perperàm Plinius, libro 25. cap. 7. cum ambrosia confundere videtur.

κιῤῥοειδῆ τῇ χροιᾷ] Lego, κηροειδῆ: ad illud enim, ἄνθος, referri debere mihi fit verisimile. Oribasius & Hermolaus, χαροποῦ, hoc est, *æris colore*, legisse videntur.

φύλλων < γ.] Plinius, lib. 26. cap. vlt. drachmã vnicam desiderare videtur: *Folia*, inquit, *potu drachma, ad eadem omnia prosunt, uel imposita uetri imo cum farina hordeacea.*

CAP. CXXVIII. Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος] Meritò à viris doctiss. Cordo, Trago, Marcello, Cornario & aliis propè omnibus, caput hoc, tanquam spurium & ascititium, à Diosc. contextu expungitur: cùm neque in vetustis exemplaribus reperiatur, neque vllo modo Diosc. phrasin redoleat. Adde quòd de eadem Artemisia ipsiúsq; viribus præcedenti capite iam coniunctim egisse Dioscoridem vnicuique constat. Interim quæ isto capite continentur, totidem ferè verbis reperias apud Apuleium, cap. de Artemisia tenuifolia: vbi & aliæ eiusdem Artemisiæ vires commemorantur.

CAP. CXXIX. εὐώδης, ἰδίᾳ] Aptiùs legas, ἰδίως. ad illud enim, θυμιώμενος, referri oportet.

καταπλασσόμενον ἀσώτευε.] In vulg. exempl. legebatur perperàm, κατάπλασμα φιλῶν. Plin. lib. 27. cap. 4. Ambrosiæ discutiendi vim, non item reprimendi, tribuere videtur, hisce verbis: *vsus eius ad ea quæ discuti opus est.*

CAP. CXXX. ἕτερον ἀμβροσίαν] *Ita Ambrosia vagi nominis est, & circa alias herbas fluctuatũ*, vt Plinij verbis vtar, lib. 27. cap. 4.

CAP. CXXXI. γεράνιον ἐν' βίον] Præter ista duo Geranij genera, tertium quoddam tradidit Plinius ex Latinorum sententia, libro 26. cap. 11. *simile cicutæ, folijs minutioribus, & caule breuiore, rotundo, saporis & odoris iucundi.* Sed à recentioribus artis herbariæ Professoribus longè plura Geranij genera recensentur: necnon & ab iisdem alteri Geranio, cuius nullum vsum Medicum sua ętate agnouerat Dioscorides, vires varię ac multiplices assignantur.

CAP. CXXXII. πινόμενον δὲ σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ] Vires alias Gnaphalij, pręter eas quę hic à Diosc. commemorantur, apud Plinium & Aëtium reperies.

CAP. CXXXIII. φύλλον ἄτιον] Theoph. lib. 4. cap. 11. folium illi denegare videtur, his verbis: *ἰδιώτατον δὲ πάντων ἐστὶν ἡ τύφη, καὶ τὸ ἄφυλλον εἶναι.* hoc est, *Typha id est maximè peculiare, quòd folio careat.* Sed eo loco clariss. vir D. Dalechampius, αὐτὸ τὸ ἄφυλλον, ἀρωματίζειν, legẽdum rectè censuit. Folia siquidem habere Typham satis compertum est: at flos non est foliis reliquorum more stipatus: quod ἀρωματίζειν voce designare voluit.

καυλὸν λεῖον, ὁμαλόν] Quotquot occurrerũt Interpretes, λεῖον, prætereà legisse videtur. At eam vocem, aut aliam quæ illi respondeat, in Græcis exemplaribus minimè reperio, vti neque apud Oribasium. Porrò ὁμαλοῦ voce, æquabilem simul & enodem caulem significauit Dioscorides. Nã & Theophr. hist. plant. lib. 1. cap. 8. scribit in hũc modum: *ἡ δὲ τύφη καὶ ἔνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφραχτα καὶ ὁμαλὰ, καθάπερ σχοῖνος.* hoc est, *Typha & quædam palustria aut lacustria, similiter nullo intercedente nodo æqualia sunt, veluti iuncus.*

δριμείας] *Gustus calidi*, reddidit Plinius, lib. 27. cap. 8. eũmque secutus est Hermolaus. At nos vtrum ad saporem, an verò ad facultatem ipsam vocem eam referri oporteat, in dubio relinquimus.

ὅσον μνᾶς δ'] Cornarius legit, ὅσον οὐγγίας δ'. quẽ nos eo lubentiùs secuti sumus, quòd & in radicis pondere Plinius à Diosc. multùm euariat. Is enim, citato loco, scribit, *macerari oportere in sextarys tribus quadrantem radicis contusæ noctem & diem.* Ac vt verè dicam quod sentio, maior videtur quatuor librarum quantitas, quàm vt earum infusum triduo propinari possit. Adde quòd tantam radicum molem vix tres vini sextarij capere possent, quin à radicibus vinum longè superaretur.

ὁ δὲ καρπὸς γάλα κατασπᾷ] Plinius contrà, eodem illo loco, *Semine*, inquit, *lac minuitur in vino aut aqua mulsa poto:* nisi fortè eo loco pro, *minuitur*, *mouetur*, restituendum est. Ægineta certè quidem de Circæa scribit in hunc modum: *ὁ δὲ καρπὸς σὺν ῥοφήματι ποθεὶς, γάλα ἐφελκεῖ.* *semen cum sorbitione potum, lac generat.* Sed & ipse Gal. Dioscoridem citans, sic habet: *κιρκαίας τὴν μὲν ῥίζαν φησὶ Διοσκορίδης σὺν οἴνῳ γλυκεῖ πινομένην ὑστέρας ἐκκαθαίρειν, ὄζειν δ' αὐτὴν καὶ θερμαντικήν.* (lege δριμυτικήν.) *τὸν δὲ καρπὸν ἐν ῥοφήματι διδόμενον, εἰς φορὰν γάλακτος συντελεῖν.* id est, *Circææ radicem scribit Dioscorides in vino dulci potam uuluam expurgare, cùm sit bene odorata & calfactoria: semen autem in sorbitione exhibitum, ad lactis generationem conferre.*

CAP. CXXXV. δερμάτων καὶ ἰκτέρων.] Suppleuimus cũ Lacuna ex veteri codice, καὶ ἰκτέρων & *regium morbum.* Paulus quoque, posteaquàm de œnanthe, hoc est, labruscæ flore, paucis, vt solet, egit, de OEnanthe herba, Diosc. verba citans, scribit in hunc modum: *ὁ δὲ Διοσκορίδης ἑτέραν οἰνάνθην ἀναγράφει, ἐναντίας τῇ προειρημένῃ ἔχουσαν δυνάμεις· ὅθεν δηλονότι φασὶν ἐκβάλλειν αὐτήν, καὶ στραγγουρίας καὶ ἰκτέρους ἰᾶσθαι.* hoc est, *At Dioscorides alteram describit contraria facultate præditam: unde & ipsam secundas pel-*

lere dicit & strangurlæ regióque morbo mederi.

CAP. CXXXVI. ἡ δὲ ἕτερα μικρὰ καλεῖ] Theoph. 6. hist. plant. cap. 7. Itémque Plinius, lib. 21. cap. 11. priora hæc genera Conyzæ (quam à necandis pulicibus *pulicariam* vertit Gaza) etiam describunt: minorémque ac tenuiorem, fœminam: maiorem, marem appellant: neque aliam vtriusque, quàm in folio, differentiam agnoscunt. Sed Plinius locis pluribus cunilam cũ Conyza cõfundere deprehenditur: quo tamen nomine aliàs thymbram, aliàs origani species varias designare videtur.

CAP. CXXXVII. σὺν μέλιτι, ὕδωρ ἐκ πρoστεθεῖσα] In huius radicis vsu mentem Dioscor. non satis expressit Plinius, dum sic habet, lib. 21. cap. 21. *Hemerocallis radix cum melle imposita ventri, aquam pellit & sanguinem etiam inutilem.* Nam πρόσθετα apud Medicos dicuntur quæ pessi modo subduntur induntúrve naturalibus, non item quæ ventri imponuntur. Plinius alibi ferè *appositum* reddidit.

ἐπὶ δὲ προσκεῖται] *quippe cùm ea radix*, inquit Gal. 6. simpl. *leniter digerat ac discutiat, simulque nonnihil repellentis facultatis obtineat.*

CAP. CXXXVIII. ἢ μήλινον, ἢ κυανοῦν] Ista verba, ἢ κυανοῦν, in Leucoio redundare existimat Marcellus. Sed neque apud Oribasium & Serapionem quicquam habetur, quod iis respõdeat. Quin & Plinius nullam cæruleæ violæ mentionem facit, lib. 21. cap. 6. quo loco sic habet: Violarum plura genera: purpureæ, luteæ, albæ: attamen deinde cap. 19. violam Martiam, pro Viola purpurea videtur accipere: manifesto errore. Ceterùm dum ῥίζαν τοῦ μέλανος λευκοΐου vsurpat Hipp. lib. de nat. muliebri, μέλανος nomine purpureum hauddubiè designat. Sic & ἴον μέλαν seu μελάνιον Theophrasto dicitur, viola Martia, à nigricantis purpuræ flore.

οἱ δὲ αὐτὴ ξηρὰ] Sic & Galen. lib. 7. simpl. Leucoij flores sicciores potiùs, quàm recentes desiderat. Rationem reddit Plinius, lib. 21. ca. 19. hisce verbis: *Minor vis est recentibus, ideoque aridis post annum utendum.*

καὶ αὐτὴ ὕδατι φλεγμονάς] Scilicet virium floris vehementia, admista aqua ita retũditur & mitigatur, inquit Gal. loco citato, vt ad inflammationes fiat vtile medicamentum.

σὺν δὲ μέλιτι ἄφθας] Idem habet Gal. Plinius verò non oris, sed capitis vlcera intellexit, lib. 21. cap. 19. Adde quòd foliis tribuit, quod Diosc. & Gal. floribus. Sic enim ille: *folia cum melle purgant capitis ulcera: cum cerato, rimas sedis & quæ in humidis sunt.*

CAP. CXXXIX. οἱ δὲ κραταιόγονον] Hoc κραταιόγονον, ἀπὸ τοῦ κρατεῖν τῆς γονῆς ita dictũ. Theoph. lib. 9. hist. plant. cap. 19. κραταιὸν (nisi quis error subest) nominat. & φυλλῶν scribit, ὥσπερ λίνον πύρινον, *nasci instar lini triticei*. quibus vocibus haud scio vtrũ μαλακώτερον designare voluerit, quòd illi folia sint lini æmula, an verò pro iis μαλάχινον sit restituẽdum. Plinius autem, lib. 27. cap. 8. *Crataeogonum spicæ tritici simile facit*: quod dum scriberet, fortasse cum spica triticea non quidem ipsius folia, sed culmorum cacumina, cõferre fuit in animo.

ἰσχυρῶς δὲ δριμὺ] *vehementer asperum gustu*, dixit Plinius. Gal. verò Diosc. secutus, 6 simplicium: Κραταιογόνου, inquit, τὸ σπέρμα ὁ καρπὸς καὶ δριμὺς γευο-μένοις ἐστὶ καὶ σφοδρῶς χρωμένοις, κέγχρῳ παραπλήσιος, id est, *Crataeogoni herbæ semen gustantibus acre est, & vehementer quidem iis qui eo utuntur, milio simile.* quasi velit, si quis tantum degustet, acre percipi: & vehementer acre, si quis non gustet modò, sed etiam vtatur. Oribasius habet tantummodò, δριμὺς γευομένοις ἢ σφοδρῶς, *sapore idem acre ac vehemens* esse innuens. Pro his perperam apud Paulum habetur de eodem semine, καὶ δριμὺς γευομένοις ἐστὶ καὶ ψυχρὸς, κέγχρῳ παραπλήσιος, hoc est, *& acre gustantibus est & frigidum, milio simile.*

CAP. CXL. ὥσπερ βρύον, ἔχει &c.] Etsi descriptio vtriusque Phylli apud Theoph. lib. 9. c. 19. ex nonnullorum sentẽtia mercuriali tum mari tum fœminæ aptiùs conuenire videtur, quàm Diosc. Phyllo, attamen ex illius verbis huiuſ ipsum Diosc. locum manifestò deprauatissimum ita restituendum censemus, dum certiùs quid alius quispiam in medium protulerit: ὥσπερ τι βρύον ἔχει ἐγγύτερον ἐλαίας, τὸ δὲ φύλλον χλωρότερον, καυλὸν &c. Nos verò hîc inter vertendum βρύον Græcam vocem retinere maluimus, quàm inepte muscum interpretari, sicuti fecit Gaza variis apud Theophrastũ locis: cùm tamen βρύον, de quo hoc loco & apud Theoph. sæpiùs agitur, nihil habeat cum musco commune. Neque enim dubiũ est, quin (quod accuratè obseruauit doctiss. Scaliger) βρύον inter cætera etiam significet, non verum quidem arborum quarundam florem, sed quiddam quod illi proportione respondeat, illiúsq; vicem impleat: quale in ficu, olea & quercu conspicitur.

ἀρχομένης ἐλαίας βοτρυώδης] rectiùs fortasse, βοτρυώδη, scilicet, καρπόν. Sed & hunc locum ita restituere visum est: ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἀρχομένης ἐλαίας βοτρυώδει. Nam si vulgatam lectionem retineamus, durius fortasse videatur αὐτὸς accipere, pro eo quod flori succedit, nimirum incipientis oliuæ rudimento. Vbi enim, quæso, florem in olea quæras, si iam sponte deciderit? Porrò neutrius φύλλου Galenum, Paulum, Aëtium, Oribasium, & Serapionẽ vspiam meminisse valde miramur: etsi, manente integra nostra Dioscoridei contextus emendatione, φύλλον vtrunque Diosc. nullis refragantibus notis id esse iure optimo contenderimus, quod Phylli nomine nobis non semel à piæ memoriæ Præceptoribus Rondeletio & Assatio in Monspeliensi agro demonstratum est.

CAP. CXLI. ἐλαίᾳ μακρᾷ ὅμοια] Theophr. lib. 9. hist. plant. cap. 19. ὄρχεως folium describit, σιλφιῶδες, λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον. hoc est, *quale laserpitij, at lævius & minus.* At eo loco legẽdum hauddubiè, σκιλλῶδες. Siquidem & ipse Plinius de Orchide agens, lib. 26. cap. 10. *Quidam*, inquit, *folio scillæ esse dicunt, læuiore ac minore, caule spinoso*: in quo & ipse fortasse deceptus vocis ὁμωνυμίᾳ labitur. Cùm enim alicubi legisset, καυλὸν ἀκανθώδη, *caulem spinosum* vertit, rectiùs, ni fallor, dicturus, *acantho similẽ*: quippe cùm sit Orchidi caulis cum florum nucamento, qualis acantho. Sed vt vt ad rem: Idẽ ipse Plinius haud ita multò pòst, Satyrium prius nullo pacto distans à Diosc. cynosorchide dum describit, illud ait esse *longioribus folijs, quàm oleæ, caule quatuor digitorum.* Rursúmque apertiùs, lib. 27. ca. 8. *Cynosorchim*, inquit, *aliqui Orchim nominant, folijs oleæ mollibus, teneris* &c.

Ita variæ sunt discrepantésque ὄρχεως descriptiones, quæ tamen hoc loco nimia sciolorum quorundam temeritate videntur in vnum coaluisse. Sed vt ei vitio medicinam aliquam salutarem afferamus, ita legere placet: σκιλλη μαλακα ὅμοια, συνέστηκε δὲ καὶ λῶα. Vel potiùs, vt sit lectoribus optio: μαλακά, ἐλαία ὅμοια, μακρόνηκε &c.

καὶ τὴν μὲν πάνυ] Legit Lacuna ex vetusto codice, καὶ τὴν μὲν σκληρὰν, τὴν δὲ μαλακωτέραν ἢ ῥυσσήν. hoc est, *& hanc quidem duram, illam verò molliorem & rugosam*. Ego verò legere malim hunc in modum, καὶ τὴν μὲν πάνυ καὶ μαλακὴν τὴν δὲ σκληρὰν καὶ ῥυσσήν. Nāq; & ita Plinius, nuperrimè citato loco: *radice oblōga, duplici ordine superiore quæ durior est, & inferiore, quæ mollior*. Neque verò dubium est, quin maior radicis bulbus, qui idem demissior est, succosior sit atque adeò mollior ac tenerior: qua etiam ratione ἁπαλὸς deinde Diosc. dicitur: minor verò, qui sublimior, tanquam flaccidus ac rugosus, durior & aridior. Siquidem mollia ferè sunt, quæ humidiora: & è contra dura, quæ licciora. Quòd si cui placet vulgatam lectionem retinere, necesse est μαλακὴν hoc loco pro *flaccida* accipiat.

τὴν μὲν ἁπαλόν] Enallage generis: ea enim vox per σύνεσιν ad ὄρχιν aut βολβὸν referenda. Porrò effectus huiusce, qui hoc loco à Diosc. commemoratur, causam hanc affert Galenus, 8. simpl. quòd maior bulbus copiosam humiditatem excrementitiam flatuosámque obtineat: minor contrà vsque adeò elaboratus sit, vt ipsius temperamentum ad calidius sicciúsque deuergat. Ita fit, opinor, vt quanuis geminæ radicis vtrique bulbo idem sit substantiæ modus, idémque sapor, maior tamen crassa flatuosáque sui substantia flatus excitet: minor verò, aridiore illo & macilento suo corpore humorem exiccet, à quo flatus excitatur, qui salaces facere consueuit. Cæterùm nisi me moueret Galeni & Plinij autoritas, illa de eodem bulbo recente & sicco à Diosc. recitari facilè crederem, quo modo & Serapio verba Diosc. accepisse videtur.

CAP. CXLII. ἱστορεῖται δὲ καὶ ἄλλο Σάτ.] Hunc tamen ὄρχιν σεραπιάδα, quem etiam τετράρχιν appellant Paulus & Aëtius, ait Galenus, quia antedicto siccior sit, ad stimulandos coitus non esse perinde accommodatum.

CAP. CXLIII. ῥίζαν βολβώδη] Hanc radicem Plinius, lib. 26. cap. 10. ex Græcorum sententia *geminam* ait esse, *cuius inferior pars & maior, mares gignat: superior & minor, fœminas*. Sed vereor, ne hac in parte Satyrium cum Orchide confuderit.

CAP. CXLIIII. σπέρμα λινοσπέρμῳ ἐμφερές] *Aliud genus Satyrij erythraicum vocant*, inquit eodē loco Plinius, *semine viticis, maiore, leui, duræ radicis cortice rubro*: quibus verbis, aliter atque Diosc. semen viticis Erythronio tribuit. Sed & in corticis colore ab eodem illo nonnihil discrepat.

CAP. CXLV. ὅρμινος ἥμερος] Quoniam excepto semine reliqua descriptio vtrique tam syluestri quàm satiuo Hormino conuenire videtur, ἥμερου vocem à Diosc. contextu expungendam existimauerim, vt & ab ipsa capitis inscriptione: cùm hoc vno eodémque capite de vtroque Hormino palàm agatur.

στρογγύλον διειλοντα φαιόν.] Plin. lib. 22. cap. 25. aliter ac Diosc. alterius nimirum syluestris Hormini semē candidius esse dixit, quod hic Diosc. φαιὸν. i. *fuscum*. Attamen & illud tolerari potest, quoniam fuscum nigro comparatū, etiam candidius esse cōstat. Satiui autem Hormini semen κυμινώδες, hoc est, *cumino simile*, faciunt Theoph. atque Plinius, ipsúmque inter fruges cereales enumerant: quemadmodum & ipse Gal. in lib. de alim. fac. quo loco Horminum inter irionem & cuminum mediæ esse naturæ prodidit.

CAP. CXLVI. ἐν πεδίοις καὶ πυροῖς] Nascitur & inter aphacam, vti scribit Theoph. 8. stirpiū hist. lib. eámque etiamnum suo complexu necare dicitur, non item lentem, vti habetur apud Plin. lib. 18. cap. 17. cùm ἀπὸ τῆς ἀφάκης, φακὸν fortasse legisset. Lenti enim non Securidaca, sed aparine ex ipsius Theoph. sententia pestilens esse fertur.

CAP. CXLVIII. ἡ ῥίζα δὲ καὶ τὸ σπέρμα] Quæ recitantur à Dioscoride Nymphææ vires, radici tantùm ac semini tribuūtur: quippe quibus refrigerandi simul & exiccandi facultas est. At flos ipsáque folia humectandi refrigerandiq; vim habent, quod præter experientiam Arabum familia testatur.

ἐν Ἠλιδι ἐπὶ τῷ Ἀνύγρῳ] Amnis hic Anygeris est, qui Helidem regionem irrigat. Ille idem Μινύειος, ac ipsi quoque Homero Μινυήιος dicebatur, ἀπὸ τῶν Μινυῶν, qui eò cum Chloride Nestoris matre ex Orchomeno Minyæo venerant. Deinde verò Ἄνυγρος dici cœpit, ὅτι τὸ ὕδωρ αὐτοῦ ἀφορόν ἐστι, vti recitant Pausanias & Strabo.

CAP. CL. πία δὲ ἐστ αὐτῆ] ἀντὶ τοῦ, αὐτῆς, restituimus, πόα, ex Oribasio, itémque Plinio, qui lib. 27. cap. 4. de Androsace sic habet: *Androsaces herba est alba, amara, sine folijs, folliculos in ramis habens*, &c.

CAP. CLI. ἄσπληνον, οἱ δὲ σκολοπ.] Asplenū à Scolopēdrio distinxisse videtur Gal. lib. 15. simpl. cap. 12. dū remedia maioribus lienis obstructionibus dicata recensens, vtrunq; seorsim enumerat, ἄσπληνον καὶ σκολοπένδριον. Verùm eo loco alterutrum redundare facilè crediderim: quoniā idē ipse, locis aliis, & maximè lib. 9. de comp. med. κατὰ τόπ. ἡμιονίτιδος ὅσον λέγω ἢ σκολοπένδριον, nomina huic vni eidémque plātæ manifestò tribuit. Sed & Theophrastus ἡμιόνιον & σκολοπένδριον prima fronte diuersa fecisse cuipiam videbitur: quoniam lib. 9. cap. 19. τὸ ἡμιόνιον, seu potiùs, τὸ ἡμιόνιον, ita dictum, quòd (quemadmodū ipse testatur) eo muli delectentur, scribit ὅμοιον ἔχειν φύλλον σκολοπένδρῳ. Veruntamen & eo loco legendū fortasse fuerit, vt hic apud Diosc. σκολοπένδρα, vel etiam σκολοπένδρῳ. Nam & id animalculi genus vtroque modo apud Græcos effertur.

φύεται ἐν τοίχοις ἢ πέτραις] Malim ἐν πέτραις & τοίχοις τοῖς ἀπὸ κοχλάκων. Nam vel inter saxa, vel in parietibus humidioribus, qui è calculis silicibúsve coagmentati sint, ferè Asplenon inuenitur. Ita verò parietes id genus distinguere voluit Autor, ab iis qui è solida structura, nempe vel è quadrato lapide, vel è lateribus probè iunctis eriguntur.

CAP. CLIII. ῥίζα ὅμοια κιχορίου] Plinius, vt prius Anthyllium (sic enim nominat) in sabulosis nasci prodidit, (quem nos in eo, vt & Diosc vetustum codicem secuti sumus, quanuis vulgatę lectioni astipuletur Auicenna, sub fin. lib. 2.)

ita & posterius addit, *in saxosis inueniri.*

CAP. CLIIII. χνωζουσα αὐτῆς] Lego, ἄνθη μὲν χνοάζοντα, αὐτῆς δὲ ξανθὰ ὄντα &c. At Theoph. lib. hist. 7. cap. 13. in anthemo, quod idẽ est cum Anthemide, τὸ ἐν τῷ μέσῳ τῆς αὐτῆς χλωρὸν dixit, ea voce minime significans viride aut herbaceum, sed potius luteum: nisi forte de floris ima parte cõceptaculo proxima illud intellexit. Superius verò, ἀνὰ δὲ, κυανάριον, lego cum Marcello, φυλλάρια. Nam & ita Serapio legisse mihi videtur: & ita legendum etiam ipsa contextus series per se satis indicat. Sed & inferius, pro eo quod est, πλύζεται δὲ, aptius legas mutato numero, πλύζονται δέ.

συγκλώσματα μετ᾽ ἐλαίου] Cum Cornario viro doctiss. συγχρίσματα, legendum censeo: nam & ita legisse Serapionẽ mihi fit verisimile. Sed & Chamæmelo, ad eum quem tradit Diosc. modum in pastillos digesto, solitos perungi febricitantes ex Nechepsonis AEgyptij sententia docet Aëtius, cap. de Anthemide: quanquam & ipse non negat, etiam in potu febricitantibus exhiberi. Sunt autẽ hæc Aëtij verba: Νεχεψὼν δὲ ὁ Αἰγύπτιος παραινεῖ, αὐτὸ τὸ ἄνθος καθαρὸν τῆς χαμαιμήλου ἀκμάσαν συλλέγειν, καὶ τοῦτο ἐν ὅλμῳ, ἵνα λεῖον ᾖ, μάλα ἐν θυίᾳ, & ἀναπλάττειν τροχίσκους συμμέτρους, καὶ ξηραίνειν ἐν σκιᾷ ἀκριβέστατα, & ἀποτίθεσθαι. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας λαμβάνειν τροχίσκον ἕνα, ὡς ὀλίγου δεῖ ἐλαίῳ, καὶ οὕτω τὸ σῶμα ἀπὸ κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν ἐπὶ τῶν πυρεσσόντων, &c. hoc est, *Nechepson autem AEgyptius purũ Chamæmeli florem integram maturitatem assecutum colligi iubet. & in pila tundi ac exactissimè cõteri, atq; ex eo trochiscos mediocres formari, qui accuratissimè in umbra siccati reponantur. Vsus tempore unum ex ipsis teri oportet, oleo primario quantum satis sit affuso, indéque eutusum febrientis corpus à capite ad pedes illini,* &c. Huius quoque ipsius vsus Chamæmeli ad febres abigendas & ipse Galenus meminit, tertij simpl. cap. 9. Sed quicquid censeant AEgyptij, eas potissimùm febres Chamæmeli perunctione sanari scribit, quæ citra visceris alicuius inflammationem infestãt, ac præsertim quæ ex humoribus biliosis aut cutis densitate proueniunt: quanquam & cæteris febrium generibus, si modo concoctæ fuerint, non parum conferre deinde fatetur.

CAP. CLV. Παρθένιον, οἱ δὲ ἀμάρακον] Sic Plinius, libro 21. capite 30. *Parthenium, alij leucanthemon, alij amaracum* (sic enim legendum ex Diosc. & Gal. non, *tamnacum*) *vocant. Celsus apud nos perdicium & muralem herbam.* Sed eo loco nominis Parthenij ὁμωνυμία Plinium fefellit. Neq; enim Parthenion, de quo agit Celsus, libri 2. cap. 33. aliud est quàm helxine Græcorum, herba ab hoc Diosc. Parthenio longe diuersa. Parthenij verò nomine præter helxinen diuersas quoque alias plãtas designari, (vt Diosc. & Plinij testimonia impræsentiarum omittam) vel ipse Galenus in vocum Hippocraticarum expositionibus docet apertissimè, videlicet anthemidem, mercurialem & amaracum. Cæterùm nostrum hoc Parthenium (siue sit matricaria vulgò dicta, vti voluêre Hermolaus, Matthiolus & Dodonæus, siue quæ vulgò Cotula fœtida vocatur, vti censent Amatus Lusitanus, Fuchsius & Pena, quibus ego lubenter assentior) amaraci nomine intelligitur apud Galenum, Paulum & Aetiũ, veluti iam antehac in vnguento Amaracino annotauimus.

φλέγματα καὶ χολὴν] Suppleo, μέλαιναν, aut etiam adijcio: quãdo & Serapio ita legisse videtur, nec abs re quidẽ: quoniam cum epithymo confertur, cui vis est bilem atram detrahere. Huc adde quod Paulus, lib. 7. cap. 4. Itémque Auicenna, lib. 2. cap. 21. Parthenio vim bilis atræ deijciendæ tribuunt. Sed & ipse Plin. lib. 21. cap. 30. de Parthenio herba agit in hæc verba: *Sicca cum melle & aceto pota,* (ita enim legendum, non, *imposita*) *bilem detrahit atram,* &c.

CAP. CLVI. ἔνιοι καὶ οἰνόμαγον] Ita existimo dictum βούφθαλμον, quòd flos ipsius maiorem oculum præ se ferat. βου etenim, & huic voci & similiter alijs plerisque in compositione additũ, significationem augere nemo ignorat, præter eum qui Græcæ linguæ plane sit ignarus. Attamen Gal. 8. simplicium, βούφθαλμον dictum putat, ἀπὸ τῶν ἀνθῶν ἐοικότων δηλονότι κατὰ τὸ σχῆμα βοὸς ὀφθαλμῷ. hoc est, *quòd flores figura bouis oculum repræsentent.* Sic & Plin. lib. 25. cap. 8. *Est & Buphthalmos similis boum oculis,* &c. Sed eo ipso loco, vti ex reliqua contextus serie facile est iudicare, è diuersis Buphthalmi & chrysanthemi descriptionibus vnicam videtur conflauisse Plinius, quasi vna eadémque herba foret, diuersis signata nominibus.

CAP. CLVII. βαλανῷ καρύα ὅμοια] Plin. lib. 27. cap. 10. *folia Pæoniæ qualia Isatis, pinguiora rotundioraque & minora.* Sed ego pro, *Isatis, Iuglandis* reponendum esse suspicor.

φύλλα ὅμοια σμυρνίῳ] Plin. ibidem: *fœminæ folia myrrham redolent & densiora sunt:* ex quo patet, ἀντὶ τῶν, σμυρνίου, σμύρνα legisse, manifesto errore: quanuis & Smyrnium à myrrhæ odore saporéve, quem refert, ita dictum est.

ῥίζα δὲ τῆς μὲν ἄρρενος] Idẽ posteaquàm de fœminæ radicibus egit: *Mas,* inquit, *plures habet, quoniam non una radice nixus est, palmi altitudine, candidaque.* Sed ego ita potiùs legendum censeo: *Mas plures non habet, sed una radice nixus est.*

γλυκάζει ἡ ῥίζα] Siccam, addũt Ruellius & Marcellus, quasi, ξηρά, prætereà legerint: sed in exemplaribus nostris ea vox minimè occurrit, nisi inter Aldini codicis notha.

ῥοῦν τὸν ἐρυθρὸν ἰσῶσι] ῥοῦν ἐρυθρὸν dixit, ad differentiam τοῦ λευκοῦ. Enimuerò ῥοῦ γυναικεῖος etiam ipsi Dioscoridi pro coloris varietate duplex fuit, alius λευκός, hoc est, *albus,* alius ἐρυθρός, id est, *rubẽs.* Hunc porrò nos cum Scrib. Largo *fluorem sanguinolentum* vertimus. Is enim, cap. 29. *Mulieribus,* inquit, *quæ fluore sanguinolento infestantur, quod ῥοῦν ἐρυθρὸν Græci dicunt.* &c. Plinius *rubentes menses* reddidit. Agens enim de Pæonia, loco citato: *Rubea grana* inquit, *rubentes menses sistunt, xv. fere pota in uino nigro.* Alio tamen loco, nempe lib. 26. cap. 12. generaliùs illud ipsum protulit, his verbis: *Sanguinis profluuiũ sistit herbæ Pæoniæ semen rubrum.*

πινόμενοι παιῶν] Goupylus in antiquo vtroque codice fini capitis hæc ascripta reperit, quæ Aldinus codex ad notha reiecit: φύεται δὲ ἐν ὑψηλοτάτοις ὄρεσι καὶ ἀκρωρείαις. quæ nos etiam conuertimus, quoniam ita rem habere comperimus. Plinius, lib. 27. cap. 10. *Pæoniam in syluis nasci* prodidit, quanquam & antè, lib. 25. cap. 4. nasci scripserat, *in opacis montibus.*

CAP.

Cap. CLVIII. οἱ δὲ αἰγίνυχον] Hanc ipsam plantam, quæ ἀνθέμωμον profert, etiam αἰγίνυχον vocant Paulus & Oribasius.

ὀχὶ ἐμοια ἐλαίας] Plinius, libro 27. cap. 11. Lithospermon foliis ait esse *duplo maioribus, quàm rutæ*: in quo quidem non ita multùm à Diosc. mente alienus est. [illegible]detur. Sed dum addit, *semen proferre ciceris magnitudine*, lacrymam Iobi vulgò dictam potiùs quàm verum Lithospermon describere fit verisimile: quoniam multum abest, quin etiam maioris Lithospermi semen ciceris æquet magnitudinem.

διχηλαῖς ἰσχυρῶς] Paris. codex habebat, διχηλοῖς: sed censui legendum διχήλοις, βοτάνη, δισχιδὴς, ἐπὶ δίκρουν. Aldinus codex habet, διχήλοις, fortè ἀπὸ τοῦ, διχηλαῖς. Nam & in eadem significatione διχάλου voce vtitur Arist. licèt Doricam Dialectum magis resipere videatur.

Cap. CLIX. σπέρματος δὲ μετὰ οἰνομέλιτος] Sunt hic voces nonnullæ transpositæ, quas ita nullo negotio restitues: σπέρματος δὲ κοχλιαρίου πλῆθος μεθ' ὕδατος ποτιζόμενον. Alioqui sensus nullus constaret.

Cap. CLX. ἐρυθρὸν, διυρητικὸν] Vis eadem Erythrodano tribuitur apud Theophr. hist. plant. lib. 9. cap. 14. Sed descriptio planè diuersa: siquidem eius folium simile facit κιττῷ, πλὴν στρογγυλώτερον, *hederæ, sed rotundius*: quanquam, ἄστρῳ, potiùs eo loco legendum suspicor. hoc est, *astro*.

τὰ φύλλα σὺν κλωσὶ] Etsi Serapio quoque ipse legisse videatur, καυλοὺς μετὰ τῶν φύλλων κλωσὶ, velut habetur in Aldino exemplari, placuit tamen Cornarij coniectura, qui pro κλωσὶ, ἐπιδεῖν legendum suspicatus est. Nam & Plinius, lib. 24. cap. 11. *Contra serpentes*, inquit, *Rubiæ rami cum folijs imponuntur*.

Cap. CLXII. δύναμιν δὲ ἔχει τραυματικὴν] Alterius Lonchitidis foliorū vsum distinctiùs tradidit Galenus, 7. simpl. hisce verbis: χλωρὰ μὲν εἰς τὰ μεγάλα τραύματα κολλητικὰ, ξηρὰ δὲ μετ' ὄξους ποτιζόμενα καὶ σπλῆνας ἰᾶται σκιρρώδεις. hoc est, *viridia quidem ad vulnera glutinanda sunt idonea, sed sicca cum aceto pota, lienes induratos sanant*.

Cap. CLXIII. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς δυσεντερίας] Has vires radicis decocto tribuit Gal. 6. simpl. quippe quæ astringentem quandam facultatem obtineat. Plin. lib. 20. cap. 21. Eandem *coctam in aqua aluum sistere* tradidit. Contrà verò, eiusdem lib. cap. 4. de hibisco agens, (quod idem est cum Althæa, licèt ipsum pastinacæ simile dixerit) *Folia eius*, inquiebat, *ex aqua pota aluum soluunt*. Ex quibus patet Althææ, vti & non paucis aliis, vires esse dispares, imò etiam planè contrarias: siquidem eius folia decocta aluum soluunt, radicis autem, æquè ac seminis, decoctum, eandem sistit.

πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα] Idem narrat Theophr. lib. 9. cap. hist. plant. 19. in hæc verba: πηγνύναι δέ φασι τῆς ἀλθαίας ῥίζαν (λέγουσιν) ἐάν τις κόψας ἐμβάλῃ καὶ ὑπαιθριάσῃ. hoc est, *Aiunt & Althææ radicem addensare, si quis tritam aquæ iniecerit & sub dio posuerit*. Id verò accidit ratione lenti glutinosique succi, (muccaginē vocant) quem Althææ radix infusa ex sese remittit & in aqua deponit. Porrò ibidē Theophr. Althææ florem, quem Diosc. ῥοδοειδῆ dixit, & figuræ & coloris habita ratione, μήλινον facit: quod tamen veritati minimè repugnat, quoniam & Althææ genus quoddam flore luteo reperitur. Subdit verò, ῥίζαν ἰξώδη & λευκὴν, vbi meo iudicio rectiùs legas, ἰξώδη, ἕνεστι, γλίσχρον. Hac enim voce vsus est Diosc. quippe quæ eiusdem esset cum illa significationis.

Cap. CLXIIII. λευκὰς πλατείας] Plin. πλαγίας, ἀντὶ τοῦ, πλατείας, videtur legisse: siquidē scribit, lib. 27. c. 4. *Alceæ radices esse albas, cùm plurimùm sex, cubitales, obliquas*. Attamen Serapio quoq; *latas* reddidit. Sed de Alceæ viribus, quarū apud Galenū nulla fit mentio, ita scribit Paulus: αὕτη οἴνῳ δὲ ποθεῖσα, δυσεντερίας καὶ δῆξεις ἰᾶται, &c. hoc est, *in vino verò pota, dysenterias morsúsque sanat*. quo loco ἀντὶ τοῦ, δῆξεις, reponendum videtur, ῥήξεις, hoc est, *rupta*. Sic enim solitus est Paulus, si quarum plantarum vires à Galeno prætermissæ sunt, eas ex Diosc. ipso totidem ferè verbis transcribere.

Cap. CLXVII. πρὸς δὲ κεφαλαλγίαν σὺν οἴνῳ] Suspicatur doctiss. Cornarius legendum, πρὸς δὲ τὰ φαλάγγια σὺν οἴνῳ. nec id abs re: cùm & ipse Plinius, lib. 27. cap. 4. *Anagyri radicem in vino necterꝫ dari ad phalangiorum morsus* cōceptis verbis tradiderit: cephalalgiæ verò non meminerit, quanuis eo loco reliqua Diosc. verba reddidisse videatur.

ἡ δὲ ῥίζα χαλᾷ] Ruellius, χαλᾷ, legisse videtur. Plinius certè quidem radicem Anagyri discutiendis concoquendisque adhiberi simpliciter pronuntiauit. At Galenus, lib. 6. simpl. nominatim radicis corticem ad vsus hosce desiderat.

Cap. CLXVIII. μᾶλλον δὲ ἡ πεπτική] Lege, μάλιστα, nisi magis placet cum Paulo isthæc radici tribuere: quanuis eam inutilem pronuntiauit Plinius, lib. 26. cap. 8. Ita verò ex sententia Pauli legendum foret, μάλιστα δὲ ποιεῖ ἡ ῥίζα μετὰ ἀφεψήματος. hoc est, *Maximè verò id præstat radix cum decocto*, &c.

Cap. CLXIX. καὶ στρόφους καὶ δυσεντερίαν] Vel legendum, καὶ στρόφοις δὲ δυσεντερίαις, seu στροφουμένοις καὶ δυσεντεριῶσι, vt hæc cum præcedentibus cohæreant. Vel fatendum nonnulla desiderari, puta, ποιεῖ καὶ πρὸς στρόφους, &c. aut, πίνεται seu λύει καὶ στρόφους &c.

ἡ δὲ μία ἐπιστατικὴ] Quas vires Alismati tribuit Diosc. dū scribit aluum sistere, dysenteriæ mederi & œdemata mitigare, neutiquam se expertum palàm profitetur Gal. 6. simpl. attamen experientia certa comperisse se, valere radicis decoctum ad renum calculos comminuendos.

Cap. CLXX. ξηρὸν φύλλον] 8. simpl. Galenus, Dioscoridis optimus Interpres, Onobrychidem arefactam ad finiendas stranguriàs desiderat, vti recentem, ad dissipanda tubercula.

Cap. CLXXI. ἀνθος ἔχον μάλιστα] Oribas. addit, λευκοΐῳ ὅμοιον. i. *leucoio* seu *molæ albæ simile*: quæ verba nostræ versioni ideò etiam lubentiùs adijcere libuit, quòd & apud Serapionem haberi animaduerterem. Sed in eo quod statim sequitur, διατριβεὶς ἐν τοῖς δακτύλοις, præpositio, ἐν, redundare meo iudicio videtur, nisi velimus, *inter*, significare, &, *inter digitos tritum*, vertere.

κωνοειδῆ ὑπόσκληρα, κεγχρώδη] Ego lubēter cum Cornario legerem, κωνοειδῆ ὑπόσκληρα, κεγχροειδὲς σπέρμα. Nam & Gal. 8. simpl. de Hyperico agens, καρπὸν nomine designat ipsius σπερμοφόρον seu calyculum vnà cum semine intus concluso: quo loco ad vrinas mensésque ciendos, non semen tantùm, verumetiam totum fructū, vsurpādum

censuit. Sed vnica duntaxat immutata voce, *ἀντὶ τοῦ, κωνάρια, κεράτια* seu *θυλάκια*, vel potiùs, vnica expuncta litera, *κωνάρια*, legere placuit: maximè cum Hyperici ramuli minimè subhirsuti videãtur, sed ipsa tantùm siliqua seu ipsum pericarpium. Ita porrò Diosc. Hyperici calyculos meritò *κωνάρια* nuncupare potuit, quòd sint quodammodo *κωνοειδεῖς*, hoc est, *turbinata*, coni ceu nucis pineæ specie, quam etiam *κωνάριον* Myrepsus appellauit. Ab eadem quoque figura *κωνάριον* vocatur glandula in cerebro, à basi lata in mucronem fastigiata, *γλουτοῖς* velut innixa. Cæterùm siue *κεράτια*, siue *θυλάκια*, siue etiam *κωνάρια* legerimus, deinceps *ἀντὶ τοῦ, ἐν ᾧ, ἐν οἷς*, restituẽdum fuerit.

μέγεθος κριθῆς] Quantum à Diosc. mente recesserit Plinius, nemo nõ videt, dum lib. 26. cap. 8. *Hypericum* describit *semine in siliqua nigro, maturescente cum hordeo.*

CAP. CLXXIII. *οἰνώδη χυλὸν ἀφίησι*] Plinius, lib. 27. cap. 4. *Androsæmi comas tritas sanguineo succo manare* dixit, quasi *αἱματώδη χυλὸν* legisset. Serapio verò, *πηγανώδη*, legisse videtur. Sed tolerabilior Pliniana lectio: nam & sanguineus succus vini exactè robicũdi liquorem non ita malè referre videtur.

CAP. CLXXIIII. *τῷ τῆς ἐρείκης*] Vocum *ἐρείκης* & *μυρίκης* similitudine, vt videtur, deceptus Plinius. Coris folia, nõ ericæ, sed tamaricis folijs, assimilauit: quanuis est ericę & tamaricis foliorum non parua similitudo. Sic verò ille, lib. 26. cap. 8. *Est aliud hypericon, quod Corin appellant, folio tamaricis, & sub ea nascitur, sed pinguioribus folijs & minoribus, rubentibus.* Ita enim legendum existimo, non, *minùs rubentibus*, vti habetur in nostris exemplaribus.

CAP. CLXXV. *Ἀθηναῖοι ἰωνιάν*] Hæ eædem appellationes apud Athenæum, lib. 15. ex Apollodoro, Chamæpityi tribuuntur. Sic enim ille: *Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῷ περὶ θηρίων φησί· χαμαίπιτυν οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἰωνιάν, οἱ δὲ κατ' Εὔβοιαν, σιδηρῖτιν.* hoc est, *Apollodorus in lib. de bestijs venenatis Chamæpityn ait Atheniensibus Ioniam dictam, Euboensibus verò, sideritin.* Sed nouus Athenæi interpres pro, *χαμαίπιτυν*, legit, *χαμαίμηλον*, hásque ipsas voces ad violam nigram refert.

CAP. CLXXVI. *θυμώδης λεῖος*] Quomodo quámque rectè tertiã Chamæpityn læuem pronuntiarit Diosc. mirum videri debet, cùm illico subiungat folijs esse hirsutis & caule aspero. Neque vero dubito, quin hîc mendũ aliquod subsit, maximè cùm neque Serapio neque Oribasij interpres *λεῖος* vocem expresserint. Fortassis ergo legendum *ἀντὶ τοῦ, λεῖος, λευκὸς* vel *λεπτὸς*, aut certè, *λεῖος, ἀντὶ τοῦ ἄθλιος ἤτοι ταλαιπωρός*, accipiẽdum: quo modo accipi interdum admonet Hesychius.

IN LIBRVM QVARTVM.

CAP. I. *ἡ Ῥωμαῖοι βεττονικήν*] *κέστρον ψυχότροφον*, seu potiùs *ψυχροτρόφον* dictum, quòd frigidis locis gaudeat, Latinorum Vetonicam esse fatetur & ipse Galenus, 7. simpl. Attamen, lib. 5. sanit. tuendæ, cap. 5. Vetonicã à Cestro, quod in Gallijs nasceretur, sarxifago seu potiùs saxifrago dicto, apertè distinguere videtur: nisi fortè eo loco pro copulatiua particula, *καὶ*, disiunctiuam, *ἤ*, reponi oportet, vti nonnullis placuit: quibus & ipse lubenter assentirer, nisi & Aëtius, lib. 4. cap. 30. eadem illa quæ apud Galenum ibi habentur totidem ferè verbis repetijsset, quanuis ea minimè expressit Latinus eius Interpres. Paulus verò, lib. 7. cõceptis verbis, Vetonicam duplicem facit, vnam *λεπτόκλωνον*, ramulis pulegio similibus, at tenuioribus, & insipidam, quæ Veronica recentiorum fortasse fuerit: alteram quæ Diosc. *κέστρον* dicatur, quæque nihilominus exceptis viribus, quæ pares vtrique sunt, nihil habeat cum antedicta similitudinis. Sed & altera Vetonica inter Diosc. notha reperitur, quæ ab illa altera Pauli tota facie diuersa est, quæque illam potiùs referre videtur, quam nonnulli volũt esse Plinij Cantabricã. Acerrimi vir iudicij Scaliger, Theophrasti *φλόγα* seu *φλόγινον* esse existimauit: vulgato idiomate nostro ab odore caryophylli, quẽ flos imitatur, *gyrofflée* dici consueuit.

ὅμοια ἀπὸ] Plinius, lib. 25. cap. 8. *Vetonicam* scribit *à radice folia spargere ferè lapathi.* Talia verò sunt, quæ proximè sequenti capite à Dioscoride Britannicæ assignantur.

τὸ σπέρμα ἐπιστάχυον] *Spicatum* vertimus, imitati Antonium Musam, lib. de herba Vettonica. Sed spicatum semen intelligimus, in caulis spicã dispositum, qualis & in thymbra Diosc. thymo, stœchade ac similibus alijs cernitur, frugum cerealium spicam quodammodo præ se ferens. *Στάχυς* enim Græcis, Latinis spica, propriè dicitur, quicquid nucamẽti modo compactum mucronato fastigio semen inclusum gerit.

τῇ δὲ φύσει διδόναι] Lege, *δίδοται*. & in fine huius periodi, *ἀντὶ τοῦ, πινόμενα, πινομένη*. Sic paulò post, vbi legitur, *συνλειωθεὶς δὲ*, malim, *συνλειωθέντα*.

CAP. II. *ῥίζας λεπτὰς καὶ βραχείας*] Hanc eandem radicem nigram describit Plinius, lib. 25. cap. 3. Autores Aduersariorũ bistortam nostrã, Britannicam veram ac legitimam esse censent: & quò meliùs sententiam suam tueantur, *ἀντὶ τοῦ, λεπτὰς, παχείας* reponunt: & *φύλλα δασύτερα* exponunt, non quidem pilosiora, sed rigidiora ac firmiora. Quàm verò id audacter, vnusquisque viderit.

CAP. III. *πυῤῥὸν ἢ χρυσοειδές*] Non desunt qui *ἀντὶ τοῦ, πυῤῥὸν, πορφυροῦν* reponendum suspicentur, Plinij autoritate non contemnenda freti: qui quidem, lib. 25. cap. 7. Lysimachię florem purpureum assignat. Ac certè quidem præter Lysimachiam Diosc. auri colorem, nõ dubium est quin & congener altera flore purpureo, aut certè in purpuram inclinante, reperiatur.

CAP. V. *πολύγονον θῆλυ*] Prioris Polygoni duo genera, marem & fœminam agnoscit Plinius, lib. 27. cap. 12. Quæ enim hîc fœmina est Dioscoridi, tertium Polygoni genus est Plinio, quod *oreon* vocat, quia, vt ipse vult, *in montibus nascatur.* Attamen Diosc. in aquosis riguísve gigni tradit: quæ sententia hauddubiè potior censenda est. Siquidem, vti verisimile est, Polygonos fœmina ea est, quæ hippuris similitudinem refert, quámq; Herbarij propè omnes pro

legitima Polygono fœmina videtur agnoscere.

CAP. VI. φυτοῦται ἐν Αἰγύπτῳ] Sic Oribasius. At codex Diosc. Ald. φύεται δὲ ἐν ἀγροῖς. Marcellus in vetustis quibusdam codicibus legisse videtur, ἐν Αἰγύπτῳ: quæ lectio vt Cornario, ita & mihi icirco placuit, quòd & Plinius de hac Clematide agens, lib.24.ca.15. eam AEgyptiam cognominat, subditque AEgyptum eam maximè gignere. Huc adde quòd hic rursum ad finem capitis legitur, φύεται ἐν χέρσοις. quanquam & incultum solum nihil obstat quo minus simul etiam pingue lætúmque esse possit.

κλημάτια δὲ ἔχει μακρά] Sic Oribasius & Paulus. At cum Cornario lego, μακρά. Nam & Clematidem longam ac tenuem agnoscit Plinius, loco citato, sed & ἀναφύει ita legendum admonet. Sunt enim longa, imò interdum longissima, eius Clematidis quam Vincapervincam vocant sarmēta, seu vitiginea flagella: vnde & natum proverbium, κλήματις Αἰγυπτία.

CAP. VIII. ῥίζα παχεῖα] Lacuna in vetusto codice legit, παχεῖα. Plinius etiam, lib.25.cap.6. polemoniam scribit esse radice crassa. Sed vtramuis lectionem recipias, parum interest. Nam Monspeliensium Polemonia, quæ Dioscoridis descriptioni aptè respondere videtur, radice simul & crassa & cubitali conspicitur.

CAP. IX. κλῶνας φύλλα; φύλλα δὲ, ὡς σύμφυ.] φύλλα non habent vulg. exempl. vti neque Oribasius. Matthiolus verò & Anguillara legendum suspicantur, φύλλα δὲ καὶ φύλλα, ὡς σύμφυ. Ego Aldinum codicem secutus sum.

ὑπόλευκα, ὑπόπαχυ] Symphyton petræum describens etiam Plinius, lib.27. cap. 6. inter alia, salivam ciere scribit. Sic & Apuleius, salivam prouocare. Et ea certè quidem ratione ἀλυκὸν esse crediderim. Attamē pro iis vocibus apud Oribasium legitur, ἐρυθρὸν. quæ lectio Matthiolo probatur.

ὑπόκιρρον] Oribas. ὑπόκιρρον. Plinius, citato loco, symphyti petræi radicem rutilam describit: Apuleius, fuluam.

σαρκὸς ὁπόταν ἑψῆται] Lege, σαρκὶ ὁπόταν ἑψῶνται, aut certè, ἑψόμενα σὺν αὐτοῖς. Est autē σαρκοῦν, idem quod σαρκωτικὸν, δηλ. συνάγειν, qua voce deinceps vtitur Diosc. sequētib' proximè capitibus. Plinius vulneribus sanandis tantum scribit esse symphyti præstantiam, ut carnes quoque, dum coquuntur, conglutinet addita: unde & Græci nomen imposuerint. Apuleius hāc herbam hoc argumentum habere prodidit, ut carne bubula concisa & in cacabum missa, cum radicis si miseris drachmas duas, cocta caro in unū cohæreat.

CAP. X. ἄνθη ὑπομέλανα] Symphyti alterius florem nigrum perperàm dixit Apuleius, quasi μέλανα legerit.

CAP. XI. ὁλόστεον] ἀλσῶδες, εἰλεῖδες, legit Oribasius: quem Marcellus etiam secutus in eo videtur. At ego, ἰσώδη, cum Lacuna legere malui: qui quidem in vetusto quodam Diosc. codice, quem sæpenumerò citat, ita se legisse testatur. Cæterùm non, ὁλόστεον, sed ὁλόστεον, seu ὁλόστειον ex autoritate Galeni & Plinij legendum indico. Ita enim κατ' ἀντίφρασιν dictum est, quasi ὅλον ὀστοῦν: quod ipsum apertè innuit Plinius, lib.27. cap.10. his verbis: Holosteum herba sine duritia ex adversa appellatum à Græcis, sicut fel dulce &c. Langius in epist. non ὁλόστεον, sed ὀστεοκόλλον, ex Absyrto legendum censet.

CAP. XII. φλέως] Addunt codices alij, γνάφαλον, quam vocem etiam reddere visum est. Nam Stœben, tanquā ætate sua vulgo cognitam, minimè describendam duxit Dioscorides. At nobis est hodie penitus incognita, quanquàm & Theophrasto & Plinio eadem cum Phleo fuisse videtur. Sed & frutex Phleos vocatus quínam olim fuerit, æquè ignoratur. Id tantùm ex variis Theophrasti locis nobis colligere licuit, Phleon seu Stœben, herbam esse lacustrem, fruticosam, aculeatā, folio carnoso, iuxta quod in caule gerat aculeum (non item in folio, vti voluit Plinius) cuiq; prætereà sit αἴθη, seu panicula lanuginosa, quæ placentaceum quiddā referat, mollis ac rubida, seu ad rufum colorem inclinans. Subit autem hoc loco mirari ridiculū planè quorūdam errorem, qui icirco in Stœbes foliis hepatis figuram requirunt, quòd Gal. tum in lib. de form. fœtus, tū & alibi in Anatom. adm. scripserit, hepatis παρέγχυμα spatia inter ipsius vasorum diuisuras inania perinde ac Stœbē implere & infarcire. Enimuerò & ipse Gal. lib.7. de vsu partiū, etiā pulmonum παρέγχυμα ratione eadē ipsi Stœbæ comparat, dum scribit, substantiam mollem ac spongiosam inter arteriæ asperæ cæterorúmque pulmonis vasorū ramu os necessariā fuisse, quæ spatia inter ipsa inania Stœbes instar oppleret, essétq; simul illis cēu firmamētū atq; propugnaculū. Porrò iis verbis haud dubie non quidem ipsi herbæ pulmone aut hepatis παρεγχύματα, sed παρεγχύματος vsum vsui cōparat, quē præstabat herba ipsa, aut ipsius certè αἴθη seu mollis lanugo, cuius mentionē fecit Theophr. lib. hist. 4. ca. 11. nempe quoniā illa, vti & cæterarū tomentitiarū plātarū partibus nonnullis, stibadia, puluinaria & dossuariorum iumentorum (τυλεῖα Græci vocant) sagmata tomenti loco infercicbantur.

CAP. XIII. φύλλα δὲ καὶ ἄνθη] Clymeni descriptiones duas longè diuersas afferre videtur Plinius, lib. 25. c. 7. Scilicet illi, pro Autorū quos secutus est diuersitate, duplex Clymenon facere visum est: è quib' posterius cū Dioscoridis Clymeno aptè cōuenit: alterum, etsi quibusdam, velut etiam Theophrasto, Clymenon dictum. Dioscoridis tamen periclymenon repræsentare videtur: quod idē ipse Plinius, veluti sui oblitus, rursum periclymeni nomine describit, lib. 27. c. 12.

ποιεῖ δὲ ὁ χυλὸς πρὸς αἷμα.] Ex hoc loco satis patet, sistendi sanguinis vim, quæ apud Pliniū vitio librariorū Cyclamino tribuitur, c.12. lib.26. Clymeno potiùs ascribendam esse, & pro cyclamino, eo loco restituendum, clymenos seu clymenon, in hūc modum: Sanguinis profluuiū sistit herbæ paonia semen rubrū. Eadē & in radice vis. Clymenos verò (nō cyclaminos) siue ore sanguis reiciatur, siue è naribus, siue aluo fluat, siue fœminarum vterò, &c.

CAP. XIIII. ἐπὶ ἡμέρας μ'] Tricenis diebus scribit Plinius, Clymeno ista tribuens, lib. 26. c. 8. quàuis & rursum, lib.27. cap.12. de Periclymeno agens, idem ipsum repetit, addítque præterea, vrinam cruentam cieri à decimo statim die. Ex quibus patet, in præfiniendo huic potui dierum numero, Plinium à Dioscoride discrepare.

καὶ ἀγόνους ποιεῖν] Sic Galenus, libro octauo simpl. cap. de Periclymeno: ξηραίνει δὲ καὶ τέμνει. καὶ ἔνιοί φασιν, εἰ ἐπὶ λ' ἡμέρας πίνοιτο, ποιεῖν ἀγόνους. ... ἐφέξεσι δὲ ...

καὶ ποσὸν ἡμέρων ἐπὶ τῇ πινούσῃ τὴν πόσιν, καθάπερ Διοσκουρίδης, ἀλλὰ καὶ τεσσάρων λέγει ἐνιαυτῶν αὐτοί. οὕτως δὲ καὶ τὸ οὖρον αἱματῶδες γίνεσθαι φασὶν ἀπὸ τῆς ἕκτης ἡμερῶν. hoc est, *Desinunt quoq; femi prolificum: atque nõnulli, qui copiosiùs biberint, omnino steriles euadere.* Nec desunt qui ad eam potionem certum dierum *numerum præfiniant, nempe septem & triginta, quemadmodum refert Dioscorides: qui & ipse urinam a sexta die cruentam reddi prodidit.* At Theophr. lib. 9. cap. 19. vim istam Clymeno tribuens scribit in hunc modum: *ἀδυνατεῖν δὲ φασι γεννᾶν, καὶ ἐάν τις τοῦ κλυμένου τὸν καρπὸν πίνῃ συνεχῶς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐν οἴνῳ λευκῷ, συμμίξας ὅσον χοίνικα τὸ ἴσον ἀεὶ ἑκάστην ἡμέραν. ἐπὶ γὰρ ἀπαλείφειν τὴν πόσιν, ἀγονεῖν τὸ ὅλον.* id est, *Gignere nequaquam posse aiunt, & qui semen Clymeni collectum modo sextarij triginta assiduè diebus portionibus æquis biberit ex uino albo. Sic enim penitus sterilescere hominem aiunt.* Húc etiam secutus Plinius, lib. 25. cap. 7. de Clymeno verba faciens: *Hic indicandum est,* inquit, *dum medeatur, sterilitatem potu etiam uiris fieri.* Sed certum nullum isti potui dierum numerum præscribit: vrinam tantummodò cruentam cieri à decimo statim die monuit, lib. 27. cap. 11. quod iam antè annotauimus.

CAP. XV. *χαμαὶ ἐστὶ ἀσπάλαχ*] Ego cum rei herbariæ Aduersariorum nouorum Autoribus, ἀράχη, legere malim, aut certè, φακῷ vel ἀράκῳ. Siquidem Tribulus terrestris Arachi, (quæ Plinij est Cracca, nisi mendum subest, quámque ab Araco distinguit Gal. 1. de alim. fac.) itémque lentis & aphacæ folia quodámodo æmulatur. Theophrastus certè quidem, lib. 6. hist. stirp. alterius Tribuli terrestris folium scribit esse ἐρεβινθῶδες, hoc est, *ueluti ciceris*: quo loco duo agnoscit τριβόλου ἐπιγείου genera, vnum ἐρεβινθῶδες, alterum φυλλάκανθον. Secutus & eum Plinius, libri vigesimiprimi capite decimosexto, duo constituit præter aquaticum Tribuli genera, quorum vni folium scribit esse cicerculæ, alteri aculeatum: vbi tamen cicerculam cum cicere confudisse videtur.

καὶ κλήματα μακρά] Vox, μακρά, desiderabatur in vulg. exemplaribus, sed eam addit Oribasius, itémque vetustus quidam Diosc. codex, testibus Lacuna & Matthiolo. Quin & longas esse Tribuli terrestris viticulas, ἐπίθετον ipsa indicat.

πρὸς αὐτοῖς ἀκανθώδη τρυφερά] Esset fortasse legendum, *πρὸς δὲ καρποῖς*: spinosum enim seu aculeatum fructum vtrique Tribulo tribuunt Theophrastus & Plinius: quod & ita habere omnibus rei herbariæ peritis compertum est. Stare tamen etiam potest vulgata lectio: à viticulis enim haud ita dissitæ sunt spinæ, quæ fructum ambiunt. At sunt & alteri Tribulo aculeata folia, quem φυλλάκανθον descripsit Theophrastus, ita vt illud, πρὸς αὐτοῖς, non omnino malè ad folia etiam ipsa nonnulli retulerint. Porrò τρυφερὰ *ἀκανθώδη* Metaphoricè dixit Dioscorides, vti & nos *acerbas*; quòd attrectantibus molestum interdum vulnus infligant: quale etiam acerbum Latinorum nonnulli dixêre.

φύεται δὲ περὶ πόλεις] Sic legit Serapio. Attamen redundare videtur illud, *περὶ πόλεις*, & à sciolo quodam ex proximè sequenti periodo huc fuisse translatum. Vix enim fuerit verisimile, vnam & eandem plantam & iuxta flumina & in domorum areis nasci solitam. Plinius certè quidem in hortis terrestrem Tribulum nasci prodidit, vti aquaticum in fluminibus, lib. 22. cap. 10.

φύλλα πλατέα] πλατέα, legisse videtur Plinius: qui quidem libri vigesimiprimi capite decimosexto, Tribulum palustrem folio *ad effigiem ulmi* depingit.

CAP. XVI. *λιμώνιον δὲ καὶ μαρίονα*] Præter vetusti codicis fidem, fecit etiam Plinij autoritas, vt pro, *μακρότερα*, *μακρότερα*, reponendum existimauerim. Is enim libri vigesimi capite octauo: *Est & beta syluestris*, inquit, *quam Limonium uocant, alij neuroides, multum minoribus tenuioribus ac densioribus folijs, undecim sæpe, caule lilij.* Sic enim legendum, non, *caulium*.

CAP. XVII. *φύεται δὲ ἐν πρασιαῖς*] Lagopoda *in segetibus* nasci scribit Plinius, libro 26. capite octauo. Ego *πρασιαῖς* iccirco *segetum areas* verti: quanuis *πρασιαί*, hortorum areas propriè significant.

CAP. XVIII. *ἶρις ἀγρία*] Cùm vulgata exemplaria, ἶρις, haberent, restitui, ἴριδι, quo modo legit Oribasius. Sed & Lacuna itémque Goupylus in vetusto quodam codice ita se legisse testantur: sic etiam habet Epitome Psellij. Plinius tamen lib. 27. c. 11. *Medium* scribit *folia habere iridis satiuæ.* Sed & eo loco, *seridis satiuæ*, reponere latius fuerit: siquidem iris minimè (quod equidem legerim) in syluestrem & satiuã discernitur: quanuis Theophr. ἴριδος ἀγρίας, quæ cum xyride Dioscoridis eadem est, mentionem faciat. At Seridis tum Dioscoridi, tum & ipsi Plinio, duo traduntur genera: vnum syluestre, satiuum alterum.

τὸ δὲ σπέρμα καὶ ῥίζα] Ita Galenus Medij radicem ac semen contrario scribit esse temperamento, simpl. libro septimo. Siquidem illa austera est, fluorémque muliebrem cohibet: hoc verò, menses ciet, quippe quod tenuium sit partium & incidendi vi præditum. Contrà verò Plinius, loco modò citato, *Medij semen contra feminarum abundantiam* dari prodidit.

CAP. XIX. *τὰ φύλλα λεῖα μετ' ἐλαίου*] Plin. libri vigesimiseptimi capite nono: *Epimedij folia in uino trita uirginum mammas cohibent.* Hic vinum, ille oleum, haud ita magno discrimine, desiderat.

CAP. XX. *φύεται δὲ μάλιστα ἐν ἀρούραις*] Xiphiũ, quod hîc Diosc. in aruis potissimùm gigni prodidit, Plinius, lib. 25. ca. 11. *in humidis* nasci tradit. Sed vtraque sententia rectè constare potest. Quid ni enim etiam arua plurima humida reperiantur? Huc adde quòd, si ad Diosc. verba diligentiùs attendas animum, illum perspicies non planè negauisse, quin etiam in humidis locis alijs Xiphium nasci possit. Cæterùm Plinius Gladiolum, etiam Cypirum nominat, lib. 21. cap. 17. & 18. & ipsum à Cypero distinguit: vtriusque tamen historiam manifestò confundit.

CAP. XXII. *κυάμοις ὅμοιος, στρογγύλος*] Quærat aliquis, quomodo Xyridis semina fabis similia simul & rotunda esse possint, siquidem fabæ oblongæ sunt & latæ, non item rotundæ. Vt à contradictione Dioscoridẽ vindicet Matthio-

las, Xyridis semen ait, nō figura, sed odore tantummodo, fabas referre, quasi id voluerit Dioscorides, prætereáque comperisse se Spatulæ fœtidæ vulgo dictæ semina (quam quidem legitimam Xyrida esse autumat) fabas omnino redolere. Illud verum nécne sit, nondum equidem exploratum habeo. Neque tamen dubito, quin etiam illa Xyridis semina fabarum figuram referre voluerit Autor. Sed animaduertēdum fuit, & Theophrasti & Diosc. aliorúmque priscorum fabas à nostratibus fuisse longè diuersas. quippe quæ & minores essent & penitus rotundæ, vti pluribus argumētis ex eorum testimonio & autoritate ductis doctè & luculenter probat Dodonæus, cap. de Bona seu phaselo maiore.

γλυκέος τῇ λαπάθῳ] Serapio legisse videtur, μηδὲ γλυκέως τῇ λαπάθῳ, sed perperàm meo iudicio. Nusquam enim alibi, quod sciam, γλυκέος τῇ λαπάθῳ mentio occurrit.

CAP. XXIII. θριδακι τῷ ἐξύφυλλῳ] Ad hanc ipsius lactucæ foliorum similitudinem, quæ in Anchusa reperitur, respiciens Nicāder, ἀγχούσης θριδακηίδα χαίτην dixit, in Theriacis.

τραχέα, μέλανα] Orib. αὐτῷ, μέλανα, μεγάλα, legisse videtur. At Lacuna vtrunque, & μέλανα & μεγάλα, reperit in vetusto codice, quantum ex ipsius verbis licet colligere.

περιπεπταμένα τῇ γῇ] Quarum stirpium folia hoc modo per terram repunt, χαμαιπετῆ nominat Theophrastus. De Anchusa verò contrà ac Diosc. videtur sensisse Plinius, libro 22. cap. 16. Postquam enim ea commemorauit, quorum caulis per terram repit, è diuerso stare scribit Anchusam, inficiendo ligno cerisq; radice aptam. Sed illud ipsum non de tota planta, sed de caule tantummodò, accipiendum est. Quæ enim Anchusæ folia radici proxima sunt, terræ velut affixa reperias.

ἐν τῷ θέρει φυομένη] Hæc vox, φυομένη, mendi suspicione minimè vacat, idque non immeritò. Lacuna legit in vetusto suo codice, χρωννυμένη. Marcellus ex antiquissimi cuiusdam exemplaris fide restituit, χρωννυμένη: quam lectionem ego secutus sum. At Auicennas alicubi legisse videtur, φλεγομένη, aut quid tale. Scribit enim lib. 2. Anchusæ radicem si æstate tangatur attrectetúrve, sanguineo colore manus inficere.

καὶ παλαιὰ ἕλκη] Sanat ulcera in aetate (inquit Plinius, lib. 22. cap. 20) præcipue senum. & adusta: quasi παλαιὰ ἕλκη, ulcera senum reddere debuerit.

καὶ ἀλφοὺς & λέπρας] Plinius, loco modò citato, Anchusæ radicem lepras & lentigines ex aceto illini scribit. Rursúmque proximè sequenti capite, de altera Anchusa: lentigines, inquit, ac lepras radix illinitur. Vtrobique verò, militigines, pro, lentigines, reponendum videtur.

πρὸς καὶ σμῆγμα τῶν μύρων] Coloris potiùs conciliandi gratia radicem Anchusæ vnguentis addi innuit Plin. lib. 13. cap. 1. vnguentis, inquit, coloris causa additur Anchusa.

CAP. XXV. Ἡ δὲ καὶ ἄλλη] Anchusæ non tria tantùm, sed quatuor genera agnoscit Galenus: verùm ei secunda recēsetur, quę deinceps Diosc. Λύκοψις dicitur: Paulo verò, vti & Nicandro, λύκαψος.

CAP. XXVI. καὶ παχύτερα & τραχέα] Etsi anteà in vulgatis exempl. legebatur, βραχύτερα δὲ παχέα, attamen quia præter vetustū Diosc. codicem, etiā Oribasius habebat, παχύτερα καὶ τραχέα, lectionem hāc idcirco recepi, eóq; lubentiùs, quòd & Plin. lib. 27 cap. 11. de Lycopsi agit in hæc verba: Lycopsis longioribus quam lactuca est folijs, crassioribusque, &c.

CAP. XXVII. οἱ δὲ ἀρειάδα] Paulus ἀρειάδα vocari scribit. Plin. lib. 22. c. 20. dorida, vbi ita scribit: Est & alia similis, pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam verò Echion aut doris, & multis alijs nominibus, &c. Eadem enim est cum Echio, quām pseudanchusam ibi nominat. Fortè verò etiam pro, ἀλκιβιάδιον, ἀλκίβιον, legēdum. Alcibion porrò qualis esset herba, apud Autores non reperiri scribit Plin. lib. 27. cap. 5. Reperire tamen potuerat apud Nicandrum, qui quidem in Theriacis docet, Echion Alcibium dictum ab Alcibio quodam, qui primus Echij vsum contra serpētes adinuenisse fertur, cuiusque historiam aliquot versiculis prosequitur. Alio verò Theriacorum loco, æquè ac teste ipsius Scholiaste Numenius autor non contemnendus, ἔχιος seu ἐχίῳ, & per epenthesin ἐχίειον, duo genera constituit. Sed eorum alterum illud est, quod Ocimoidis nomine sequenti capite describitur.

τραχέα ὑπόλευκα] Orib. ὑπόλευκα, sed minùs rectè, meo iudicio. Inferiùs verò pro eo quod habetur, ὡς λέγει ἐπ' ἄκρῳ, lego, ὡς λόγχαι ἐπ' ἄκρου.

ἀδίψος ποιεῖ] Aliud est quod voluit Paulus, dū de Echio apertè scribit in hunc modū: ἐχίῳ θηριοδήκτους ἀσφαλῶς διαφυλάττει. Non enim voluit Echij potu arceri serpentiū morsus, sed ita irritos reddi, vt nocere minimè possint.

CAP. XXVIII. ἐοικότας μελανθίῳ] Sunt qui putent siliquas Ocimoidis hic melanthij vasculis assimilari. At quoniam illius siliquas iam pronuntiauit Autor hyoscyamo similes esse, hoc loco iudico tum Ocimoidis tum melanthij semina potiùs inter se conferri. Quamobrem, θυλάκια, ἐοικότας, legendum censeo.

καὶ πιόντος] Marcellus & Cornarius addunt, & vino. Ruellius, cum melle & vino. Sed illud, & vino, quid opus fuit ex præcedenti periodo repetere, cum satis per se subintelligatur?

CAP. XXIX. ὀπὸν δὲ μικρὸν] Ita Plinius de Erino, lib. 23. cap. 7. vtcunque decerpta lacte multo & dulci manat herba, &c. Neq; dubito quin ab eo lacteo liquore siue succo, quo Erini caulis foliáq; turgent, ad caprifici ἐρινεοῦ siue ἐρινεὸῦ dicti similitudinē, id nominis ea herba sibi asciuerit. Plinius Erineon nominat, ipsiúsq; descriptionē sermoni de caprifico statim subiūgit, propter gentilitatē, vt ipse ait. Galeno ἔχιος dicitur, 6. simpl. Paulus tamen seorsim & Erini & echini meminit, quasi diuersas esse plātas existimauerit. Alij hanc eandem ocimum aquaticum appellant.

πρὸς μέλιτος] In Aldino codice vox, κυάθους, quæ habetur in Paris. minimè reperitur: atq; hîc etiā redundare visa est. Nam & Paulus de Erino agens, scribit in hunc modū: Ἔρινος ἔνυδρός ἐστι πόα, ἧς τὸ σπέρμα < β΄ μετὰ μέλιτος < δ΄ ἐγχεόμενα, ῥεῦμα ὀφθαλμῶν ἵστησι. hoc est, Erinos aquatica herba est, cuius seminis drachmæ duæ cum mellis drachmis quatuor illitæ, oculorum fluxiones sistunt. Quamobrem & ego in Dioscoridis contextu cyathorum vice drachmas supplendas esse duxi.

καὶ τὰς ἐν κύστει λίθους] In hac periodo cum Serapione veteris exemplaris lectionem sequi placuit. Plinius quoq; , lib.24.cap.19. *Graminis,* inquit, *radix decocta in vino, torminibus medetur & urinæ difficultatibus, ulceribusque uesicæ, & calculos frangit.* Quòd si quis vulgatam lectionem, καὶ τὰς ἐν κύστει ... retinere maluerit, minimè repugnabo.

CAP. XXXIIII. καὶ ζωστὴρ ...] Posterius, καὶ, libenter expungo: vel adijcio, μάλιστα. Alioqui vocem illam, ζωστὴρ, non ad ... sed ad ... referri oporteret: quod minùs placet.

CAP. XXXV. ἐν ὕδασι καὶ ...] Siderion Heracleon, quale hic describitur, *iuxta lacus & amnes nascentem* scribit Plinius, lib.25.cap.4.

...] Lacunæ vetus codex habet, ... Plinius etiam de Sideritidis genere quodam ita scribit, lib.25.cap.5. *hanc etiam præcisos neruos glutinare satiunt.* Sed ego cum Lacuna vulgatam lectionem magis probo.

CAP. XXXVI. ὑπόπικρα] Ita Serapio. At Oribas. ὑπόπικρα, *subamara.* quē secutus est Marcellus. Sed & Lacuna in vetusto Diosc. codice, ὑπόπικρα, legisse se testatur.

λευκὰ καὶ χρυσίζοντα] Serapio expressiùs tradit, Achilleæ flores in principio albos, deinde verò aureos conspici, vti & Oribasij interpres. At cæteri Interpretes, *purpureos*, addunt: ex iisque nonnulli volunt Achilleę flores vario inter candidum, purpureum & aureum colore cōspici: alij in varijs Achilleæ plantis tres illos floris colores obseruari. Cæterùm pro ea voce, ... quæ est ad capitis calcem, sunt qui, ... legisse videantur.

CAP. XXXVIII. ...] Scribit itidem Plinius, lib.16.cap.7. *Rubi tertium genus Idæum uocasse Græcos à loco:* Rursúmq;, lib.24.cap.14 *Idæum rubum appellatū esse, quoniam in Ida, non alibi, nasceretur.* Sed apertè fallitur, dum non alibi quàm in Ida nasci opinatur: cùm passim occurrat. Rectiùs Diosc. qui quoniā copiosus in Ida proueniat, ideò Idæum dictum asserit.

CAP. XXXIX. Ἑλξίνη ἔχει φύλλα] Cissampeli cognomentum rectè adijciunt Interpretes ex Gal. & Paulo: qui quidem de hac eadem Helxine agentes, ἡ καὶ κισσάμπελος ... addūt, ad distinctionē alterius Helxines, seu muralis herbæ, de qua deinceps hoc eodem libro Dioscorides acturus est. Neque porrò existimandum Helxinem, de qua agit Plinius, lib.21.cap.16. harum alterutram esse. Siquidem alia est, quam ixinen veriùs nominare debuit cū Theophrasto, lib.hist.6.cap.4. ex cuius verbis suam ipse historiam deprompsisse videtur. Hoc verò capite descriptam Helxinen, rectiùs Plinij *conuoluulum*, lib. 21.cap.5. commemoratum, esse dixeris, eo nomine donatū, quòd suarum viticularum ope vicinis sese aduoluat adminiculis.

κοιλίαν ...] Gal. & Plinius huic Helxinæ vim tribuunt ..., in quo minimè (quod voluit Marcellus) Dioscoridi repugnant: quandoquidem vtraque facultas, & discutiēdi & soluendi aluum, potest citra controuersiam vni eidémque plantæ competere.

CAP. XLI. ...] Malim, ..., vt & proximè sequēti capite: *serratum* vertit Apuleius: quanquam & ... aduerbium, *Ilicis modo* significat, cuius itidē folia serratis incisuris diuisa sunt.

... ἀργεμώνῃ] Ex Diosc. verbis quæ habentur, lib.2.cap. de anemone, satis patet legendum hoc loco, non ..., sed ἀργεμώνῃ. Ibi enim eos erroris insimulat, qui EVpatorium & argemonen vnam eandémque plantam esse existimabant. Et is tamen error ita hucusque inualuit, vt Diosc. EVpatoriū, nonnihil immutato nomine, agrimonia vulgo dicatur.

CAP. XLII. ...] Hæc ipsa ... folia virgineis assimilat Theoph. lib. hist. 9. cap. 14. his verbis: ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὥσπερ κόμαρος, μικρὸν δὲ καὶ τὴν χρόαν ὅμοιον. hoc est, *habet quidem folium instar unedo, sed paruum & colore simile:* quanuis fatear quibusdam alijs locis apud eundē Autorem κόμαρος pro vnedone seu arbuto vsurpari. Porro Diosc. alia eadem mentæ comparat: fortè sic partim magnitudinis, partim ipsius formæ habita ratione, vti ille ad colorem simul & formam videtur respexisse. Cæterùm falli meritò existimatur Plinius, dum lib 25.cap.9. *Quinquefolium fraga gignendo commendari* scribit: siquidem alia est planta quæ fraga gignit, fragaria vulgò dicta.

ῥίζαν δὲ ἔχει ...] Plinius, loco modò citato, *Quinquefolium* scribit *cum effoditur, radicem habere rubram, sed quæ inarescens nigrescat & angulosa fiat.* Illud vero à Theophr. descripsit, cuius hæc sunt verba, de eadem Quinquefolij radice: ... μαλακὰ γίνεται καὶ ...

ὅτι μὲν ...] Legit Lacuna in antiquo exemplari, ... In eundem quoque sensum Plinius, lib.26.cap.11. *Quinquefolij folia quidam terna tertianis dedère, quaterna quartanis, plura cæteris: alij omnibus, obolis tribus cum pipere ex aqua mulsa.*

CAP. XLIII. καὶ αἱμορραγίας τὰς ἐκ μήτρ.] Diuersas planè vires Phœnicææ herbæ tribuit Plinius, lib.22.cap.25. *Est & herba,* inquit, *Phœnicea appellata Græcis, nostris uero hordeū murinum. Hæc trita è vino pota, præclarè sistit menses.* Ex quibus verbis colligit doctiss. Guillandinus, diuersas esse plantas Phœnicæam herbam Plinij & Phœnicem Dioscoridis. Sed equidem vel lapsum Plinium, vel in ipsius verbis mendum subesse, potiùs crediderim.

CAP. XLIIII. Ἰδαία ῥίζα] Idæam herbā vocat Plin. lib.27.cap.11. quam Dioscorides hîc à parte potiore radicem denominat. *Idææ herbæ,* inquit ille, *folia sunt quæ oxymyrsines: adhærent his ueluti pampini, in quibus flos,* &c.

CAP. XLVII. ...] Interiectis quæ in cod. Ald. nobis reperiuntur, sic malim: ... Aut: ... &c.

CAP. XLVIII. μικρὸς ...] Sunt qui ..., vel ..., legēdum suspicentur. Siquidem Coccum tinctilē, (quam *quisquilium* Plinio dictam puto) ceu excremētum quoddā ferè ex ilicis aquifoliæ simili arbuscula, eâque humili, decerpitur. Neq; tamē negauerim in ilice quoque & robore interdum reperiri.

Quin & eiusmodi grana rubentia radicibus pimpinellæ locis quibusdam adhærentia nonnulli obseruarũt. At Pausanias in Phocicis, Coccũ baphicam scribit esse, *fruticem rhamni magnitudine, folijs lentisci, sed nigrioribus & mollioribus, fructu solani, erui magnitudine, in quo gignãtur animalcula culicibus similia.* E senescẽte quoque Cocco nostro talia auolant animalcula: sed ne tam repente gignantur, meliúsque grana conseruentur, lecta illa aceto vinóve albo irrigantur, aut butyro alióve pingui illinuntur. Idcirco verò (quod velut in trãscursu dictum velim) & Cocci genus quoddã σκωλήκιον dictum refert Plinius, quod celerrimè in vermiculum sese mutaret. Inde quoque factum putarim, vt Coccum nostris *vermillon* dictum fuerit.

ἔπειτα ἡ ἐν Ἀσίᾳ] Vox hęc, Ἀσίᾳ, mendi suspicione minimè vacat: quoniam & Galatiam & Armeniam Asiæ regiones esse constat. Quare aut accipienda hoc loco Asia, pro Lydiæ ciuitate, Asiæ vni ex mundi partibus cognomine: aut, Λιβύῃ vel Πισιδίᾳ, reponendum fuerit. Siquidem gigni etiam Coccũ in Africa & Pisidia refert Plinius, lib. 16. cap. 8. Serapio certè quidem, Συρίᾳ, legisse videtur.

μετὰ ὄξους καταπλασσόμενον] Alij cum oxymelite terunt, inquit Gal. 7. simpl.

ἐν ταῖς δρυσὶν] Anguillara reponit, ἐν ταῖς πρίνοις, seu ἐν τοῖς πρίνοις, quoniam πρῖνος etiã genere masculino effertur apud Theoph. In ilice vero gigni Coccum, Theoph. lib. 3. hist. de ilice agens admonet, hisce verbis: φέρει δὲ καὶ πρῖνος πλὴν τῆς βαλάνου κόκκον τινὰ φοινικοῦν. hoc est, *fert & ilex præter glandem granum quoddam puniceum,* &c. Πρῖνον autem ibidem arborem describit, cui sit folium δρυῶδες, ἔλαττον δὲ, ἐπακανθίζον, id est, *quernum, at minus, aculeatum,* &c. Sed & apud Columellam ilicis mentio fit, quæ spinas non habeat. Porrò siue, ἐν ταῖς δρυσὶν, siue, ἐν ταῖς πρίνοις, legas, parum refert: quoniam δρυὸς nomine glandiferæ omnes arbores comprehenduntur, inter quas & ilicem recenseri nemo negauerit. Cęterùm pro eo quod sequitur, τῷ σωματι, Marcellus & Cornarius, ἐν τῷ θέρει, *æstate*, reponendum non malè suspicantur.

Cap. XLIX. τὸ φύλλα ἔχον ὅμοια] Galenus itidem, lib 8. simplicium, Tragium hoc lentisco simile facit. At Plinius parum sibi constat, dum lib. 13. cap. 21. *Tragum* quod aliàs *tragonin* vocat, *fruticem* scribit esse *terebintho similem*: lib. verò 27. cap. 13. eundem ipsum *iunipero similem* facit *& semine & folio & ramis.*

Cap. LI. Τράγος, οἱ δὲ, σκορπίον] Plin. lib. 13. c. 21. *Tragum* (ita enim legẽdum) *siue scorpionem* describit, *veprem sine folijs*, &c. Rursúmque, lib. 21. cap. 15. *Tragum seu scorpium in totum spinam* esse asserit. Sic & lib. 22. cap. 15. *Scorpium asparagi caule describit, habentem in cacumine aculeum.* Sed illa Theophrasti Scorpio, quem Nepam vertit Gaza, veriùs conueniunt, quàm Dioscoridis Trago: quanuis non negauerim, Tragi ramulos acuto esse cacumine. Siquidem pusillum eum fruticem Tragum esse lubens agnosco, qui non procul à Monspelio apud oram maritimam nascitur, sine foliis, fructúmque profert, cùm ematuruit, esculentum rubi Idæi fructui haud ita dissimilem, quem indigenæ, *raisin de mar*, quasi marinum racemũ, appellant. Verùm quoniam is ab Autoribus Aduersariorum pleniùs describitur ac elegantissimè depingitur, eò Lectorem reiicere latius fuerit.

τούτου ὁ καρπὸς, ὡς ῥᾶγες] De Trago siue scorpio ita Plin. lib. 27. cap. 13. *Huius ramorum decem aut duodecim cacumina trita, ex vino pota, cœliacas, dysenterias &c. auxiliantur.* Eum verò locum ex hoc Diosc. contextu ita emendado: *Huius racemorũ decem aut duòdecim acini triti ex vino poti,* &c.

Cap. LII. τὸ ὀξὺ ὃ δὴ αὐτὸ καλοῦσι] Theoph. lib. hist. 4. cap. 13. quo loco plantas aquaticas persequitur, paulò secùs tria hæc iunci genera distinguit. Nempe acutum sterilem primum cõstituit, quem marem appellat: alterum frugiferum, priore crassiorem & carnosiorem, quem μελαγκρανὶν vocant, quia semen nigrum gerat in cacumine, (atriferum Gaza, alij atricipitem vertũt:) tertium denique crassitie carnositatéque insignem, qui holoschœnos vocatus est, ad vitilia texendásque tegetes ideò vtilissimus, quòd mollis carnosúsque est. Theophrastum, quanuis obscurius paulo, secutus est Plinius, lib. 21. c. 18. Duo enim facit Iunci prima genera, vnum maritimum, alterũ marinum oxyschœnõ dictum: cuius duo rursum constituit genera: (perperam enim *tria* apud Plinium legi existimo) nempe marem & fœminam. Tertius enim quem subiungit, holoschœnos dictus, idem est profectò, meo quidem iudicio, cũ marisco primo loco commemorato, quémque, nisi fallor, priores Latini *scirpum* appellabant. Galenus itidem, deindéque Ægineta, Oribasius & Aëtius, σχοῖνον λεῖαν, vel potiùs ἑλείαν, id est, *iuncum palustrem*, duplicem faciunt, ὁλόσχοινον (pro quo mendosè habetur apud Galenum, ὁλιγόσχοινον) & ὀξύσχοινον. Hunc verò rursum duplicem cõstituunt, κάρπιμον & ἄκαρπον. Is est in Iunci generibus distinguendis Autorum penè omnium consensus: à quibus tamẽ hoc loco Diosc. quodammodo dissentire videtur, nisi fortè (quod magis placet) σχοῖνον λείαν & ὁλόσχοινον vnum & eundem Iuncum esse voluit. Alioqui enim si singula verba spectemus, tria Iunci summa genera statuere videtur, nempe læue, acutum & ὁλόσχοινον dictum: acutum verò deinde subdiuidere in ἄκαρπον & κάρπιμον, *frugiferum* inquàm *& sterile seu infructuosum.*

τραχυτέρα ἐστὶν αὐτοῦ] Lego, παχυτέρα. Sic enim Theophr. postquam de duobus Iunci acuti generibus egit, addit: καὶ τρίτος τῷ μεγέθει καὶ τῷ παχύτει καὶ σαρκώδει διαφέρων, ὁ καλούμενος ὁλόσχοινος. hoc est, *tertius magnitudine, crassitie & carnositate præstans, qui holoschœnos appellatur.* Ita & Plinius, *Melancranis*, inquit, *crassior & fruticosior magisque etiamnum tertius, qui vocatur holoschœnos.* Galenus itidem, 8. simpl. παχυτέρα δὲ καὶ χαυνοτέρα ἡ ὁλιγόσχοινος, pro quo repono, ὁλόσχοινος.

ὑπνώδεις μέν κεφαλαλγίας] Plinius, loco antè citato: *Iunci semen ustum & in aqua potum sistit aluum, & fœminarum menses capitísque dolores facit. At qui vocatur holoschœnos, eius folia quæ proxima sunt radici, commendantur aduersus araneorum morsus,* &c. Ita Plinius aquã pro vino diluto vsurpat, itémque folia quæ morsibus imponit Diosc. ore assumenda præcipit.

Ἡ δὲ ΑἸΘΙΟΠΙΚΗ] Diosc. codices partim ΑἸΘΙΟΠΙΚΗ habent, partim ΕΡΥΘΡΑΙΑ. Sed vtraque vox mihi, ęquè ac Valerio Cordo, suspecta est. Plinius cer-

tè quidem EVripici iunci meminit: *Inuenio*, inquit, *etiamnum unum iunci genus, quod Euripicum vocant.* Sed quæ hîc seu AEthiopico seu EVripico iunco tribuuntur à Diosc. eadem Galenus & Serapio ὁλοσχοίνῳ tribuunt, ita vt merito dubitari possit, sitne hoc loco legendum, ὁ δὲ ὁλόσχοινος: nisi tamen AIθιοπικὸς siue EVριπικὸς σχοῖνος, holoschœni species est, à certo loco ita denominata.

CAP. LIII. βρύον ὃ δὴ οἱ σπλαγχνίζουσι] Lichena nô esse verè muscum, sed potiùs quasi muscum, palàm ostendit Gal. 7. simpl. his verbis: λειχὴν ὁ ἐπὶ τῶν πετρῶν, ἐοικὼς τῷ βρύῳ ... τῇ φύσει δ' αὖ ἐν τῷ γένει ... τῶν φυτῶν. hoc est, *Lichen in petris nascens, est velut muscus quidam, attamen rectè in plantarum genere censeri potest.* Plinius quoque, lib. 26. cap. 4. inter Lichenis genera hoc ipsum recensens, *Est aliud*, inquit, *genus Lichenis, petris totum inhærens ut muscus, qui & ipse illinitur*, &c. Iccirco etiam in Diosc. contextu ante dictionem, βρύον, vocem ὡς seu οἱονεὶ desidero. Illud porrò ἐν πετρῶδεσι annotes velim, quo loco apud Gal. Lichena ἐπὶ ταῖς ὑγραῖς καὶ ψαφαρώδεσι πέτραις φύεσθαι, hoc est, *humidis & graueolentibus petris innasci*, scribitur, legendum ex eo ὅτι, ψαφαρώδεσι, ... hoc est, *rosidis*.

ἀρρωστήμασι σήψεως] Plinius, loco citato, *Morbum quoque regium*, inquit, *cum melle sanat, ore illito & lingua*: quasi legerit, μετὰ μέλιτος ἰκτερικοὺς τὸ στόμα καὶ τὴν γλῶσσαν ... Neque verò Ictericis illinitur tantùm Lichen, sed & propinatur. Siquidem Gal. lib. 9. de comp. κατὰ τόπ. ex Archigene Lichenas cum aqua mulsa aut meraco potui dat ictericis. Cæterùm verum Lichen hęmorrhagias sistere valeat, dubitasse quodammodo videtur Gal. 7. simpl. hisce verbis: εἰ δὲ καὶ αἱμοῤῥαγίας ἴσχει, ὡς Διοσκουρίδης φησί, ... *An verò hæmorrhagias sistat, uti retulit Dioscorides, id vero neutiquam dicere queam.*

CAP. LIIII. παρωνυχίας καὶ ψωρία] Ruellius & Marcellus, σκληρίας, legisse videntur: attamen, ψωρία, legendum esse satis innuūt Galeni verba, 8. simpl. quo loco & ipsum Diosc. citat. Παρωνυχία ... ὡς Διοσκουρίδης φησί, καὶ ψωρία. hoc est, *Paronychia ab effectu nomen traxit, siquidē paronychias sanat, &, ut Dioscorides refert, psoras quoque.*

CAP. LV. κυπέρου ἴσον ῥίζαν] Sunt qui existimēt hîc à Diosc. Chrysocomes seu chrysitæ radicem, cyperi radici saporis ratione conferri. Verùm quoniā ipsemet anteà, lib. 1. cap. 4. cyperum ὑπόπικρον, hoc est, *amaro gustu*, esse voluit, hîc verò Chrysocomes radicem palàm asserit esse ἐν τῷ γλυκεῖ ὑποστύφουσαν, hoc est, *ex dulci quodammodo austeram*, vero similius est figuræ tantùm quantitatisve ratione hanc illi comparari. Aliqui tamen, κυπειρίῳ, ἀντὶ τοῦ, κυπείρῳ, legendum censent, vti & nonnulli, ... ἀντὶ τοῦ, ... At nobis religio fuit vulgatam multorúmque codicum autoritate stabilitam lectionem immutare.

ποιεῖ καὶ ὑστέρας ἐκκαθάρσει] Ruellius Chrysocomes radicem cōtra vuluæ purgationes prodesse credidit. At nos veriùs *ad purgandam vuluam* reddidimus. Siquidem Gal. loco citato docuit, ἔχει τι τῆς ἐκκαθαρτικῆς ἐμμηνίων δυνάμεως. hoc est, *menstrua purgationis prouocādæ vim quandam obtinere.* Sed & Plinius de eadem radice agēs lib. 21. cap. 20. *Potui datur*, inquit, *ad vuluæ dolores in aqua mulsa decocta, ciet menstrua*, &c.

CAP. LVII. ἑλίχρυσον] Theoph. lib. 9. hist. stirp. ἑλιόχρυσον nominat, Gaza ab aureo flore *Aurelium* denominat. Plinius verò, lib. 21. cap. 25. ἡλιόχρυσον potiùs dictam putauit, *quoniam*, vt ipse vult, *flores illius ad Solis repercussum aureæ lucæ fulgeant.* Themistagoras Ephesius, libro quem inscripsit aureo, tradit inditum fuisse nomen ab Elichryse nympha, quæ prima decerpserit, vti testatur Athenæus, lib. xv. qui quidem Elichrysi florem ibidem loto assimilat. At Gal. nusquam Helichrysi facta mentione, Amaranto vires easdem tribuit, quas Diosc. Helichryso, vt minimè sit dubium, quin Galeni ἀμάραντον, sit Diosc. ἑλίχρυσον. Paulus seorsim amarāti & Helichrysi meminit, attamen locis diuersis easdem vires ascribit.

ἴσχει δὲ καὶ κοιλίας ῥεύματα] Plinius λευκὰ ῥοῦν γυναικῶν, ἀντὶ τοῦ, κοιλίας, legisse videtur. Siquidem loco modò citato, *Folia eius*, inquit, *trium obolorum pondere sistunt profluuia mulierum in vino albo.* Attamen Paulus de Helichrysi coma, καὶ κοιλίας, inquit, ἵστησι. Gal. verò cap. de amaranto, in genere ἀνέχειν ... ξηραίνειν ... scripto prodidit, hoc est, *fluxiones quasuis extinendi vi pollere.*

CAP. LVIII. χρυσάνθεμον ...] Pierique Chrysanthemon hoc & buphthalmon, tertio libro descriptum, vnam eandémque plantam esse crediderē, quoniam vtrique vires planè eædem à Diosc. tribuuntur. Ac reuera Galenus cęterique Græci buphthalmi quidem meminére, nō item Chrysanthemi. Sunt tamen qui χρυσάνθεμον, Caltham poëtarum, officinis Calendulam dictam, à buphthalmo planè diuersam esse existimarint. Inter cæteros verò acerrimi vir iudicij Gul. Pelissierius Monspeliensis Episcopus, vt nequid in describenda Caltha desideraretur, locum hunc ita restituendū censebat: χρυσάνθεμον ἢ κάλθα, ... hoc est, *Chrysanthemon seu Caltha, tenera est herba fruticosa, plures proferens caules, itemque folia. flores vero multifidos.* Attamen & florum, qui (nisi mendum subest) κάλχαι dicerentur, ex Nicol. Damasceno & Alcmane Poëta meminit Athenęus, lib. xv. At sunt etiam nonnulli, qui & in hac voce & in cæteris penitus vulgatā lectionem seruant, & Chrysanthemi nomine plantam aliam ostendunt, à buphthalmo notis aliquot manifestò distinctam.

CAP. LIX. σπιθαμιαῖος] Lacuna in vetusto codice legit, διπίθαμος, hoc est, *duūm palmorum altitudine.* Ita quoque legi constat apud Oribasium: sed & Plinius, lib. 27. cap. 4. *Ageratum ferulaceam* esse scribit, *duorum palmorum altitudine.* Attamē viderit, quàm rectè vox, διπίθαμος, cum sequenti voce, θαμνώδες, conueniat.

πυρωδῶν] Malui, πυρώδη, legere, quàm πυρωδῶν. Siquidē Ageratum scripsit Gal. lib. 5. simpl. ... δύναμιν ... *vim habere digerendi simul & inflammationes arcendi*: quas quidem vires ab vrendi viribus quàm longissimè dissidere nemo non iudicauerit.

CAP. LX. ὀρθὴ δὲ ὀνομάζεται] Verbenaca hæc, recta, vti quæ sequēti capite describitur, supina, à Græcis dicta est. Latinis vtraque sexu distinguitur: siquidem illa, mas: hæc, fœmina dicitur.

Περιστερεῶνος autem vox ex eo deducta est, quòd circa eam herbam columbæ libenter versari soleant, vti certè quidem voluêre Dioscorides & Galenus. Alij verò, quòd ijsdē iucunda esca sit, vti voluit Apuleius, vel quod ijsdem familiaris, vti Plinius. At piæ memoriæ Præceptor Rondeletius iccirco περιστερεῶνα dictā putabat, quòd circa columbaria frequētissimè reperiatur: quippe quam ex ipso fimo columbino prouenire crederet.

CAP. LXI. καὶ εἶναι καλοῦ τοπὰς] Lacuna legit in antiquo exemplari, καὶ εἶναι καλοῦ καὶ ἰσχυροῦ τοπὰς μιᾶς ἐφ' ἡμέρας τέσσαρας ποτιζόμενα. quæ quidem lectio probatior fortasse fuerit. Siquidē & ipse Plinius, lib. 26. cap. 12. inter alias Verbenacæ dotes scribit, *morbum regium impugnari Verbenaca folio, obolis tribus ex vini calidi hemina quatriduo*. Cęterùm lōgè plures Verbenacæ vires legas apud Aëtiū ex Archigene, Tetr. 1. ser. 1. quo loco eandem, Veneris etiam herbam nominat.

C. LXII. σκιεροῖς, μελαίνας] Plin. lib. 26. cap. 8. Astragali radices non nigras, sed *rubras* dixit, ibidémque addit, *in petrosis & apricis nasci*, pro eo quod habet Diosc. ἐν ἀνηνέμοις & σκιώδεσι, hoc est, *ventosis & opacis*. Legitur tamē in vetere quodā Diosc. codice, ἐν ὑπηνέμοις & apricis seu Soli expositis.

ἐν Μεμφίδι τῆς Ἀρκαδίας] Gal. 6. simpl. de Astragalo: πλεῖστος ὁ ἀστράγαλος ἐν Φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας φύεται, i. *copiosissimus frutex in Pheneo Arcadiæ nascitur*. Plinius itidem, loco citato: *Nascitur in petrosis, apricis, & ijsdem niualibus, sicut Pheneo Arcadiæ*. Quamobrem & nos pro, ἐν Μεμφίδι, ἐν Φενεῷ, cū Oribasio reponendum censuimus: maximè cùm apud Autores nulla fiat Memphidis Arcadię mentio.

CAP. LXIII. καὶ οὖρα κινεῖ καὶ ἴκτερον λευκαῖ] Plinius ἀντὶ τοῦ, λευκαῖ, γλυκεῖ, legisse videtur. Sic enim ille de Hyacinthi radice, lib. 21. c. 26. *E vino dulci illitā pubertatem coërcet, & non patitur erumpere.*

φαλαγγίων δήγματα] Sunt qui pro, φαλαγγίων, σκορπίων, legant. At ego illa, φαλαγγίων δήγματα, minimè expungēda duxi, quoniam & Plinius, citato loco. *Contra serpentes & scorpiones morbúmque regiū semen Hyacinthi cum abrotono dari*, commemorat.

CAP. LXIIII. φύεται ἐν ἀρούραις] Sic Theoph. lib. 9. cap. 13. ἕτερα δὲ μήκων ἐστὶ καλουμένη, ἀγρία, παρόμοια κιχορείῳ τῷ ἀγρίῳ· διὸ καὶ ἐσθίεται. ἐν ταῖς ἀρούραις δὲ φύεται μάλιστα ἐν ταῖς κριθαῖς. ἄνθος δὲ ἔχει ἐρυθρόν. i. *Aliud papauer erraticum cognominatū, cichorio syluestri simile; quamobrem in cibos etiam recipitur. Nascitur in aruis ac potissimùm inter hordea. Florem verò habet rubrum*, &c. Plinius autem, lib. 19. cap. 13. *Sponte quidem, sed in aruis maximè cum hordeo nascitur, erucæ simile, cubitali altitudine. flore rufo & protinus deciduo*, &c. vbi florem *rufum* dixit, quem Theoph. ἐρυθρὸν & Diosc. φοινικοῦν.

ὀριγάνῳ] Comparationem, quæ fit Papaueris erratici cum origani & thymi folijs, temerè & perperàm additam meritò suspicatur Cordus: quoniam cichorio syluestri aut erucæ nulla est cum origano aut thymo foliorum similitudo.

κωδύας δὲ χειώδη] Placuit mihi, æquè ac Manardo viro doctiss. Marcelli lectio, qui ἀντὶ τοῦ, χειώδη aut potiùs, χειώδη, χοώδη reposuit.

CAP. LXV. περὶ μήκωνος ἡμέρου] Huic inscriptioni, καὶ ἀγρίας, addere libuit, quod in vulg. exempl. desiderabatur: quoniam in hoc ipso capite non de Papauere tantùm satiuo, sed & de varijs syluestris generibus agitur.

ὁ καὶ πιθῖτις] ἤ, ἀντὶ τοῦ, ὁ, reponendum cēseo: quoniam cognomen πιθῖτις, nō semini, sed toti plantæ tribui sit verisimile. Quin neque seminis, sed ipsius potiùs capituli ratione, nempe à dolioli figura, planta ipsa cognomentum illud videtur accepisse.

ἔστι τῷ ὀπίῳ πεῖρα] Sinceri opij alia experimenta legas apud Plin. lib. 20. cap. 18. vti & aliam parandi meconij rationē, quàm quæ deinceps habetur apud Dioscoridem.

ὅθεν δεῖ φυλάσσεσθαι] Attamē & ipse Gal. lib. 2. comp. pharm. κατὰ τόπους, cap. 1. collyria ex opio testatur multis tanto fuisse detrimēto, vt etiam ἀμβλυωπίας & δυσηκοΐας induxerint. Ideóque alio loco, nimirum lib. 3. cap. 2. non nisi magna vrgēte necessitate ea vsurpanda monet, quia ferè particulas ad immedicabilem frigiditatem perducant. Sed & idem luculentiùs, quanta collyriorum ex opio vsum damna sequātur, docuit, lib. 3. meth. med. cap. 2. rursúmque, lib. 13. cap. vlt. ac proinde subiunxit, siquando illis vti nos cogat necessitas, non ita multò pòst ad illa transeundum, quæ vim opij maleficam corrigere valeant.

CAP. LXVI. φύλλα ἔχει λευκὰ] Subnigra potiùs agnouisse videtur Theophrastus, dum lib. 9. cap. 13. de Papaueris corniculati foliis scribit in hunc modum: ἔχουσα τὸ φύλλον, ὡς φλόμου τῆς μελαίνης, ἧττον δὲ μέλαν. esse inquam *ceu verbasci nigri, at minùs nigrum*. Iccirco fortassis & hoc loco Hermol. Barbarus ἀντὶ τοῦ, λευκὰ, λεῖα, reponendū censuit. Pliniùs certè quidem, lib. 20. cap. 19. folia corniculato Papaueri tenuiora tribuit, quàm cæteris syluestribus.

κερατίς δὲ μικρὸς] Apuleius itidem ceratitis Papaueris fructū paruum describit. Attamen Cordus non μικρὸς, sed μακρὸς potiùs legendum censuit: idque eo argumento, quòd Papaueris huiusce siliqua, etsi non ita crassa, oblonga tamen conspiciatur.

μέλαιναν, παχεῖαν] Hanc radicem Theoph. loco citato βραχεῖαν describit, quo loco fortassis ἀντὶ τοῦ, βραχεῖαν, παχεῖαν substituendum fuerit: quoniam eam crassam, neque tamen ita breuem esse, ipsa αὐτοψία indicat.

φύεται ἐν αἰγιαλοῖς τραχέσι] Et ipse Theophr. de hoc eodem Papauere sic habet, loco citato: φύεται δὲ παρὰ θάλατταν, ἐν τοῖς πετρώδεσι χωρίοις. hoc est, *nascitur iuxta mare, locis saxosis*. Plinius itidem, lib. 20. cap. 19. *Nascitur in afflatu maris, aut petroso loco*: sed petroso potiùs loco legendum ex illo Theoph. contextu, quiuis facilè iudicet.

κοιλίαν ἐξάγει τοῦ ὀξυβάφου] Plinius aliter, loco citato: *Aluum purgat dimidio acetabulo in mulso.*

CAP. LXVII. Ἡρακλεία καλουμένη] In huius cognomenti reddenda causa frustra nonnulli sese torquent, dum hoc Papauer aut ab Hercule, aut ab Heraclea ciuitate ita dictum putant. At ego aptiùs ita dictum existimauerim, quòd à nonnullis contra comitialem morbum, qui etiam Herculeus dicitur, vsurparetur, vti & ipse Theophrastus, citato loco, testatus est.

στρουθίῳ ὅμοιον] Sic Theoph. de Heraclio Papauere: τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα ὥσπερ στρουθίον, ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι. ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἐπιπολῆς. hoc est, *folium habet quale struthium, quo linea dealbantur: radicem autem tenuem, in summa terræ superficie sparsam*, &c. Sed

eorum verborum legitimum sensum mirum quàm infœliciter assecutus sit Plinius, ϲρϲθοῦ vocis homonymia deceptus, dum scribit in hæc verba: *Alterum è syluestribus genus Heracleum uocatur, ab alijs aphrodes, folijs (si procul intuearis) speciem passerum præsentantibus, radice in summa terræ cute, semine spumeo. Ex hoc lina splendorem trahunt æstiuo*, &c. Fecit porrò idem ille Theophrasti locus, vt αὐτὰ τὰ φύλλα ἔχει λευκὰ ὥσπερ, ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον, restituendum iudicauerim, quanquam eorum, qui secùs censuerint, iudicijs non valdè repugnauero.

CAP. LXIX. αὕτη μελανοῦς] Malim, μελανωδές. ἄκρα μικρὰ ὑπερπαλέζοντα, hoc est, *ad calorem luteum leuiter inclinantes*, scilicet *flores*, dixit Galenus, 8. simpl. cap. de Hyoscyamo.

μανιώδης ἐστι ἀρχομ] Xenoph. in OEcon. οἱ ὑοσκύαμον φαγόντες, &c. *qui hyoscyamum sumpsêre, mente percelluntur*. Inde & Hyoscyamus *altera* nomen apud Latinos obtinuit: neque enim vox est Arabica, vti existimauit Plinius, sed Latina potiùs. Altercum siquidè ita dictum putauit Scrib. Largus, *quòd qui biberint, mête abalienentur cum quadam uerborum altercatione*.

βάλλετ τὸ ὀπὸ τὸ χύλισμα] Cùm duo modò tradita sint à Dioscoride succi ab Hyoscyamo extrahendi genera, verbis hisce plerique Interpretes significari voluerunt, posterius priore & præstantius & innocentius esse. Cùm tamen vtrunque illud iure χύλισμα sit, ac neutrum ὀποῦ nomè mereatur, verisimilius est cõferri hæc Hyoscyami χυλίσματα cum lacteo succo aut liquore, qui ex vulnerata eadem plãta promanarit: quanuis non inficior interdum à Medicis ϲυγκεχυμένως ὀπὸν, ἀντὶ τῶ χυλοῦ, ὥσπερ χυλίσματος, & viceuersa voces hasce pro illa, vsurpari.

CAP. LXX. φύλλα ἔχει κορωνόπῳ] Plin. lib. 25. capite 11. *Psyllium folijs* ait esse *canino capiti non dissimilibus*: quo loco *canini capitis* nomine κυνοκεφάλιον herbam significare videtur, quæ etiam ἀντίρρινον seu ἀντίρριον dicitur: à cuius folijs haud ita discrepant Psyllij folia, nisi quòd angustiora conspiciuntur.

ψυκτικὴν] Addit Lacuna ex vet. cod. καὶ ϲυπτικήν. At alij codices vtrunque habent, καὶ μαλακτικήν, καὶ ϲυπτικήν. Plinius, loco citato: *Vis ei ad refrigerandum & discutiendum ingens*. Nobis vulgata scriptura potior visa est, maximè cùm ei Serapionis contextus suffragaretur. Attamen & illud scitu dignum est, Psyllij semen diuersis constare partibus, quarũ aliæ calfaciant, aliæ refrigerent. Siquidem interior medulla palàm calfacere gustu deprehenditur: cortex verò refrigerandi vi præditus est.

δυοῖν ὑδάτων ϲυστάλει] Legendum hauddubiè ex Interpretum omnium sentẽtia, κοτύλαις. Nam & Plinius de Psyllio, citato loco: *Acetabuli mensura in sextario aquæ densat se & contrahit*. Sextarius autem cotylas binas continet, quæ Latinis *heminæ* dicuntur.

CAP. LXXI. ϲτρύχνος κηπαῖος] Gal. in simpl. τρύχνον nominat, quanquam & ϲτρύχνον vocem agnoscit Plin. lib. 21. cap. 31. *Strychno*, inquit, *quem quidam trychnon scripsêre*, &c.

CAP. LXXII. οἱ δὲ φυσαλίδα] Vesicariam hanc Latinis vocari scribit Plinius, lib. 21. cap. 31. *quoniam uesicæ & calculis prosit*. Attamen vt Græcis φυσαλίς, ita & *vesicaria* Latinis iccirco potiùs dici videtur, quòd vesicam imitetur folliculus, quo acinus ipse continetur: quem quidè Diosc. πυῤῥὸν describit, Plinius verò *coccineum*, Serapio *rubrum*, & rectè: siquidem exactè maturum rubentis cerasi speciem præ se fert.

CAP. LXXIII. ἐν λοφοῖς κρυπτόμενα] Ita Serapio & Apuleius. At Theophr. hist. lib. 9. cap. 12. ἐρυθρότερον κόκκου, *cocco rubicundiorem*, dixit. Eius autem verba referre libet, quoniam & in alijs descriptionis partibus à Dioscoride euariat: καὶ ὁ μὲν ὑπνωτικὸς ἐρυθρὰν ἔχει τὴν ῥίζαν ὥσπερ αἷμα ὀρυττομένην, ξηρανθεῖσαν δὲ, λευκήν. καὶ καρπὸν ἐρυθρότερον κόκκου, φύλλον δὲ ὅμοιον τιθυμάλλῳ, ἢ μηλέᾳ τῇ γλυκείᾳ, καὶ αὐτὸ δασύ. vbi legendum fortassis αὐτὸ τὸ, γλυκεία, καὶ δασεία. hoc est, *Et somnificum quidem solanum sanguinis modo rubentem habet radicem, dum effoditur: at cùm siccescit, candidam: fructus cocco magis rubet, folium tithymallo simile aut malo cotoneæ, idque hirsutum*.

CAP. LXXIIII. ὁ τριταῖος] Theoph. hist. stirp. lib. 9. cap. 12. ὁ δὲ, μανικὸς, οἱ μὲν θρύορον (aliâs δρύορον) καλοῦσιν αὐτὸν, οἱ δὲ, περιττόν. Plinius, æquè ac autor librorum de Venenis, qui Dioscoridi tribuuntur, Dorycnion & Solanũ manicũ omnino confundere videtur, dum Dorycnij appellationem huic Solano tribuit, itáque appellatũ scribit *eo quòd cuspides in prælijs tingerentur: illo passim nascente*. Attamè & erythron & neurida, itémque peritton alijs cognominatũ fuisse commemorat.

ὁ Γ. ὀργυιᾶς] Ista verba nõ satis assecutus videtur Apuleius, dũ cap. de herba Solata LXXIIII. *Nascitur*, inquit, *in collibus vel montuosis locis, thyrsos emittens decem vel duodecim ulnarum, sine, ut Græci, orgyorum*, &c. At rectiùs Serapio, qui *caules illi decem aut duodecim* tribuit, *quorũ singulis sit binûm brachiorum longitudo*. Theophrastus itidè de hoc ipso Solano: ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον εὐζώμῳ, μεῖζον, τὸν δὲ καυλὸν, ὥσπερ ὀργυιάς. i. *folium habet erucæ sed maius: caulem ulnæ unius longitudine*.

καὶ παχύτερα] Lego cum Oribasio, παχύτερα, hoc est, *crassius*. Nam & Theophrastus, loco citato, quanquã capitulum hoc, quod est in caulis cacumine, gethyo, nõ, vti Dioscorides, oliuę, comparat, sic habet, κεφαλὴ δὲ ὥσπερ γηθύου, μεῖζον δὲ καὶ παχύτερα. i. *capitulum uerò cen gethyi, at maius & crassius*. Gaza *pilosius* vertit, quasi δασύτερα legerit.

καὶ πλαταμώδη] Aldinus habet, πλαταμώδη: quã lectionem secutus est Serapio, bonáque pars Interpretum, qui *platanea*, hoc est, *lom platanu consim*, verterunt. Reliqua exemplaria habent, non quidem, πλατανώδη, quod idem planè esset, sed πλαταμώδη. Quàm verò varia sint πλαταμῶνος significata, videre licet apud Suidam, Hesychium & Theonem Arati Scholiasten: necnon & apud Galenum, in exegesi vocum Hipp.

δὲ δὲ ἐκ πόσεως] Theophr. loco iam sæpiùs citato: δίδοται δ' αὐτῆς, ἐὰν μὲν ὥστε παίζειν, καὶ δοξάζειν αὐτὸν ἑαυτῷ καλλίω εἶναι, δραχμῆς ϲταθμόν. ἐὰν δὲ μᾶλλον μαίνεσθαι καὶ φαντασίας εἶναι φαίνεσθαι, δύο δραχμαί. ἐὰν δὲ ὥστε μὲν παντελῶς μαίνεσθαι, τρεῖς. ἐὰν δὲ συνεχῶς μεμηνότα φανῆναι, ὥσπερ κἀνταῦθα. ἐὰν δὲ ὥστε ἀποθανεῖν, τέτταρας. hoc est, *Datur quidem eiusce radicis drachmæ pondus, si ut quis ludat seque pulcherrimum putet placuerit. Sin uoluerit magis ut insaniat, spectráque uaria sibi repræsentet, drachmis duabus opus est: sin ut perpetuò*

insaniat, tribus. At si interimere animus fuerit, drachmæ quatuor erũt exhibendæ. Plinius verò, lib. 21. cap. 31. *Drachmæ,* inquit, *pondere Græci autores lusum pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginésque conspicuas obuersari demonstrantes. Duplicatum hunc modum, legitimam insaniam facere. Quicquid vero adijciatur ponderi, repræsentare mortem, &c.* Sed eo loco vtrùmne vox, *pudoris,* redundet, ipse videris.

CAP. LXXVI. μῆλα οὔοις ἐμφερῆ] Sic Oribas. & Serapio, quanuis huius Interpres *mespila* vertit. Nonnulli, in quibus est Marcellus, ὠοῖς, *ouis,* aut potiùs cum vet. cod. ὠῶν λεκύθοις, *ouorum luteis,* videntur legisse. Plin. lib. 25. cap. 13. Mandragoram hanc *mala* ferre scribit *nucum auellanarum magnitudine.* At Theoph. stirp. hist. lib. 6. cap. 2. fructum Mandragoræ describit, μέλανα, ῥαγώδη καὶ οἰνώδη τῷ χυλῷ, hoc est, *nigrum, acinosum & vinoso succo præditum:* ex quibus verbis satis patet, inter Theophr. & Dioscoridis Mandragorã esse haud leue discrimen. Adde quòd cùm vtrique Mandragoræ caulem deneget Dioscorides, caulis tamen meminit ibidem Theophrastus, quod ipsum etiam Plinium loco citato fecisse constat.

ὃν ἔνιοι τέθριον καλοῦσιν] Plinius *morion* aliquibus vocari scribit, & rectiùs: ita enim dictus videtur, quemadmodum & qui tertio loco describitur, quòd μωρώσιν, hoc est, *fatuitatem,* inducat. ὑπνωτικοῦ inferiùs vno vocabulo eleganter dixit Diosc. pro quo Marcellus falsò, ὑπνωτικοῦ, reponendum esse suspicatur.

ἀποθέσθαι δὲ κατάτασας] Iuxta vulgatam lectionem ita vertendum fuerat: *Quẽ tritum postquam densatus fuerit, fictili vase recondi oportet.* Sed malim αὐτὸ τὸ, λεαίνοντας, legere, ἐλαύνοντας: quæ itidem omnium Interpretum sentẽtia fuisse videtur. Neque verò fit verisimile, succum, vbi densatus fuerit, priùs teri oportere, quàm fictili vase reponatur. Siquidem vim suam longè meliùs compactum ac solidum, quàm in puluerem cõtritum, retinere facilè quisque iudicet.

CAP. LXXVII. οἱ δὲ καμμάρον] Hac voce appellari potuit Aconitum Pardalianches, quasi κακόμορον, θνητικὸν, δύσμορον ὅπερ κακῶς θνήσκειν, &c. vt explicat Nicandri Scholiastes, κακῷ μόρῳ ἀπολλυμένη, *mala morte perimens,* aut, vti voluit Plin. lib. 27. cap. 3. *radicis cammaro marino similis* ratione: nam & pro cammaro, quæ καρίδων est species, καμμάρου vox apud Galenum, in Lexico Hipp. itémque apud EVstathium reperitur: quanquam idem frequentiùs κάμμαρος dicitur, vti & Latinis cammarus seu gammarus Hoc idem Aconitum etiã θηλυφόνον vocem obtinuit, fortasse *quia tactis genitalibus fœminei sexus animalium eodem die mortem inferat,* quemadmodum voluit Plinius, eiusdem lib. cap. 2. licet Theophrastus, qui quidem hoc genus Aconiti priuatim θηλυφόνον etiã appellauit, in genere & citra sexus distinctionem protulerit, lib. 9. cap 19. θανατοῦν αὐτὸ σκορπίους, ἐάν τις τὰ αἰδοῖα τούτου ἡ ῥίζα ἢ φύλλον, αὖθις ἀναστῆναι. hoc est, vt idẽ Plinius alio loco, puta lib. 25. cap. 10. expressit, *quadrupedem omnem necari, imposita verendis radice, aut folio intra eundem diem.* Alij quòd feras seu beluas alias, si ab eis edatur, occidat, θηροφόνον seu θηριοφόνον cognominandũ censent: vti μυοκτόνον, quoniam, vt Plinij verbis vtar, lib 27. cap. 3. *procul & è lõginquo mures odore necat.* Sed quoniam nominum variorũ origines & causas attigimus, quod à nobis alibi perrarò præstitum est, eadem quoque opera ἀκονίτου etymon expendere non absre fuerit. Siquidem ἀκόνιτον dictum existimauêre Plinius, loco citato, & Ouid. 7. Metamorph. ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, i. *à cotibus,* in quibus nudis nasceretur, *nullo iuxta ne puluere quidem nutriente.* Theophrastus verò ἀπὸ τῶν Ἀκονῶν itidem cognominatum censuit, sed qui vicus fuerit Periandynorum, seu potiùs, Mariandynorũ. Nam & in his Heraclea Ponti sita est, in qua præstantissimum eiusmodi Aconitum gigni idem Theophrastus asseruit. Porrò & aliam, at longè incertiorem, ex aliorum sententia nominis rationem Plinius attulit: *quoniam,* inquit, *Aconitus eadem in morte esset, quæ cotibus in ferri acie deterenda, statimque admota velocitas sentiretur.*

ῥίζα ὁμοία σκορπίῳ] Ab hac scorpij similitudine nonnullis Aconitum Scorpium dictum fuisse à Theophrasto & Plinio traditũ est. Ille enim, διὰ τὸ τὴν ῥίζαν ὁμοίως ἔχειν σκορπίῳ, scorpium appellatum scribit, Plinius etiam hũc imitatus, lib. 25. cap. 10. ita dictũ scribit, *propter radicis cum scorpio similitudinem, cuius etiam tactu moriantur scorpiones.* Alio vero loco, nempe lib 27. cap. 3 *quod radix incuruetur paulùm scorpionum modo:* id quod & ipsa Diosc. verba sonare videntur.

CAP. LXXVIII. ὅμοια ταῖς τοῦ πλατάνου] Theophrastus, lib. 9. hist. cap. 16. folium habere scribit κιχοριώδες, ῥίζαν δὲ ὁμοίαν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι καρύῳ. *folium,* inquàm, *cichoraceum, radicem tum figura tum etiam colore nuci proximam.* In quibus, vt & in cæteris ferè omnibus, Theophrastus à Diosc. planè discrepat. Sed quòd ad folium spectat, Dodonæus eo loco ἀντὶ τοῦ, κιχοριώδες, βατραχώδες, legendum esse suspicatur. Ego verò quantùm ad radicẽ (cui vni vim mortiferã Theoph. tribuit) vicissim cum Marcello ἀντὶ τοῦ, καρύῳ, καριδῶδη, restituendum suspicor. quoniam etiam radicem Diosc. καμμάρου καρίδων comparauit, vti Plinius, qui Aconiti genera minimè distinxit, *cammaro marino.* Alioqui Theophrasti Aconitũ aliud fuerit à Lycoctono Dioscorideo, quale nimirũ in postrema editione Dodonæus ad amussim repræsentasse videtur.

τῶν μακροτέρα πολλῷ] Præter veteris codicis fidem, mouit me Marcelli & Dodonæi autoritas, vt, μικρότερα, legere maluerim, quàm cũ vulgatis exemplaribus, μακρότερα: maximè cùm Aconito nostro λυκοκτόνῳ, cui Dioscoridis descriptio perbellè conuenit, folia esse longè quàm platani minora sensus ipse iudicet.

CAP. LXXIX. φύλλα δὲ νάρθηκι] Plinius, lib. 25. cap. 13. *Cicutæ folia non ferulæ sed coriandro similia* dixit: & id quidem veriùs fortasse. Quamobrem & Anguillara hoc loco ἀντὶ τοῦ, νάρθηκι, κορίῳ, reponendum suspicatus est.

τῷ δύξει ψυκτικῷ] Cicutam potenter refrigerare, suáque illa vi refrigeratoria etiam enecare, apud omnes ferè Medicos est in confesso. Iccircóque mirari subit Cicutæ semen à Celso inter rodentia numeratũ fuisse, lib. 5. cap. 6. vnde fortassis & eorum manauit error, qui antehac semen Cicutæ, loco seminis Harmel, in compositionibus nimiùm leuiter vsurpabant. Verùm enimuerò cùm etiam Cicutæ semen, haud secus ac reliquas herbæ partes, refrigeratorium esse

constet, vel Cicutæ nomine dicendum herbam aliam designasse Celsum, vel ipsum hallucinatũ esse confiteri par est: vti & dum alia complura omnino rosionis expertia, gallam nimirũ (nisi fortè vstam intellexit) lentiscum, myrrham & omphacium inter rodentia ibidem recensuit.

βοηθῆσαι δ' ἀκράτῳ] Constat ex temperamentorum contrarietate manifestissima, *contra Cicutas*, (vt Plinij verbis vtar, lib. 23. ca. 2. *merum*) esse remedio, tanquam depellendæ, quam Cicuta intulerit, iniuriæ opportunũ: quod & ipse agnouit Plato, in Dialogo qui Lysis inscribitur. Attamen & aliter verba hæc Dioscoridis accipi possent, quasi voluerit vino meraco vim Cicutæ maleficam adiuuari, dum scilicet vinum vehiculi vicem præstans, vim eam cicutæ ad vitalia deducit: quod & ipsum Plinius innuit, lib. 25. cap. 13. quo loco de Cicutæ vi refrigeratoria & enecante agẽs, scribit in hæc verba: *remedio est, priusquàm perueniatur ad vitalia, vini natura excalfactoria. Sed in vino pota, irremediabilis existimatur.*

ἐπιχώριον δὲ] Codex Catacuzenus sic habet: ἐπιχώριον δὲ ἐστὶ τὸ Κρητικὸν καὶ τὸ ἐν τῇ Ἀσίᾳ φυόμενον, καὶ τὸ Μεγαρικὸν, καὶ τὸ Ἀττικὸν, καὶ τὸ Κῷον. Lacuna itidem ex vetusto quodã codice αὐτὶ τῷ, Χίῳ, Κῷ reponit. At Plinius, loco modò citato, *Maxime noxis*, inquit, *metæ finibus* (non, *Susis*) *Parthorum, mox Laconicæ, Creticæ, Asiaticæ: in Græcia verò, Megaricæ, deinde Atticæ.*

Cap. lxxx. σμίλαξ, οἱ δὲ, θύμαλον] Arbor hęc eadẽ à Nicãdro in Alexiph. σμίλαξ, à Theoph. verò, stirpiũ hist. lib. 3. c. 10. μῖλος appellatur: factũq; est vocis huiusce similitudine, vt hanc cum fraxino, quæ μελία est, confuderit Plinius: dum nõnulla fraxini foliis tribuit, quæ Taxi foliis veriùs à Theophrasto tribuuntur. Illam porrò eandem arborem à nonnullis etiam θύμαλον vocari scribit Paulus, lib. 5. cap. 48. itémque Autor librorum de venenis, qui hos de materia medica libros proximè sequuntur. Dioscorides, hoc loco, θύμαλον à quibusdam vocitari solitam tradit.

ἐλάτῃ τὴν φύσιν] Theophrastus, citato loco, Taxum nõ æquè ac abietem proceram esse scribit, esséq; magis πολυμάσχαλον, id est, *alis sinuatam*, necnõ & folio quàm abietis pinguiore molliορéque. Porrò & ab hac abietis similitudine Nicãder in Alexiph. σμίλαξ ἐλατίδα, eleganter dixit: & epitheti vice addit, κακὸν θανάτοιο πολυκλαύτοιο δότειραν. hoc est, *in fœlicem, quæ morte luctuosa perimit.*

ἐκθνήσκει μαλάσσονται] Lacuna legit in antiquo codice, πνίγονται, vel πνίγονται. At ego malim, μαίνονται, hoc est, *saginantur*. Nã & hoc modo veteres Dioscoridis Interpretes videntur legisse.

διαρροίας ἐμποιεῖν] Contrà Theophr. lib. 3. c. 10. Taxi quidem fructum ab aliquibus etiã mãdi scribit: at suauem esse & innoxium. Plinius verò, *Taxi baccas lethale in Hispania præcipuè venenum inesse* tradit, lib. 16. cap. 10.

τὸ δὲ ἐν τῇ Ναρβωνίᾳ] Quæ hîc de Narbonensi Taxo prædicantur, eadem de Arcadica narrãtur à Plinio, loco modò citato. Arcadicę quidẽ Taxi fateor meminisse quoque Theophrastum, lib. hist. 3. sed non in eam sententiam. Quin & idem Arcadicæ smilacis eodẽ libro meminit, verùm quæ sit à Taxo longè diuersa, & ilici similis. Ea verò ipsa est, cuius etiam decoctum à Gal. lib. 6. κατὰ τόπους, cap. 3. ad columellam inflammatam vsurpatur. Taxi enim, quæ, vel ipso teste Galeno δηλητηρίου ἐστὶ δυνάμεως, mentionem eo loco fieri nullo modo fit mihi verisimile: quanuis Cornarius, in suis commentariis, contrà sensisse videatur.

σκιαῖς δὲ καὶ θνήσκειν] Plutarchus, 3. Sympos. de perniciosa ista Taxi vmbra agẽs, tùm demùm eam scribit ἀποκτείνειν τοὺς ἐγκαθεύδοντας, ὅταν ὀργᾷ μάλιστα πρὸς τὴν ἄνθησιν. hoc est, *lethalem esse Taxi umbram sub ea sopitis, quando turget & ad aperiendos flores suos natura sponte mouetur.*

Cap. lxxxi. κυνῶν κυνὸς] *Apocynon necare quadrupedes omnes*, scribit Plin. lib 24. cap. 11. Galenus verò, 6 simpl. etiam hominibus venenum esse tradit, nec nisi imposito eo vtendum censet, ad discutiendum. Et Plinius tamen, eodem illo loco, *Apocyni semen ex aqua pleuriticos omnesque lateris dolores sanare* scribit: quod de sumpto Apocyni semine intelligendum videtur. Verùm in eo Plinij loco mendum fortasse subest, quod meritò suspicatur Cornarius.

Cap. lxxxii. ὡς κισσὸν] Lege, ὡς κίρας, seù potiùs, ὡς κερὰτιον, ἀμυγδάλου: vel, si mauis: μεγάλου δὲ ἐμφερῆ ἀμυγδάλου καρπὸν, καὶ ἀμυγδάλου, πλῆρες &c. Paulò pòst verò, αὐτὶ τὸ, ἐκκαθαίρειν, iuxta vetusti codicis fidem lego, ἐκκαθαίρεις. Siquidẽ quod intra Nerij siliquam continetur semẽ, lanosis floccis albidis est implicitum, quales & ij sunt pappi, qui in Acanthio visuntur.

αἷς βοτάνη δὲ κουκλὶ] Eadem planè de Nerio seu Rhododẽdro (ῥόδων ἀγρίων vocat Lucianus, *lauream rosam* Apuleius) referuntur à Plinio, lib. 16. c. 20. At contrà Gal. 3. simpl. Nerion intrò sumptũ, non pecoribus tantùm atque aliis quadrupedibus, sed & hominibus perniciosum venenatúmque esse cẽsuit. Verùm fortasse quod hominibus sanis venenum est, idem ipsum à serpẽte demorsis est remedio: sunt enim venena plerunque aliorum venenorum ἀλεξιφάρμακα.

Cap. lxxxiii. θρεπτικοὶ δὲ εἰσιν] Fungos θρεπτικοὺς dixit Dioscor. quippe qui copiosum alimentum subministrent, quanuis id crassum & excrementitium: *alibiles* ex Varrone vertimus. Sed & si θρεπτικοὺς accipere voluerimus, quasi βρώσιμους seu ἐδωδίμους, pro *iis saltem qui esculenti sunt*, non incõmodè, vt opinor, hæc ipsa periodus aliter ita verti posset: *Cæterùm qui fungi in alimentis locum habent, ægrè quoque dissoluuntur, &c.* Porrò quibus signis esculenta fungorum genera à venenatis & pernicialibus internoscantur, & quænam his sint remedio, illa verò quomodo præparari oporteat, quò innocentiora euadant, reperies & apud Athenæum, lib. 2. quo loco ipsius Diphili Siphnij verba recitantur.

Cap. lxxxiiii. οἱ δὲ ἐφήμερον] Galenus & Paulus duplex faciunt Ephemeron, Colchicum & illud alterum minimè venenatum, proximè sequenti capite descriptum, quod iris syluestris appellatur. Ita autem Galenus, 6. simplicium, vtrunque distinxit, quod Ephemeron radicem oblongam, Colchicum verò rotundam eandem proferat. Serapio hermodactylo tribuit, quæ Diosc. vtrique huic Ephemero. At Paulus Ephemeri genera ab hermodactylo manifestò discreuit, dum de hermodactylo & Ephemeris distinctis egit capitibus. Neque tamen Dodonæi sententiam improbauerim, qui officinarum

officinarum Hermodactylum, innocens Colchici peregrini genus esse existimat.

οἱ δὲ ἱερὰν ἀχίαν] Galenus & Paulus hoc genus Ephemeri etiam alio nomine ἱερὰν ἀχίαν appellari testantur: attamē à Serapionis Interprete Dodonæi censura confirmatur, qui κῶνον ἄχειον hoc loco legendum existimat.

αὕτη λευκή] De Ephemero paulò aliter Plin. lib. 25. cap. vlt. in hæc verba: *Ephemerum folia habet lily, sed minora, caulem parem, florem cæruleum, semen superuacuum*, &c.

CAP. LXXXVI. οἱ δὲ ἱξίνην ἀχείας] ἱξίνην ἀχείας, legendum cōiicio ex Apuleio: qui quidem, inter alia Helxines nomina, & huius etiam meminit. Ita porrò dicta videtur, quòd ipsius semina capitulis lappaceis inclusa sint, quæ quidem tenaci nexu instar visci vestes quibus adhæserint ad se trahāt, vnde & ἰξίνην quoque dictam volunt. Ἀχείας autem vocem ego corruptam existimo, ac pro ea fortasse reponendum περδίκιον, (siquidem & ab aliquibus ita vocari narrat Plinius, quoniam illius semine perdices præcipuè vescantur) aut etiam, si mauis, Vrceolarem aut Vitrariam. Nam & ista nomina huic eidem plātæ à Latinis indita sunt, quòd detergendis vitreis vrceolis esset efficax: quanquam & alij à solo natali muralium seu muralem herbam vocauère.

ὅμοια λινοζώστει] Plinius *folia mista similitudinis plantaginis & marrubio* esse scribit, libro 22. capite 17.

CAP. LXXXVII. ψυκτικήν, στυπτικήν] Contrà Gal. 6. simpl. Alsinē esse tradit aqueæ & frigidæ essentiæ, adeóque citra astrictionem refrigerare: id quod itidem Paulus, Oribasius & Aëtius Galenum secuti testantur. Sed fortasse vox hæc, στυπτικήν, perperàm & preter mentem Diosc. in contextum irrepsit. Et certè quidem in veteribus quibusdam codicibus minimè legitur.

CAP. LXXXIX. καὶ ἐσπαρμένοις] ἀργιλλώδεσιν, id est, *argillosis*: argilla enim terra ea est, è qua figuli vasa sua figlina conficiunt. Plinius hunc locum fortasse non satis assecutus, lib. 25. cap. 13. *Aizoon maius in fictilibus vasculis seri tradidit*.

CAP. XCI. φύεται ἐν πέτραις] Marcellus nonnulla hoc loco adiicit, ex libro 2. capite de portulaca agresti hauddubiè transcripta. Ac reuera quidem quod hîc tertium Sedi genus nominatur, & quæ syluestris portulacæ nomine eo loco describitur, vna eadémque planta esse mihi videntur, quæ duobus varijs sit descripta capitibus, quemadmodum & suo loco anteà monuimus.

ἔχει θερμαντικήν] Plinius, lib. 25. cap. 13. Sedi generibus omnibus vim eandem tribuit, refrigeratoriam nimirum & astringentem, in quo palàm à Dioscoride discrepat: qui quidem tertium hoc Sedi genus, calfaciens, acre & exulcerans constituit.

CAP. XCII. φίμους καὶ αἰδοίοις] *astricta pudenda laxat*, seu, *coarctata eadem dilatat*. Id enim sonāt verba Dioscoridis: neque dubium est, quin vitium id, quod φίμος seu φίμωσις Græcè dicitur, æquè in vulua muliebri atque in cole virili, interdum conspiciatur. Alioqui equidem, *Contractum colis glandem nudat*, reddidissem, sicque aptiùs virorum φίμωσιν expressissem.

CAP. XCIII. καὶ λινόζωστις] Plinius, ἰνόζωστις, perperàm legisse videtur. Sic enim, lib. 25. cap. 13. de Cotyledone: *Est & aliud genus*, inquit, *eiusdem, sordidis folijs*, &c. Ibidem, pro eo quod hîc habetur, μικρὰ δὲ πρὸς ἃ καὶ ἡ ἀειζώου, habet ille: *vsus eius ad eadem quæ irus*; pro quo legendum coniicio, *prioris*, scilicet alterius Cotyledonis. Nam & vtriusque Veneris vmbilici vires ab aizoi vtriusque viribus haud ita discrepant.

CAP. XCIIII. κινεῖ δὲ καὶ ἔμμηνα] Cùm Vrtica caliditate sua partiúmque tenuitate menses cieat, mirum fortasse cuipiam non abs re fuerit, quòd Diosc. sanguinis è naribus profluuia eandem sistere paulò antè pronuntiauerit. Et hoc ipsum tamen etiam retulit Plinius, lib. 22. cap. 13. scribens, *Vrticam tritam naribus inditam sanguinem sistere, & magis radicem*: rursúmque, non ita multò post, *Succum urticæ expressum illitúmque fronti sanguinem narium sistere*. Sed & Aëtius, tetrab. 2. serm. 2. cap. 94. *Sanguinis è naribus eruptionem sistere* ait *foliorum Vrticæ succum linamento exceptum & inditum, itémque folia ipsa trita ac fronti imposita*. Quid quòd & ipse Gal. lib. de comp. med. κατὰ τόπους 4. cap. 8. Vrticam non dubitat inter ea recensere, quæ astringunt simul & repellunt? etsi vires planè contrarias illi tribuisse videatur, lib. 6. simpl.

CAP. XCVII. ῥίζα ἄχρηστος] Plinius, lib. 25. c. vlt. de Senecionis radice verba faciēs, habet hūc in modum: *Radicem alij* (dixerunt esse) *superuacuam, alij neruis vtilem, alij potu strangulare*. At Senecionis quidem radicem superuacuam agnoscit Diosc. folia verò neruis vtilia, & pappos potu strangulare tradit. Ista fortè non satis assecutus Plinius, radici tribui putauit, quæ folijs & pappis rectiùs conueniunt.

CAP. XCVIII. θαλίκτρον] Galenus & Paulus θαλίκτρον vocant, itémque Plinius Thalietrū: atque hic quoque verisimile est lapsu propter similitudinem facili λ in κ mutatum. Porrò Thalietro Plinius, lib. 27. cap. 13. caulem assignat papaueris, quem Dioscorides eúmque secutus Galenus μηκώνος seu μηκωνίου τὸ πάχος esse pronuntiarunt, hoc est, *rumex crassitudine*.

CAP. XCIX. θριδακώδη, ἰσχνά] And. Lacuna legit in vetusto codice, φύλλα θριδακώδη, hoc est, *lactucæ folio*: quam ego lectionem iccircò prætulerim quòd & ipse Theophrastus, lib. hist. stirp. 4. cap. 7. Musco marino folia tribuit herbacei coloris, lactucis non dissimilia, sed rugosiora & contractiora, hisce verbis, quę ita legi par est: ἄλλο δὲ βρύον ὃ φύλλον ἔχει ποῶδες τῇ χρόᾳ, πλατὺ δὲ καὶ οὐ ἀνόμοιον ταῖς θριδακίναις, ῥυσὸν δὲ μᾶλλον καὶ ὥσπερ συνεσπασμένον. Huius quoque vestigiis insistens Plinius, libri decimotertij capite vigesimoquinto: *Aliud*, inquit, *genus fruticum Bryon vocatur, folio lactucæ, rugosiore tantùm*, &c. Rursúmque, libro vigesimoseptimo, capite octauo: *Bryon marina herba sine dubitatione est, lactucæ folijs similis, rugosa, veluti contracta, pluribus ab vna radice exeuntibus folijs*, &c. quanquam etiam libri vigesimosexti capite decimo, *fuci marini genus, quod conchylijs substernitur, faciens lactucæ simile*, Muscum cum fuco confundere videtur. Ex illis porrò Theophrasti & Plinij locis hoc Dioscoridis caput illustrantibus palàm fit, βρύον θαλάσσιον non esse corallinam, vt

plerique sat turpiter hallucinati autumant, sed potiùs quod pro Musco marino altero depingitur à Matthiolo, itémque à Dodonæo pro fuco marino priore, quíque lichenem, quem *hepaticam* vocant, aut potiùs pulmonariam vulgo dictam, referre videtur. Corallina verò ad fuci marini genera potiùs referenda videtur, siue is sit quem τριχόφυλλον, hoc est, *capillaceo folio*, similē fœniculo describit Theophrastus, siue etiam qui gramini similis esse traditur. Equidem apud Diosc. corallinam esse crediderim, quam is φῦκος πλατύ, aut potiùs à foliis crispis tortisve, aut etiam mollibus, οὖλον nominat.

καὶ σύμφυσις πυρώσεως] Ruellius, φλέξεως, legisse videtur: in quam sententiam Plinius etiam, loco modò citato, sic habet: *Præcipua siccandi vi spissandique vis, & collectiones omnes inflammationésque cohibendi, præcipuè podagræ, & quicquid refrigerare opus sit.* Galenus itidem de Bryo seu Musco marino, libro 6. simpl. καὶ πάνθ' ὅσα θερμὰ καταπλαττόμενον ἐναργῶς ἐμψύχει τε καὶ ὠφελεῖ. hoc est, *calidos omnes affectus euidenter refrigerando iuuat.*

CAP. C. τὸ δὲ πλατύ] Lacuna legit in vetusto exemplari, οὖλον, hoc est, non, vt ille quidem vertit, *capillaceum*, sed, *crispis & intortis* seu etiam *mollibus folijs.* Plinius quoque, libri 26. capite 10. Fuci marini tria constituit genera: vnum quidem latum, alterum longius, quadantenus rubens, tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tingantur. Idipsum paucis immutatis repetit, libri 32. capite 6. Alibi verò, libro decimotertio, capite vltimo, totidem quidem statuit Fuci marini genera: sed primum scribit folia gignere lata, colore viridi: alterum capillaceo esse folio, simile fœniculo: tertium gramini simile, radice geniculata & caule qualiter calami. Quin & Theophrastus, ex quo illa deprompsisse videtur, Algæ marinæ tria hęc agnoscit genera, lib. stirp. hist. 4. ca. 7. duo quidem πρόσγεια, hoc est, *iuxta terram nascentia*, tertium verò πόντιον, seu πελάγιον, hoc est, *in alto mari proueniens*, quanquam & idipsum in Creta πρὸς τῇ γῇ φύεσθαι fatetur: ac προσγείων quidem vnum statuit πλατύφυλλον, herbaceóque aut viridi colore, quod quidam à porracei folij figura & colore πράσιον, alij à forma & fortassis etiam vsu ζωστῆρα nominarēt: alterum τριχόφυλλον, hoc est, *folio capillaceo*, fœniculo simile: πόντιον verò, quod tertio loco recensetur, gramini assimilat. Sed quid sibi voluerit Plinius, satis demirari non possum, dum, loco postremò citato, negat linguam aliam habere nomen. quod Græci vocant φῦκος, quoniam Alga herbarum magis quàm fruticum vocabulum intelligatur: interea tamen, lib. 32. c. 6. & alibi eundem Fucum algæ nomine designare non veretur.

πρὸς ποδάγρας καὶ πᾶσαν φλεγ.] Rectiùs fortasse, πρὸς ποδάγρας (seu ποδαγρικὰς διαθέσεις) καὶ πᾶσαν φλεγμονάς.

ὅτας ἀκάνθου ῥίζιον] Anguillara quidem tertij Fuci folia à Cretensibus fœminis commanducari & ad fucum adhiberi solita narrat: at de radice nil tale commemorat. Anchusæ verò radice colorem etiam natiuum olim solitas mentiri mulieres non est dubium, quoniam malas eleganti commendet purpurisso: attamen, quicquid affirmet Dodonæus, haudquaquam occurrit Græcus vllus Autor, apud quem radix ea φῦκος nomine significetur. Quare veriùs φῦκος, è quo Latini fucum suum mutuati sunt, existimauerim non quidem radiculam fuisse, sed factitiū potiùs quoddam medicamentum è cerussa paratum, cuius etiam Galenus ipse meminerit, lib. 9. simpl. tum cap. de cerussa, tum etiam in præfatione, quam metallicis medicamentis præfixit. Quin & illud ipsum Aëtius, quodam loco, φῦκος βαφικὸν cognominauit. Sed vide num fortè sit apud Diosc. hoc loco legendum ἀντὶ ῥίζιον, ψιμμύθιον, cùm aliud nil sit φῦκος, quàm cerussa ipsa varia lotura ad mulierum fucos præparata.

CAP. CI. ὅμοιον τεύτλῳ] *Potamogeton*, vt scribit Plinius, lib. 26. cap. 8. *similis betæ folijs, minoribus tantùm hirsutioribúsque*, &c.

CAP. CII. χωρὶς ῥίζης ἐστὶ] Verisimile est, si non sunt huic plantæ veræ radices, fibras saltem radicum loco subesse, quibus velut ore alimentum suscipiat: quo quidē, dum viuit, carere nullo modo potest. Alioqui non minùs fabulosum hoc foret, quàm quod & ipse Dioscor. de malabathro prodidit, lib. 1. cap. 11. Quòd verò & huic plantæ radicem hoc loco negauit, idcircò factū est, quòd folia fortasse sessili sua basi radices ita occulant, vix vt illę conspici possint.

καὶ ἐκ νεφρῶν αἱμορραγίας] Plinius, lib. 24. cap. 18. de Stratiote aquatica: *Sanguinem quoque qui defluit à renibus pota cum thure masculo mirificè sistit.*

CAP. CIIII. καὶ τῆς λευκῆς ἡ μὲν] His verbis quatuor Verbasci genera traduntur à Diosc. dū Verbascum distinguit in album & nigrum, albúmque subdiuidit in marem & fœminam. Dioscoridem in tradendis Verbasci differentiis iisdē sequitur & ipse Gal. 8. simpl. hisce verbis: ἡ μὲν τις ἐστὶ φλόμος λευκή, ἡ δὲ μέλαινα. καὶ τῆς λευκῆς ἡ μὲν ἄῤῥην, ἡ δὲ θήλεια, ὧν ἡ μὲν στενόφυλλος, ἡ δὲ μείζω. hoc est, *Est quoddam Verbascum folijs candidis, alterum iisdem nigris: & illius quidem duo sunt genera: mas, cuius folia angustiora: & fœmina, cuius grandiora*, &c. At Plinius, libro vigesimoquinto, capite decimo, vnicam duntaxat Verbasci differētiam agnouisse videtur, dum scribit in hæc verba: *Verbasci genera habet prima duo: album in quo mas intelligitur: alterum nigrum, in quo fœmina.* In cæteris tamen quæ sequūtur à Dioscoride haud ita multùm euariat.

ἔχει δὲ κλῶνας] Quidam vetus codex ἀντὶ τοῦ, κλῶνας, legit, δακτύλους. pro quo fortè reponendum esset, σπονδύλους. Lacuna verò in alio vetusto codice legit in hunc modum. φύλλα δὲ τὰ μελαμφακῆ ὅμοια ἔχει κύκλῳ περὶ τὰς ῥάβδους, ὥσπερ πράσιον. Eandem quoque lectionem secutus videtur Oribasius. At ego vnica mutata vocula lectionem vulgatam retineo, nempe ἀντὶ τοῦ κλῶνας, lego, κύκλῳ. Neque enim foliorum, sed florum potiùs situm circa virgas hîc depingere velle videtur Dioscorides, qualem nimirum & in vtroq; marrubio descripserat, dum marrubij quidem nigri flores diceret περιεχομένους τοῖς καυλοῖς ἐχομένως, albi verò, σπονδύλους.

CAP. CVI. ἀνθέμιον καὶ ὁ καρπὸς] Hæc eadem repetūtur à Galeno, 6. Simplicium, totidem verbis: sed ad perniones & ambusta, nulla seminis Arctij facta mentione, radices, folia & caules tātummodò commēdantur à Diosc. in lib. 1. εὐπορ. cap. 178. & 179. vnde & quidam hoc loco ἀντὶ τοῦ,

κυρτὸς,καυλὸς legendum suspicantur.

CAP. CVII. ἐκ τῶν λυγισμῶν] τὰ ἐκ τῶν λυγισμῶν ἀεὶ τὰ ἄρθρα ἀλγήματα, *dolores articulorum ex contorsionibus ortos* verto cum Ruellio: nonnulli alij *ex articulorum confractionibus ortos* interpretantur: quoniam λυγισμὸν reperiunt apud Hesychium exponi,ἀνάκλασιν μελῶν: pro quo ibidem rectiùs fortasse legas,ἀνάκαμψιν μελῶν. Nam & antè idē Hesychius τὸ λυγίζειν exposuerat,κάμπτειν ἢ στρέφειν; hoc est,*flectere aut torquere*, deducta scilicet voce ἀπὸ τῆς λύγου,λυγος,ἀμπελόδεσμος,φυτόν,ἄγνος *vitex* scil.seu *salix amerina*, quæ quidem inter vimina omnia lentore & flexibilitate pollet. Hinc factum est, vt λύγισμα seu λυγισμὸν ἀπὸ τοῦ,στρέμματος accipiendum putarim,hoc est,*pro luxatione seu contorsione*. Nam & hac voce vsus est Cicero, quamuis pro ea quæ in articulis fit contorsione,*luxationis* vox in vsu frequentiore solet esse.

CAP. CX. δακρύειν ἀγωγὸς] Addo ex Gal. & Plinio,ὡς ἀπὸ ὁ καπνὸς, quãuis alioqui sat ista subaudiri possent.Quia enim Fumariæ succus instar fumi lacrymosus est, (hanc enim vocem Horatij exẽplo vsurpare libet) tota herba apud Græcos καπνὸν seu καπνῖτιν, vti apud Latinos *fumariæ*, nomen inuenit.

καὶ ἐκ τῶν βλεφάρων δυσκαῖ] Lacuna ex v.cod. legit: καὶ ἐκ τῶν βλεφάρων ἐκτιλθείσας τρίχας οὐκ ἐᾶν ἀναφύεσθαι, &c.quam lectionem plerique Interpretum secuti videntur. At ego vulgatam lectionem lubens retineo: sed, ἐκτιλθείσας,ex Lacunæ codice addo: vix enim Fumariæ succus illitus eiusmodi pilos aboleret, nisi priùs volsellis euulsi forent.Per δυσκαῖ autem τρίχας,eum palpebrarum seu potiùs ciliorum affectũ designari existimo, qui à Medicis διστιχία seu διστιχίασις, & ab Autore Isagoges etiam διστιχίασις dictus est. Est autẽ is τριχιάσεως species, per quam sub ciliis naturalibus pilorum ordo alius præter naturam succrescit, qui oculorum membranas pungit, atque adeò fluxiones in oculos sæpenumerò concitat.

CAP. CXI. ἐς χελιδόνι] Quod hic Dioscorides expressò è Loto satiua succo, idem ipsum Plinius, lib.22.cap.21.illius folijs tribuit, hisce verbis:*folia eius cum melle, oculorum cicatrices, argema,nubeculas discutiunt*.

CAP. CXIIII. τοῦ δὲ κυάμου ἰσομεγέθης] Caulem hunc,non vulgaris quidem fabæ,sed AEgyptię, cauli conferri facilè colligitur ex Theophrasto: qui quidẽ,lib.4.stirp.hist.cap.10.vbi fabam AEgyptiam descripsit, illico pòst huius etiam Loti partes omnes,nempe caulem,folia,flores,caput & radicem quoq; ipsam, quam κόρσιον nominat, ita luculentè depingit, vt ad lucem huic capiti Dioscoridis afferendam nihil ampliùs desiderari possit. Inde & sua mutuatus est Plinius,lib.13. cap.17.

λευκὸν,ὅμοιον κρίνῳ] Callixenus Rhodius in suis de Alexãdria libris,vti refert Athenæus, lib. XV. floris Loti duplicem agnoscit colorem:*alterum*, inquit, *similem rosæ*, *ex quo nectebantur coronæ*, *quas propriè vocabant Antinoias: alterum cyaneum*, *è quo lotina corona fiebat*.

CAP. CXVI. τῷ καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις] Plinius, lib.24. cap.16. floris insuper mentionem facit, hisce verbis:*Myrrhis,quã alij smyrrhizam,alij myrrham vocant,simillima est cicutæ,caule folijsque & flore: minor tantùm & exilior, cibo non insuauis*, &c. Varia porrò nomina,quæ huic herbæ tribuuntur, omnia sat constat ab odore myrrhæ, quem refert ipsa radix,indita fuisse.

CAP. CXVII. μώλυζα] Paulus AEgineta,lib. 7.in litera M locis duobus diuersis de hac eadẽ planta egit: ac priore quidem,μώλυζαν appellat, posteriore,μώλυζα,ὅτι σκόρωδον μονοκέφαλον. hîc quidẽ Dioscoridis, illic verò Galeni ipsissima verba referens.Cæterùm in hoc ipso capite ἀντὶ τοῦ,τραχήλῳ, κλαδὶ seu κλάσι restituendum esse ampliùs nemo fortasse dubitat.

CAP. CXVIII. οἰνάγρα,οἱ δὲ οἰνοθήρας]Hãc plantam itidem ὀνάγραν,ἢ οἰνοθήραν,ἢ ὀνοθούριν nominant Galenus,Paulus & Oribasius. Attamen rectiùs οἰνάγραν aut οἰνάγραν, vel etiam οἰνοθήρας legas ex Theoph.& Plinio: quoniam ἀπὸ τοῦ οἴνου,nimirum *à facultate vini, quam refert*, nomen accepisse videtur: siue quia radix arefacta vinum oleat, vel referunt, siue quòd haud secus atque vinum feritatem animalium mitiget. Crateuas apud Plinium etiam OEnotheridem appellat. Porrò ex Theoph.cap.21.lib.9. stirp.nõnulla; quæ in hoc contextu vitio non carent, emendare facile fuerit:scilicet pro,ἐλατήριον,reponendum κατάπτερα, itémq; pro, ῥίζαι μικραὶ, μακραὶ, vti nos fecimus; veterũ codicum fidẽ secuti. Sed & ex Theoph. sententia, longã OEnotheræ radicem fecit Plinius, lib.26.cap.11.In radicis tamen colore manifestò discrepat à Dioscoride Theophrastus; dum hic illã ἐρυθρὰν καὶ μεγάλην, *rubram & grandem*, ille λευκὴν *albam* describit: nisi fortè Dioscoridi de interiore, Theophrasto de exteriore radicis parte agere visum est.

τὰ θηριώδη ἕλκη] θηριώδη ἕλκη aliâs *effera seu efferata*, vel etiã *ferina vlcera* verti. Hîc Plinij exemplo, à cuius sermone vix nisi coactus discedere soleo, *efferantia sese vlcera* interpretari visum est. Siquidem & apud Plinium, lib.26.cap.14. quo loco legitur: *per se OEnothera efferentia sese vlcerã sanat*, pro *efferentia*, *efferantia* legendum esse ex hoc loco quiuis facilè coniiciat.

C. CXIX. τὰ κάτωθεν ῥοδώδεα] Hunc locũ deprauatũ esse,& pro,ῥοδώδεα,vocẽ aliã desiderari crediderim. Neque enim verisimile fuerit vnius & eiusdem herbæ folia ab imo roseorũ speciem referre, pusillàque esse: reliqua verò quæ è caule prosiliunt, buglosso similia & longiora. De caule itidem, τρίγωνος τὰ κάτωθεν,legendum videtur: quoniam paulò pòst subdit Autor, τὰ ἄνωθεν τοῦ καυλοῦ περιφερῆ,hoc est,*summam caulis partem rotundam esse*. Ita porrò imam caulis partem summæ videtur opponere, dum hanc scribit esse rotundam, illam verò triangularem. Sed & γωνίας seu anguli, de quibus deinde agitur, minimè ad folia, sed ad caulem potiùs referri debere videntur, cui quidem tres illi ab imo anguli tribuuntur. Etsi verò suspecta mihi est tota ista periodus, attamen verbum verbo reddere satius duxi, quàm (quod fidum Interpretem minimè decet) citra codicis vllius autoritatẽ liberiùs quicquam immutare.

καὶ μακρότερα] Plinius, μικρότερα, legisse videtur, vti etiam in vetusto quodam Diosc.codice habetur. Ille enim de Cirsio agens, libro 27. cap. 8. *folia*, inquit, *bouis linguæ similia*, *minora*. Idem plantam hanc, quæ in Aldino Diosc.

codice per literarum metathesin κρσίον nomine effertur, rectiùs *Cirsium* nominat, ducto scilicet ἀπὸ τῶν κιρσῶν nomine, hoc est, *à varicibus*, quibus illa remedio esse fertur.

Cap. cxx. πορφυροῦν ἢ μήλινον] Sic legunt Serapio, Oribasius, Ruellius, Cornarius & Anguillara. At Cordus, Marcellus & Matthiolus, loco disiunctiuæ particulæ, ἢ, copulatiuam, καὶ, reponunt. Existimant enim idem genus Asteris hic describi, quod floris foliola, quæ quidem capitulum ipsum ambiunt, habeat purpurea, medium verò capitulum luteum. At ego duo Asteris genera floris colore distincta depingi existimo, quorum vnum illa eadem floris foliola habeat purpurea, alterum lutea: nam in vtroque genere quod medium floris locum tenet, citra controuersiam melinum seu luteum visitur.

ὠφελεῖ δὲ σύναγχ.] Hæc omnia vsque ad illud, ἀρμόζει, in vetusto quodam codice minimè leguntur: & certè quidem ex capite de Viola totidem penè verbis translata, atque adeò huic capiti perperàm adiecta videntur. Enimuerò tale nihil de Astere proditum est à Galeno, Plinio aut Auicenna: qui tamen hac ipsa periodo recēsitas vires violæ rectiùs tribuerunt. At Serapio easdem planè facultates in vtroque capite retulit.

Cap. cxxi. τὰ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον] Plinius itidem in hanc sententiam sic habet, libro 27. capite 11. *Isopyron aliqui Phasiolon vocant, quoniam folium quod est aniso simile, in pampinos*, (vel vt Cornarius ex veteri codice restituit, *in phasioli pampinos*) *torquetur*. Vt vt sit, vox, πέταλον, hoc loco mihi non parum suspecta est. Assimilat enim Autor Phasiolo Isopyron, quoniam ad similitudinem Phasioli in summo vel extremo folio clauiculam gerat. At certè quidem est Phasioli syluestris genus quoddam, cuius foliorum pediculi in capreolos exeunt. Attamen si noster Phasiolus cum Dioscor. Phasiolo seu Smilace hortensi vnus & idem est, vti certè videtur, nusquam (quod & antè in cap. de smilace hortensi admonuimus) in ipsius folio, sed neque in aliis illius partibus clauiculam seu pampinum liceat animaduertere: nisi fortè velimus caulis extremitatem, quæ vicinis perticis fruticibúsve aduoluitur, ab vsus similitudine ἕλικα nuncupare. Sed faciamus ita esse. Attamen si Isopyron Phasiolo huiusmodi clauiculæ ratione assimilatur, tùm quoque hoc loco non, κατ' ἄκρον τὸ πέταλον, sed potiùs, κατ' ἄκρον τὸν καυλὸν, legendū fuerit. Dodonæus quò promptiùs ab hac difficultate sese expediat, nobísque faciliùs persuadeat, pratense trifolium esse Dioscoridis Isopyron, vna litura ista Dioscorides verba expungenda censet: τὰ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρον.

Cap. cxxiii. ἑτέρας βρυωνίᾳ] Vulgata exemplaria ἀμπέλῳ λευκῇ, perperàm. Marcellus ex veterum quorundam codicum fide ita legit: λευκὸν αὐτῆς ἔχει ἑτέρας βρύῳ ἢ ἐλαίᾳ. At nos vetusti alius codicis, qui in Sambuci, itémque eius qui in Lacunæ manus incidit, autoritate freti, ἑτέρας βρυωνίᾳ, legere maluimus: maximè cùm ei plantæ, quam cum Autoribus Aduersariorum Cacaliam esse credimus, quæque in vicinis nostris montibus satis frequens visitur, muscosum florem Bryoniæ flori haud ita dissimilem esse compertum habeamus.

ἐν οἴνῳ βρεχθεῖσα] Galenus, nusquam Cacaliæ facta mentione, tribuit eadem Cacano seu Cancano, quæ Dioscorides Cacaliæ: vnde facilè colligitur, vnam & eandem esse herbam Cacaliam Diosc. & Galeni Cancanon. At Paulus errore manifesto diuersas fuisse plantas satis innuit: dum, Cancani priùs facta mentione, Cacaliam deinde facit Cancano similem. Atque id genus erroris apud Paulum tam frequens deprehenditur, quàm quod maximè.

Cap. cxxiiii. διὰ οὐρητικόν] Inter naporum genera Bunium hoc recēsuit Plinius, lib. 20. c. 4. Sed semen, quod Dioscorides nominatim οὐρητικὸν esse pronunciat, ille contrà *urinam inhibere* scripsit, *si non lini semen vna bibatur*. Etsi enim paulò antè apud eundem Scriptorem Bunium legatur, *vesicæ & urinæ utile*, pro *vrinæ* voce, *Renibus* eo loco legendum conicio: quoniam illa Dioscoridis verba exprimere voluisse sit verisimile, quæ sic habent, καὶ νεφροῖς καὶ κύστει ἁρμόδιον, futuráque sit alioqui in paucis illis Plinij verbis manifestissima contradictio.

Cap. cxxvi. μαλινοῦ δὲ] Fuchsius, Dodonæus & Autores Aduersariorum hederam, vulgò terrestrem dictam, veram & legitimam Chamæcisson esse dum sibi persuadent, hoc loco pro, μαρίνα, μαρίνου legendum censent. Dodonæus præterea cùm terrestris hederæ folia floribus longè amariora esse deprehenderet, transposita iudicauit quæ hîc de florum amaritudine dicuntur, eáque potiùs ad folia referri debere. Mihi quidem, dum quid certius sese obtulerit, nihil immutare visum est. Attamen cùm Plinius lib. 24. cap. 15. suam Chamæcisson faciat *spicatam tritici modo*, aliam fuisse à Dioscoridis Chamæcisso, aut in Plinio mēdum aliquod subesse, facilè crediderim.

ἐπὶ ἡμέρας μὲ ἢ ζ'] Ruellius, λ' ἢ μ', legisse videtur. Dissidet itidem à Dioscoride Plinius, dum citato loco scribit in hæc verba: *Bibunt Ischiadici folia tribus obolis in uini cyathis duobus, septem diebus, admodum amara potione*.

Cap. cxxvii. Χαμαιλεύκη ποιεῖ] Galenus & Paulus χαμαιλεύκης itidem mentionem faciunt. At Plinius, libri vigesimiquarti capite decimoquinto, seorsim Chamæleuces & Chamæpeuces meminit: & Chamæpeucæ quidem eadem tribuit, quæ Dioscorides Chamæleucæ. Chamæleucen verò eam esse tradit, quæ alio nomine Farranum seu Farfugium, aliàs Bechion nominetur: vti reuerà & inter Bechij synonyma in Diosc. nothis vox illa reperitur. Iccirco & *Chamæpeucen* potiùs, quàm *Chamæleucen* legere visum est, Valerij Cordi exemplo, qui ita quoque in emendatioribus quibusdam Diosc. codicibus scriptum reperisse se asserit. Huc & illud accedit, quòd cùm herbam hanc Dioscor. ἀλίχλωρον esse profiteatur, ei minùs aptè conuenit χαμαιλεύκης appellatio: quippe quæ indubitanter *humilem populum* designet: populi verò albæ folia altrinsecus incana lanugine vestiri, nedum ὑπόχλωρα conspici, vnicuique constet.

Cap. cxxix. ἄκαυλον ἐπὶ γῆς] Aut Dioscorides tùm demùm caule vacare Cynoglosson intelligi voluit, cùm humi sternitur: aut certè

ab eo Plinius dissidet, qui eidem plantæ caules seu thyrsos assignat, & rectè quidem. Quoniam Cynoglosson (siquidem illud est, quod vulgaris Cynoglossi nomine passim occurrit) cum primum assurgit seséque à terra attollit, caules incipit producere, quos Plinius thyrsos appellauit: ante verò id tempus, nempe primo aut altero, interdum etiam tertio sui ortus anno, caule penitus vacare deprehenditur.

Cap. cxxxi. λεοντοπόδιον] Ista herbula Cemos Plinij fortassè fuerit, tum quia vox ea in Diosc. nothis etiam inter Leontopodij synonyma reperitur, tum quia & Cemon ad amatoria proucere innuit Plinius. Ab hoc verò Diosc. Leontopodio longe diuersum fuisse constat illud, cuius aliquoties meminit Plinius. Sed & quod Aetius & Apuleius Leontopodium nominant, non aliud quàm Leontopetalon esse palàm est.

Cap. cxxxii. ἱπποὺγλωσσον] Ex Galeno & Paulo legere mallem, ὑπόγλωσσον. Nominis verò etymon declarat Galenus, 8. simpl. hisce verbis: ὑπόγλωσσον ὠνόμασται μὲν οὕτως, ὅτι τὰ ἐκ τῶν φύλλων ἐπ᾽ ἄκροις οἷς κορυμβοῖς τινες γλωσσάρια. hoc est, *Hypoglosson ex eo nomen traxit, quod summis illius corymbis proximæ veluti lingulæ subnascuntur.* Hypoglossam itidem vocat Plinius, eámque ita describit, lib. 27. cap. 11. *Hypoglossa folia habet syluestris myrti, concaua, spinosa, & in his ceu linguas folio paruo exeuntes de folijs.* Lacuna neque ἱππόγλωσσον neque etiam ὑπόγλωσσον, sed ἐπίγλωσσον potiùs legēdum existimat, itáque dictum censet, quod foliola, quæ de foliis exeunt, epiglottida imitentur.

Cap. cxxxiii. ἐμφερὲς ἀπαρίνῃ] Theophrastus, lib. 9. hist. stirp. cap. 21. ἀντίρρινον (malè siquidem legitur ἀντίρριζον) καλούμενον ὅμοιον δὲ τῇ ἀπαρίνῃ, ῥίζα δ᾽ οὐχ ἔχει. hoc est, *Antirrhinon simile est aparinæ: radix verò nonnulla ac ferè nulla submittitur.* At Plinius, lib. 25. cap. 10. *Antirrhinon simile facit lino, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium, &c.* Vterque in collatione palàm à Dioscoride discrepat.

ἄνθη ὡς λυχνίδος] Sic & Galenus, in Gloss. Hipp. vt βουκράνιον, ita & λυχνίδα ἀγρίαν nominari Antirrhinon scribit. Ex hoc autem loco coniiciunt nonnulli, priùs in florum comparatione legendum fuisse, ὅμοια λυχνίδι, non item, λευκοίῳ. Sed & Dioscorides ipse anteà λυχνίδος florem λευκοίῳ assimilauit: quare nihil refert, siue λυχνίδι, siue λευκοίῳ legas. Plinius haud ita magno discrimine Antirrhini florem, vti modò dictum est, hyacintho similem prodidit.

Cap. cxxxiiii. ὑπέστιν δὲ ξηραινόμενος] Malim, ξηραινόμενον, nempe καλυκάγχη. Neque enim verisimile est ipsum semen ita curuari contrahíque, vt milui exanimati vngues referat. Sunt qui de Catananches capitulis, seu potiùs siliquis, hoc intelligi voluerint. Plinius certè quidem, lib. 27. cap. 8 simpliciter protulit, Catanancem herbam Thessalam electam ad amatoria coniectura, quoniam arescens contraheret se ad speciem vnguium milui exanimati.

μήλου μέγεθος ἔχει] Plerisque vox ista, μήλου, hoc loco meritò suspecta est: quandoquidem alienum videtur, vt herba malo fructui magnitudine assimiletur. Ego de malo arbore hic agi existimaui: siquidem μῆλον Græcis non fructum modò, seu & arborem ipsam, significat. Dubito tamen, an Dioscor. μήλου μικροῦ nomine χαμαίμηλον designare voluerit.

Cap. cxxxv. ἀνθεῖ πρωὶ τι αὐτῆς] Ista eadem de Polij non quidem floribus, seu foliis ipsis, refert Plinius, lib. 21. cap. 7. *folia Poly* scribens *manè candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea conspici:* quo loco, vt & alibi non semel, Polium cum Tripolio videtur confudisse.

Cap. cxxxvi. ῥαβδία λεπτὰ] Quoniam paulò post caulem Adianto negatum scribit Dioscorides, ῥαβδία ex antiquo codice restituere visum est: quippe cùm & ea voce vsus sit Autor cap. proximè sequenti, de Trichomane. Huiusmodi prætenues virgulas, è quibus folia ipsa prodeunt, non malè *ramos* dixit Plinius, polytrichi mentionem faciens: aliàs *ramulos* nominat: Theophrastus caulem trichomanis appellare minimè dubitat. Attamē virgulis illis caulū seu cauliculorum appellatio minùs aptè congruit. Siquidem Caulis seu Thyrsus in herbis, haud secus atque Caudex in arboribus, id propriè dicitur, quod à radice simplex prosilit & in altum assurgit, alimentum à radice haustum singulis plantæ partibus impertiens.

φύλλα ὅμοια τῷ κορίῳ] Ista sciens prudénsque omisi, quoniam neque apud Oribasium, neque apud Serapionem habentur, videntúrque temerè à sciolo quopiam ex proximè sequenti capite huc translata: quando verisimile non est folia eadem simul & coriandro & filici comparari. Cornarius & Tragus nonnulla potiùs hoc loco desiderari existimauêre, quæ ita suppleri ex Theophrasto voluerunt. Ἀδίαντον, οἱ δὲ πολύτριχον τὸ μὲν ἕτερον αὐτοῦ φύλλα λευκόν, φύλλα δὲ ἔχει κορίῳ ὅμοια, ἐπ᾽ ἄκρου δὲ καυλία τῷ ἐν ..., μέλανα, ... μέλαν, ... hoc est, *Adiantum alij polytrichon: est ex eo genere candidum, cui pusilla folia coriandri similia, in extremo incisuris diuisa auriculis è quibus exeunt nigri sunt, prætenues, dodrantales & nitentes. Alterum verò est nigrum, cui folia filicis.* & quæ sequuntur. At nos etiamsi eam lectionis immutationem admitteremus, quod minimè facimus, contrà tamen hic λευκὸν, illic μέλαν legi vellemus. Cùm enim ex sententia Theophrasti duo sint Adianti genera, vnum quidem album, alterum verò nigrum, hoc quidem existimamus esse legitimum Capillum Veneris officinis dictum, illud verò, quod rutæ murariæ aut saluiæ vitæ nomine vulgo notum est. Præter hæc verò & Polytrichum vulgo dictum Trichomanes esse agnoscimus, proximo capite describendum, & à prioribus illis omnino discrepans: quanuis inter Adianti genera ipsum perperàm reposuisse, adeóque cum Adianto confudisse videatur Plinius, Theophrasti mentem non satis, opinor, assecutus.

ῥίζα ἄχρηστος] Radicem Adianto tribuit Dioscorides, sed inutilem ac superuacuam. Contrà Plinius Adianto & Trichomani radicem nullam esse dixit, libri vigesimi secundo capite vigesimoprimo. Sed & de Trichomane Theophrastus, ῥίζα δ᾽ οὐχ ἔχει, scripsit, lib. 7. c. 13. quod Gaza Theophrastum velut excusans, ita reddidit, *Radicem esse minimam ac ferè nullā.* Idem

quoque apud eundem Theoph. de Antirrhino reperias eodem modo à Gaza conuersum. Scilicet vtrobique nullam, aut potiùs quasi nullam, radicé esse voluit Theophrastus, vti & Plinius: quam vsqueadeò exilem deprehenderat, vt vix radicis nomen mereretur.

ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα] Adianto dispares, imò etiam pugnantes, facultates tribui videntur à Diosc. dum ipsum mēses ciere scribit, sanguinísque reiectiones cohibere: quoniā ista simul stare nullo modo possunt. Sed nodum hunc satis appositè soluere videtur Mesuæus, in Simpl. dū Adiantū admonet dissimilaribus constare substantijs, aquea nimirū simul & terrea, mediocriter tenui: altera itidē superficiaria, calida & supramod ùm tenui. Illius enim vi dubium nō est, quin Adiantum aluum astringat, fluxionésq; cohibeat, maximéque siccum: huius autem ope quidni obstructa aperiet, crassa extenuabit, aluum (quod voluit Mesuæus) subducet, præsertímque si recens fuerit?

ἢ ἵνα ὄρνιγας] Quod coturnicibus tribuit hoc loco Diosc. idipsum de perdicibus refert Plin. libro 22. cap. 21. his verbis: *Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri putant Adiantas in cibum eorum additas.*

καὶ φιλεῖ καὶ κρήνας] Theophr. quoque, lib. 7. hist. stirp. cap. 13. de Adianto scribit, φιλεῖ δὲ μάλιστα τόπους τοὺς ὑγρούς, *nasci locis aquosis*: de trichomane verò, χωρία φιλεῖ σκιερά, *loca amare umbrosa*. Plinius itidem, lib. 22. cap. 21. de Adianto vtroque: *Vmbrosas*, inquit, *petras parietúmque aspergines ac fontium maximè specus sequitur, & saxa manantia: quod mireris, cùm aquas nō sentiat.* Sed & paulò antè: *Aliud*, inquiebat, *adianto miraculū: æstate uiret, bruma non marcescit, aquas respuit, perfusum mersúmue sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur, unde & nomen à Græcis*, &c. Hæc ille: quæ quidē omnia ex Theophrasti citato loco mutuatum constat, vbi sic habetur: ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς ποιώδεσι, τὸ ἐπὶ τὸ ἀδίαντον συμβαῖνον. τοῦτο γὰρ ὑγραίνεσθαι τὸ φύλλον βρεχόμενον, οὐδὲ ἐπιδιαμένειν τὸ ὑγρὸν, ὅθεν καὶ ἡ προσηγορία hoc est, *Inter herbacea Adianto proprium id est, quod liquore perfusum non madescit, sed ne humoris quidem uel tantillum ei adhærescere comperitur, unde & herba nomen accepit.* Hanc ipsam porrò proprietatem, cuius ratione nomen Adianto factum est, ἀδίαντον διὰ τὸ μὴ βρέχεσθαι ὑπὸ ὑετοῦ καὶ δρόσου, *quia pluuia rore'ue perfusum non madescat*, elegāter & ipse Nicander expressit in Theriacis, hisce versiculis:

ἀχαλές τ' ἀδίαντον, ὃ τ' οὐκ ὄμβροιο ῥαθάμιγξ
ἀγλαὶν ψιλοῖσι πετάλοισιν ἐφίζει. Ea sic

transtulit Gorræus:

Et nunquam madidum Veneris compone capillum
Cui non insidunt effusi nubibus imbres.

CAP. CXXXVII. ἀντία ἀλλήλοις] Theophrastus, loco modò citato, πετάλιον κατ' ἀντικρὺ ἀλλήλων. Plinius verò, lib. 22. cap. 21. *contrarijs pediculis densa inter se ex aduerso*: rursúmque, lib. 27. cap. vlt. *Trichomanes folia aduersa inter se* dixit: quibus verbis hæc ἀντία ἀλλήλοις, aptissimè expressit.

CAP. CXXXIX. κεραμιδ' ἔχον] Serapio, quantùm quidem ex Interpretis versione constat, legisse videtur, καὶ οἱ ἔχει δὲ ἢ γ' ἐλυτρά, ἀφ' ὧν &c. Vult enim semē duabus tribúsve vestiri tunicis, à quibus aristæ prodeant.

δρεπανοειδῆ καρπὸν] Quod Dioscorides ipsi herbæ, id Plinius semini tribuit, dum de AEgilope scribit, libro 25. cap. 13. his verbis: *AEgilopas sanat herba eodem nomine, quæ in hordeo nascitur, tritici folio, semine contrito cum farina permistu impositaque, uel succo.*

CAP. CXL. βρόμος πόα ἐστὶ] Sunt qui caput hoc de Bromo, tanquam supposititium & adulterinum, vna litura penitus oblitterent: quoniam de bromo inter frumentacea iā antè lib. 2. egerit Dioscorides. Alij vnam quidem & eandē plantam & hoc loco, & lib. 2. à Dioscoride tractari putant: sed illic, de seminis: hîc verò, de herbæ ipsius viribus agi. At ego eorum sentētiæ lubentiùs subscribo, qui libro secundo de auena satiua & esculenta, neque postremum inter Cerealia locum obtinēte, mentionem fieri existimāt: hîc verò, de eadem sponte nascente ac sterili, quæ inter segetum vitia numerari soleat. Neque desunt qui illam βρόμον, hanc verò rectiùs βρῶμον dici putent: quanquam vtrobique apud Diosc. βρόμος legitur. Nescio tamen, an vtroque loco rectiùs βρῶμος legi possit. Ab vtraque illa auena rursum discrepat commemoratus antè AEgilops, quæ Plinio *festuca*, Gazę verò perperàm *auena* dicitur. Est autem is & syluestris planta, sed quę peculiariter, vti æra triticum, hordeum enecet, & in ipso potissimùm nascatur, quasi hordeū in illam degeneret. Hoc ipso tamen AEgilopis nomine Theophrasto & Plinio etiam arbor è glandiferarū genere, itémque Plinio bulbi genus quoddam designatur.

CAP. CXLI. γλαὺξ κύτισῳ ἢ φακῷ] Haudubiè ex vetusto codice pro, κύτισῳ, restituendum, κυτίσῳ. Est enim Cytisi & lenticulæ foliis haud parua similitudo: at hederæ & lenticulæ, non item. Huic emendationi suffragatur & Plinij autoritas, cuius hæc sunt verba, lib. 27. cap. 9. quæ quidem hîc exscribere visum est, quoniam cum Autoris verbis quæ sequuntur itidem non planè consentiunt: *Glaux*, inquit ille, *antiquitùs eryi aut lini nominabatur, cytiso & lenticula folijs similis: auersa candidiora. Rami in terram serpunt quinis senisue, admodum tenues à radice: flosculi purpurei exeunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in sorbitione similaginis ad excitandam ubertatem lactis: eam qui hauserint, balineis uti conuenit.* Ita Glaucem Diosc. ramulos à terra emittere, hic eosdem in terram serpere scribit: ille ad excitandam lactis vbertatem coqui cum farina hordeacea, sale & oleo voluit: hic in sorbitione similaginis. Sed quæ Plinius, sequenti capite, glaucio seu glaucij succo tribuit his verbis: *lactis ubertas intermissa restituitur*, huic ipsi Glauci rectiùs conueniunt.

CAP. CXLII. γεύσει στύφοντα] Plinius Polygalam gustu astricto esse scribit, lib. 27. cap. 12. quasi στύφοντα legerit. Gal. 8. simpl. eadē scribit, αὐστηρὰ ἔχει μετρίως τὰ φύλλα, *mediocriter austera habere folia*: cui subscribit Paulus. Cùm verò, testibus Theoph 6. de causis plantarum, & Gal. 1. simpl. manifesta sit inter sapores, astringentem, acerbū & austerum, differētia, quinam veriùs senserint, nihil decerno, quoniā adhuc incertum est, quæ verè plāta Polygalæ voce significetur: quanquā ab effectu, quem in euocando lacte præstat, eam

esse coniicio; quæ à Dodonæo floris Ambarualis nomine designatur.

CAP. CXLIII. ὥσπερ λίνοσπέρματα κελαιά.] Quod folijs Dioscorides, idipsum semini tribuit Plinius, lib. 27. cap. 12. *Osyris*, ait ille, *ramulos fert nigros, tenues, & in ijs folia nigra ceu lini, seménque in ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubescens. Smegmata mulieribus faciunt ex his. Radices decoctum potum sanat arquatos.* Hæc ille. Sed pro eo quod ex Osyridis ramulis Smegmata fieri scribit Plinius, hoc est, (siquidem vsitata Medicis significatione vocem eam vsurparit) cutem detergentia medicaméta, Galenus lib. 8. simpl. ex ijsdem τὰ κορήματα, hoc est, *scopas*, fieri prodidit. Est enim κόρημα seu σάρωθρον Græcis, idem quod σάρον seu σαρωτήριον. Etsi verò scripserit Fuchsius ex autoritate Suidæ & Phauorini σμῆγμα nomine etiã τὰ κόσμητρα designari: fallitur tamen, dum Smegmata Plinij & κορήματα Galeni non ita multùm differre existimat. Quãdoquidem κοσμήτρου voce, non quod ille voluit, intellexêre Suidas & Phauorinus, nempe comptorium & venustans faciem medicamentum, quo cutis extereretur & læuigaretur: sed, vti exponit Scholiastes Aristoph. τὸ σάρον, ᾧ σαίρουσι τὰ οἰκήματα ἀπὸ τῶν ῥύπων. hoc est, *euerriculum quo domorum sordes euerruntur*. Cæterùm priuatim Osyridis radici vsum ad arquatos tribuit eo loco Plinius, quem Dioscorides toti plantæ tribuere videtur, dum nihil peculiariter designat.

CAP. CXLIIII. ἔχει φύλλα κισσώδη] Theophrastus, qui accuratissimè Smilacem hãc descripsisse videtur, lib. hist. stirp. 3. cap. vlt. folium ei tribuit, κιττῶδες, μικρὸν, ἄγωνον. Similiter quoque secutus eum Plinius, lib. 16. cap. 35. *Smilacem è Cilicia primùm profectam folio* scribit esse *hederaceo, paruo, non anguloso*. Rursúmque, lib. 24. cap. 10. *similitudinem habere* ait *hederæ, tenuioribus folijs*.

εἰς ὀπωρινίδα] Smilacis asperæ fructum, hic Dioscorides ὀπωρινίδι similem facit, hoc est, (vt alia ὀπωρινίδος significata à Suida & Aristoph. Scholiaste commemorata, tanquam huic loco non satis conuenientia, omittam) exili racemulo: quales ij esse solẽt qui vel summis palmitibus supra folia ipsa innascuntur, vel immaturi vindemiæ tẽpore inter folia latitant. Theophrastus, citato loco, scribit esse, καρπὸν προσφερῆ τῷ στρύχνῳ, καὶ τοῦ μελανθίου, καὶ μάλιστα τῇ καλουμένῃ σταφυλῇ ἀγρίᾳ. κρεμάμενοι δ' οἱ βότρυες, inquit ille, ὥσπερ τοῦ κιττοῦ. παραπλησίως δ' ὡς καὶ τὰς σταφυλάς. *fructum* inquàm ait esse *solani & vitis albæ fructui similẽ, maximéque vuæ syluestri nuncupatæ. Pensiles autem sunt racemi, ceu hederæ, verùm ad vuam propiùs accedũt*. &c. Sed & Plinius, lib. 16. cap. 35 de Smilace eadem, quanuis paulò aliter: *fert*, inquit, *racemos labruscæ modo, non hederæ, colore rubro*, &c.

ἐν τόποις ὑλώδεσι] Plinius, lib. 24. cap. 10. huic Smilaci natalem locum alium assignat, nempe *in conuallibus opacis*. Smilacem verò alteram ibidem *cultus amare* scribit.

ὁ καρπὸς δ' ἐκ ταύτης] Plinius, loco modò citato, alium vtendi modum tradit, dum scribit: *acinorum corymbos contra venenata omnia efficacissimos* esse, *in tantum ut acinorum succo infantibus sæpe instillato nulla postea venena nocitura sint*.

CAP. CXLV. σμῖλαξ λεία, ἣν καὶ] Non desunt qui Smilacem hanc læuem eandem esse cum satiua seu hortensi lib. 2. descripta existimarint: tũ quoniam vtrique descriptio propemodùm eadem viréſque itidem eædem à Dioscoride tribuuntur, tum quia Galenus & Paulus, Smilacis hortensis in simplicium censu nulla facta mentione, huius læuis tantummodò meminerunt. At nos cum peritioribus rei herbariæ Professoribus inter vtramque manifestum discrimen agnoscimus, Smilacémq; hortẽsianam eã esse credimus, quæ λοβία seu phaseolos profert: hanc verò, ad asperæ differentiam læuem dictam, eam quam Recentiorum plerique Conuoluuli maioris aut etiam albi nomine designarunt.

οὐδὲν ὁ καρπός] Gal. lib. 7. sim. pl. Smilacem hãc, quam μίλακα λείαν vocat, similes quodammodo Smilaci asperæ vires obtinere voluit. At Plinius contrà, lib. 24. cap. 10. *nullius esse effectus*.

CAP. CXLVI. τῷ πεπέρει ἐμφερῆ] Malim, περιφερῆ: alioqui ex his vocibus, στρογγύλος & περιφερῆ, alterutram redundare necesse fuerit. Serapio verò postquam fructum hunc itidem rotundum esse scripsit, addit insuper, *aliquantulum depressum & latum*: quod neque apud Dioscoridem legitur, neque etiam est veritati consentaneum. Sed longè turpiùs ille fallitur, vti dudum admonuit vir doctiss. Nic. Leonicenus: dum, leuissimo nixus argumento, Cubebas cum Myrti syluestris fructu easdem esse decernit.

φύεται ἐν τραχέσι τόποις] Hæc, quæ per librarij incuriam manifestò transposita videbantur, suo loco restituere non dubitauimus.

CAP. CXLVII. καρπὸν δὲ ἐν μέσοις] Cordus, Anguillara & Dodonæus Hypoglosson cum Lauru Alexandrina vnum & idem esse existimarũt: licèt à Dioscoride & Galeno diuersis capitibus memorentur. At cur ita sentiant, non video: cùm vtrique differentes tum notæ tum vires asignentur. Enimuerò, vt reliquas notas omittamus, quòd ad fructum attinet, certum est Hypoglosson baccam gerere inter folium maiusculum & minus illud, quod è folij caua parte ceu ligula quędam exire videtur. At Theophrastus laurum Alexandrinam, lib. 3. hist. stirp. cap. 17. palàm testatur esse ἐπιφυλλόκαρπον, atque in folij dorso fructum gerere, æquè ac myrtum syluestrem, quam, eo ipso loco, κεντρομυρσίνην nominat.

μετ' οἴνου γλυκέος] Lacuna in vetusto codice, καὶ ἐν ὕδατι, addi testatur. At Plinius, dosibus immutatis, lib. 23. ca. 8. *Laurus Alexandrina siue Idæa* (inquit) *partus celeres facit, radice pota trium denariorum pondere in vini dulcis cyathis tribus*.

ἄγει δὲ καὶ ἅμα] His verbis innuit Dioscorides, quod clariùs expressit ibidem Plinius, hunc in modum: *Secundas etiam pellit mensésque, eodem modo pota.* Sed & Gal. lib. 6. simpl. Laurum Alexandrinam scripsit, ἔμμηνά τε καὶ οὖρα κινεῖν, *menses & urinas promouere*.

CAP. CXLVIII. ἢ ἰσχνότερα] Lacuna legit in v. cod. παχύτερα: quod magis placet, & naturę foliorũ laureolæ vulgò dictæ magis conuenit. Plinius quoq;, lib. 15. cap. vlt. Daphnoides crassiore molliore'q; quàm laurũ folio esse prodidit. Sed & Serapio, παχύτερα, potiùs quàm, ἰσχνότερα, legisse videtur: siquidem illius Interpres *crassiora* vertit.

καρπὸν μέλανα] Plinius, loco modò citato, *Daphnoidis baccam è nigro rufam* esse scribit: quod de

baccis fortasse nondum exactè maturis intelligendum venit.

ἀλλὰ & τὰ φύλλα] Plinius, lib. 8. cap. 13. *Daphnoides, inquit, aluum soluit uel recenti folio uel arido, drachmis tribus cum sale in hydromelite. Manducata, pituitas extrahit: folium, & uomitus. stomacho inutile. Sic & baccæ quinæ denæ purgationis causa sumuntur.* Hæc Plinius: quæ quanuis in vulgatis exemplaribus paulò aliter habeantur, ita tamen & distinguenda & legenda esse ex hoc Diosc. loco satis patet.

CAP. CXLIX. λεπτότερα δὲ πολλῷ] Ex Lacunæ vetusto codice addo, καὶ λειότερα, *& tenuiora.* Nam & Serapio vocem eam expressit. *Chamædaphnen* etiam *folio tenui, lauri similitudine,* describit Plinius, lib. 24. cap. 15. huius ipsius Chamædaphnes mentionem faciens. Nam & Clematin seu vincaperuincam eodem illo nomine appellat, lib. 21. cap. 11. Et rursum tamen (vti interdum sibi parũ constat) eiusdẽ lib. cap. 27. vincaperuincæ seu Chamædaphnes nomine hãc ipsam Dioscoridis Chamædaphnen innuere videtur, dum illi *aquas hydropicorum trahendi* vim tribuit: quæ quidem Clematidi daphnoidi nullo pacto conuenit.

στομάχου ἐγκαύσεις] Plinius itidem, de Chamædaphne agens, lib. 24. cap. 15. *Illinitur,* inquit, *capitis doloribus recens: ardores refrigerat.* Attamen pro, ἐγκαύσεις, legere malim, ἐμφυσήματα: maximè cùm & Serapio ipse *inflationes* verterit. Adde quòd verisimile nõ est, Chamædaphnen, cuius eadẽ est, Galeno teste, natura, quæ daphnoidis & lauri Alexandrinæ, ardoribus stomachi succurrere: quum eximio suo calore stomachi potiùs ardorem excitare debeat. Fuerit autem vero similius illã, vt tormina à flatibus concitata, ita & stomachi inflationes discutere.

CAP. CL. ἐρυθρὰ τὴν χρόαν] Ita videntur legisse Oribasius & Serapio. Attamen facilè subscribo Marcello & Cornario, qui ἀντὶ τῆ, χρόαν, ῥάχιν, legendum suspicantur. Nam præter vetusti codicis, quẽ doctiss. Sambucus præ manibus habuit, autoritatem, me quoque in eam sententiam pertraxit Plinius: qui, lib. 25. cap. 5. *Ellebori albi folia* scripsit esse *betæ incipienti: hæc quoque nigriora & canalium dorso rubescentia.* Porrò de facie Ellebori vtriusque varias quidem discrepantésque sententias proponit Theophr. lib. 9. cap. 11. sed quæ ibi describuntur Ellebori nigri genera, nullo pacto videntur cum Dioscorideis conuenire.

ὁρύττεται περὶ ἀμητόν] Ita Plinius, loco citato, *Elleborum* tradit *tempestiuum esse messibus.* Theophr. autem, de Elleboro: ὡραῖος (inquit) τῷ μετοπώρου, οὐδ' ἦ τοῦ ἦρος ὥρας. hoc est, *tempestiuus autumno: uere intempestiuus.* At Mesuæus & vere & æstate radices Veratri colligi voluit.

καὶ ἀδιάντου χυλῷ] Pro ἀδιάντου, φακῆς, legebatur in vulg. exempl. Sic etiam apud Actuarium: atque ita quoque legit Marcellus: sed & pro, ..., reponendum suspicatur. At cęteri Interpretes ἀντὶ τῆ, φακῆς, ἀδιάντου, legisse videntur: & rectè quidem. Nam & v. codex sic habere comperitur: & Paulus lib. 7. cap. 10. ἐπὶ δὲ τῶν ἀσθενεστέρων (inquit ille) χυλῷ ... ἀδιάντου ἢ ἄλικος, ἢ ... τῷ ἐλλεβόρῳ ... hoc est, *imbecillioribus incocti cremori ptissanæ aut halicæ Ellebori ut plurimum drach. ij. ut minimum uero, drach. j. propinato.* Porrò ibidem & Paulus, ex Antyllo, Ellebori balanos ex melle parat, quos sub finem capitis Dioscorides ex aceto confici voluit.

ἢ πλέον ἢ φακοῦ] Plinius, loco nuper citato de Elleboro agens, sic habet: *Album & in dulci datur: aptissime uero, in lacte aut pulte.* Sed vel ex hoc loco pro, *lacte*, legendum esse *lente*, facilè coniicio.

CAP. CLI. οἱ δὲ ἔκτομον] Entomon nominat Plinius: at ego malim, ἔκτομον, vti legitur apud Hippocratem, lib. 1. περὶ γυναικ. itémque Galenũ, in gloss. quo quidem libro vocem eam exponit, ἐλλέβορον μέλανα, *Elleborum nigrum,* vti & Hesychius: itémque Erotianus in Onomastico, quo loco etiam à Diocle Elleborum nigrum sic dictum asserit.

ἐν αὐτῷ καθαίρεσθαι] Illud, ἐν, παρέλκειν videtur. Plinius Prœtidas à Melampode sanatas scribit, nõ Elleboro quidem, sed lacte caprarum, quæ Elleborũ pastæ fuissent. Sic enim ille, lib. 25 cap. 5. *Melampodis fama diuinationis omnibus nota est. Ab hoc appellatur unum Ellebori genus, Melampodium. Aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari pasto illo animaduertentem, datóque lacte earum sanasse Prœtidas furentes,* &c.

τῇ δὲ χαμαὶ βοτρυώδη] Vulgaris nostri Veratri nigri, quod cum Theophrasti descriptione satis conuenit, præstantes effectus non semel obseruauimus: maximéque ad detrahendam bilem atram valere varijs experimentis cognouimus. Attamen si flores & semẽ spectes, illud Dioscoridis descriptioni minimè respondet. Respondet illud potiùs, quod à plerisque recentioribus Saniculæ fœminæ nomine designatur, quódque successu fœlicissimo ad purgandam citra molestiam atram bilem quotidie vsurpamus. Quare fatendum cum Dodonæo, legitimum hoc esse Dioscoridis Veratrum nigrum, vel eo nos carere: vel certè in ipsius Dioscoridis contextu mendum aliquod subesse. Quin & fortasse quod de racemosis floribus hîc dicitur, Elleboro albo potiùs tribui debuit.

οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ σησαμοειδὲς] Figuræ ratione hoc semen non malè Sesamoides ab Anticyrenis vocari satis luculenter testatur Theoph. lib. 9. cap. 10. dum scribit his verbis: οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ, καθάπερ φασί, τῷ (ἐλλεβόρου) καρπῷ καθαίρονται. ἔστι δὲ σησαμοειδὴς οὗτος. hoc est, *Anticyreni, ut fertur, Ellebori semine purgantur, quod est sesamaceum.*

καὶ Παρνασσοῦ καὶ Αἰτωλίας] Theophrastus, eiusdem lib. cap. 11. OEtæum quidem Elleborũ maximè probat: qui quidem cum Anticyreno vnus & idem esse videtur, quoniam OEta mons est in finibus Thessaliæ, Anticyræ insulæ adiacẽs: Parnassium verò & AEtolicum videtur improbare, his verbis: ὁ δὲ Παρνάσιος & ὁ Αἰτωλικὸς (γίνεται γὰρ καὶ ἐνταῦθα πολλοὶ καὶ ὠνοῦνται, καὶ πωλοῦσιν ἐκ τούτων) σκληρότεροι καὶ ἄγαν σφοδροί. hoc est, *Parnassius & AEtolicus (nam & in locis istis gentis à uulgo ignaro & emuntur & uenduntur) præduri sunt & ualdè asperi, ita ut non nisi magna cum molestia purgent.*

τὴν ἄνω κοιλίαν] Ex omnium Medicorum tam veterum quàm recentiorum consensu, vt Veratrum album vomitu potissimùm purgat, ita & nigrum, per inferna. Quare indubitanter hoc

loco, nō, τὴν ἄνω, sed, τὴν κάτω κοιλίαν, legendum, vti etiam præter Marcellũ Interpretes omnes videntur legisse. Plinius de hoc eodem Veratro: *purgat per inferna.*

ἢ τριώβολον ἁλός] Pondus hoc non ad salem, vti plerisque placuit, sed ad Veratrum potiùs referri debere constat. Plinius de Elleboro: *Ex aqua,* inquit, *datur ad leniter molliendam aluum plurimùm drachma una: modicè quatuor oboli. Miscuere aliqui & scammoneam, sed tutiùs salem,* &c.

καὶ ψώρας μετὰ λιβάνου.] De quadrupedum scabie hoc intellexit Plinius, dum scribit: *sanat scabiem quadrupedum cum thure aut cera ac pice, uel cum pisselæo.*

οἶνον καθαρτικόν] Theophr. eiusmodi vinum, non quidē per aluum purgare, sed vrinas potentissimè ciere, innuit. Nam de Eleatico Elleboro in vitibus nascente agens, ita scribit: φασὶ δὲ τὸν ἐλεάτην ἐν ταῖς ἀμπέλοις φύεσθαι, καὶ ποιεῖν τὸν οἶνον οὕτως διουρητικόν, ὥστε λαγαροὺς τοὺς πίνοντας γίνεσθαι. hoc est, *Eleaticum aiunt in uitibus nasci, uinúmque reddere usqueadeò urinam prouocans, ut qui biberint, graciles uentre contracto efficiantur.*

ἔδωσαν γὰρ διῶκειν] Quæ tum de religiosa Ellebori collectione, tum de aquilæ volatu fodiētibus infausto hîc recitantur à Diosc. Plinius paulò aliter narrat, in hæc verba: *Primùm enim gladio circumscribitur: dein qui succisurus est, Ortum spectat, & precatur, ut id liceat sibi concedentibus Dijs facere, obseruátque aquilæ uolatus: ferè enim secantibus interest: & si propè aduolauit, moriturum illo anno qui succidat, augurium est.* Tale quid etiam habet Theophr. lib. 9. cap. 9.

δεῖ τι καρηβαρείας] Aggrauari etiam *caput Elleboro albo* Plinius admonet, quod hic Dioscorides de nigro tantummodò intellectum voluit. Idem & Theophr. loco modò citato, de Elleboro in genere ex aliorum sententia recitat: ideóque ad præcautionem allia præsumi, vinúmque subinde bibi solere. Sed hæc tamen & id genus alia, tanquam ridicula & fabulosa, proponere videtur.

CAP. CLII. τὸ μέγα, ὃ Ἀντικύρεα] Galenus, octauo simpl. hoc Sesamoides itidem, magnum: quod verò posteriore loco describitur, album nominat. At quòd illud Anticyricum Elleborũ dicatur, aliam ac Dioscorides rationem reddit, nempe quoniam semen ellebori modo purget, cæterísque viribus sit elleboro simile. Porrò Diosc. sententiæ astipulatur & Strabo, libro 9. Geogr. Postquam enim duas monuit olim fuisse Anticyras, vnam ad OEtam montem in sinu Maliaco, alteram in Phocide, subdit statim in Maliaca quidem optimum nasci elleborum: at in Phocēsi, meliùs apparari, ideóque multos ad hanc purgandi sanitatísque causa solitos proficisci. Nasci enim in Phocide Sesamoides, quo OEtæum temperetur veratrum. Sic & Plinius: lib. 25. cap. 5. *Elleborum* (quanuis de nigro agat, contra quàm intellexerit Diosc.) *in Anticyra insula tutissimè sumi* scribit, *quoniam Sesamoides admisceant.* Cæterùm quod Theoph. lib. 9. hist. stirp. cap. 11. ad vomitum faciliùs concitandum, elleboro albo elleborines herbulæ semen admisceri scribit, aliquam mihi suspicionem mouet, Sesamoides hoc loco descriptum, Theophrasti elleborinen esse.

καθαίρει ἄνω] Plinius, lib. 22. cap. 25. *Est etiamnū,* inquit, *aliud Sesamoides Anticyræ nascens, quod ideò aliqui Anticyricum nomant, cætera simile erigeronti herbæ, de qua suo dicemus loco: granum sesamæ. Datur in uino dulci ad detractiones quantum tribus digitis capitur,* &c. Ibi *dari in uino dulci ad detractiones* dixit, quod Diosc. *dari in aqua mulsa ad uomitiones* innuit, vt illa vox (ἄνω) satis indicat. Porrò Cordus immeritissimò Plinium accusat, quasi vires hîc à Diosc. Sesamoidi tributas Sesamæ assignauerit. Quod enim librariorum fuit vitium, qui Plinij verba malè distinxêre, id Plinio ipsi perperàm imputat.

CAP. CLIII. φύματα καὶ οἰδήματα] De hoc eodem Sesamoide Plinius, ibidem, *Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni sacro: discutit panos:* quasi pro, οἰδήματα, ἐρυσιπέλας, legerit, & pro, φύματα, φύγεθλα. Est enim inter vtranque hanc vocem Medicis haud leue discrimen.

CAP. CLIIII. ἐκ διὰ τρίτης ἡμέρας γ.] Addit Lacuna ex vetusto quodam codice, ἢ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς. At Goupylus in vetustis exemplaribus legisse se testatur, ἢ παρ' ἡμέρας γ. Ita quoq; Cornarius videtur legisse. Et hæc quidem lectio mihi quoque magis arrisit. Siquidem verisimilius est voluisse Dioscoridem interpositis diebus aliquot potiones eiusmodi propinari, quàm singulis, iisque continuis. Quin & ipse Aëtius, Tetr. 3. ser. 2. cap. 36. rectè monet, non nisi ex longioribus interuallis vtendum aquam ducentibus medicamentis: quippe cùm frequētius continuatus eorum vsus vires manifestò dissoluat.

CAP. CLV. ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτῆς] Sermonis series postulat, vt καρπὸν hoc loco *fructum* vertamus, potiùs quàm *semen.* Attamen *Elaterium* fieri *succo expresso è semine cucumeris syluestris* nominatim scripsit Plinius, lib. 20. cap. 1. Eodem loco, pro cultello, arundinem ad incidendos cucumeres desiderat: & quòd ad Elaterij præparationē attinet, obscurior videtur, nec satis Diosc. mētem assecutus. Sed neque Interpretibus, quotquot occurrêre, conuenit de hac Elaterij præparandi ratione, vti facile fuerit ei animaduertere, qui varias eorum interpretationes inter se contulerit. Qui verò apud Mesuæum extat Elaterij parandi modus, planè mancus atque concisus est, vt vix certi quicquam elici possit. Cæterùm pro eo quod habetur deinceps transposita præpositione, διαξηραίνειν. ἐν δὲ θολῷ, lego, διαξηραίνειν δὲ ἐν θολῷ.

τὸ μάλα τι λευκοῦ] In Elaterij genere *pallidum* itidem *herbaceo melius* esse scripsit Plinius. At Paulus, lib. 7. cap. de simpl. med. purg. præfert τὸ πράσιζον, hoc est, *porraceum,* quod nominatim Dioscorides & Plinius improbauerũt. Cordus Pauli sentētiam magis probat: quippe qui vix credat Elaterij succum, quantumuis diligenti insolatione, ad illum candorem, seu etiam pallorem, peruenire posse.

προσιέμενον λύχνῳ ἄπτεται] Multi variè se torquēt in hac Elaterij bonitatis nota: & quoniam Dioscoridis contextum deprauatum esse censent, alij pro, ἄπτεται, ἅπτεσθαι seu potiùs δυναμις, alij ἀναίρετον, restituendum suspicantur. Enimuerò Theophrastus, lib. hist. stirp. 9. cap. 14. tantum in se humiditatis Elaterium continere asserit, vt etiam ad quinquagesimũ annum lucernis admotum

earum lumina extinguat. Ita enim illius verba legi debêt, ἄχρι ... τῶν ... λύχνους. Addit & Plinius veri Elaterij experimentum esse, si admotum lucernæ eam, priusquàm extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. At ego tum hos, tum etiã Dioscoridem rectè sensisse, adeóque quam illi sibi fingũt contradictionem facilè solui componíque posse iudico. Nihil enim obstat quominùs Elaterium pinguitudinis ratione, quam ex seminis medulla contraxit, admotum lucernæ facilè accendatur & conflagret, flammámve concipiat, ac simul etiam humoris adiuncti ratione, dum vrendo vaporem ex sese fundẽs crepitat, lucernæ lumen sursum deorsúmque scintillare cogat, atq; tandem etiam extinguat: quandoquidẽ accendi facilè & obiectum lumen extinguere nullo planè contrarietatis modo sibi inuicem opponuntur.

χλωρὸν ἐρεβίνθου] Oribasius ... ἐρεβίνθ, ..., legisse videtur: at ex Interpretibus nonnulli, μέσον ἐρεβίνθου καὶ τέφρας, idque de colore interpretantur, quasi Elaterium id vitiosum esse censuerit Dioscorides, quod medij sit coloris inter eruum ac cinerem. At ego in vulgata lectione nihil immuto: neque dubito quin Elaterium interdum è cinere, quo quidem exiccatur, nonnihil sibi asciscere possit, insupérque à nonnullis vt amylo, ita & erui farina adulterari: quemadmodũ conceptis verbis admonuit Autor lib. de simpl. medicamentis ad Paternianum, qui quidem Galeno falsò tribuitur.

ὁ δ' ἐπὶς διαρκεῖ] De Elaterij tum ætate, tum etiã tempestiuitate grauissimorum Autorum variæ sunt discrepantésque sententiæ. Siquidẽ Theophrastus nullum ex medicamentis longiore æuo durare, & quò vetustius, eò meliùs esse scribit: quin & addit ducentis annis seruatum Elaterium, cuius tamen excellentes vires Medicus quidam haud insolens neque mendax fœliciter expertus fuerit. Theophrasto Plinius astipulatur, prætereáque à trimatu tempestiuum eius vsum esse scribit. At AEgineta Elaterium laudat, μὴ παλαιότερον ..., non vetustius anno: nisi fortè (quod ego suspicor) pro παλαιότερον, νεώτερον, recentius, legendũ videtur. Mesuæus verò ipsum asserit triennio seruari, post semestre vsurpandum. Ab his porrò omnibus Dioscorides (cui tamen plurimum tribuimus) manifestò dissentit.

σίναπεως ὅσον χοῦνος] Literarum affinitas in eum errorem librarios omnes induxit, vt hoc quasi consensu, σιμμεως, hoc loco legerint, ..., σινάπεως. Attamen, ..., vocem, hoc loco nullo modo constare posse vel ex eo facile est animaduertere, quòd nusquam alibi prisci Medici stibio seu crudo seu cocto in remediis internis vsi sunt: sinapi verò contrà diuersis ex Elaterio medicamentis fœliciter admiscuerunt. Adde quòd & ipsissimum hoc remediũ ad dyspnœam apud Gal. 7. κατὰ τόπους ex Andromacho recitatũ reperies, hisce verbis: σινάπεως < α', ἁλὸς κοινοῦ ... ἐλατηρίου ... οἱ δὲ ... μετ' ὕδατος ... ἡμέρας μετ' ... Præterea & apud Diosc. ipsum lib. 2. περὶ ..., cap. de dyspnœa, eiusdem planè medicamenti fit mentio, nisi quòd pro sale nitrũ adhibetur. Sed & apud Aëtium, simplicium dosibus emẽdatis, repetitur lib. 8. cap. ... hunc in modum: ἐλατηρίου ..., νίτρου ..., σινάπεως < α'. λαβὼν ... ἐν ὕδατι ...

τῆ δὲ ἡμέρων σικύων] Quæ hîc ad capitis calcem adduntur de satiui cucumeris radice, quanuis à cæteris Interpretibus omissa atque huc, vti equidem suspicor, ex capite de Pepone perperàm translata sunt: quia tamen in impressis exemplaribus omnibus habebantur, non visum est prætermittere. Nihilominus quid de eo additamento sentiremus, obiter indicare voluimus.

Cap. CLVI. σταφὶς ἀγρία ... μέλανος] Plinius de nucleo Staphidis agriæ, lib. 23. cap. 1. *Maturescit*, inquit, *cum vindemia, nigrescitq;: quum vuæ taminiæ rubentes norimus acinos, sciamúsque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis*, &c. Eo loco inter vuã taminiam & Staphidem agriam, à nonnullis nihilominus falsò, vt ait, vuam taminiam dictam, discrimen ponit: quanuis alio loco parum sibi constans Staphidis agriæ vires tribuat vuę taminiæ. Sed & Celsus, lib. 5. cap. 22. σταφίδα ἀγρίαν Græcorum, vuam taminiam nominari apertè docet. Nos tamen qui vitem syluestrem, à labrusca diuersam, verius vuam taminiam Latinorum esse existimamus, Staphidem agriam potiùs ab effectu cum Scribonio *pedicularem herbã* appellabimus, aut cum Marcello Empirico *pedicularíam*, vel cum quibusdam aliis, teste Plinio, *pituitariam*.

...] Serapio & Ruellius simpliciter legisse videntur, ... At Marcellus & Cornarius, ..., quam ego lectionem vulgatæ prætulerim.

... μελίκρατον] Sunt qui vtrunque aduerbium, ... simul & ..., expresserint. Ego ..., malim: quo modo & Serapio legisse mihi videtur.

... καὶ] Lacuna legit in vetusto codice, ... καὶ ... καὶ ... Ego hanc lectionem secutus sum, quoniam & Serapio ita legisse visus est. Adde quòd & Plinius, loco citato, *Staphidem agriam facilius admixta sandaracha & caput & reliquum corpus phthiriasi liberare* scripsit.

οὖλά τε ...] *gingiuas fluxione infestatas: rheumatismos cicatricum* ibidem perperàm & sensu nullo dixit Plinius, pro, *gingiuarum*, scilicet vocum οὐλὴ & οὖλον affinitate deceptus: quum tamẽ ἡ οὐλὴ, *cicatricem*, οὖλον, *gingiuam* significet.

Cap. CLVII. θαψία] Thapson insulam, si non Siciliæ, at certè à Sicilia non ita longè dissitam, innuit Autor. Nam & ideò Nicander in Theriacis radicem Thapsiæ τρινακρίδα cognominauit. Siciliam verò etiam Trinacriam olim dictam fuisse constat, deducta appellatione à tribus iugis seu promontoriis, quæ in ea insula præcipua sunt.

μῆκος ὁ καυλὸς] Etsi vulgata exempl. omnia, καρπὸς, legerẽt, attamen nemo Interpretum quin καυλὸς hîc sit legendum addubitauit. Sed huic eorum consensui accedit præterea vetusti codicis fides & autoritas. Plinius autẽ *Thapsiam inani esse caule* dixit, *nec excedente baculi longitudinẽ*: quasi, ... ὁ καυλός, legerit.

ὀπὸς ... φλοιόν] Plin. lib. 13. cap. 22. de Thapsia: *Quidam*, inquit, *caulem incidunt per messes &*

in ipsa excauant radice, quò succus confluat, arefactumque tollunt: quo quidem loco excipiendi Thapsiæ liquoris seu lactis, vt ipse vocat, rationem breuiter nimiùm, nec satis apertè, exprimit.

βρωματωδέστερον] Rectiùs fortasse, βρωμωδέστερον. Sed & inferiùs αὐτὸ τὸ, ὕφαιμα, legendum, ὕφαιμον, vel, ὑφαιμα.

ὑπώπιά τε ἄρα] Theophr. hist. stirp. lib. 9. cap. 22. de Thapsia: *διαιτᾶται δὲ καὶ τὰ πελιώματα ἐξαίρειν. ὑπώπια δὲ ποιεῖ, ἀλλὰ ἔκλευκα*, quo loco legendum hauddub è videtur: ὑπώπια δὲ ποιεῖ ἄμα ἔκλευκα, hoc est, *sugillatis alijs candidũ colorem reddit*. Gaza perperàm *suppurationes* vertit, quasi ὑπώπια legerit.

CAP. CLVIII. μακροῖς, ἀφύλλοις] Etsi Plinius genistæ vires easdem ferè tribuit, quæ hoc ipso capite à Dioscoride Spartio ascribuntur: attamen & ipse dubitat, lib. 24. cap. 9. *an Genista sit, quam Græci Autores Sparton appellauère*. Sed vel ex hac nota satis constat, Spartium Diosc. minimè genistam esse: siquidem genistæ seu vulgari, seu etiam Hispanicæ, folia sunt plurima, quantumuis fugacia. At Spartium Diosc. etsi, cùm primùm pullulare incipit, nonnullis cingatur exilibus foliolis, quia tamen quamprimùm ea decidunt, folijs ferè viduum cernitur, ideóque etiam illius ῥάβδοι ἄφυλλοι Diosc. dictæ sunt. Σπάρτου quidem seu σπαρτίου, aut etiã σπάρτης (nisi mendosus est Galeni contextus, 8. simpl.) nomine plantas varias designari fateor, quę vinculorum vsum præstent, dum & ijs palmites alligantur, & ex earũ ramulis seu surculis flexilibus aqua maceratis funes intorquentur: sed tamen triplex potissimùm esse Spartiũ, cum doctissimo Guillandino lubens agnosco: vnum quidem Plinij, Hispanicum seu Ibericum, quibusdam χαμαιστυπεῖον dictum, qui quidem verè *iuncus est aridi soli, uni terræ damnato*, vt inquit Plinius, lib. 19. cap. 2. Hoc Medici minimè vtuntur, nisi fortè in hordeo fricando. Nam in hunc vsum asperitatis ratione vsurpatur à Galeno, 2. de alim. fac. siquidem hoc illud est, quo ait ipse iumentis soleas necti solere. Reliqua verò duo Sparti genera, fruticum generibus annumeranda, à Medicis varios in vsus accommodãtur. Ex his vnum est Dioscoridis Spartium, quod, si Guillandino credimus, in EVropa non habetur, vixque alibi quàm in Asia nascitur: attamen & in Hispania & in Africa reperiri à Carolo Clusio memoriæ proditum est, qui inter rariores Hispanię stirpes, ipsius duo genera eleganter depinxit. Alterum denique Spartij genus fuerit, quam Latini genistam vocauerũt, ab vtroque illo Spartio non odore modò, folij, seminis & siliquarum figura, sed & virium efficacia, distinctam.

ὅμοια φασήλοις] Lege, φασήλοις, vel φασιόλοις. Mesuæus, nisi fortè vitio Interpretis factum id est, Spartio siliquas scribit esse *orobinis similes*: at Plinius, ceu phaseolorũ. Tradit enim, lib. 24. cap. 9. *semen genistæ in folliculis phaseolorum modo nasci*. Verùm equidem hic à Diosc. phaselorum potiùs, quàm phaseolorum mentionem fieri crediderim. Sunt autem phaseli à phaseolis longè diuersi, ac si non ijdem cum eruilia & cicercula, at certè ijs congeneres, vti palàm testatus est Gal. 1. de alim. fac. cap. 28.

ἐλλεβόρου ὀβολῶν δ'] Plinius de semine: *purgat*, inquit, *hellebori vice drachma & dimidia pota in aqua mulsæ cyathis quatuor ieiunis*. At Mesuæus longe maiore ponderis discrimine: *Datur*, inquit, *Spartij flos à drach. ij. ad drach. v. semen, à drach. ij. ad drach. iiij.*

τὰ ῥάβδια ἐν ὕδατι] Plinius, non aqua, sed aceto macerat. Sic enim ille, lib. 24. cap. 9. *Rami similiter cum fronde in aceto macerati pluribus diebus & tusi succum dant Ischiadicis utilem, cyathi unius potu.*

CAP. CLIX. τῆς δὲ ῥίζης ὁ χυλὸς] *Silybum in Medicina nullum usum habere* dixerat Plinius, lib. 22. cap. 22. Et tamen, lib. 26. cap. 7. *Est & Silybo*, inquit, *lacteus succus, qui densatus in gummi sumitur cum melle denarij pondere* &c.

CAP. CLX. δένδρου μυρίκης ἐοικότος] Varij Autores de huius folij figura variè sentiunt. Enimuerò Plinius, lib. 12. cap. 21. Myrobalanum (quæ illi, vti & Aëtio, eadem est cum glande vnguentaria, longè alia ab Arabum myrobalano) *glandem ait esse arboris heliotropio simili folio*. Theophrastus, lib. 4. hist. stirp. cap. 2. eandẽ glandem βάλανον simpliciter nominat, & ipsius arborem *folio* scribit esse *myrti, sed longiore*: quo loco fortasse vitium est librarij, qui lapsu facili, μυρσίνης, ἀντὶ τῆς μυρίκης, reposuerit.

Ποντικοῦ καρύου] Fructus huius species magnitudine distinguit Mesuæus, dum *maiorem nucis auellanæ magnitudine* esse ait: *minorem* verò, *ciceris instar*. Diosc. & Plinius absolutè Glandem hanc nucis auellanæ magnitudine describunt. At Theophr. citato loco, *magnitudine simul & figura fructus capparis* assimilat.

οὗ τὸ φλοιὸς θλασθέντος] Corticem tantùm ab vnguentarijs, scilicet pro stymmate seu spissamento, odoris conseruandi gratia, desiderari scripsère Theophrastus & Plinius: quod factum est, vt hoc loco nonnulli ἀντὶ τοῦ, οὗ, οὗ, legendum censuerint. Sic porrò Theophr. lib. 4. cap. 2. *τῷ καρπῷ δὲ οἱ μυρεψοὶ χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κόπτοντες. λυσιτελεῖ δὲ ἔχειν τὸ ἔλαιον αὐτὸ ἀγαθόν*. Itémque Plinius, lib. 12. cap. 21. *Vnguentarij* (inquit) *tantùm cortices premunt, Medici nucleos, tundentes affusa in pundatim calida aqua*. At Galenus, æquè ac Dioscorides, carnis ipsius succo pingui vnguentarios vti conceptis verbis scribit, 6. simpl. id quod longè videtur esse verisimilius.

ἐκλεγόμενοι δὲ αὐτῆς ἡ νέα] Mesuæus recenti Glandi vetustam pręfert, contrà quàm Dioscorides. Sed recens ideò à Diosc. antefertur, quòd plus humoris quàm vetusta reddat. Illa contrà Mesuæo expetitur, quòd minus humiditatis excrementitiæ contineat, adeóque ventriculum minùs subuertat.

λευκὴ πεκαὶ ἄλλη] Plinius, pro regionũ in quibus Glans ista nascitur varietate, varios ipsius colores agnoscit: quam tamẽ *longè optimam* scribit esse *Petræam, cortice nigro* ait esse, *nucleo verò candido*.

μετὰ αἰρῶν ἀλεύρου] Mesuæus in lienis cataplasmata vnguentariæ Glandi farinam lupinorum & spicam admiscet. Galenus verò, farinam erui vel lolij.

τὸ δὲ ὑπόστημα] Goopylus legit in altero exemplari, eodem planè sensu: τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς ἀπολειπόμενον ὑπόστημα. Hoc verò illud ipsum est, quod Gal. 6. simpl. cap. περὶ βαλάνου μυρεψικῆς, στέμφυλον nominat, τὸ ὑπόλοιπον τοῦ ἐλαίου, τὸ παχὺ δὲ καὶ πιληρὸν.

Celsus verò, lib. 6. in medicamento Tryphonis recensendo, *myrobalani magni*. Iccircò Galenũ Dioscoridis fidum Interpretem sequi malui, quàm cum Ruellio *Glandis unguentariæ expressæque succum* vertere.

CAP. CLXI. ναρκίσσου ἴσα] Theophrastus, hist. stirpium lib. 6. cap. 6. haud ita magno discrimine, folia Narcissi folijs asphodeli comparat, hisce verbis: ... Non ita magnum esse discrimen vel ex eo patet, quòd & asphodelus seu hastula regia folijs est maioris porri, vel ipso teste Diosc. lib. 2. cap. 119.

ἰσάνθη δὲ κρόκῳ] Plinius Narcissi duo genera Medicos in vsu recipere scribit, libro 21. cap. 19. *vnum purpureo flore, alterum herbaceum*. Verùm eo loco, nõ *herbaceum*, sed, *croceum* seu *croceo* potiùs, legendum suspicor. Etenim Narcissus caulem quidẽ habet herbaceũ, vti monuit Theoph. ac fortè tota etiam planta herbaceum quiddam resipit, teste Dioscoride: at si de flore sermo est, id hauddubiè quod medium calycem cingit album quidem est: medium verò ipsum, aliâs luteum, aliâs purpureum.

CAP. CLXII. καὶ μεταξὺ ἀκανθώδης] Plinius, lib. 22. cap. 12. *Hippophyes* (sic enim ille nominat, Hippocrates & Theophrastus ἱππόφαες, Galenus in Glofs. Hipp. etiam, quia spina sit fullonia, κνάφου, & alio nomine ..., scribit esse *spinus albus*: sed qua plantæ parte sint eæ spinæ, non satis explicuit. At Theophr. lib. 6. cap. 5. ἱππόφυον (vtroque enim modo & ἱππόφυον & ἱππόφεων appellat, nisi fortè prius illud mendosè legitur, *lappaginem* vertit Gaza) tradit ἀκανθώδες esse ... φύλλοις, hoc est, *folijs esse minimè spinosis aut aculeatis*: ac paulò antè illud inter ea recensuerat, quæ ... ἀκανθώδες ἔχει φύλλον, hoc est, *quæ folium iuxta aculeum gerunt*. Ex quo patet, Hippophais spinas non quidem in folijs ipsis, sed inter folia esse: quod & ipse Dioscorides hoc loco apertè significat.

καὶ μελῶν τῷ λευκῷ] Plinius, loco citato, acinis tribuit, quod Dioscorides floribus: dum *Hippophyes* scribit, *candidis & ex parte rubentibus esse acinis*.

ὅσον ὀβολοῦ] Ruffus Ephesius, libello ... de purgantibus medicamentis, liquoris qui ex Hippophais radice excipitur maiorẽ dosin exhibere non veretur, his verbis: ... hoc est, *si valentiùs purgare volueris, dabis liquoris per se obolos iij. sin ex eo qui cum erui farina præparatur, drachmam vnam in mulsa*. AEgineta, lib. 7. liquoris eiusdem obolum vnum cum erui farina exhibitum, bilem ac pituitam purgare scribit.

CAP. CLXIII. ἱππόφαιστον] Paulus AEgineta ἱππόφαιστον scribit, vti & interdum Plinius: quanuis hic ipse, libri 22. cap. 12 posteaquam egit de vtraque hippophye, quarũ altera eadem est cum Hippophæsto: *Debent*, inquit, *esse accommodatæ equorum naturæ, neque ex alia causa nomen accepisse*: quo quidem loco illam alteram lectionem, ἱππόφαιστον, prætulisse videtur. Sed alijs etiam nominibus præfixam vocem, ἵππου, magnitudinem præstantiamve potiùs significare vnicuique cõstat. Ego verò tum ἱππόφαες tum & ἱππόφαιστον, ceu fullonias plantas, sic dictas existimo, quod valdè candidos ac lucidos seu splẽdidos pannos redderent.

ῥίζας δὲ παχείας] Plinius, lib. 17. cap. 44. *Hippophæsti radicem albam* esse scribit: crassitiei nõ meminit. Quin & lib. 27. cap. 10. dum *Hippophæstum* tradit *radiculas habere albas, molles*, satis innuit, se in radicis crassitie à Diosc. discrepare.

CAP. CLXIIII. κίκι ἢ κρότων] Herodotus, in EVterpe, σιλλικύπριον vocat, quod idem est: nã & Plinius ipsum *seseli*, *sili* plerunq; nominat, atque inde etiam corrupto vocabulo suum Siler Officinæ deduxerunt. Porrò ibidem Herodotus σιλλικύπριον καρπόν, ab AEgyptijs (qui Ricinum in Græcia sponte prouenientem eijciendi olei gratia copiosè serebant) κίκι vocatum asserit.

δένδρον δὲ ἐστὶ] Cùm Ricini planta, quæ ad arcendam talparũ iniuriam nostris in hortis quotannis seritur, neque valdè crassa proceráve sit, neque etiã vsqueadeò lignosa, nisi cùm exaruit, vixque prætereà diutiùs quàm per annum eduret: meritò dubitarit quispiam, sitne in arborũ censenda genere, vti vult hoc loco Dioscorides, an verò fruticum potiùs, qui quidem, vel ipso teste Valla, lib. 4. eleg. ab arboribus ita distant, vti à fruticibus herbæ. Nostram quidem Ricinum fateor caudice vnico ramoso nodosóque arboris instar esse præditam: at quia tamen stirps est ἐπέτειος & annua duntaxat, non item rediuiua ac perennis, rectiùs hauddubiè in fruticũ quàm arborum numerum ascribetur. Quæ verò ab oculatis testibus P. Bellonio in Creta insula, itémque Car. Clusio in Bæticæ maritimis alijsq; id genus æstuosis regionibus visæ & obseruatæ traduntur, cùm haud secus ac AEgyptiæ, quarũ factam à Dioscoride mentionem sit verisimile, in crassitudinem altitudinémque longè maximam excrescant, aliarum instar arborum multis prægrandibus ac robustis brachiatæ ramis, qui quidem complures annos perdurent, nec nisi quarto quintóve anno putentur: has ego minimè dubitarim cum Dioscoride non arbusculis tantùm, sed & arboribus annumerare: seu inquam sponte, seu adhibita cultura tales euadãt.

φύλλα μεγάλα μέγ.] Plinius, lib. 15. cap. 7. de Ricino paulò aliter habet in hæc verba: *In Hispania repentè prouenit, altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine vuarum gracilium pallidarumque.* Obiter verò notãdus ex Theophr. lib. 2. de causis stirpium, cap. 22. Ricini foliorum μεταμόρφωσις. Illa enim adhuc nouella & recens edita rotunda visuntur, ac in angulos deinde sinuantur, καθάπερ ἀναλαμβάνοντα, vt inquit ille, *quasi tùm demùm suæ conformationis perfectionem adepta*.

ὅσον λ' κόκκοι] Sic legit Serapio. At Matthiolus, ὅσον ῥ' κόκκοι. Mesuæus autem Ricini quinque septémve, aut ad summum quindecim, grana exhibenda tradit.

καθαίρει δὲ καὶ καταπλασσόμενον] Lego, *καθαίρει δὲ ὁ καρπός*, aut, *καθαίρει δὲ καὶ καταπλασσόμενος*, videlicet, ὁ καρπός, aut, *κόκκοι δὲ καὶ καταπλασσόμενοι*, nempe κόκκοι: deindéque legendum, καθαίρουσι. Hic enim de Ricini granis agi vel ex eo patet, quod deinceps Autor nominatim foliorum vires persequitur. Sed & quæ hac periodo commemoratur purgandi detergẽdíque vis, etiam semini seu nucleo Ricini tribuitur à Galeno & Serapione: quanquam & folia eandem vim,

vim, sed debiliorem participant.

CAP. CLXV. ἡ ἀμυγδαλοειδής] Cognomina Tithymalo Characiæ à Dioscoride tributa Plinius partim πλατυφύλλῳ, partim δενδροειδῇ ascribit. Siquidem dendroidem cognominatum narrat Plinius, lib. 26. cap. 8. *alij cobion, alij* (quod ego miror) λευκόφυλλον *dici. sicuti* πλατύφυλλον *alij corymbiten, alij amygdaloidem a similitudine.* Tertium verò Tithymali genus πέπλιον dictum, quod Dioscorides inferiùs πεπλίδα μηκωνίδα, ita & μήκωνα appellari scribit, tertium ille fecit Papaueris syluestris genus, lib. 20. cap. 19. Hunc verò eundem Theophrastus etiam κύνα nonnullis dictum refert, lib. 9. cap. 13. quo quidem loco, æquè ac antiquissimi herbarij Crateuas & Myction, (siquidem Interpreti Nicandri credimus) tria tantùm Tithymalorum genera cōstituit, paralium videlicet, masculum: & myrsiniten, qui fœmina existimatur.

ὑψὸς πηχυαῖον] Theophrastus, loco citato: τὸ δ' ὅλον μέγεθος σπιθαμιαῖον, quo loco nō quidem ramorum, sed plantæ totius altitudinem dimetitur. At Plinius ipsius ramos describit, *digitali* quidem *crassitudine, longitudine* verò *cubitali.*

φύεται ἐν τραχέσι καὶ ὀρεινοῖς] Plinius, lib. 26. cap. 8. de Characia Tithymalo: *Nascitur*, inquit, *in asperis maritimis.* At Theoph. de Tithymalo myrsinite agens, cui natales eosdem assignat Diosc. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία. *amat loca montosa.*

περὶ τὸν τρυγητὸν] Sic Theophr. τοῦτον ὀπίζουσιν ἅμα τῷ τρυγητῷ. hoc est, *huius succum lacteum eliciunt tempore uindemiæ.* At Oribas. ὀπίζεται δὲ τοῦ τιθυμάλου περὶ τὸν τρυγητὸν, hoc est, *circa messem è quouis Tithymalo succus excipitur.* &c. Plinius: *Succus incipiente pomorum lanugine defractis ramulis excipitur farina erui, aut ficis, ut cum ijs arescat: quinas guttas singulis excipi satis est.*

ἐγκαυλοῦσι] Sic legerunt plerique Interpretes: at ego malim, ἐγκλίνουσι, quo modo etiam Serapio videtur legisse. Enimverò ramulos in fascem collectos sectósque in vase decliues collocari oportet, quò faciliùs lacteus succus in vas ipsum cōfluat. Sic paulo pòst, αὐτὸ τὸ, τραχηλίον, legendum haudubiè, τραχηλίον.

φθινοπώρου συλλέγεις] Theophrastus qua tempestate legatur semen Tithymali Characiæ, quem ipse marem appellat, non quidem peculiariter designat: sed de Paralio tamen ita scribit: ἀμᾶται δὲ ὅταν ἤδη ἀκμάζῃ ὁ καρπός. De Myrtitis autem fructu: ἀμᾶται δ' ὅταν αἱ ἁμάξαι αἱ κριθαί. Secutus eum Plinius, de Paralij quidem semine sic habet: *Colligitur uua florente:* & alio loco: *Colligitur incipiente uua*, hócque idem repetit de Helioscopij semine: At de Myrtite: *Colligitur*, inquit, *coma eius hordeo turgescente:* rursúmque de fructu: *Demetitur cum messium maturitate.*

ἐφθεῖσα δὲ σὺν ὄξει] Plinius, fortasse minùs rectè: *Colluuntur*, inquit, *radicis decocto* (dentes) *ex uino aut oleo.*

μείζονα δὲ καὶ στενά] Plinius fœminam describit, *folijs myrti acutis & pungentibus, sed mollioribus*; nisi forte, *maioribus*, legendum est. Theophrastus tantùm: τὸ μὲν φύλλον ἔχει, καθάπερ ὁ μυρσίνος, πλὴν ἀκανθῶδες τὸ ἄκρον, hoc est, *folium quidem habet myrti, sed summa parte aculeatum.*

παρ' ἐνιαυτὸν καρπὸν φέρουσι.] Serapio perperàm; *fructum fert ter in anno.* Theophrastus: τοῦτο (scilicet μυρσινίτης τιθύμαλος) δ' οὐχ ἅμα φέρει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ παρ' ἔτος, τὸ μὲν νῦν, τὸ δ' εἰς νέωτα. hoc est, *Myrtites Tithymali sarmenta non simul fructum proferunt: sed alternatis annis, alia hoc anno, alia postero.* Plinius verò: *fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequente, & nux uocatur.* quod itidem addit Theophrastus hisce verbis: ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται κάρυον. Porrò nisi ab oculato teste & fide digno Compatre meo Stephano du Plex intellexissem, coccum oriētalem, ex quo trito, addito caseo, illicia captandis piscibus apta parantur à multis, fat proceræ arboris esse fructum, conijcerem Tithymali myrsinitis fructum esse, de quo agitur. Nam & ea bacca nuci Ponticæ similis quodammodo est, quamuis laurinæ baccæ propior, & pisces in vertiginem agit, tandémque necat: quem Tithymalis effectum præter Dioscoridem etiã Galenus tribuit. Suspicionem auget, quòd Theophrastus quoddam Tithymali genus, κάρυον etiam dictũ fuisse testatur. Cordus eiusmodi baccas, nescio quã rectè, solani manici apud AEgyptios nascentis fructum esse asserit.

περιφερῆ, ὁμοίως λίνῳ] Theophr. de hoc eodem Tithymali genere: φύλλον ἔχει περιφερές: hoc est, *folium habet rotundum*: deindéque eiusdem καρπὸν λευκόν, *fructum candidum*, facit, quem Dioscorides & Apuleius μέλανα, id est, *nigrum.* Theophrastum secutus Plinius, *Paralion folio rotundo* describit, *ac semine albo.*

ὥσπερ ἐν φύλλοις] Vulgata exemplar. ἐν κεφαλίοις, *in capitulis.* Oribasius & Marcellus cum vetusto codice legunt, ἐν φύλλοις. Apuleius itidē *semine uelut in folijs.* Eandem lectionem iccirco secutus sum, quòd Tithymalus hic inter folia duo florē ac fructum proferre videatur.

CAP. CLXVI. ἡ δὲ ῥίζα < β'.] Plinius de Pityusa, lib. 24. cap. 6. *Bilem & pituitam*, inquit, *per aluum detrahit radix decocti hemina, aut seminis ligula in balanis. &c.* Mesuæo verò dosis corticis radicis Pityusæ seu *Esulæ* maioris, *quam Alscebran* ipse vocat, longè minor est: nempe, *à granis duobus ad septem*, itémque *lactis ab uno ad tria.*

CAP. CLXVII. τοῖς τῆς ἀμυγδαλῆς] Plinius, lib. 27. cap. 11. *Lathyridi folia* tribuit *multa, lactucæ similia, tenuiora: magno ut uidetur, figuræ discrimine. Eius uerò grana excepto cortice piperis magnitudine* describit.

ὅσον ζ' ἢ η'.] Plinius ibidem de Lathyridis granis ita scribit: *Hæc minora in aqua pura aut mulsa pota, hydropicos inanant.* Actuarius itidem, in lib. de comp. med. illius grana maiora quidem quindecim, minora verò viginti dari prodidit: subdítque, illis qui vehementiùs purgari voluerint, mãdenda: qui minùs, deglutienda. At Ruffus, lib. de med. purg. Lathyridis grana decem ad purgandum ait sufficere: succi verò, tres obolos.

καὶ ὄρνιθι] Iure gallinacei etiam folia Lathyridis incoqui debere scribit ibidem Ruffus. At de ipsis granis illud idem prodidit Plinius, loco citato: *Qui*, inquit, *uehementiùs purgari uolũt, cum folliculis ipsis sumunt ea: nam stomachum lædũt. Itaque inuentũ est, ut cum pisce aut iure gallinacei sumerētur.*

CAP. CLXVIII. οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη] Galenus, in Gloss. Hipp. πέπλον, & μήκωνα ἀφρώδη & μηκώνιον, atque etiam χαμαισύκην nominari tradit.

ὑδρομέλιτος κοτύλαις] Quantũuis *κυάθου* habeatur in vulg. exemplaribus, *κοτύλαις* lego ex vetusto codice, cũ Hermolao & Cornario. Plinius de Peplo, lib. 27. c. 12. *Media*, inquit, *potio acetabuli mensura in aquæ heminis tribus.*

Cap. CLXIX. *πυρώδες τῇ γεύσει*] Gal. simpl. lib 8. de Peplij semine: *σπέρμα χρήσιμον καὶ φυσῶδες*, *semen utile & flatuosum*: vbi *ἀντὶ τοῦ*, *φυσῶδες*, *πυρῶδες*, hoc est, *feruentis gustus*, restituendum vel ex hoc loco satis constat. Nam & *πέπλιον φύσας ἄγειν*, hoc est, *Peplion flatus pellere*, dixit Hipp. 1. de morb. mulierum, & ex ipsius sententia Aëtius, *φυσῶν ἐστι καταῤῥηκτικόν*, *flatus discutere.* Attamẽ Ruffus, in libello de purg. med. peplum & Peplium asserit, pituitam & bilem cum plurimis flatibus, quantumuis arefacta, trahere: quo loco videtur innuere, ab ijs non tantùm flatus pelli, sed etiam excitari. Cæterùm Plin. lib. 20. cap. 20. *portulacæ, quã Peplion vocant, memorabiles usus* lõgo sermone persequitur: qui tamen huic Diosc. Peplio non satis respondere videntur.

Cap. CLXX. *καὶ ἀκροχορδόνας*] Plinius, lib. 24. cap. 15. *Chamæsyce illita uerrucas omnium generum tolli* scribit: ibidémque *Chamæsycen*, quam Dioscorides ad oculorum vitia cum melle inungendam præcipit, ille *in uino coqui* voluit, *priusquam inungatur.*

C. CLXXI. *δακόντας*] *πιχόντας*, legitur in vulg. exempl. itémque apud Oribasium: at Goupylus in altero codice legit, *καὶ δακόντας*. Ita & Lacuna: hanc ideò lectionem sequi placuit, maximè cùm & ipse Serapio ita legisse videatur. Sic inferiùs, *ἀντὶ τοῦ*, *ὑπὸ πῆχυς*, quod habebatur in vulg. codicibus, legi ex altero Goupyli codice, *ὑπὸ βραχίονα*, quo modo legũt Oribasius, Hermolaus & La cuna.

αἰματουμένας] Mesuæus alias insuper extrahendi Scammonij rationes edocet, in censu purgantium medicamentorum.

ὁ δὲ Συριακὸς] Præter Mysium Scammonium, commendantur Plinio *Colophonium & Prienense*: cùm tamen Priene ciuitas sit Syriæ. Mesuæus Antiochenum & Armenium laudat, Corascenum vituperat.

ἢ πεπερεως ὀβολοῦ] Paulus, lib. 7. cap. 4. Scammonium dari vult *ἀπυρέτοις*, & stomacho alioqui bene affectis, pondere obolorum quatuor, cum sale aut pipere aut zingibere, alióve quodam oxyporo stomacho grato, aut cũ melle: ex eo quoque cum gummi catapotia fingit. Aëtius itidẽ, lib. 3. c 25. *dari ex eo* scribit *scrup. ij. plùs minùs pro uirium ratione*, subditque *ipsi salem & thymi comam aut pulegium admisceri. In his uerò qui ferre possunt, præstat*, inquit, *aloen miscere: datur & per se cum melle aut ptissanæ cremore, si clanculum exhibere uolumus.* Hæc ille. De eodem Plinius, lib. 26. cap. 8. *Dedêre & per se ex aqua mulsa & sale quaternis obolis, sed utilissimè cum aloë, ita ut incipiente purgatione mulsum bibatur.* Oribasius succi quidem Scammoniæ drachmam vnam ad summum dari tradidit: radicis verò etiam drachmas duas exhibere non veretur. At religiosior profectò Mesuæus, qui in exhibendo per se Scammonio grana duodecim minimè transcendit.

καθαίρει δὲ καὶ τῆς ῥίζης] Purgandi gratia radice quoque Scammoniȩ vtitur Oribasius, vti modò retulimus: sed Theophrastus, lib. hist. stirp. 9. cap. vlt. succi tantummodò vsum esse scribit, hisce verbis: *τῆς δὲ σκαμμωνίας ὁ ὀπὸς μόνος χρήσιμος, ἄλλο δ' οὐδέν.* hoc est, *Scammoniæ succus tantummodò utilis, ac præterea nihil.*

Cap. CLXXII. *ἐλαίᾳ παραπλήσια*] Sic Plinius, libro 24. capite 15. *Chamelæa similitudinem foliorum oleæ habet.* Alibi tamen, nimirum libri 15. capite 7. *Chamelæam* dixit, *folijs oleastri baccisque.* Sed & libro. 13. capite 21. de thymelæa agens, cuius folia Dioscorides Chamelææ assimilat, eam etiam *oleastro similem* facit. Verùm inter oleæ & oleastri folia haud ita magnũ discrimen, nisi quòd hæc illis magnitudine cedunt.

διπλασίονος ἀψινθίου] Alius & ab isto discrepans est Chamelææ vsus apud Plinium, lib. 24. cap. 15. quo loco sic habet: *Detrahit pituitam bilémque, folijs in duabus absinthij partibus decoctis, succóque eo cum melle poto.*

Cap. CLXXIII. *ἢ κέστρον*] Ex Hipp. in lib. de morbis mulicbr. non *κέστρον*, sed *κνέωρον* legendum: quam vocẽ Gal. in Glos. exponit, *τὸ κνέωρον.* Sic & apud Plinium, lib. 13. cap. 21. inter varia Thymelææ nomina non Cestrum, sed Cneston habetur.

πλείω στενότερα] Mesuæus Mezereon folijs esse quàm oleæ maioribus scribit: quod falsum esse deprehenditur, siue ille Thymelæam, siue chamelæam mezerei nomine acceperit. Enimuerò eas plantas & inter sese, &, quod turpius est, cum vtroque chamæleonte videtur confudisse. Cæterùm inferiùs, pro, *μεταξὺ αὐτοῦ*, lego, *μεταξὺ αὐτῶν*, scilicet, *φύλλων*.

καθαίρει κάτω] Contrà Plin. lib. 27. cap. 9. (nisi fortè mendum subest) de cocco Gnidio: *sistit*, inquit, *aluum*: quod & rationi & experientiæ omnino aduersatur.

μετὰ ἀλεύρου ἢ] Theoph. lib. 9 hist. stirp. cap. vlt. de cocco Gnidio: *δίδοασι*, inquit, *πρὸς κοιλίας λύσιν ἐν ἄρτῳ ἢ στέατι διὰ τὸ καίειν.* quo loco Gaza, à Plinio fortasse deceptus, illud, *πρὸς κοιλίας λύσιν*, *contra aluo solutionẽ*, minùs rectè interpretatur. Sed & *στέαρ* perperàm *adipem* conuertit: cùm tamen *στέατος* nomine vt plerunque alias, ita & eo loco, *τὸ σταῖς* significetur. Plin. lib. 27. cap 9. *Cocco Gnidio uis adurens. itaque cum pane deuoratur, ne adurat, cum gulam transit.*

Cap. CLXXIIII. *κατὰ βαλάνου*] Theophrast hist. stirp. lib. 3. cap. 13. de Sambuci folio ita scribit: *φύλλον δὲ τὸ μὲν καθ' ἕκαστον μαλακόν, προμῆκες, ὡς τὸ τῆς πλατυφύλλου δάφνης. μεῖζον δὲ καὶ πλατύτερον καὶ περιφερέστερον ὁμοίως καὶ κάτωθεν. τὸ δ' ἄκρον εἰς ὀξὺ μᾶλλον συνῆκται, κύκλῳ δ' ἔχει ἐντομάς.* &c. id est, *folium singulare, molle, oblongum, ut lauri latifoliæ, uerùm maius, latius ac rotundius, tum circa medium, tum parte inferiore, extremo magis acuminato, in ambitu laciniatum.*

ἐν τοῖς μέλασι] Acinos Sambuci nigros describit Plinius: id quod de illis perfectè maturis accipiendum est Sed & Theophrastus, loco citato, de ijsdem sic habet: *γίνεται δὲ πεπαινόμενος μέλας, οἰνώδης δ' ὠμὸς ὤν· μεγέθει δὲ μικρῷ μείζων ὀρόβου, τὴν ἰκμάδα δὲ οἰνώδη τῇ ὄψει*, &c. id est, *Acinus maturescens nigrescit, immaturus uuam acerbam refert, magnitudine paulò maior eruo, succo uino simulo.*

ξηραντικὴ] Marcellus præterea alicubi, ψυκτικὴ, legisse videtur. Actuarius quoque, meth. med. lib.5.ca.8. sambucum & Ebulum, omissa siccandi vi, scribit, refrigerandi facultate pollere. Sed & Plinius, lib.24. cap.8. *refrigerare inflammationem* dixit, *maximè recentis ambusta*. Attamen neque sambucus neque Ebulus refrigerant, nisi fortè ex accidenti, dum bilem extrahunt: calfacere verò vtranque certum est, licet in primo gradu duntaxat: id quod satis innuit Galenus, 6. simpl.

Cap. CLXXVI. καὶ θυμώνησι] Plinius, qui de Pycnocomo eadem ferè habet quæ Dioscorides, lib.26. cap.8. id ait esse *erucæ foliis, crassioribus & rarioribus*: vbi pro, *rarioribus*, vel ex hoc loco, *acrioribus* legẽdum, coniicio. De eiusdem radicis viribus agens ibidem, *non aluum modo & bilem, sed & pituitam exinanire*, scribit.

Cap. CLXXVII. οἱ δὲ ἰσχάδα, οἱ δὲ χαμ.] Malim, ἰσχάδα, vel potiùs ἰσχὰς, in recto casu. Sic enim nominat Theophrastus & Plinius: fitque verisimilius ex radicis cum carica similitudine id nominis inditum illi fuisse, quàm ab efficacia contra coxendicum dolorem. Sed & αὐτὶ τοῦ, χαμαιβάλανος, χαμαισύκαρος, ex Paulo legendum censuerim. Is enim, lib.7. cap.4. inter ea quæ pituitam detrahunt, *apij dimidium id quod ad radicem est & à quibusdam* χαμαισύκαρος *appellatur*, commemorat. Rursumque, eiusdem libri cap.10. *Apij, radicis* inquit, *pars ea quæ ad aerẽ vergit si edatur supernè purgat: (quidam ipsam* χαμαισύκαρον *nominant) quæ verò ad radicem est, infernè. Tota verò si edatur, vtrimque vacuat*. Plinius & hanc ipsam radicem [illegible] vocari testatur, lib.26 cap.8.

ἀσφοδέλῳ] Sunt qui, [illegible], malint, vti Marcellus & Cordus. Cæteri, ἀσφοδέλῳ, indubitanter legunt, vti etiam legitur apud Theophr. Is enim, lib.9. hist. stirp. cap.10. ἡ δ' ἰσχὰς, inquit, [illegible]. hoc est: *Ischas, seu Apios, folio constat rutaceo, breui: caulibus terræ proximis, iisque quaternis fere: radice vt asphodeli, verùm squamosa*. At Plinius, loco antè citato, Apion describit, *radice rapa, sed ampliore*.

τὸ μὲν ἄνωθεν] Lego, ἄνωθεν, non, [illegible]. Ita enim legendum esse constat ex loco Pauli antè citato. Sic quoque Plinius, de Apio: *Aiunt*, inquit, *radicis superiorem partem vomitione biles extrahere: inferiorem, per aluum*.

τὸ ἐφιστάμενον ὑγρὸν] In eo dissident Dioscorides & Plinius, quòd ille supernatantem liquorem vsurpat, hic verò eundem abiicit. Sic etenim Plinius de Apij radice, loco antè commemorato: *Effoditur*, inquit, *vere, tusáque in fictili mergitur, deiectóque quod supernatat, reliquum succus purgat vtraque parte sesquiobolo in aqua mulsa*.

Cap. CLXXVIII. περὶ βόλου παῖδος] Huius medullæ Colocynthidis, quam Hippocr. [illegible] nominabat, apud varios Medicinæ Autores varia est dosis. Mesuæus, ceratia decem: Paulus drachmam integram exhibere non veretur. Ruffus itidem, drachmam j. ex aqua mulsa propinat. At Aëtius scrup. ij. exhibet in aquæ mulsæ cyathis duobus: eodémque loco, imbecillibus etiam scrupulum j. sat esse scribit.

λαμβανομένη σὺν νίτρῳ] Ita distinguit & legit Cornarius: [illegible]. Eum iccircò secutus sum, quòd & sensus eo modo clarior est, & ita quoque videtur Serapio legisse.

[illegible]] Nonnulli ad literam illhæc ita interpretantur, vt velint pomum hoc Colocynthidis, exempta medulla simul & semine, luto oblitum incoqui aceto & nitro. Sed absurdum illud est. Quare malim legere, [illegible] ὄξος καὶ νίτρον, aut, ὄξος σὺν νίτρῳ: quo modo Serapio, Cornarius & Marcellus videntur legisse.

[illegible] μελίκρατον] Modum hunc præparandi diluti Colocynthidis paulò pleniùs describit Aëtius, libro 3. capite 35. in hæc verba: [illegible] (sic enim legendum, non [illegible]) [illegible]. hoc est: *Quòd si mitiùs purgare volueris, sumito colocynthidem iustæ magnitudinis, eamque aperito supernè, & semen totum eximito: deinde quicquid in ipsa tomenti speciem præ se fert, rursus citra semen in ipsam indito, & repletam sapa aut vino dulci vetere per diem noctémque macerari sinito: tandemque vinum calfactum per pannum excolatum propinato*. Ruffus itidem, in libello de purgantibus medicamentis, nulla tamen medullæ tacta mentione, sic habet: [illegible]. id est: *Quòd si quis mitiùs purgare volet, semine colocynthidis electo, affusóque intra corticem vino dulci, lento igne coqui ipsam oportet, dum probè maduerit: illud tandem potandum exhibetur*. Sed & Paulus, lib.3. cap.13. eodem modo præparatum Colocynthidis dilutum in morbo comitiali propinat.

Cap. CLXXIX. θύμου τὸ ἄνθος] Hinc plerique colligunt, Epithymum Dioscoridis & reliquorum Græcorum aliud esse ab Epithymo Arabum: & Græcorum quidem Epithymum, aliud nihil esse quàm ipsum thymi durioris florem. At ego Epithymum Græcorum & Arabum planè vnum & idem esse indico, scilicet inuolucrum thymi capillaceum, cui tamen flos ipse thymi interdum implicatur: quippe qui à capillamentis illis rectè secerni vix possit. Sed & ipse Autor, libro de simpl. ad Paternianum, Epithymum disertè describit, *florem assimilem setæ, subuiridem & nauseosum*. Quoniam enim Epithymum crinium vel cincinnorum modo capitula thymi quadam florum imagine comare conspicitur, florem iccircò dici constat, idq; nominis ratione minimè refragante. Quandoquidem si ἄνθος dictum est, vti voluit Etymologicus, [illegible], quidni eiusmodi capillamento ἄνθος, hoc est, *floris*, nomen aptè conueniat? Cæterùm ea capillamenta non in thymo solo, sed & in thymbra, stœbe, lino, hyssopo, serpyllo, vrtica, polio, genista, chamædry & compluribus aliis plantis reperiri

certū est. Verùm quod thymo innascitur, peculiariter ἐπίθυμον dicitur, vti quod thymbræ, ἐπιθυμβρον, quod stœbę, ἐπιστοίβη. Ista vero capillamēta sine radice nasci icciro scripsit Plinius, quòd nullam euidentem habent radicem, vti neque viscum, quod arboribus innascitur. Scilicet cui insident planta, ea illis est sedes pro terra, & qua parte insident, ea est pro radice.

οὐραχοὺς ἔχοντα] Iosephus Scaliger doctissimus, acerrimique iudicij vir, cuique omnium ætatis huiusce Criticorum vix vllum pretulerim, in suis in Propertiū castig. à Diosc. hoc loco non quidē figuram Epithymi, sed thymi duntaxat durioris proponi existimat, ideóque reponendum censet, στελεχοὺς ἔχοντα ὡς στοιχάς, quasi thymi durioris spicam voluerit Author esse mucronata cuspide, qualis est stœchadis. στελεχοὺς verò dici putat, ipsos spicarum mucrones, à similitudine cuspidū in hastilibus, quæ quidem Homero σαυρωτῆρες appellantur. At equidem ex ipsius sententia αὐτὶ τοῦ, οὐραχούς, στελεχοὺς reponendum iudico: sed quoniam non de spica thymi, verùm de Epithymo ipso hîc agi verisimilius est, nihil prætereà immuto: ac interim οὐραχῶν voce caudas setosas (quas quidem Epithymi capillamēta referunt) significari puto: quemadmodum & Hippocrates, seu quisquis est autor libelli de corde, οὐραχὸν καρδίας, cordis caudam nominauit, ea metaphora volens conum ipsius designare. Ad eundem quoque modum EVstathius οὐραχὸν Xenophonti [illegible] dici annotauit, [illegible] φάλαγγος, [illegible] καθ' Ὅμηρον, [illegible] σαυρωτήρ, seu vt alibi, [illegible]

πρὸς ὀλκὴν δ'.] Sic Galenus, lib. 14. Meth. Epithymi drachmas iiij. ex aqua mulsa vel sero propinat. Aëtius quoque, lib. 3. cap. 29. adultis Epithymi contusi & cribrati scrup. xij. cum passo & aceto mulso ac modico sale exhibet. Auicenna ad quatuor aureos progreditur. Cæteri vel ampliore, vel parciore dosi ipsum exhibent. Et Paulus quidem, lib. 4. cap. 26. ad cancrum Epithymum quatuor drachmarum & dimidię pōdere ex sero vel mulsa porrigit. Libro vero 7. eiusdem drach. v. tritas dari scribit, ex seri lactis hemine. Oribasius, Collect. lib. 7. cap. 27. senas drachmas dare nō veretur. Ruffus itidem, in lib. de purg. med. drach. vj. & amplius ex vino dulci. Plinius quoque, lib. 26. ca. 8. Epithymum aluum soluere testatur, à quatuor drachm. ad sex. Mesuæus drachm. vij exhiberi posse tradit. At Actuarius, Meth. libro 5. idem quod Aëtius refert, sed tantùm v. mentionem facit. Et ipse Oribasius lib. 1. πρὸς Ζην. de euacuationibus agens quę sanis conueniunt, binas tantùm drachmas in oxymelite propinari voluit: similitérque, Synops. lib. 1. cap. 17. eiusdem triti & cribrati binas vult exhiberi drachmas ex vino dulci, aut plus eo cum melle, sale admisto.

CAP. CLXXX. αὔθις μαλακοῦ] De Alypo sic habet Plinius, lib. 27. cap. 4. *Alypon cauliculus est molli capite, non dissimilis betæ, acre gustatu ac lenem:* quæ quidem verba ex hoc Diosc. loco sic emendo: *Alypon cauliculus est gracilibus, molli flore, radice non dissimili betæ: semen acre gustatu*, &c. Porrò in eo quod sequitur, ὡς ῥιζαμότλευ, metathesis est particulæ ὡς. legendúmque, ῥίζα ὡς τεύτλου, vti paulò pòst, σπέρμα ὡς ἐπιθύμου. pro quo Actuar. Met. lib. 5. habet, σπέρμα ὡς θύμου.

τὸ ἴσον πλῆθος] Ex Paulo, lib. 7. c. 3. & 4. (qui quidem de plantis agens à Galeno pręteritis, ipsa Diosc. verba solet transcribere) sic emendandus hic locus: πλῆθος ἴσον ἐπιθύμῳ λαμβανόμενον μεθ' ἁλῶν καὶ ὄξους. Est autem Alypon, eodem teste, herba eadē cum ea quæ illius ætate Alypias dicebatur.

CAP. CLXXXI. οἱ δὲ φαλανδίς] Empetron Galenus, Paulus & Aëtius alio nomine φελανδις appellari scribunt: nec deest suspicio, quin & apud Dioscor. pro φαλανδίς, φελανδίς, legi oporteat.

τὸ δὲ προσγειότερον] De eiusdem plantæ diuersis partibus ista prima facie intelligenda videntur, quasi voluerit Dioscorides, quæ pars Empetri terræ propinquior fuerit, amaram reperiri, &c. Sed aliter ex sententia Plinij accipienda sunt, quasi nimirum velit quod Empetrum mari propius est, salsum: quod ab eodem remotius & terrę propinquius, amarius sentiri. Sic enim Plinius, lib. 27. cap 9. vti certè quidem habent vulgata exemplaria: *Empetron, quam nostri calcifragam vocant, nascitur in montibus maritimis, ferè in saxo: quò propius mari fuerit, minùs salsa est: pot aque bilē trahit ac pituitas: quò longius magísque terrena, amarior sentitur.* Verùm quo sit maior Plinij cùm Diosc. consensus, illa sic legenda videntur: *quò propiùs mari fuerit, magis salsa est*, &c. In iis verò quæ proximè sequuntur, Plinius palàm Empetrum maritimum cum saxifraga confudisse videtur.

CAP. CLXXXIII. ἀμπελοπράσου ἐν οἴνῳ] Ista sic restituit Cornarius: ἔστι καὶ ἡ ῥίζα ἀμπελοπράσου ἐν οἴνῳ [illegible] καὶ μεθ' ὕδατος [illegible] κυάθων β'. Gesnerus legendū suspicatur, μεθ' ὕδατος [illegible] κυάθων β. [illegible]. At ego cū Serapione, Marcello & Ruellio sic legere malim: [illegible] ἡ ῥίζα ἀμπελοπράσου ἐν ὕδατι, καὶ μετ' οἴνου [illegible] κυάθων β'. Nam & Plinius, lib. 23. cap. 1. de Ampelo agria, (quam tamen nominis ὁμωνυμίᾳ deceptus cum labrusca interdū temerè cōfundit) sic habet: *Radix decocta in aqua, pota in vini Coi cyathis duobus, humorem alui ciet, ideò hydropicis datur.* Rursúmque, lib 27. cap. 27. *Radix eius decocta in aqua cyathis ternis additis vini Coi cyathis duobus, aluum soluit leniter, ideoque hydropicis datur.*

CAP. CLXXXIIII. οἱ δὲ βρυωνίαν] Gal. lib. 1. de comp. pharm. κατὰ τό. ἄμπελον λευκὴν & βρυωνίαν separatim, tanquam diuersa, commemorat: nec malè, quandoquidem ipsemet, 6. simpl. vitem nigram propriè βρυωνίαν vocari scripserat: quod ipsum Plin. lib 23. cap. 1. admonet. Quòd ad vocem ἄγχουσι spectat pro ea fortassis, ἐχέτρωσι, reponendum: siquidem ἐχέτρωσι Hippocrati dictam Galenus in Gloss. λευκὴν βρυωνίαν exponit.

[illegible] δ' ἐστίν] Plinius de Vitis albæ radice, lib. 23. cap. 1. *Et ipsa autem largior aliquātò sensus purgat:* quo loco, *sensus turbat*; restituendum esse, hinc est facile colligere.

ὁ ψιλωθρον τὸ δέρμα] Hunc Vitis albæ fructum coriariis etiam vtilem esse scripsit Galenus, 6. simpl. ac idipsum loco citato luculenter confirmat Plinius. Attamen Theophrastus, hanc coria pilis spoliandi vim, vitis syluestris fructui tribuit, libro nono, capite vltimo: quo loco de vite syluestri agens, τὸ καρπῷ, inquit, ψιλοῦσι τὰ δέρματα. Sic enim legi par est, non, τὰ δένδρα, vt in impresso codice.

Cap. CLXXXV. μέλαινα ἄμπελος] Mesuæus huius Vitis nigræ radicem scribit esse cineritiam foris, intus albam, non tamen albedine eius quæ alba dicitur. In cæteris videtur planè cum Dioscoride consentire.

ἔστιν μὲν τι ἐνεργεῖ] Rectiùs fortassis, ἐνεργῆ. quanquam vtrouis modo sensus bene constat. Gal. itidem, 6. simpl. nigram Vitem alba in totũ inefficaciorem esse prodidit. At contrà semel atq; iterum inculcat Plinius, *Nigræ radicem ossa infracta uel efficaciùs extrahere, quàm albæ.*

Cap. CLXXXVI. οἱ δὲ βλῆχρον] βλῆχρον etiã nominauit Nicãder, in Ther. Theophrastus verò, lib. de causis plant. 1. cap. 8. βλῆχρον, nisi fortè, quod ego cum doctiss. Scaligero malim, eo loco τὸν βλῆχρον pro pulegio, quàm pro Filice, interpretari satius fuerit.

καὶ ἄκαρπον] Sic Plin. lib. 27. cap. 9. *Filicis duo genera nec florem habere* scribit, *nec semen.* Theophrastus itidem, lib. 9. hist. stirpium, cap. vlt. de Filice sic habet: *σπέρμα δ' οὐκ ἔχει, οὐδὲ ὀπόν, semen non habet neque liquorem:* quo loco αὐτῷ, ὀπόν, Cornarius reponit, καυλόν. Posset &, αἰθος, pro eadem illa voce reponi. Sunt porrò nonnulli quo in numero & ipse Tragus est) qui è Filice semen certis temporibus colligi affirmant. Sed planè falluntur, dum minutulum eum puluerem, qui auersis foliis velut inhæret, pro semine accipiunt.

ὀβολῶν τεσσάρων] Cornarius, δραχμῶν, legisse videtur: ac Plinius certè quidem, lib. 27. cap. 9. *Filicis radicem melius tæmas detrahere* scribit *cũ scammony pari pondere.* At ego vulgatam lectionem retineo, quanquam duûm tantùm obolorum Serapio mentionem facit.

ἡ ῥίζα ποθεῖσα] Hæc vox, (ποθεῖσα) Marcello & Cornario non immerito suspecta fuit, adeóq; ab ijs prætermissa. Equidem dubito vtrum potiùs, τεθεῖσα, seu ἐπιτεθεῖσα, seu etiam λεανθεῖσα, legi oporteat. Nam & Plinius de Filicis radice sic habet, lib. 24. cap. 11. *Harundinis radix contrita & imposita, Filicis stirpem corpore extrahit: itemque harundinem, Filicis radix.* Sed & Celsus, libro 5. c. 16. *Pessima*, inquit, *ex surculis harundo est, quia aspera est. eademque offensa etiam in Filice est. Sed usu cognitum utranque aduersus alteram medicamentum esse, si cauerit superimpositum est.*

ἔνθα δὲ πολὺ] Marcellus locum hunc minimè interpretatur, eum tanquam mutilum asterisco notasse contentus. At Cornario ita restituere visum est: ἔνθα δὲ πολὺ κάλαμος, καὶ πολὺ βλῆχρον σπανὸν, ἀφανίζεται ὁ κάλαμος. καὶ πάλιν, ἔνθα πολὺ βλῆχρον καὶ πολὺ κάλαμος σπανὸς, ἀφανίζεται τὸ βλῆχρον. Ego verò locum eundem ita potiùs restituendũ indico: ἔνθα δὲ βλῆχρον καὶ πολὺς κάλαμος σπανὸς, ἀφανίζεται τὸ βλῆχρον. καὶ πάλιν, ἔνθα δὲ κάλαμος, & πολὺ βλῆχρον σπανὸν, ὁ κάλαμος ἀφανίζεται. Est enim vero similius ex ijs plantis eam quæ copiosior fuerit, parciorem alteram enecare atque perimere. Plinius, lib. 18 cap. 6. de eadem, quæ inter harundinẽ & Filicem est, dissensione dissociationéve seu discordia, ἀντιπάθειαν Græci vocant, paulò aliter habet in hæc verba: *Aiunt & arca solstitium (Filices) auulsas non renasci, nec harundine sectas, aut exaratas uomeri harundine imposita. Similiter & harundinem exarari Filice uomeri imposita præcipiunt.*

Cap. CLXXXVII. πλαγίας] Plinius, lib. 27. cap. 9. de vtraque Filice: *Radices*, inquit, *utrique longæ in obliquum.* Ex quo loco patet, nõ πλατείας, vt plerique voluerunt, sed, πλαγίας, potiùs hoc loco legendum: quemadmodum & Hermolaus Barbarus & Marcellus emendarunt.

καὶ οἴνῳ δὲ πινόμεναι] Sic Theophr. lib. 9. hist. stirp. cap. 20. ἡ δὲ θηλυπτερίς, χρήσιμον πρὸς τὰς ἕλμινθας τάς τε πλατείας καὶ τὰς λεπτάς. πρὸς μὲν τὰς πλατείας, ἀναδιδομένη μέλιτι· πρὸς δὲ τὰς λεπτάς, ἐν οἴνῳ γλυκεῖ μετ' ἀλφίτων διδομένη. γυναικὶ δὲ ἐάν τε δοθῇ, ἐὰν μὲν ἐγκύμων ᾖ, ἐκβάλλειν φασίν. ἐὰν δὲ μή, τὸ ὅλον ἄτοκον γίνεσθαι. Quæ quidem verba reddidit Plinius, libro 27. cap. 9. ad hunc modum de Filicum radicibus agens: *Pellunt interaneorum animalia: ex his tæmas cum melle: cætera ex uino dulci triduo potæ*, &c. Ac deinceps: *Neutra danda fœminis, quoniam grauidis abortum, cæteris sterilitatem facit.* Ex his locis palàm fit, Lacunæ & Marcelli lectionem, κἂν ἔγκυος δὲ λάβῃ, probatiorem esse. Eam iccircò secutus sum, maximè cũm Serapionis verba idem planè sonare videantur. Inferiùs itidèm pro, ὑποτιθέμεναι, rectiùs hauddubiè legas, ὑποτιθέμενον: quod mendi genus & aliàs sæpenumerò occurrit.

Cap. CLXXXVIII. καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις] Serapio cæterique ferè Interpretes ista sic legisse videntur, ἐν τοῖς ἀρχαίοις τείχεσι, ἢ ὑπὸ πρέμνοις δένδρων. Plinius autem, lib. 26. cap. 8. *Polypodion* scribit *in petris nasci, aut sub arboribus uetustis.* Vtut sit, καὶ τοῖς, ἀρχαίοις, ἀρχαίοις legendũ omninò videtur.

ἐν χυλῷ ὀρνιθείου ζωμοῦ] Plinius, ibidem, de Polypodij radicis ad aluum soluendam vsu aliter, in hæc verba: *Ipsa concisa inspergitur oleri, uel betæ, uel maluæ, uel salsamento: uel cum pulticula coquitur ad aluum uel in febri leniter soluendam.*

φλέγμα καὶ χολήν] Plinius itidem, de Polypodij radice agens, æquè ac Dioscorides, *bilem* absoluté scribit *ab ipsa detrahi.* Attamen de bile nigra id accipiendum, quo modo intellexêre Aëtius, Actuarius, Serapio, atq; etiam Mesuæus.

Cap. CLXXXIX. ψίλωθρον] ψιλώθρου, hauddubiè legendum. Vsum verò Dryopteris seu potiùs Bryopteris ad psilothra, qui quidem proximè sequitur, aliter ac ipse Dioscorides, refert Plinius, libro 27. capite 9 hisce verbis: *Psilothron est radix eius. Illinitur enim usquedum sudores euocat: iterumque & tertio, ita ne sudor abluatur.*

Cap. CXC. καυλὸν δὲ μη.] Plinius contrà, lib. 21. cap. 16. *Cnicon uno caule, nec ramosum* scripsit. Sed tùm de syluestri potiùs Cnico, quàm de hoc satiuo egisse crediderim.

θαλλίας] Pleriq; Interpretes, quibus haud immeritò vox θαλλίας suspecta fuit, ἐλαίας, legisse videntur. θαλλίαι enim, æquè ac θαλλοί, constat pro oleæ potissimùm germinatu primo vsurpari solitum: at ipsum oleæ fructum vspiam eo nomine designatum vix crediderim.

Θασίων] Fortè Θασίων, supple, καρύων, seu etiam, ἀμυγδάλων. Nam in amygdalarum genere Thasiæ ex Thaso insula, etiam teste Plinio, lib. 14. cap. 7. celebrantur. Cæterùm pro, λελεπισμένων, rectiùs legas, λελεπισμένων.

[illegible] τῆς [illegible]] Non abs re dubitet quispiam, vtrum ista caricarum caro mellis ante memorati vicem supplere debeat, an verò præter caricarum pulpam mel etiam adijci oporteat. Serapio certè quidem in hac placentularum præparatione vtriusque & mellis & caricarũ pulpæ meminit, dum præter caricarum triginta carnem, mellis etiam quantum sat fuerit adijcit.

Cap. CXCI. [illegible] πετάλοις μικρὸν] *iuxta folia*, seu potiùs, *iuxta foliorũ pediculos*. Rectiùs Plinius: qui quidem lib. 25. cap. 5. de hoc semine Mercurialis agens, *id mari iuxta genicula stare* prodidit.

[illegible]] Ad iuuandam masculorum aut fœminarum conceptionem vtẽdi vtraque Mercuriali modos alios recenset Plinius, loco antè citato, quos quidem ascribere hoc loco nolui, locum indicasse contentus.

Cap. CXCIII. ἀπὸ τοῦ [illegible]] Theophr. lib. 9. de hist. stirpium, cap. 19. Scorpium dictum putat, quòd scorpioni similem habeat radicem. Verùm illud non quidem de hoc Heliotropio, sed de aconiti genere, thelyphono dicto, intelligendum est, cuius & ipse meminit Plinius, lib. 27. cap. 3. hisce verbis: *Radix incuruatur in paulum scorpionum modo: quare & scorpium aliqui appellauêre.*

[illegible]] Heliotropiũ solstitio florere, autor est Theophrastus, circa finem libri 7. hist. stirp. Inde fortasse potiùs nomen illi datum est, quàm quòd sese cum sole circumagat. Eadẽ ratione [illegible] vocatur à Nicandro, in Theriacis: quem locum explicans Scholiastes, etiam [illegible] dictum annotat: sed haud ita rectè folia oleę candida eidem tribuit. Apuleius verò nominis etymon vtrinque repetit. *Nomen enim*, inquit, *accepit quod æstiuo solstitio floreat, uel quòd Solis motibus folia conuertat.*

[illegible]] Lacuna in vetusto suo codice legit, [illegible]. Sed magis placet lectio altera, [illegible], &c. Nam & Apuleius *florem Heliotropio maiori* tribuit *in summitate tenuem & ueluti purpureum, atque uncatum in similitudinem caudæ scorpionũ.* Plinius verò, lib. 22. cap. 21. *cæruleum florem eidem ascribere* videtur.

[illegible]] Sic Apuleius, *maius Heliotropium* scribit in *asperis locis nasci*, *vti minus, in* [illegible]. At Plinius, loco modò citato, postquã duo genera fecit *Heliotropij*, *helioscopium* inquam *& tricoccon*: *illud nascitur*, inquit, *non nisi in pingui solo cultoque, tricoccon ubique.* Sed vide, num Plinius eo loco Heliotropion minus seu tricoccon cum maiore confuderit.

[illegible]] Ruffus Ephesius, in fragm. de purg. med. Scorpiuron addito vino propinari scribit. Eius enim hæc sunt verba: [illegible] hoc est, *Scorpiurus quidem purgat pituitam & bilem. Satisfacit uero manipulus ex aqua moderate coctus, potuique affuso uino.*

Cap. CXCIIII. [illegible]] Singula quidem grana rotunda sunt, sed perpetuò [illegible] sibi inuicem cohærentia: vnde & Aëtio, tetrab. 4. lib. 3. cap. 14. itémque Plinio hoc genus Heliotropij [illegible] cognominatur.

[illegible]] Lacuna in vetusto codice legit, [illegible], & sic etiam legitur apud Paulum, lib. 7. quanuis Interpres non *cardamomum*, *sed nasturtium* verterit. Attamen tam nasturtium, quod [illegible] Græcis dicitur, quàm cardamomum ipsum lumbricos pellit, vel ipso teste Diosc. idcóque verumuis legas, parum refert.

Cap. CXCV. [illegible]] De hac ipsa herba sic quoque scribit Plinius, lib. 22. cap. 15. *Scorpius herba semen habet ad similitudinem caudæ scorpionis folia pauca* &c. Hanc tamẽ eandem notam, sed falsò, vti certè videtur, tribuit idẽ Plin. lib. 22. cap. 21. heliotropio minori, quod tricoccon, & alio nomine scorpiurum vocauit, idque his verbis: *Semen ei est effigie scorpionis caudæ, quare &* [illegible].

IN LIBRVM QVINTVM.

Cap. I. [illegible]] Plinius, in procemio lib. XXIII. quo loco lõgè plures Vitis partium medicos vsus prosequitur, succum hũc non dat bibendum, sed infundit tãtummodò, hisce verbis: *Succus eorum dysentericis infusus medetur.* Sed & ibidem, quem ad lienis tumores commendat Dioscorides sarmentorũ cinerem duntaxat impositum, is ad lienis remedia dari etiam ad bibendum scribit aceto conspersum.

Cap. III. [illegible]] In vinaceis seruatas Vuas stomachum infestare scribit Plinius, lib. 23. cap. 1. contrà quàm hîc tradat Dioscorides: cuius tamẽ sententię astipulatur & ipse Gal. lib. 2. de alim. facult. Nam de hac Vua ollari agens: [illegible], inquit, [illegible] hoc est, *Ventriculum dissolutum eiusmodi Vua roborat, & cibũ fastidientibus appetentiam excitat.*

Cap. IIII. [illegible]] Plinius quoque, lib. 23. cap. 1. de Vua passa sic habet: *Nuclei exẽpti uesicæ utiles habentur & tussi.* Sed mox statim subdit: *alba utilior*: cuius tamen contrarium sensisse videtur Diosc. qui paulò antè albam [illegible] (nisi fortè cum Manardo malis [illegible]) esse prodidit. Nam si magis astringit, vesicæ ac tussi minùs vtilem esse sit verisimile.

[illegible] &c.] Plinius ibidem, de Vua passa, *Testium*, inquit, *inflammationi cum farina cumini aut coriandri imponitur*: quasi legerit, [illegible]. Ac certè quidem ad testium inflammationes coriandrum cum Vua passa impositũ valere prodidit Diosc. lib. 3. cap. 71. Eodem verò lib. agẽs de cumino satiuo, cap. 68. id cum Vua passa commendat ad easdem inflammationes, sed addita lolij farina.

Cap. V. [illegible]] Sic Plinius, lib. 12. cap. 8. *Oenanthe, est uitis labruscæ uua: colligitur cum floret, id est, cùm optimè olet.* At apertiùs Gal. lib. 8. [illegible], cap. 1. [illegible] id quod perperàm vertit interpres hunc in modum: *Oenanthen appello uitiũ syluestrium germen unà cum floribus, ex quo succedentibus diebus uua fit.* Ego verò malim, *ex quo satiua*

mollibus una fieri solet.

τῶν ἐν σωματι γλώω] Omnes Interpretes, γλοιῶν, legisse videntur: quam ego lectionem & ipse prætulerim.

CAP. VI. ὕδωρ παχυ] Plinius, in præf. libri 23. inter cæteras Omphacij dotes ipsum conferre scribit *acutis auribus maradus*, vt aliâs non semel, ita & hoc loco, ni fallor, vocum ὕλον & οὐλῆς similitudine deceptus. Addit ibidem, *conferre ossibus purulentè limosis*: pro quo legendum iudico, *auribus purulente limosis*: hæc enim iungit Diosc. ὠτα πλαδαρὰ, ὦτα πυορροοῦντα.

CAP. IX. ὁ δὲ τεθαλασσωμένος] Vti Vina ἀθάλασσα seu ἀπεψητα Galeno dicuntur, maris expertia, quibus scilicet neutiquam aqua marina erat admixta: ita contrà θαλάσσια ὄνι τεθαλασσωμένα, quibus alioqui languidis debilibúsve aqua marina addebatur, seu ad firmitatem gratiámve conciliandam, seu ad vetustatem accelerãdam, seu denique quò fœliciùs asseruarentur, diutiúsque perennarent. Eorum variè parãdorum temperandorúmve rationem deinceps Dioscorides, itémque pleniùs ipse Plinius & Columella edocent. Priuatim verò Plinius, lib. 14. *marinæ aquæ Vino miscendæ originem ductam* tradit *a seruo furto, sic mensuram explenti*. Aliud verò fuit eidem Vinum thalassites, cui præcox vetustas conciliabatur vasis musti deiectis in mare.

κακοστόμαχος] In eandem sententiam Mnesitheus Atheniensis apud Athenæum, lib. 1. sic habet: οἱ δὲ ὀθαλαττωμένοι ... οἶνοι, ἀκραιπαλοι τε εἰσί, καὶ κοιλίαν λύουσι, ὀνδάκνουσί τε τὸν στόμαχον, ἐμφυσήσεις τε ἐργαζόμενοι καὶ συγκατεργάζονται) τὴν τροφὴν. &c. hoc est, *Quæ maris aqua satè diligẽterque Vina condiuntur, caput crapula neutiquam grauãt, aluum soluunt, insuperque os uentriculi mordent atque lancinant, inflationésque gignunt, ac simul etiam ciborum concoctionem promouent.*

ψιθίας δὲ μελαμψ.] *Psithium & melampsithiũ*, vt scribit Plinius, lib. 14. cap. 9. *passi genera sunt, suum saporem, non vini, referentia.* Sic verò dicta sunt à Psithia vite, quam Columella, lib. 3. inter Græculas commemorat.

τοῖς ἀποσιτοῦσι] Lacuna ex vetusto codice legit, ἐμοῦσι, quanquam vtranque lectionem recipi posse asserit. Ita tamen & ipse Plinius legisse videtur. Is etenim, lib. 23. cap. 1. *Vina*, inquit, *resina condita, frigidis stomachis utilia, existimantur nõ expedire uomitoribus.* Contrà tamẽ sensisse Celsum iccircò fit vero simile, quòd lib. de re med. 4. cap. 4. agens de stomachi resolutione cùm cibi tenax non est, in eo affectu Vinum austerum & resina conditum potui aptissimum esse scribit.

CAP. X. διὰ τὸ ... λεῖον] Vt Marcellio, ita & mihi placuit magis veteris codicis lectio, λεῖον, αὐτὶ τῶ λευκόν, quod habebatur in vulgaris exemplaribus. Cùm enim paulò antè Vina ista pronuntiarit Autor ἁδρομερῆ, hoc est, *crassarum esse partium*, minimè certè ipsorum tenuitas in causa fuerit, cur neruos minùs feriant: neque enim vina eadem & tenuia & crassarum partium simul & semel esse possunt. At nihil obstat quominùs, etsi crassarũ sint partium, etiam λεῖα, hoc est, *lenia*, dici possint. Ita nanque cum Terentio & Celso *lenia uina* libet appellare, quæ asperis opponuntur, vti & aliâs ... , teste EVstathio Homeri Interprete, σκληροὶ οἶνοι τοῖς ἁπαλοῖς, hoc est, *uina dura mollibus* opponuntur.

ὁ δὲ Πραμνιος] Quinam locus Præpiano vino nomen dederit, mihi nullo modo constat, quoniam eiusce nominis vini neque apud Athenæũ Pliniúmve, (qui tamen quamplurima id genus vina commemorát, sed neque alibi vspiam (quod sciam) vlla fit mentio. Paretypiani cognomen Interpretes nonnulli non magis certa, opinor, vocis origine reposuerũt. Plinius certè quidem, lib. 14. ca. 6. Pyctanon quoddam vinum (nisi fortè mendum subest) ex Adriatico sinu à Græcis miris laudibus celebrari narrat. Attamen hoc loco cum Cornario Πραιτουτιανὸν potiùs legendum ego suspicor, quoniam & Plinius, citato loco, eiusmodi vini meminit. Est autem Prætutianus ager, vti ex ipsius Plinij verbis, lib. 3. cap. 13. & 14. colligere licet, ab Adriatico agro Adriáque colonia haud ita dissitus. Ideóque cùm vinum Præpianum scribat hic Diosc. ἐκ τῆς κατ᾽ Ἀδρίαν κομίζεσθαι τόπων, ignotúmque planè sit Præpiani vini aut etiam Paretypiani cognomentum, Πραιτουτιανὸν potiùs reponendum esse iudicaui. Vbi verò capite proximè sequenti legitur, καὶ ὁ Πραμνεῖος ἀπὸ τῆ Ἀδριανοῦ, ego legere malim, καὶ ὁ Πραιτουτιανὸς καὶ ὁ ἀπὸ τῆ Ἀδριανοῦ. Neque enim Prætutianum vinum ex ipso Adriano agro deuehebatur, sed ex locis Adriæ Adrianóve agro vicinis.

CAP. XII. καλούμενος ὀμφακίτης] Hoc factitij vini genus, quantum ex eius conficiendi ratione licet colligere, illud ipsũ est, quod bion seu potiùs βίαιον, à violentia scilicet quæ illi contingit in festinatione, Plinio dictum videtur, lib. 14. c. 8. itémque lib. 23. cap. 1.

CAP. XIII. καὶ δευτερίαν] Aliam fuisse ætate Galeni Loræ conficiendæ rationem, scilicet citra coctũram salísque admixtionem, vnicuique patet ex iis quæ ab ipso Gal. scribuntur, lib. 2. de alim. facultatibus: quo loco Loram à Græcis quidem τρυγα, & à popularibus suis στεμφυλίτην, ab Atticis verò δευτερίαν nominari tradit. Sed Polluci prætereà τρυγωδίας οἶνος dicitur. Plinius, libro 14. cap. 10. Loram inter operaria vina recenset, quorum tria genera ibidem commemorat.

αὐτὸ μετ᾽ ἐνιαυτὸν] Marcellus, ὡς εἰς ἐνιαυτὸν, legẽdum suspicatur: malim ego mentem Marcelli secutus, ὥστε ἐνιαυτῷ. Plinius certè quidem, posteaquàm operariorum vinorum conficiendorum rationem tradidit loco citato, illicò subdit: *Nulli ex his plùs quam anno usus.* Sed neque apud ipsum salis soliti Loræ Dioscoridex adijci vlla fit mentio, cuius tamen nõ paruam esse vim ad vini cuiuscunque conseruationem nemo nescit.

καὶ ὅτι τῆς νόσου αἰε.] Vel legendum, ὅτι τῆς ἀναλαμβανόντων, vel, ὅτι τῆς ἰσχύος ἀναλαμβανόντων. Nam & actiuè τὸ ἀναλαμβάνειν δύναμιν, ἰσχὺν seu ἑαυτὸν, & neutraliter idem verbum αὐτὶ τῶ ἀναλαμβάνεσθαι seu ἀνακομίζεσθαι ἐκ τῆς νόσου, ὅπου ἀφ᾽ ἀπὸ τῆς ἀσθενείας, vsurpatur.

ἴσου μίσγε] Inter Dioscoridis & Plinij vinum ἀδύναμον, hoc est, *impotem*, illud est discriminis, quòd in eo præparando Diosc. musti & aquæ pares recipit portiones: apud Plinium verò, lib. 14. cap. 16. dupla legitur musti ad aquam proportio.

CAP. XVII. χόνδρον δὲ τὸν ἀφεψηθέντα] Vtrobiq; simpliciter, ἀφεψηθέντα, legit Marcellus, quemad-

modum in vulgatis exemplaribus habetur. Manardus autē, ἀναφεψομένου, priore hoc loco legendum suspicatur: quasi ἀναφεψ... non coquere significet. Sed eo ipso loco legendum potiùs, meo quidem iudicio, τῷ ἀπέφθῳ. vel, μὴ ἀφεψομένῳ. Est enim certum ex Gal. 12. Meth. cap. 3. itémque 3. de victu in acut. Mulsam coctā, vt minùs aluum subducit, ita magis nutrire: contráque crudam, vt minùs nutrit, ita & aluum magis subducere.

δοτέ δὲ μικροσφύκτοις] Plinius non, μικροσφύκτοις, sed μικροψύχοις legisse videtur. Sic enim, lib. 22. cap. 24. de aqua Mulsa sermonem faciens: *Frigidam*, inquit, (quo loco *crudam* legendum censeo) *dari uulsis uenteri molliendo inuenio apud Autores, & hunc potum bibendum alsiosis, item animi humilis & præparci hominibus, quos illi dixère μικροψύχους.* Qua verò ratione μικροψύχοις cōueniat, deinceps prolixa satis oratione prosequitur.

δύο ὕδατος] Vt hæc aptiùs cohæreant, vel legi velim, δυοῖν ὕδατος, &c. vt in contextu: vel δυοῖν ὕδατος ὀμβρίου παλαιοῦ μέρη ... καὶ ἡλιαζομένου.

ὀμβρίου παλαιοῦ] *Quinquennio ad hoc seruari cælestem aquam iubent*, inquit Plinius, lib. 14. cap. 17. In eundem vsum, vt scribit Columella, lib. 12. cap. 12. *multos antè annos cælestem aquam uasis includunt, & sub dio in sole habent, deindéque eam sæpiùs in alia uasa transfundunt & eliquant*, vt crassamentum deponat. *Quibus non fuit curæ cælestem inueterare aquam, recentem sumunt, eámque usque in quartam partem decoquunt*, &c.

τὸ δὲ ἀπὸ μέλιτος] Cum Cornario legendum, τὸ δὲ ἀπόμελι τὸ σκευαζόμενον &c. vt ad posteriorem articulum referatur Hydromel, quod tanquam generis nomen statuitur, cuius reuera species est τὸ ἀπόμελι. Quid sit autem hoc ἀπόμελι, videre est apud Galenum, AEginetam, Oribasium & Aetium: à quibus pleniorem illius conficiendi rationem licet repetere. Hoc ipsum porrò Hippocrates aliique veteres ὀξύγλυκυ videntur appellasse: quanquam si ex sententia Galeni duplex est Apomelitis differentia, vnúmque dulce est, acidum alterū, seu tempore acescat (quod quidem maximè accidit, vbi ex aqua pluuia confectum non est) seu etiam addito aceto acritudinem illam contraxerit: hoc alterum ὀξυγλυκέος appellationem potiùs mereri videtur. Sed & citra acetum duplex Apomeli fuisse cōstat ex sententia Philagrij & Aetij: alterum quod è fauis solis in aqua decoctis, alterum quod ex melle è fauis aqua elotis exempto & cum aqua ipsa decocto conficeretur. Cęterùm Apomeli cū mella Columellæ vnum & idem esse mihi videtur.

ἀκρατέστερον ποιεῖν] Alij, ἀκρατέστερον πιεῖν, legunt. Sed vtrouis modo legas, constabit sententia. Nam vertere potes, ἀκρατέστερον ποιεῖν, *purius ac sincerius facere*, sic vt neque cera aliæve fæces subsidant, neque spuma supernatans vlla relinquatur: vel, *meracius conficere*, hoc est, *minùs dilutum*: quo modo etiam mulsam cui minimè seruata proportione mel copiosius additur, meraciorem ac minùs dilutam, contráque cui mel parciùs adijcitur, magis dilutam Medicis nominare mos est. Quòd si, ἀκρατέστερον πιεῖν, legeris, vertere quoque poteris, *meracius bibi* oportere, hoc est, *minimè addita aqua*. Nam & frigidam, siquidem Oribasio credimus, Apomeliti miscebat Galenus, quò magis refrigeraret ac sitim restingueret. Posset & αὐτὸ τὸ, ἀκρατέστερον, παλαιότερον, legi: siquidem ex Philagrio docet optima ratione Oribasius, med. collect. lib. 5. cap. 17. inueteratum Apomeli subito ac recenti longè præstantius esse.

ὅτι νοσοῦσι] Mellam quoque suā Columella, lib. 12. cap. 11. negat languētibus posse pro aqua mulsa remedio esse, quoniam si bibatur, inflationem stomachi & præcordiorum facit, ideóq; illā ad condituras tantùm destinat. At Aet. tetr. 2. ser. 1. cap. 137. Apomeli scribit, in morbis quibusdam, quos eo loco recenset, conferre: at calidis & siccis naturis aduersari, itémque morbis calidis & inflammatis præcordijs noxium esse. Sed fortasse Diosc. dum Apomeli in vniuersum ægrotantium potui minime aptum esse prodidit, haudquaquam eam nouerat, quę extat apud Aetium, illius præparandi rationem, per quam quicquid cerosum est, penitùs tolli posset.

CAP. XVIII. γλυκὺ, ἀμιγὲς] Pugnantia iungere Dioscorides cuipiam fortasse videatur, qui Aquam cōmendarit dulcem simul & ἄποιον, *qualiscunque scil. qualitatis expertem*. Sed certū est hoc loco γλυκέος vocem in proprio significatu minime accipi, sed quo modo interdum à Philosophis æquè ac Medicis vsurpari cōsueuit. Aquam enim dulcem Autor intelligi vult, non quæ verè propriéq; sit dulcis, sed quæ saltē sit ἄποιος ἢν ... , vti loquitur Paulus, lib. 1. cap. 50. seu τὸ γλυκὺ ... , vti Aetius, lib. 3. cap. 165. Potest & dulcis Aqua eiusmodi non tantùm comparatè dici ad salsæ aliáve qualitate præditæ Aquæ rationē, sed quæ, licet insipida suapte natura, dulcem tamē saporem facilè possit suscipere. Nam & eadē ratione pituitam insipidam, *dulcem* nonnullis cognominare libuit.

CAP XXI. ὄξος ψυχ.] Acetū mixtæ esse qualitatis, frigidæ videlicet pariter & calidæ, demōstrat Gal. lib. 1. simpl. ita tamen vt calidam frigida superet. At Dioscorides hoc loco, Acetum frigidum simpliciter pronuntiauit. Plinius, lib. 23. cap. 1. *Aceto*, inquit, *summa uis est in refrigerando, non tamen minor in discutiendo.*

CAP. XXII. ἁλὸς θαλασσίου] In temperando Oxymelite salem itidem addit Plinius: at Galenus, quanuis lib. 4. de san. tu. triplicē Oxymelitis conficiendi rationem tradat, nulli tamen salem admiscuit.

ὕδατος ὀμβρίου] Sic & Plinius, lib. 14. cap. 17. pluuiam aquam desiderat. At lib. 23. cap. 2. (quo loco itidem Oxymelitis parandi rationem totidem verbis repetit) aquæ marinæ sextariorum quinque meminit.

τὰ ἰχίδνης τῆς χαλκιδικῆς σηπός] Plinius itidem, lib. 23. cap. 2. *Oxymeli contra serpentes prodesse* scribit, *quos sepas uocant*. At cum Cornario viro doctiss. in Diosc. contextu particulam, καὶ, interserendam iudico, adeóque sic legendum, τὰ ἐχίδνης καὶ τῆς χαλκιδικῆς σηπός. Neque enim Seps viperæ genus est, sed certè aut serpentis genus aliud. aut lacerta quædam. Hoc idcirco dictum velim. quòd varia est apud Autores varios Sepis historia: dum alij lacertarum, alij serpentium generi eam ascribunt. At certè quidem σὴψ Nicandro serpens est, hæmorrhoo tum figura tum etiam colore haud ita dissimilis, alio nomine σηπεδών, vt videtur, eidē Autori dictus: quanquam

& *σηπὶς* anguis, & *σηψ* itidē serpentis meminit AElianus, diuersis libris & capitibus, nempe lib. de animal. 15. cap. 18. & lib. 16. cap. 40. Eiusdem quoque serpentis mentionem facit Pausanias, in Arcadicis, non longè à principio, eúmque describit *minimæ uiperæ magnitudine æqualem, cineracei coloris* (nisi fortè pro, *τέφρα*, eo loco legendum, *στίγμασι*, vti ego suspicor) *punctis maculisue minimè continuis uariam, capite lato, collo angusto, uêtre ampliore & cauda breui, incessu denique obliquo cancri in morem.* Sed & Aëtius, cap. 26. Tetrab. 4. ser. 1. serpentem qui Seps appellatur, *longitudine binûm cubitorū reperiri* scribit, *capite lato, ore exacuto, uniuerso corpore ex crasso in tenuius abeunte, multis albis maculis uariegatum, incessu recto tardóque.* Attamē quòd ad huiusce serpētis ingressum spectat, Aëtius, æquè ac Nicander, à Pausania videtur dissentire. Verùm vt ad aliud *σηπὶς* significatum transeamus, à Dioscoride nostro *σηπὶς* nomine lacertę genus quoddam intelligi potiùs videtur: quoniam, libri 2. cap. 70. ... ab aliquibus *σαῦραν Χαλκιδικὴν* nominatam asseruit, quod ipsum & apud Plinium, lib. 29. cap. 5. reperias. Eandem, nisi fallor, Aristoteles, 8. de hist. animal. cap. 24. *χαλκίδα* appellat, alijs, vti monet, *ζιγνίδα* seu *ζυγνίδα* vocatam, similem inquàm paruis lacertis, sed colore serpentium, quos *τυφλίνους* cæciliásve nominant. Idem lacertæ genus agnouit & ipse Nicāder, in Theriacis, hisce verbis: ... vbi supplendum, ... Eum verò locum exponens Interpres, ... inquit, ... hoc est, *Seps est lacertæ similis, vocatur & chalcis: habet enim in dorso quasi uenas æris coloris. Est autem octo palmorū*, &c. Porrò Sepa serpentem à Chalcide diuersam esse tum ex antedictis satis cōstat, tum etiam ex Plinio, qui quidem, lib. 32. cap. 5. apertè sepa à chalcide distinguit: itémque ex Aëtio, qui, Tetrab. 4. ser. 1. capitibus diuersis agit de chalcide lacerta & serpente quam sepa nominant. Præter vtrunque hoc mortiferum tabificúmve, vt Lucani vtar epitheto, *σηπὶς* genus, ita dictum ... est & Plinio, lib. 10. cap. 2. & lib. 29. cap. 6. *è millepedarum genere quoddam, quæ non arcuatur: eam*, inquit ille, *Græci sepa uocant.*

Ἐπὶ δὲ λιθοτομουμένων] Quod de Aceto salso seu acida muria proditur hic à Diosc. nimirum mederi sanguinis fluxioni post excisos calculos, idipsum simplici aceto tribuit Pliu. lib. 23. cap. 1. At Celsus, lib 7. cap 26. agens de curatione calculo euulso habēda: sub acri aceto, cui aliquantum salis sit adiectum, sanguinem ferè conquiescere & astringi vesicam, ideóque minùs inflammari scribit.

Cap. xxv. *ὅσιν τῷ ἡλίῳ ἡμέρας ζ*] Paulus isthæc eadem ex Diosc. describens, lib. 2. cap. 11. *ἡμέρας ξ* legit, atque ideò hic quoque suspicatur Cornarius pro ξ suppositum fuisse ζ. Et reuerà quidē Autores omnes in maceratione Scillæ numerum dierū maiorē desiderant, nempe Plinius, XLVIII. Palladius & Aëtius, XL. Myrepsus, modò XL. modò XLVIII dierū meminit. Columella dierum quadraginta mentionem facit: quanuis paulò antè in vini scillitis cōpositione Scillam duntaxat XXX diebus macerari voluit. Venus Actuarius VIII diebus cōntentus est.

ἀπαλλάσσει] Marcellus & Lacuna *adealosos* vertunt, sed omnino malè: quandoquidē aliud est *ἀπαλλάσσει*, aliud ...

καὶ ἐγχυματιζόμενον] *Tarditatem aurium gargarizatione purgat, & transitum auditus aperit*, vt scribit Plin. lib. 23. cap. 2. Cornarius cùm inanis videretur ista verborum, ... & *ἐγχυματιζόμενον*, vnū & idem significantium, repetitio, legendum ex Plinio censuit, *καὶ ...* At ego malim, siquid mutandum est, *καὶ ...*

καὶ νευρικῶν] Contrà Plinius, loco modò citato, Acetum Scillinum neruis infirmis perquàm vtile esse prodidit: quanuis & ipse anteà vesicæ & renum infirmitatibus acetū omne nocere admonuerat.

Cap. xxvi. *ξήρανον ἐν σκιᾷ*] Quemadmodū ad parandū acetum Scillinum Dioscorides Scillam in vmbra siccari voluit: ita & reliqui Autores, vno excepto Dioscoride, dum parandi Vini Scillini rationem scripto prodidēre, frusta seu segmenta Scillæ in vmbra siccanda præcipiunt: ac ipse quoque Galenus, in lib. de med. par. fac. Scillam priùs dies decem in vmbra siccari voluit: Columella, sectas Scillæ taleolas in vmbra suspendi, vt assiccentur. Addit & Palladius disertis verbis, procul à Sole siccari easdem oportere.

Cap. xxviii. *ἐκλαβὼν τὸ σπέρμα*] Quanuis hic abijciendi Cydoniorum corij nulla fit mentio, fieri tamen id debere dubium non est: maximè cùm plerique alij, apud quos Cydonitæ vini parandi ratio præscribitur, id disertè monuerint, ac inter cæteros Palladius: qui quidem mensis Octob. cap. 20. alios ab his diuersos parādi Cydonitæ modos recitat. Sed illius cōfectiones in vinorum genere censeri minimè debent.

Cap. xxx. *ὑδρόμελι σκευάζεται*] Hydromeli nusquā meminēre Latini Autores: at apud Paulum & Aëtium duæ habentur Hydromeli conficiendi formulæ, quæ ab hac Dioscoridis confectione haud ita multùm discrepant. Cæterùm Aëtius aquam, è qua paretur Hydromelum, ad tertias decoctam desiderat.

Cap. xxxi. *μέλιτος κοτύλην*] Paulus, lib. 7. cap. 15. in Omphacomelite conficiēdo, succi vuæ acerbæ sextarios tres & mellis sextarium vnum itidem miscet, sed ad dies quadraginta insolat, aut decoquit. Palladius quoq; mensis Decemb. cap. 13. seruata eadem tum mellis tum succi proportione, ad dies XL. sub Solis radijs decoquit. At Aëtius mellis quantitatem auget minuitve, pro succi crassitie aut tenuitate.

Cap. xxxii. *Ἀπίτης σκευάζεται*] Palladius, mensis Feb. cap. 25. aliud è pyris vinum parat: scilicet è pyris contusis compressisque succum elicit, qualis esse videtur, quo vini loco Neustrij, seu Northmanni nostri, vti consueuerunt, Pyraceum vocant, vti quod è pomis, Citream.

Cap. xxxiiii. *ὁ ῥοΐτης*] Paulus, lib. 17. cap. 15. in præparādo vino Rhoite, mellis tertiam partem adijcit, ipsúmque decoquit cum succo Punicorum ad tertiæ partis consumptionem.

Cap. xxxv. *ῥοδίτης*] In conficiendo vino Rosaceo Plinius, lib. 14. cap. 16. discrepat à Dioscoride, tum in pondere rosarum, tum in musti

ῥ, meritò restituit Cornarius. In hoc eodem capite, pro eo quod in vulgatis exemplaribus legitur, *δυναμεως*, Aldinus codex habet mendosè *δυναστρχιας*. At Marcellus & Lacuna legêre, *δυσπεψιας*: quam lectionem, ceu probabiliorem & thymi viribus aptiùs respondentem, secuti sumus.

CAP. LXIIII. *φοίνικος, σπάθης.*] Dum Aromatiten describit Plinius, lib. 14. cap. 16. pondera nulla ascribit, ac in priore quidem descriptione palmam omittit: in posteriore verò minimè Phu meminit: adijcit autem palmam, iuncum & cinnamomum.

ἰκτίνου χοίνικα] Hic aromatum modus maior est haud dubie quàm par sit, habita vini ratione: ideóque pro, *χοίνικα*, restituendum, *οὐγκίας*, cum Cornario censuerim: maximè cùm facilis fuerit vtriusque notæ lapsus.

CAP. LXV. *ἔξωθεν ὁλόκληρον*] *ὁλόκληρον* dicit Diosc. quod alibi, *ὁλοσχερῶς κεκομμένον*, nisi fortè *ὁλόκληρον* intelligendum est, quod non in minutas partes diuisum, sed adhuc integrum contunditur ac leuiter tantummodò conquassatur.

CAP. LXVI. *ῥίζης ξηρᾶς οὐγκ. ς.*] Cum Aldino codice, *οὐγκίας ς.* quàm cū Paris. ≺ ς legere satius visum est. Plinius itidem in vini Nectaritis confectione radicem ponderis XL denariorum in sex musti sextarios addit. Sed eo loco pro, *sextarios*, *congios* existimo legi oportere: quò maior sit inter radicis pondus & mēsuram musti proportio. Georg. Agric. pro, *sex sextarios*, *triginta sex*, legendum suspicatur.

CAP. LXX. *ἑλλεβόρου* ≺ ς'] Malim, *οὐγκίας ς'*. Nam è radicis sex duntaxat drachmis amphora musti (quæ congios octo, sextarios verò 48. capit) haud ita magnam vim ascisceret.

CAP. LXXVII. *γίνεται δὲ καὶ φθόριος οἶνος.*]Hoc ipsum vini genus, quod *φθόριον* hoc loco, vti apud Plinium (quanuis alij *ectromatum* legunt) cognominatur: Cato de re rustica & Autor *γεωπον.* itidem concinnant, vitium radicibus circunsarritis & purgatis, deinde veratro atro tuso aut in fasciculos colligato circundatis. Attamen non alias illius vires quàm ad mouēdam aluum agnouisse vidētur, proindéq; & Autor *γεωπον. καθαρτικοῦ*, hoc est, *purgatorij* cognomen illi tribuit.

γίνεται δὲ σκευαζομένων] In vtroq; codice, tum Aldino tum Parisiensi, manifesto librariorum errore factum est, vt hoc loco, *γίνεται*, repeteretur: pro quo legendum, *δίδοται*. Sed ipsa sermonis series illud satis indicat. Cæterùm *αἰτὶ τῆ*, *σκευαζομένως*, legitur in Ald. codice minùs rectè, *σκευαζομένοις*.

CAP. LXXXI. *πῶς ἄλλοι ἡμιμαῖον*]Vinū è Mandragora citra cocturam quomodo præparari oporteat & antea, lib. 4 docuit Dioscorides, capite de Mandragora: sed eo loco dosin aliā proponit. Siquidem corticis radicis Mandragoræ minas tres in vini dulcis metretam conijcit.

CAP. LXXXII. *ἐλλεβόρου* ≺ *ιβ.*] Cato de re rust. veratri atri manipulum conijcit in amphoram vini musti: atq; vbi efferbuerit, de vino manipulum eijcit, & vinum seruat.

εἰς ἀθαλάσσου χοῦς ς'] Ista verba vsque ad, *μεθ' ἡμ.* Cornarius, ceu *παρέλκοντα*, expungit. Goupylus partim ex veteribus codicibus, partim ex Interpretibus, verba hæc ita restituit, vt habentur in contextu Paris. cod. *εἰς θαλάσσης χοᾶς κ' ἢ ιδ'*. Est tamen è veteribus, in quo sic legitur, *ἢ εἰς χοῦς θαλάσσης ς' ἢ ὅλοις*. &c. At ego cùm neutro modo satis constare sensum animaduerterem, Aldini exemplaris lectionem prætuli: *ἢ εἰς ἀθαλάσσου χοῦς ς' ἢ ιδ'*, quanquam fortasse pro vncijs drachmas reponere satius fuerit.

χοῦς ς' ιδ.] Pro vncijs vt hoc loco, ita & plerisque alijs huiusce capitis, drachmas reponit Cornarius: neque dubium est, quin in hoc toto propemodùm capite pondera valdè deprauata sint.

ἢ καὶ ἐκ θαλασσίδιου.] Quantùm ex versione Cornarij licet colligere, ita ipsum legisse fit verisimile, *ἢ & εἰς γλεύκους ἐκ θαλασσιδιωφόρως ἀμφορῆς μετρητὴν (κἀδι ὁ μετρητὴς χοὰς η) λαβὼ χύλου* ≺ *κ*. quæ quidem lectio mihi quoque valdè placet. Attamen paucioribus immutatis, sic etiam legi posse videtur, *καὶ λαβὼ γλεύκους ἐκ θαλασσιδιωφόρως ἀμφορῆς μετρητήν*, &c. vti habentur in contextu. Porrò, *χοὰς η.* legit Cornarius: alij legisse vidētur, *χοὰς ιβ.* Et reuerà quidem cùm duplex sit metretes, Italicus inquàm & Atticus: hic quidem duodecim capit congios, ille verò, qui vnus & idē est cum ceramio Italico seu amphora Romana, cōgios, ex ipsius Pauli sententia, octo duntaxat. De vtro verò intellexerit Diosc. non satis constat: ferè siquidem si de metreta alio quàm Attico locuti sunt Græci, vocē *Ιταλικὸν* addere soliti sunt, vti & ipse fecit Dioscorides, cap. de aceto scillitico.

CAP. LXXXIIII. *καδμεία βοτρυΐτις*]Plinius, lib. 34. cap. 10. Cadmiæ botryitis cognominatæ duos scribit esse colores, *deteriorem cinereum, puniceum meliorem*.

γίνεται καὶ ἐν] Falluntur cum Fallopio qui de factitia tantùm Cadmia mentionē à Diosc. factam existimant. Nam de fossili quoque sermonem illi fuisse vel hæc ipsa verba, *αἳ ἐκ τῶν μετάλλων μεθίστανται ἑνούμεναι*, luculēter testatur. Quin & ego non de alia, quàm de fossili, Diosc. egisse existimo, vsque ad illud, *φρυγᾶται δὲ*. atque icircò placet eo loco lectio Lacunæ, *φρυγᾶται δὲ ὡς ἡ προειρημένη*, &c.

πρὸς ἄλλ' τὰ ὀφθαλμ.] Plinius, citato loco, *botryitin oculorum quidē medicamentis vtilissimam scribit, onychitin verò, vulneribus maximè valere*.

καθαρτικὴν ῥύπου] Ad oculorum sordes ista restringere videtur Plinius: siquidem Cadmiæ effectus esse scribit, *pterygia & oculorum sordes purgare*. At dubium non est, quin & alia cuiuslibet partis sordida vlcera Cadmia detergere valeat.

καὶ ἐσχαρωτ.] Fortè pro hac voce, *ἐσχαρωτ.*, rectiùs reponas illud, *ἐπουλωτ.*, quod *αἰτὶ τῆ*, *ξηραίνει*, legitur in quibusdam codicibus. Enimuerò Cadmiam crustas inducere haudquaquam sit verisimile: siquidem, vel ipsius Gal. iudicio, 9. simpl. in caliditate ac frigiditate quodammodo temperata censetur: quæ verò crustas inducunt, in quarto calidorum gradu collocari vnicuique constat. Sed cùm Cadmiæ fossilis æquè ac factitiæ complura sint genera, quædam fortasse reperitur Cadmia fossilis, quæ quidem minimè lota vim *ἐσχαρωτικὴν* habeat. Id quod tamen de Galenica Cadmia verè dici minimè possit: quippe quæ ab ipso Gal. cæteris omnibus Cadmię cuiuscunque

generibus mitior esse perhibetur.

ἐκ τῆς χαλκοῦ καμίνου.] Rectiùs ista legas, detracta præpositione ἐκ. Nam Cadmia etiam æraria non ex ære solo fit, sed è terra potiùs seu lapide æroso, (huic etiam Plinius Cadmiæ nomen tribuit) è quo æs ipsum conflatur: nimirum vi flammarum ac flatuum egerente fuliginem seu fauillam, quæ varijs fornacum partibus applicatur, ac tandem diuturnitate temporis in certa quædam corpora cogitur.

ὡς δὲ αὐτοῖς] Pro hac voce, αὐτοῖς, Interpretes plerique, ῥάβδοις, aut quid simile, videtur legisse. Ego hoc, αὐτοῖς, ad ipsas fornaces refero.

ποιεῖ μὲν ἐν αὐτοῖς] Factitiæ Cadmiæ duo tantùm genera agnouit Gal. 8. simpl. botryitin inquàm & placitin (ita enim, æquè ac Plinius, πλακῶδη Diosc. dictam nominat.) Illa ceu leuior è fornacum cameris dependet, ac in editioribus earum locis reperitur: hæc in humilioribus, putà ipsis fornacum lateribus: quippe quæ, vti scribit Plinius, *propter grauitatem ad cameras peruenire non possit*. Inde Galenus botryitin tenuiorum, placitin crassiorum esse partium meritò colligit.

περὶ τὴν πρακτικῶν Σόλεων] Lege, Σόλοις. Soli enim vrbs est Cypri insulæ, cuius meminit Strabo, lib. 14. Geogr. Illius incolæ Solij appellantur. Porrò scribit Gal. 9. simpl. quo tempore in insula Cypro peregrinabatur, Solis parcissimâ Cadmiam fornacariam extitisse: at alibi in eadem insula extra fornaces, scilicet in montibus & circa riuulos, frequentem repertam Cadmiam lapidosam, quæ quidem esset omnium longè præstantissima. Eam verò lapidem *Calamine* vulgo dictum esse iudico, qui solet in æs assumi ad conficiendum aurichalcum.

ὡς ὀδόντας ἐν τῇ γωνίᾳ] Ista verba, ἐν τῇ γωνίᾳ, redundare nemo non videt, adeóque expungenda. Paulò pòst pro, [illegible], lege, [illegible].

ἐν ἡλίῳ ἀναπίζειν.] Vox, ἀναπίζειν, mihi valdè suspecta est, quippe quæ nullam, quod equidem sciam, huic loco satis aptam significationem habeat. Marcellus tamen *exudato humore coire* vertit: cæteri simpliciter, *coire*. Vnus Cornarius ἀναφλύζειν, hoc est, *bullulas excitare*, videtur legisse: quanquã, si ita legi oporteret, tùm quoque pro, ξηρανθεῖσαν, ξηρανθησομένην, reponendum foret. Verisimilius enim fuerit, Cadmiam dum siccatur in Sole, bullare, quàm iam antea siccatam.

καυσίον δὲ] Plinius non tantùm Cadmiam ex fornacibus depromptam, sed & ipsum lapidem quàm grauissimũ ipsissimúmque vrit ex Nymphodori & Iollæ sententia: cùm tamen anteà, capite eodem, lapidem ex quo fit æs, quémque alias ærosum seu ærariũ ipse nominat, medicinæ inutilem dixisset. Itaque vt à cõtradictione vindicetur Plinius, hæc de Cadmia accipienda censeo, quæ non vstione præparata fuerit.

ἐν οἴνῳ σβεννύντας] Supple, δεῖ: alioqui σβεννύειν legendum foret, vti priùs καυσίον: quanquam vt aliâs sæpenumerò Infinitiuum pro Imperatiuo vsurpari potest.

CAP. LXXXV. Πομφόλυξ σποδίον] Non ignoro σποδὸν genere fœminino, & σποδιον neutro, vel ipso teste Gal. 9. simpl. pro eodẽ vsurpari, itémque σποδιά. Nam & hæc vox sub finẽ huius capitis pro eodem legitur. Attamen non σποδίον hoc loco, sed σποδιᾶς, vel potiùs σποδοῦ, legendum esse indicat id quod haud ita multò pòst sequitur: μὲν γὰρ, &c.

διαφέρει δὲ τῷ [illegible]] Quæ sequuntur de Pompholygis & spodij confectione, paulò sunt obscuriora: attamen ita declarantur à Gal. 9. simpl. vt ei qui verba ipsius attentiùs legerit, non alio videatur opus illustramento.

ἀφεῖσαν δὲ ὑπερῷον] Ista nonnullis de spodio videntur accipienda. Sed quamuis, cùm sint eiusdem generis & Pompholyx & spodium, vtrique ista rectè tribui possint, de Pompholyge tamen interpretari ea visum est: quoniam à Plinio, Oribasio & Aëtio eadem de Pompholyge recitantur. Adde quòd dũ suppetit Pompholyx, haud ita multùm, maximè in externorum remediorũ confectione, de spodio laborandum videtur: quandoquidem ex Gal. sententia Pompholyx spodio longè & præstãtior & efficacior existit.

παιφάζουσι ποιεῖ] Apud Oribasium legitur, [illegible] ποιεῖ: quam lectionem prætuli, quoniam etiã apud Aëtium legitur, [illegible], quod eodem redit. Apud hunc eundẽ tamẽ pro eo quod paulò pòst legitur, [illegible], restitue ex hoc Diosc. loco, [illegible].

πλύνεται πομφόλυξ] Quæ sequuntur, de lotione Pompholygis simul & spodij in genere accipiẽda sunt. Nam & vox πλύνεται illud innuit, & in sermonis serie vox σποδοῦ toties indiscriminatim repetita, id satis indicat.

ποιεῖ ξηραντικὴν] Additur in quibusdam codicibus: [illegible] quam sententiam Interpretes Ruellius & Marcellus expresserunt. At Manardus optima ratione illa expungenda censet, quoniam nil simul frigidum & ἐσχαρωτικὸν esse potest. Nihilominùs illam fuisse Diosc. sententiam palàm faciunt illa verba, cap. de plumbo eloto: καὶ τὰ ὅλον ποιεῖ ὅσα καὶ ἡ σποδὸς, [illegible] i. *spodij effectus præbet, nisi quòd crustas haudquaquam inducit*.

CAP. LXXXVI. [illegible]] Diosc. disertis verbis myrti folia simul cum floribus & baccis hoc loco desiderat. At Plin. lib. 34. cap. 13. cinerem myrti foliorum cum tenerrimis ramorum partibus inter Antispodia numerat, nulla facta florum & baccarum mentione.

μυρσίνης ἀνθεῖ.] Lege, [illegible], scilicet τὰ τῆς μυρσίνης φύλλα, &c. Sic inferiùs pro eo quod habetur in impressis codicibus, [illegible], lego, [illegible], vel, [illegible].

τῆς ἀγρίας ἐλαίας] Paulò alia fuit Diosc. lib. 1. cap. 138. Antispodij ex oleastro præparatio. Siquidem eo loco voluit oleastri folia cum floribus in fictili crudo vri, dein vino restingui, rursúmque vino subacta similiter vri, tandémque cinerem cerussæ modo lauari & cogi in pastillos.

κράδας συκῆς] Plinius, loco citato, non fici tantùm arboris cinerem inter Antispodia recẽsuit, sed & caprifici. Anteà quoque Dioscorides, lib. 1. cap. 150. nucleorum dactylorum crematorum & vino restinctorum cinerem, spodij vicem explere, monuit. Auicenna harundinum quarundam aut potiùs Cypri (*al. anna* vocãt) radicum exustarum cinerem pro Spodio vsurpat. Officinæ in ipsius locum ebur vstum, ex sententia Plateanj, vel cornu ceruinum similiter vstum sufficiunt.

CAP.

Cap. LXXXVII. ἐκ ἥλων ...] Plinius, lib. 34 c. 10. nō clauos illos æreos priscis olim vsitatos, sed simpliciter Aes Cypriū vri scribit. At recte Bulcasis, qui neque clauos æreos neque ipsas æris laminas, sed ipsam AEris limaturam hoc eodem modo vrēdam cēset. Et certè quidē ista commodiùs & ex æquo tam intus quàm foris exuri potest.

...] Plinius, posteaquàm de Cadmię viribus egit loco modò citato: Et Aes ipsum, inquit, ad eadem omnia vritur, præterquàm albugines oculorum & cicatrices. Sed eo loco pro, præterquàm, legendū ex animo præterea que. Alioqui & à vero aberrat, & ab hoc Diosc. loco discrepans esset illa Plinij sententia.

Cap. LXXXVIII. ...] Vox ista, ..., mihi valde suspecta est: quoniam hoc loco nullum ... significatum fa... conuenit: ideo pro, ..., ... vel ... aut quid simile reponendum censuerim. Cornarius leg... dum putauit, ..., hoc est, mili figura & numero paruum: sed quam rectè, vnusquisque viderit. Cætera per se patent, & AEris florem, quem interdū Hipp. ... simpliciter vocat, egregiè depingunt. Equidem legitimum AEris florem, qui; vsquequaque & ad amussim huic Diosc. descriptioni responderet, iā antè cōplures annos dono accepi ab amico integerrimo D. Ioachimo magni illius Camerarij filio, eximio tū Medico tū Philosopho Norimbergēsi, qui quidē & alia cōplura metallica perquàm exquisita mihi liberaliter communicauit.

...] Plinius AEris florem, nō æris limatura, sed prius squama adulterari innuit. Sic enim, lib. 34. ca. 11. adulterari florem scribit, vt squama ... pro eo.

Cap. LXXXIX. ... Ruell. ...] ..., vid... legisse Plin. ... cōtrà. lib 34. c. 11. fit & ex ... ære Squama, Cypria longe efficacior. Sed eo lo... forrassè restituēdum ... quo modo videtur etiam Cornarius legisse.

...] ... ipso æris flore, (quippe qui tenuiorū quam Squama sit partium) prodidit hoc Gal. lib. 9. simpl. his verbis: ... hoc est, Merito igitur sunt his ex eo collyriis detergunt diffunduntque palpebrarum magnas asperitates, quas sycosis appellant.

...] rectiùs, ..., legisse videtur Cornarius. Squamam enim quæ fundum petit nō verisimile est abiici oportere, cùm Diosc. diffusa priore aqua illi aliam deinceps conceptis verbis affundi velit.

Cap. XC. ...] ... simpliciter dictum, vel cum adiuncto, ..., vt nominare solet Aetius, ferri hauddubiè genus est, quod aciem seu chalybem appellant, scilicet ex sententia Arist. 4. Meteor. cap. 38. ferrum igne liquefactum, & hoc modo purius & defæcatius duriusque redditum, vel ferrum in aciem mucronēue firmatum & chalybe exacutum atque roboratum, qualia ferè sunt quæ ad gladiorum instrumentorumque fabrilium formam accommodātur. Attamen Plinius. lib. 34. c. 11. Stomomatis nomine non ferrū huiusmodi aliquod intelligi voluit, sed squamae æris alterum genus subtilius ex summa, scilicet, inquit, lanugine decussum: quibus quidem verbis ... significationē nullo modo videtur assecutus. Fateor & apud Celsum, lib. 6. c. 6. in Cleonis collyrio ista legi: squamæ æris quod ... appellant, &c. sed vel Celsus æque ac Plinius significati ... ignoratione deceptus est, vel potiùs errore librari... vox æris supposita fuit, quum ferri, legi oportuerit. Enimuerò vti sunt squamæ æris duo genera, candidi inquàm & rub..., ita & squamæ ferri totidem esse constat ex ipsius Gal. verbis, 9. simpl. ca. de æris & ferri squama: ferri, inquā, simplicis, & ferri Stomomatis: sed & huius ipse Plinius, citati lib. c. 15. seorsum mentionem fecit hisce verbis: Squama quoque ferri in vsu est ex acie aut mucronibus. His enim verbis nil profecto aliud, quam ... seu ..., hoc est, stomomatis squamam, videtur designasse.

Cap. XCI. ...] Supplendū hoc loco, post dies decem lamellas deradi oportere. Has enim ipsas, vbi vna ex parte AEruginem cōceperint, deinde inuerti, similitérq; vinaceis cōtegi oportere innuit, tandémque etiam deradi. Alioqui pro, ..., ..., legendum foret, vt in præcedentibus.

...] Plinius, lib. 34. cap. 11. præter hęc etiam gummi AEruginem adulterari scribit. Sed & Diosc. cap. sequenti, si in rasili paranda AErugine non successerit ex voto, ammixto gummi scoleciam æruginem adulterari solere admonet: quam tamen omnino improbat.

...] Ita distinguitur AErugo sincera, ab ea quæ ammixto marmore aut pumice adulterata est. Cùm enim illa dentibus facilè cedat, læuitatē nque omnino præ se ferat, hæc cōtrà stridet in frendēdo, vti loquitur Plinius, dum de istiusmodi AErugine verba facit.

...] Lege, ..., ... Sed hoc genus vitij typographici infinitis occurrit locis quemadmodum & aliàs subinde annotauimus.

...] Quæ sincera est, suum colorem retinet quæ mixta atramento, rubescit, vti cōceptis verbis monet Plinius, loco iam citato.

Cap. XCII. ...] Aëtius, lib. 2. dum hanc ipsam conficiendę Scoleciæ rationē tradit, sic habet etiam mutatis pōderibus: ... hoc est, aluminis rotundi drach. iij salis fissilis tantundem, transluadi lapidis candidi & solidi, hoc est, speculari lapidis, dimidiam partem: sin minus, nitri tantundem. Sed verisimile est deceptū Aëtium, qui ... vocē, quæ hîc à Diosc. ceu epitheton sali fossili tribuitur, eo modo tanquam diuersum quid à sale seiunxerit, & ea voce lapidem specularem intellexerit, quoniam ... id genus lapidis designat: de quo vide Gal. 4. ...

...] In hac temperanda nitrum addit Plinius, libro 33. cap. 5. quo loco sic habet; Chrysocollam & aurifices sibi vendicant agglutinando auro, & inde omnes appellatam similiter virentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine & pueri impubis urina, addito nitro, &c. Galenus, 10. simpl. cap. de vrina pueri, confici eam scribit ex vrina pueri diu multúmque ad Solem agitata

pistillo æris rubri in mortario ex eadem materia.

δακρύων ἄγει] Rectiùs fortasse Plinius, cuius hæc sunt verba, lib.34.c.11. *Vis AErugini delacrymationibus mordendo proficiens*,&c. Iis enim verbis lacrymas inuoluntarias æruginis ope cohiberi potius & comprimi, quàm cieri videtur innuere.

ἐπουλωτικὴ ἕλκη] Galenus, libro 8. simpl. cap. de AErugine, obiter eos reprehendit, qui AEruginem & eiusmodi alia πικρὰ δριμέα φάρμακα ἐπουλωτικὰ esse sibi persuadebant, quòd vlcera contrahere animaduerterent: quoniam, velut innuit eo loco Galenus, id non ex ipsa eorum medicamẽtorum vi cõtingit, sed vel ex aliorum permixtione, vel quia ipsa minùs diu vlceribus immorentur, aut parciore quantitate adhibeantur: alioqui enim carnem colliquarent.

σὺν χαλκῷ ἢ τίτρῳ] Videris num αὐτὸ τῷ χαλκῷ, χαλκανθῳ, potiùs legendum sit. Nam ita legitur, cap.129.1.λέπρ. Diosc. quo loco hoc idem ad lepras tollẽdas remedium totidẽ verbis repetitur.

Cap. xciii. τραχέα βλέφαρα] Plinius, lib. 34. cap.15. de Rubigine ferri verba faciens: *Vtuntur*, inquit, *& ad scabritias genarum pustulasque totius corporis cum cera & oleo myrteo.*

Cap. xcv. ὑπὸ χεῖρα κατ' ὀλίγον] Ista, quæ hauddubiè corrupta sunt, ita restituo: τῷ ὑπὸ χεῖρα καὶ ὀλίγον ἐπιχέοντος τὸ ὕδωρ οὕτω μελαινόμενον, hoc est, *ministro sensim aquam affundente, quæ hoc modo nigrescit seu liuorem contrahit*. τὸν ὑπὸ χεῖρα, pro ministro accepit & antẽ Diosc. cap. de pompholyge, vbi sic habetur: ὁ ὑπὸ χεῖρα τῷ αὐτῷ μιᾷ, &c.

ἐπιχέων μολίβδαιναν] Quidam, inquit Plinius, lib. 34. cap.18. *limatum plumbum sic terunt: quidam etiam plumbaginem admiscent, alij verò acetum, alij vinum, alij adipem, alij rosam.*

ψύχει, σύφει] Etsi Plumbum est suapte natura frigidum atque siccum, quia tamen agit in nos ratione partis cuiusdam partim humidæ, partim tenuis & aëreæ quam in se habet, quæque facilè à nostro calore alteratur, ipsum humectare potiùs quàm siccare censemus. nisi fortassis vstum: quoniam pars illa tenuis & aërea vstione deperit. Illud ipsum etiam esse Plumbi temperamentum, scilicet frigidũ & humidum, Galenus asseruit, libro nono simpl. quamuis nonnullæ quas eo loco sententiæ suæ rationes profert Galenus parum firmæ videantur, vti rectè monuit Fallopius, lib. de metallicis. Illud si verum est, vti certè est, minimè profectò existimandum Plumbum astringere, quantumuis id palàm sonẽt verba Dioscoridis: siquidem humiditas astrictionem impedit.

πληρωτικὸν ἐν κοιλώμασι] Plumbi temperamẽtum, quod frigidum & humidum esse demonstrauimus, huic etiam caua explendi vi refragatur: siquidem caua explent quæ siccant & moderatè calfaciunt. Sed neque excrescentem carnem cohibet Plumbum, nisi fortè suo pondere: neque enim vim vllam erodendi sortitum est, quę illud præstet: neque ideò lauatur, quòd acrimonia vlla aut erodendi vi præditum sit, sed tantummodò quò maiorem tenuitatẽ altiùsque penetrandi vim asciscat.

ὅτι καὶ ἡ σποδός] Ex antedictis Plumbum lotũ, (quod quidem minimè vstum fuerit, satis cõstat spodij vires nequaquam obtinere: quandoquidem spodiũ siccare, illud verò humectare compertum est.

Cap. xcvi. κάτω σιδήρῳ] Plinius, lib. 34. cap. 18. rudes itidem ad hoc opus ferreas desiderat, aut ferulaceas.

ψιμμύθιον παραμίσγουσι] Cerussam aut hordeum pari mensura cum Plumbo à quibusdam misceri scribit Plinius, loco citato: paulò antè verò in coquendo plumbo sulphuri ferrum ammiscuit, nisi fortè eo loco mẽdum subest. Sed (quod cum bona Lectorum venia dictum velim) falli profectò videtur Plinius, qui Plumbi coctionem ab eiusdem vstione distinguat, & separatim plumbi coquendi, deindéque vrendi modum doceat.

ἐπιδόντες ὄξει πολὺ] Ita quidem hauddubiè legendum & distinguendum, quamuis Hermolaus & Manardus aliter distinguant hoc modo: λευκὸς ἐπιδόντες ὄξει, πολὺ χρόνον. vti legitur in vulgatis exemplaribus.

Cap. xcvii. μελανίζει δὲ] fortè rectiùs, μελανίζει. De eadẽ enim Scoria sic habet Plinius, lib. 34. cap. 18. *Scoriæ optima quæ ad luteum maximè colorem accedit, sine plumbi reliquiis*, &c.

τῷ σφοδρότερον μᾶλλον] In Scoria non astrictionẽ maiorem quàm plumbo vsto, sed vehementiorem acrimoniam videtur agnoscere Plinius, loco citato, hisce verbis: *scoria plumbi eosdem effectus habet quos plumbum, sed acriores*, nisi fortè, *acriores*, pro, *maiores aut vehementiores*, vsurpauit.

Cap. xcix. οἱ δὲ λάρβασον] Alabastrum etiam nonnullis vocatum testatur Plinius, lib. 33. cap. 6. Nominis autem πλατυόφθαλμον rationem declarat idem, hisce verbis: *Vis Stibio principalis circa oculos: namque ideò etiam plerique πλατυόφθαλμον appellauêre quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos: & fluxiones inhibet oculorũ exulcerationesque*, &c. Hipp. idem Stibium τετράγωνον etiam appellat, teste Gal. in glossis Hipp. Cæterùm cùm Stibij Plinius duo constituat genera, marem in quàm & fœminam, de fœmina potissimùm, ceu quæ magis probatur, agere Dioscoridem existimandum est.

στεατι φυρᾶσαι] Posteaquàm Plinius monuit, loco citato, vri Stibiũ offis bubuli fimi circũlitũ in clibanis, deindéq; docuisset copiosè, quomodo vstũ idẽ præparari debeat, *Quidã*, subdit, *nõ fimo utũtur coquẽtes, sed adipe*. Scilicet, vt aliâs perpetuò, ita & hoc loco τὸ στεαρ *adipem* cõuertit, quasi nõ esset alia τῶ στέατος significatio, quę huic loco aptiùs quadraret. Nos cũ cæteris ferè interpretib⁹ *farinã subactã* vertimus, & rectè quidẽ. Etenim τὸ στεαρ (vt ipsius vulgare significatũ omittã) tũ hîc, tũ aliâs nõ semel apud Diosc. vti & interdũ apud Gal. Paulũ & Aetiũ, τὸ σταῖς, h.e. *massã seu farinã subactã*, ὅπερ ζυμίον, h.e. *fermentũ* hauddubiè significat, veluti etiã exponitur ab Hesychio. Serapio tamẽ, haud secus atque Plinius, vocis homonymia deceptus, ad pe indẽ Stibiũ circũlini solitũ scribit: id quod Fallopio viro alioq; doctiss. nõ vsqueadeo absurdũ videtur. Hic enim stibium, quod vrere fuerit animus, larido obuoluendum suadet.

μολιβδοῦται] Plinius ibidem, de Stibij vstione: *Ante omnia urendi modus necessarius est, ne plumbum fiat*: quasi diutiùs vstum Stibium in plumbum degeneret. Sed hoc loco, τὸ μολιβδοῦσθαι, nisi fallor, *non in plumbũ degenerare*, sed potiùs, *plumbi instar eliquari* significat. Id saltem voluisse Autorẽ mihi fit verisimile.

CAP. C. πεπαλαιώσθω τῷ χρῷ.] Hanc notam fossili Molybdenæ tribuit Plinius, lib. 34. cap. 18. quam Dioscorides factitiæ potius tribuere videtur.

εὑρίσκεται δὲ καὶ ἀργύρου] Rectiùs ibidem Plinius, de Galena, seu Molybdæna quam metallicam nominat, ad differentiam Molybdænæ, quę censetur in stirpium genere: *Adhærescit*, inquit, *& auri & argenti fornacibus*. Neq; enim est quòd quisquam existimet, ex auro argentóve ceu materia gigni Molybdænam. Quòd si reperitur in fornacibus, in quibus aurum & argentum eliquantur, id etiam euenire certum est plumbi ratione; citra cuius admixtionem vix vnquam metalla illa eliquescerent.

ὁμοίως λιθαργύρῳ] Gal. I. Περὶ τῶν φύσ. hoc tantùm discrimen agnoscit, quòd & crassiorum partium & frigidior est Molybdænæ essentia: spumæ verò argẽti, & tenuiorum partium & in medio posita caliditatis & frigiditatis.

ἀσυντελεῖς ἐμπλ.] ἀσυντηκτικὰς ἐμπλάστρους plerique *emplastra minimè mordacia* vertunt, seu quę sine rosione medentur. At nos hoc loco cum Cornario ἀλιπάσμασι potiùs legendum cẽsuimus, quo modo & Plinius legisse videtur. Sic enim ille: *Vsus*, inquit, *in liparas ad limēda* (fortè, *lenienda*) *refrigerandáque ulcera, emplastrisque quæ non alligantur, sed illita ad cicatricem perducunt.*

CAP. CI. καὶ ἑλκωτικοί.] Rectiùs ἐμπλαστικοί, quę vis etiã antè molybdęnę tributa est. Adde quòd fieri vix potest, vt vnum & idem medicamentum simul & astringat & attrahat, cùm vires eiusmodi ex diametro inter se pugnent.

CAP. CII. ἡ δὲ ἐκ ἀργύρου] Plinius, lib. 33. cap. 6. certiùs videtur Spumæ argenti discrimina tradidisse: *Genera*, inquit, *spumæ argenti tria: optima quã Chrysitin vocant, secunda quam argyritin, tertia quam molybditin*, &c. Subdit vero non ita multò pòst: *Chrysitis ex vena ipsa fit, argyritis, ex argento, molybditis, plumbi ipsius fusura.* Ita tum Diosc. tum etiã Plinius varias Lithargyri materias assignãt. At quicquid vterque voluerit, minimè argentũ, multò minùs aurum Lithargyri materiam esse constat, sed solum plumbum: quod quidem vel venæ argenti, dum hoc expurgatur, naturaliter admixtum reperitur, vel ab ipsis metallicis ad eius ab argento separãdum additur. Est porro Lithargyri color varius, aureus inquàm, & argenteus, pro ratione maioris minorisve exustionis, non item ex materiæ diuersitate, aut quod, vti voluit Matthiolus, æris vaporis argento admixti plus minùsve intra se receperit.

ἐν τῇ Δικαιαρχίᾳ] Quoniam Dicæarchia, quam alio nomine Puteolos vocarunt, ciuitas est Cãpaniæ, ita fortasse legendum fuerit: ἐν τῇ Δικαιαρχίᾳ τῆς Καμπανίας, καὶ ἐν Σικελίᾳ.

ἡ δὲ ἐν Σικελίᾳ] ἡ ἀπὸ παιδός; seu παιδὶ τὸ, legisse videtur Oribasius. aut certè ipsius Interpres: & ea quoque lectio, quantum video, doctiss. Fallopio placuit. Est verò ἡ παλαιὰ seu παιδὸς, nõ tantùm τὸ μελαν οὖσα quantum *nigrum aut fusum*, sed etiam τὸ μολυβδόχρουν, ἤτοι μεταξὺ μελανὸς καὶ τοῦ χλωροῦ, *quod est plumbei coloris*, nimirum τὸ μεταξὺ τοῦ μέλανος καὶ ὠχροῦ, *medium inter nigrum & pallidum.*

ὀβολοῦ ἢ λ. ί.] Ald. & vetus codex, αἰγύπτιος ἢ. quam lectionem etiam Manardus sequitur. Sãlis fossilis obolum in Spumæ libram addit Plinius, sed manifesto errore: ideóq; apud Plinium, pro *obolo, pondo*, restituendum censuit Cornarius.

λευκῷ] Lacuna legit in vet. codice, μελανθῇ, quo modo etiam legẽdum videtur. Ruellius addit negationem, quasi legerit μὴ μελανθῇ. Marcellus vero pro eodem, λάχανον. Plinius, lib. 33. cap. 6. *Aly in lana candida* [*coquunt argenti spumam, cum faba, donec lanam non denigrent.* Innuit quippe idipsum quod Dioscorides, quoties denigratur lana, toties eam immutãdam, similitérque iterandam Spumæ argenti cocturam.

CAP. CIII. ψιμύθιον σκευάζεται] In hoc priore Cerussam parandi modo haud ita discrepat à Diosc. Plinius, nisi quòd, lib. 34. cap. vlt. pro latere seu lamina plumbea (*massam* cum Vitruuio vertere placuit) *ramenta plumbi tenuissima* sumit: *fit*, inquit ille, *ramentis plumbi tenuissimis super vrceos aceti asperrimi impositis, atque ita destillantes*, &c.

καὶ δι' ἡμερῶν] Ex verbis Plinij, δι' ι' ἡμερῶν, legẽdum hoc loco coniicimus. Is enim de Cerussa, lib. 34 cap. vlt. scribit in hæc verba: *Fit & alio modo, addito in vrceos aceto plumbo obturatis per dies decem.* At Vitruuius certum nullum temporis spatium designat. Sic enim ille, Archit. lib. 7. cap. 12. *Post tempus*, inquit, *tempus aperientes inueniunt è massis plumbeis cerussam.*

ἢ γὰρ ἄνωθεν] Malim equidem, ἢ γὰρ κάτωθεν; aut certè, ἢ γὰρ ἄνω: siquidem infernè sursum calor ascendit. Inferius quoque, καὶ τὸ, ἐμπλαστικὰ, lego, ἐμπλαστικά.

ὠπτὸν δὲ καὶ κεκαυμένον] Ex sententia Plinij, lib. 35. ca. 6. itemque Vitruuij, loco nuper citato, è Cerussa in fornace cocta vstáve sandarachã efficitur: quam quidem priuatim Plinius *adulterinam* cognominat, ad differentiam naturæ seu fossitiæ, quæ arsenicum rubrum est. Ex eadem *illa vsta*, iuxta eundem Plinium, *admixta æqua rubrica parte fit sandyx, ut sinopide & sandyce mixtis, Syricum*, pro quo perperàm, *Scyricum*, ibi legitur. At secundùm Dioscoridem, itémque Galenum, 9. simpl. Sandyx aliud nil est, quàm Cerussa penitùs vsta crematáve: *minium* Officinæ nominant. Apud Paulum & Aëtium hæc eadem Syrici nomine intelligitur: quanquam & aliàs illam ψιμύθιον καυστὸν *Cerussam ex vstione rubefactam* iidem appellant. Cæterùm constat à Sandyce rursum aliud esse, quod τὸ φῦκος Galeno & Aëtio dicitur, cap. de Cerussa, nimirum Cerussam ad fucum præparatam, de qua & nos anteà, in libro 4. capite 100.

CAP. CIIII. χρυσοκόλλα δὲ ἀρίστη] Chrysocollæ nomine apud Plinium, libro 37. capite 10. gemma significatur, alio nomine Amphitane dicta. Sed alia est Chrysocolla, de qua hîc agit Dioscorides, itémque Plinius ipse, libro 33. capite 5. scilicet metallum æris putre, aqua alióve humore per se defluente aut cura artéve quapiam immissa in venam metalli. Iccirco *laudatior* etiam, Plinio teste, *quæ in ærariis fit metallis.* Attamen & in aurariis itémque argentariis, adde etiam plumbariis fodinis inuenitur: siquidem in iis æris aliqua portio fuerit. Præter istam natiuam Chrysocollam est & factitia, quæ Santerna Latinis dicebatur, quámque Dioscorides anteà inter æruginis Scoleciæ genera reposuit.

ἀμμωνιακοῦ ἅλας] Marcellus codicum quorun-

dam veterum fidem secutus, ... restituit. Et certè quidem vsum Chrysocollæ in medicina ad purganda vulnera cum cera & oleo agnoscit Plinius, lib. 33. cap. 5. Attamen & ibidem collyrijs misceri proditur ad oculorum cicatrices, itémque viridibus emplastris ad cicatrices trahendas.

CAP. CV. περὶ Ἀρμενίου] Vulg. exempl. λίθου addunt, sed ea lapidis Armenij inscriptio meritò nobis suspecta æquè ac Falloppio. Est enim Armenium, de quo hic agitur, pigmentum ab Armenio lapide diuersum: atque iccircò etiam Aëtius de hoc ipso Armenio seu Armeniaco verba faciens, statim adijcit, περὶ ζωγράφων, ὧ καὶ οἱ ζωγράφοι χρῶνται, *quo inquam pictores vtuntur*. Paulus diuersis capitibus vtriusque mentionem facit: & hoc quidem Armeniacum simpliciter nominat, illius verò inter lapides meminit.

τὸ χρῶμα κυάνεον] Armenio cæruleum colorem tribuit hoc loco Dioscorides. At Plinius de eodem, lib. 35. cap. 6. *Optimum est*, inquit, *quod maximè vrget communicato colore cum cæruleo*: & deinceps: *Distat à cæruleo candore modico, qui teneriorem hunc efficit colorem*. Mesuæus lapidem Armenium eligit, colore inter viridem & obscurũ terreum indúmque medio, maculis tum viridibus tum nigris distinctũ. Theophilus, lib. de vrinis flammeum illi colorem tribuit, φοινικοῦν, vt ipse vult, à Galeno vocatum. Vsqueadeò de Armenij colore variæ sunt Autorum discrepantésque sententiæ, quoniam fortassis Armenij nomine alij aliud intellexêre. Siquidem Diosc. Armenij nomine medicamentum designauit, quod quidem ex Armeno seu Armutheo lapide contrito atque macerato parabatur, quóque pictores vti solitos testatur Aëtius. At Plinius & Mesuæus de lapide ipso Armenio verba fecêre, qui quidem verè coloris est virentis, inclinantis in cæruleum. Hic ipse porrò est, quem, ęquè atque veratrum album, ad bilem atram seu vomitione vacuandam, seu per aluum deijciendam valere testantur inter Græcos Alexander Trallianus, & ex Nechepsi sententia Aëtius: itémque Actuarius, qui tamẽ, ęquè ac Aëtius, Armeniacum pictorium cum Armeno seu Armenio lapide confudisse videntur. Mesuæus, ex Tralliani sententia, in illũ vsum veratro ipso tutiorem affirmat. Paulo aluum quidem purgat, sed stomacho noxius est.

ψαθυρὸς] Et ipsum etiã lapidem Armenum facilè friabilem dixit Mesuæus: quàquam Stephanus, lib. de vrbib. duritiem illi tantam tribuit, vt in eo sigilla sculpi & cælari queant.

CAP. CVI. ἄμμου διεκαιομένης] Lego, διακαιομένης, scil. ἄμμου. Existimo enim hic agi nõ de Cyano qui fit αὐτοφυὴς, hoc est, natiuus, cuiusmodi est Cyprius modò dictus, sed de factitio, σκευαστὸν Græci vocant: qui quidem ex arena fortasse tali cum nitri flore subtiliter contrito & æris Cyprij delimata scobe temperabatur, quemadmodum fat multis verbis docet Vitruuius, Architect. lib. 7. cap. 11.

ὅπερ καὶ ἄριστον] Dubitet quis non immeritò, vtrum ad ἄμμον, quæ fœminino genere effertur, an ad κύανον ista referri debeant. Nam & κύανον Græci, teste Gal. 9. simpl. vtroque genere & masculino & fœminino efferunt.

τὴν χρόαν κυάνεον] Cyanon tamen agno scit Mesuæus, colore ex viridi cæruleo. Plinius verò, *Cærulei colorem* ait esse *cæruleum cum quodam colore albo*, lib. 35. cap. 6.

μετρίως σηπτικήν] Huic quantumuis septica sit facultas, nihilominùs Arabes ipsum lotione præparatum, æquè ac Armenum, cui cognatum est, ad deijciendam bilem atram vsurpant. Sed facultatis eiusce purgatoriæ Græcorum nullus meminit, quicquid scribat Mathiolus. Fateor equidem Galenum, 9. simpl. Cyano vim καθαρτικὴν tribuisse, sed quæ longè sit alia à vi cathartica: quod tamen discrimen bonus Mathiolus haudquaquam animaduertit.

CAP. CVII. περὶ Ἰνδικοῦ] Vulg. exemplaria λίθου, adijciunt: sed vocem, λίθου, temerè, vti & antè, ascriptam iudico, ac illius loco potiùs reponendum, μέλανος. Siquidem hoc Indicum, μέλαν, hoc est, *atramentum* Paulo dictum, eodémque modo apud Galenum, libro 4. de comp. med. varijs locis cognominatum, toto genere differt ab Indica gemma Plinij, quæ eadem est cum Indico lapide Pauli & Aëtij: quem quidem illi appẽsum ad sistẽdas hæmorrhoïdas commendarunt.

τὸ Ἰνδικῶν καλάμων] Hoc Indici genus Plinius etiam, libro 35. capite 6. *ex India venire* scribit, *arundinum spumæ adhærescente limo*: quàquam ipsemet paulò antè, *quod ex India Indicum apportatur, sibi adhuc inexploratæ inuentionis esse* palàm professus fuerat.

ἐπὶ τοῖς βαφικοῖς πορφυροῦ] Hoc Indici genus, quod apud infectores fiebat, existimauit Plinius, (quantum quidem ex illius verbis colligere licet) spumam esse purpurarum, quæ scilicet in officinis purpurariis attollitur per ebullitionem sanguinis & saniei purpurarum, quæque ceu flos ipsis innatabat æreis cortinis. At nihil tale hoc loco intellexisse Dioscoridem facilè is perspiciet, qui attentiùs ipsius verba perlegerit. Nil enim sonant aliud, quàm fieri Indicum (vti adhuc hodie fit) è spuma purpurea efflorescente in cortinis infectorum, in quibus scilicet glastum feruefactum fuerit. Hoc verò vel ex eo palàm fit, quòd eædem propè vires à Diosc. anteà tributæ fuêre glasto, quæ hic Indico ascribuntur.

Ἔστι δὲ τῶν ψυχόντων] Paulus, libro 7. de Indico ipsissima Dioscoridis verba citans, pro, ψυχόντων, legit, ξηραινόντων: & hanc lectionem secutus hoc loco est Cornarius. Ego verò Pauli lectionem illam minùs probauerim: maximè cùm glastum, cui consimiles vires Indicum habere sit verisimile, nullatenus refrigeret, sed calfaciat potiùs, itémque in astringentium numero censeatur, dum sanguinis profluuia sistere perhibetur: quod palàm afferunt tum Dioscorides, libro 2. tum etiam Galenus, 6. simpl.

CAP. CVIII. Ἀττικὴ δὲ τὴν ὤχραν] Gal. itidem comm. 2. in Prognost. Hipp. Ochram laudatissimam asserit, natione Atticam. Celsus quoque, lib. 5. cap. 18. Ochræ Atticæ meminit, in malagmate aduersus panum & phymata. Quin & Vitruuius optimã quidem fatetur Ochram Atticam, sed eius vsum sua ætate in Italia exoleuisse scribit, Archit. lib. 7. cap. 7.

σηπτικῶν] Ochra etiam ab Oribasio inter Septica medicamenta recensetur. At Galenus inter incidētia, eáque minùs calida, eandem commemorat, lib. simpl. 5. cap. 13.

CAP. CIX. *ἀμμίῳ παραδίδωσι*] Plinius hunc eundem errorem non semel coarguit. Is enim, lib. 29. cap. 1. *Comperi vulgò* (inquit) *pro Cinnabari Indica in medicamenta minium addi inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter pigmenta.* Rursum idem, lib 33. initio cap. 7, *Milton* (fortè, *ammion*) quanquam & idem alibi *μίλτον Σινωπικὴν*, miniū Sinopicum interpretatur, *vocant Græci minium: quidam Cinnabari. unde natus error Indicæ Cinnabaris nomine.* &c. Nec ita multo post: *Illa Cinnabaris antidotis medicamentis, quæ utilissima est. At herculè Medici, quæ Cinnabarim vocant, pro ea utuntur hoc minio quod venenum esse paulo mox docebimus.* Attamen Theophrastus in libello de lapid. de minio agens, ipsum Cinnabari appellare non dubitauit, atque duplex illud constituit: vnum quidem *αὐτοφυές*, hoc est, *natiuum*, alterum *τὸ κατ' ἐργασίαν*, hoc est, *factitium*: cuius inuentorem Calliam quendam Atheniensem prædicat.

τὸ μὲν γὰρ ἄμμιον] Factitij quoque minij meminit Theophrastus, lib. de lapid. verùm id non è lapide, sed ex arena quadam in argenti metallis in cocci modum nitente confici tradit, & ab ista diuersam eius præparationem, per trituram scilicet atque loturam, subiicit. At verò præter factitium hoc minium, natiuum aliud ibidem agnoscit. Sic & Plinius, lib. 33. cap. 7. *Inuenitur*, inquit, *in argentariis metallis minium quoque & nunc inter pigmenta magnæ autoritatis, & quondam apud Romanos non solum maximæ, sed etiam sacræ.* &c. Rursúmque paulò pòst idem ipse ex Theophrasti sententia minium natiuum in Hispania reperiri scribit, sed durum & lapidosum. Illa enim Plinij verba, *Reperiri iam tum in Hispania, sed durum & harenosum*, sic ego restituo: *Reperiri autem natiuum in Hispania, sed durum & lapidosum*: atque ita ex Theophrasto legendum censeo, cuius verba sic habent, loco nuper citato: *αὐτοφυὲς μὲν τὸ περὶ Ἰβηρίαν, σκληρὸν σφόδρα, καὶ λιθῶδες*, &c. Eiusdē etiā minij meminit Strabo, lib. Geogr. 3. quod ex Hispaniæ Turditania tradit exportari, sed ipsum terra Sinopica non esse deterius asserit.

ἐκ λίθου τινὸς] Anteà ex Theophrasto & Plinio minium factitium ex arena quadam rubente in argenti metallis fieri docuimus. Sed & Plinius, lib. 33. cap. 7. alterius prætereà minij mētionem facit, quod *secundarium* nominat, idque similiter atque hoc loco Diosc fieri docet *ex usto lapide venis argentariis & plumbariis permixto*, *non ex illo*, inquit, *cuius nomen est argentum viuum, quique ipse in argentum excoquitur, sed ex aliis simul repertis.* Porrò lapidem cum seu potiùs glebam, ex qua temperatur minium, Anthracem videtur appellasse Vitruuius. Architect. libro septimo, capite tertio. *Foditur*, inquit *gleba quæ Anthrax dicitur, antequàm tractationibus ad minium peruenerit, vena prunæ similis* (ita enim eo loco legendum suspicor) *magis subrufo colore, habens circa se rubrum puluerem.* Subdit vero, (in quo à Plinij verbis modò citatis discrepare videtur,) *Cùm id foditur, ex plagis ferramētorum crebras emittere lacrymas argenti viui, quæ à fossoribus statim colliguntur.*

βαρύχειον ἢ βαθύχειον] Illa vox, *βαρύχειον*, fortassis è margine in contextum irrepsit: palàm siquidem hoc loco redundat. Legendum ergo. *ὃ δὲ καὶ βαθύχειον, ἔθος*, &c.

τὸ αἷμα δράκοντος] Plinius, libro trigesimotertio, capite septimo: itemque Solinus, capite vigesimooctauo suæ historiæ, in eo errore versati sunt, quem Dioscorides hoc loco notat: quippe qui existimarint Cinnabarim Indicam sanguinem seu saniem esse draconis elisi elephantorum morientium pondere, permixto vtriusque animalis sanguine. Verùs autem, vt ex Arriano, in lustratione maris rubri liquet, Cinnabaris Indica cognominata, lacrymæ instar ex arboribus colligebatur in insula Dioscoridis appellata nascentibus. Eiusmodi verò arborū in insula quoque Sancti portus appellata hodie nascentium meminére Aloisius Cadamustus Venetus & Theuetus, ac alij nonnulli: sed illas omniū optimè, indito Draconis nomine, depinxit medicæ materiæ studiosis. Carolus Clusius, in rariorum Hispaniæ stirpium hist. lib. 1. Ac fortassis & eiusdem generis arbor ea fuit, quam Strabo, ex Posidonio, Gadibus nasci prodidit, lib. Geographię tertio. Porrò arboris illius lacrymam sanguinis appellatione designarunt, quia vix est color alius, qui in picturis magis propriè reddat sanguinem. Meminit quidem *αἷμα δράκοντος* Aetius, tum alibi sæpius, tum etiam, tetrab. 4. sermone 3. capite 12. in emplastro purpura inscripto: sed fallitur, dum suum illud *αἷμα δρακόντιον* in India ex herba quadam dracunculo appellata colligi scribit. Sic & Serapio, dum Sideritidis Achilleæ succum sanguinis Draconis nomine describit. Cæterùm etsi Cinnabaris Indica arboris lacryma sit, vt antè demonstrauimus, non est quod quisquam miretur inter metallica hoc loco à Dioscoride recenseri, quoniam cum metallicis Dioscorides simul & semel substantiæ nominisve cognatione quadam coniuncta pigmenta persequitur. Sic & antè, huius libri capite 107. Indici cuiusdam meminit, quod in pictorum vsum venire solitum erat, quanuis metallicum non esse satis vnicuique constet.

δύναμιν δὲ ἔχει τὸ κιννάβαρι] Vis Cinnabaris illius Indicæ recensetur. At nostri vsus Cinnabaris factitia, quæ quidem ex argenti viui & sulphuris diu arte quadam igni torrefactorum certis portionibus temperatur, ab vsu Medico in assumendis penitùs abdicanda est: quandoquidem insigniter erodit & exulcerat: tātùm abest vt Cinnabaris Indicæ viribus vlla ex parte respondeat. Sic & Minium Veterum Plinius pluribus locis venenum fuisse docuit.

CAP. CX. *ἀμμίου λεγομένου*] Quod hîc minium Dioscoridi dicitur, non illud est factitium præcedenti capite commemoratum, sed natiuum aliud, videlicet lapis ille qui hodie Cinnabaris fossilis appellatur, è quo etiam hoc seculo argentum viuum elicitur. Plinius itidem, libro 33. capite 8. *ὑδράργυρον* fieri prodit è minio, quod tamen secundarium nominat: sed fallitur, dum eo ipso loco hydrargyrum ab argento viuo diuersum facit, & hoc quidem nomine quod natiuum est, illo verò quod factitium significari existimat: cùm

tamen vtrunque pariter Latini & Græci Hydrargyri nomine designarint. Nam & hi suum χυτὸν ἄργυρον, ἀπὸ τῦ ὑδραργύρου minimè distinxêre. Vitruuius, lib. 7. Archit. cap. 8. Argentum viuum colligi scribit ex anthrace gleba, è qua & ipsum minium eliciebatur.

αἰθάλας ἀποζεῦσαι] Lego, ἀποζεῦσαι: quo modo & cæteri Interpretes videntur mihi legisse.

ὑδράργυρος γίνεται] Alterum modum Argenti viui parandi, quod Hydrargyrum priuatim appellat, refert Plinius, lib 33. cap. 8. videlicet, *æreis mortarijs pistillisque trito minio ex aceto.*

δοκεῖ εἶναι τὸν ὑδράργυρον] Argentum hoc natiuum Galenus ignorasse videtur. Siquidem lib. 9. simpl. Hydrargyrum non ex sponte nascentibus esse medicamentis asserit, sed ex his quæ arte præparantur. At verò Fallopium rectiùs censuisse crediderim, qui Argentū viuum factitium nullum agnoscit: quoniam etsi arte & calore quodam blando interdum eliciatur è proprio metallo, nullam tamē ab arte alicuius momenti mutationem videtur suscipere.

ἢ ἀργυροῖς] Imò & ligneis vasis & animalium vesicis asseruatur Argentum viuum, si modò diligenter obturentur: metalla verò omnia tum hic recensita, tum & alia qualiacunque exest, quibus inhæserit, vti quotidiana constat experientia. Atque ideircò Plin. lib. 33. cap. 6. *Argentum viuum* (inquit) *exest, & perrumpit vasa, permanans tabe dira.*

τῷ βάρει διαβιβρ.] Non pauci è Recentioribus varijs didicerunt experimentis Argētum viuum quantumuis assumptum minimè erodere, imò & ipsius pondus in causa esse, vt eò citiùs citra rosionem intestina permeet. Sed & Argentum viuum suapte natura perquam frigidum & humidum esse docent Auicennas, Auerroës, Fernelius & Mathiolus, tantùm abest vt erodendi vi præditum sit. Alij calidum & humidum esse censuerunt. Vnus Fallopius calidum & siccum esse asserit, non tamen vsqueadeò vt exurat: quam verò humanæ naturæ infert offensam, existimat ex occulta proprietate contingere. Attamen & Gal. 4. de fac. simpl. cap. 19. inter perniciosa medicamenta, quæ per erosionem interimunt, Argentum viuum enumerat. Sed vel locus ille corruptus est, vti voluit Fallopius: vel est verisimile, tale quid protulisse Galenum ex aliorum potiùs sententia, quàm quòd ita sentiret: maximè cùm ipsemet, 9. simpl. palàm fateatur, se nunquam expertum, an seu assumptum seu admotum interimat.

CAP. CXI. συνίσταται δ' ἐν τῇ Καππαδ.] Theophrastus, lib. de lapid. inter rubricæ genera Sinopidis Lemniæ simul & Cappadociæ meminit, his verbis: *ἀλλὰ καὶ ἡ Λημνία, καὶ ἣν καλοῦσι Σινωπικὴν* (perperàm legitur, *σινδικὴν*) *αὕτη* (fortè *ἀρίστη*) *δ' ἐστὶν ἡ Καππαδοκική, κατάγεται δ' εἰς Σινώπην.* i. *sed & Lemnia quam nominant Sinopicam. Optima verò est Cappadocica, quæ Sinopem defertur.* De eadem Sinope sic Plin. lib 35. cap. 6. *Sinopis*, inquit, *inuenta primùm in Ponto: vnde nomen à Sinope vrbe. Nascitur & in AEgypto, Balearibus, Africa: sed optima Lemno & in Cappadocia effossa e speluncis.* Vitruuius itidem, Archit. lib. 7. cap. 7. *Rubricæ copiosæ multis locis eximuntur, sed optimæ paucis: vti Ponto, Sinope & AEgypto, in Hispania Balearibus, non minùs etiam Lemno.* Sed & Strabo, lib. Geogr. 12. de eadem sic habet: *ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ γίνεται καὶ ἡ λεγομένη Σινωπικὴ μίλτος, ἀρίστη τῶν πασῶν. παραμιλλᾶται δ' ἐστὶν αὐτῇ καὶ ἡ Ἰβηρική. ὠνομάσθη δὲ Σινωπική, διότι κατάγειν ἐκεῖσε εἰώθεσαν οἱ ἔμποροι, πρὶν ἢ τὸ τῶν Ἐφεσίων ἐμπόριον μέχρι τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων διϊχθαι.* hoc est, *in Cappadocia nascitur omnium præstantissima rubrica, quæ Sinopica dicitur: cum ea tamen certat etiam Hispanica. Sinopica verò illa cognominata est, quod eò solerent eam deuehere mercatores, priusquam Ephesiorum negotiatio ad huius regionis homines prorogaretur.*

διαπίζουσι] Sinopidis tria genera pro coloris varietate facit Theophrastus, libro nuper citato: ἡ μὲν γὰρ (inquit ille) ἐρυθρὰ σφόδρα, ἡ δὲ ἔκλευκος, ἡ δὲ μέση. Sic & Plinius Theophrastum secutus, lib. 35. cap. 6. *tres Sinopidis species recēset, rubram, minus rubentem, & inter has mediam.* Hanc αὐτάρκη, hoc est, *sua bonitate contentam*, appellat Theophr. quòd non misceretur, cùm reliquas mercatores miscere solerent.

CAP. CXII. τῆς ὤχρας κεκαυμένης] Posteaquàm de Rubrica fabrili natiua egit Dioscorides, iam ad factitiā transire videtur, ideóq; non abs re Cornarius hunc Diosc. contextū sic emēdat: γίνεται δὲ ἐν τῷ ὅλως ἰατρικὴ Ἰβηρία. γίνεται δὲ ἐκ τῆς ὤχρας κεκαυμένης, &c. Enimuero & de eadem sic Theophr. lib. de lapid. γίνεται δ' ἐκ τῆς ὤχρας κατακαιομένης, ἀλλὰ χείρων. τὸ δ' εὕρημα Κυδίου. hoc est, *fit ex ochra exusta, sed deterior. Est autem inuentum Cydiæ*, &c. Contrarium verò sonant Plinij verba, lib. 35. cap. 6. Postquā enim egit de Rubrica quæ nascitur in ferrarijs metallis, subdit statim: *Ex ea fit ochra, exusta Rubrica in ollis nouis luto circumlitis.* Facilè verò ab errore vindicabitur, si cum Cornario sic legerimus: *Fit & ex ochra exusta Rubrica*, &c. Neque enim è Rubrica exusta fit ochra, sed è contrà, ex ochra vsta, Rubrica.

CAP. CXIII. ἡ δὲ Λημνία μίλτος] Galenus, 9. simpl. in Lemno, AEgæi maris insula, narrat ad Hephestiada vrbem quæ Orientem spectat, in colle quodam planè alioqui sterili terram triplici differentia olim repertam. Erat enim terra sacra, cui non capræ imago, vti voluit Diosc. sed Dianæ sacrū sigillum imprimebatur, quæq; ideò Λημνία σφραγὶς appellabatur. Erat & altera propriè ac verè μίλτος, hoc est, *rubrica* cognominata, qua potissimùm vtebantur fabri. Erat & tertij generis terra extersoria, cuius vsus ad lintea ac vestes eluendas. Plinius verò rubricā cum Lemnia sphragide confundit, cùm tamen hæc diuersa sit à rubrica, & quamuis haud ita colore discrepet, minimè tamē lotionis ratione manus inficiat, sicut illa: quemadmodū apertè docuit Gal. 9. simpl. itémque 1. de Antid. Attamen & Paulus AEgineta, lib. 7. Λημνίας μίλτου appellatione, sigillatam intellexit. Sed & in Nicandri Theriacis Λημνὶς μίλτος pro Lemnia sphragide reperitur, similitérque in versibus Andromachi, apud Gal. in Ther. ad Pis.

μίγνυται αἵματι αἰγείῳ] Galenus, qui quidē (prout erat simplicium medicamentorum studiosissimus indagator) in Lemnon insulā huius vnius terræ visendæ studio nauigarat, huic terræ caprinum sanguinē ammisceri solitum pernegat, atque vel hoc nomine Dioscoridē obiter ac velut in transcursu incusat.

CAP. CXIIII. πάλιν, ἐφθὸν, δρακὸν, λοξὸν] Isthæc omnia nomina redundare videntur. Saltē priora illa duo expūgi omnino debere compertū est, quandoquidem Chalcanthi genera, concretitiū & coctile, tanquā factitia, à stillatitio, quod natiuū est, etiā ab ipso Dioscoride non ita multò pòst manifestò distinguūtur. Inferiùs verò, in recensendis bonitatis Chalcanthi notis, quo loco habetur, πυκνὸν τε ᾗ διαυγὲς, αντὶ τῦ, πυκνὸν, ex Oribasio, κυανοῦν, reponendum censemus.

σκευάζουσι δὲ ἔτι ἑψοντες] Et hunc ipsum parandi Chalcāthi modum illustrat Plinius. lib. 34. cap. 12. Sed & plures alios eiusdem parandi modos eodem loco subdit. Chalcanthum porrò longiori tempore in Chalcitin saltem extima sui parte transire obseruatum à se testatur Galenus, 9. simpl. velut etiam Chalcitin in Misy: id quod de natiuo Chalcantho intelligendum est.

βοηθεῖ σὺν ὕδατι ποθὲν] Contra fungorum venena ex aqua potū Chalcanthum commēdat hoc loco Dioscorides: lib. verò de venenis, cap. 23. de fungis, idem ipsum ex aceto propinari suadet.

CAP. CXV. ἢ παλαιά] *Recentem* (inquit Plin. lib. 34. cap. 12.) *putant utiliorem esse, quoniam inueteratum sory fiat.* Sed inueteratam, misy potiùs fieri, quàm sory, testatur Gal. 1x. simpl.

μετρίως συρόμενος] Goupylus in altero exemplari, μετρίως σηπόμενον, legi scribit: attamen vulgatam lectionem magis probat. Ego verò contrà malim, σηπόμενον, quàm, συρόμενον. Iam enim anteà Chalcitidi vim συλωτικὴν tribuit, quæ iccircò frustrà hîc repeteretur: quanquam eo loco pro, συλωτικὴν, Ruellium & Marcellum, ῥυπτικὴν, legisse non ignoro. Prætereà verò Chalcitin quæ vsta non sit, non septicam modò, sed & ἐσχαρωτικὴν facultatem habere satis constat.

CAP. CXVI. ποιεῖ αὐτὴν ψωρικόν] Galenus, lib. 9. simpl. ad Psorici confectionem non quidem cadmia, sed lithargyro vtitur, eáque tantùm in re à Diosc. discrepat. Celsus, lib. 6. cap. 6. *Chalcitidis aliquid & cadmiæ dimidio plus ex aceto simul conteri prodidit, idq; in vas fictile additū, & contectum ficulneis folijs sub terra reponi, sublatumque post dies viginti rursus teri, & sic ψωρικὸν appellari.*

δυνάμεως ἐστι] Gal. 1x. simpl. Psoricon desiccatorium quidem esse scribit, at minùs Chalcitide mordax, quippe cùm partibus sit tenuioribus.

καυστικὸν δὲ αὐτὴν] Marcellus perperàm de Psorico hæc interpretatur: nam vel pronominis genus ipsum ad Chalcitidem referri debere satis indicat. Atque vel hinc constat, caput hoc à superiore minimè distingui debuisse.

ὅτι μὲν δὴ καὶ χλωρὸν] Dubium non abs re fuerit, vtrū hoc generatim de metallicis omnibus intelligendum veniat, an de Chalcitide sola, quæ aliâs humidior, aliâs siccior conspiciatur: sed illud prius sit mihi lōgè vero similius, quantumuis alij aliter interpretati fuerint.

CAP. CXVII. ἐν τοῖς σπινθῆρας χρυσίζον] De Misy optimo in Cypriorū officinis sic Plinius, lib. 34. cap. 12. *Notæ sunt friati aureæ scintillæ, & cùm teratur arenosa natura sine terrea Chalcitidi similis.*

ἐν δὲ τοῖς καύσεσι καὶ] Hoc discrimē illustrat Galenus, 1x. simpl. dum scribit, æquè calida esse Misy & Chalcitin: attamen Misy tenuiorum esse partium quàm sit Chalcitis, adeóque duris corporibus adhibitum minùs Chalcitide mordicare.

CAP. CXVIII. ποιοῦσι τὴν αὐτὴν τῷ μίσυι] Melanteriam scribit Galenus, 1x. simpl. omnia propemodùm astringentia tenuitate partium exuperare.

CAP. CXIX. προκρίνεται δὲ τὸ Αἰγύπτιον] Sic & Plinius, lib. 34. cap. 12. *Sory Ægyptium maximè laudatur, superato Cyprio, Hispaniensi & Africo: quanquam oculorum quoque curationi quidam vtilius Cyprium putant: sed in quacunque natione optimum, cui maximum virus in olfactu, tritúque pinguiter nigrescens & spongiosum*, &c. Ita enim illa distinguenda esse ex hoc Diosc. contextu facilè colligitur.

τὸ δὲ μὴ λαμπρίζον] Contrà voluisse videtur Plinius, loco citato: postquam enim de Sory Ægyptio, ceu optimo, egit, statim subiicit: *Alterius nationis contritum splendescit, & misy est lapidosius.* Hinc ego suspicor in Diosc. contextu expungendam negatiuam particulam.

δύναμιν δὲ ἔχει καὶ ταύτην] Crassiorum tamen est partium, quàm & chalcitis & misy. Atque ideò quoque cùm in Cypri metallis hæc tria Sory, chalcitis & misy sibi inuicē substrata, teste Galeno, reperiantur, infimum quidem Sory, summum misy, medium chalcitis locum sibi vendicare deprehenditur.

ἐνστάζεται εἰς τὰ βρώματα] Plinius de Sory, lib. 34. cap. 12. *Prodest autem & dentium dolori, si contineatur atque colluatur.* Scilicet in dolore dentium alium vtendi modum præscribit.

τὴν δύναμιν ἐμπυριζόμενα] Quæ enim suapte natura acria sunt, vti testatur & ipse Galenus, vstione mitiora redduntur: quanquā & alias qualitates, maximéq; tenuandi facultatem sibi asciscunt. Contrà quæ minimè acria sunt, vstione acrimoniam acquirunt.

CAP. CXXI. ἐν δὲ ἀμυγίς] Malim, ἐν δὲ ἀμυγίς, sicuti sequenti capite, ἐν δὲ χιόνι δὲ, &c.

ὀρύσσεται δὲ ἐν Μυσίᾳ] Plin. lib. 33. cap. 4. eiusmodi *Auripigmentum* scribit *in Syria fodi pictoribus.*

ψιλοῖ δὲ τρίχας] Addit Galenus, 9. simpl. si diutiùs moram traxerit, nec cuti etiā ipsi parcere.

CAP. CXXII. ἀναπληροῖ ῥινῶν] Plin. lib. 34. cap. vlt. de Sandaracha: *Explet*, inquit, *alopecias ex aceto illita.*

CAP. CXXIII. στυπτηρίας βωλώδους] Diosc. verba sonāt, Alumen scissile glebosi veluti florem esse. At Plinius, è lapide quem, vti videtur, chalcitin vocabant, fieri voluit: quippe cuius sudor sit in spumam coagulatus. Sic enim ille, lib. 35. cap. 15. de Alumine scissili: *Hoc fit è lapide, ex quo & id chalcitin vocant, ut sit sudor quidam eius lapidis in spumam coagulatus.* Hinc non omnino malè suspicatur Marcellus hoc loco legendum, non quidem βωλώδους, aut βολώδους, vt alij codices habent, sed χαλκίτιδος. Ac præter eum Plinij locum est & alius apud Gal. qui coniecturam istam quodammodo confirmare videtur. Hic enim in Lexico vocum Hipp. autor est, quā Græci simpliciter στυπτηρίαν vocabant, ab Hipp. στυπτηρίαν χαλκῖτιν dictam fuisse.

ταύτης οὐδὲ πολλά] Quanuis Dioscorides trium potissimùm Aluminis generum in vsu Medico receptorum meminerit, plurima tamē alia fuisse genera & ipse agnoscit hisce verbis. Ac Plinius quidem, lib. 35. cap. 15. Aluminis duas facit ex

colore differentias, candidum, inquàm, & nigrũ: ex consistentia verò totidem, liquidum & ipsum seu concretum: liquidi rursum alteram speciem, nempe impuriorẽ *πλακῶδες* appellari scribit: quod verò limpidum est, *φόριμον*. Et certè quidẽ Galenus, 6. *τῆς τῶν ἁπλ. φαρμάκων δυνάμεως* etiam meminit. Spissum verò seu concretum duplex idem ille constituit, scissile & rotundum: illudq; rursum duplex, vel glebarum instar aut assulosè compactum, vel sigillatim in capillamẽta quædam canescentia dehiscens, quod ideò *τριχῖτις*, quasi *capillare* nominatum fuerit. Rotundum itidem duplex: spongiosum inquàm quod in totum damnatur. & pumicosum, quod melius est. Præter hasce plures etiam, alias habet Gal. 9. simpl. Aluminis appellationes, nimirum *στρογγύλην, πλακῖτιν* & *πλακίτιν*. Sed & Recentiores hodie Aluminis factitij varia genera commemorant: Alumen fæcum è vini fæcibus Sole siccatis donec albescant, deinde vstis: Alumen Catinum, è cineribus herbæ Kali seu sodę vulgaris: Alumẽ denique squaiolæ seu squamosum, quod fit è lapide quibusdam speculari dicto. Sed & in factitiorum genere censentur Alumen rupeum & zuccharinum. Illud quidẽ è certo quodam lapide candido, interdum etiam subrubro sæpiùs præparato: hoc ex Alumine rupeo, sacchoro, & oui albumine conficitur.

ὁμοιοῦται δὲ καὶ λίθος] Lapidem hunc Alumini schisto seu scissili similem, Amianton esse patebit ex verbis Diosc. cap. de Amianto. Sed & Plinius hunc eundem Alumini similem testatur, lib. 36. cap. 19. Fecit verò ea similitudo, vt etiam apud vulgum lapis ille *Aluminis plumæ* nomen obtinuerit.

ἢ πομφολυγῶδες] Serapionis Interpres nõ *bullis turgens*, sed *põpholygi simile* vertit. Ac videtur quoque ea interpretatio doctiss. Manardo placuisse.

καὶ πυρῶδες ἀποπνέουσα] In Aldino Diosc. exemplari, itémque apud Oribasium legitur, *μυρῶδες ἀποπνέουσα* hoc est, *casia odorem spirans*: quæ quidẽ lectio verior nécne sit, à Marcello in dubiũ vocatur. Plinij certè quidem verba, *μυρῶδες*, legendum admonent. Sic enim ille: *Liquidi probatio ut sit limpidum lacteúmque sine offensis fricantium, cum quodam igniculo caloris.*

καίεται δὲ καὶ ὀπτᾶται] Aluminis vrendi modum explicat Aëtius, lib. 9. dum Alumen in ollulam nouam coniectum carbonibus imponit, ac vbi diffusum liquatúmve fuerit, tolli iubet, tandémque, vbi refrixerit, conteri.

σὺν ὀρόβῳ καὶ πίσσῃ] Serapionis Interpres, *cum aqua picis*, quasi legerit ille, *σὺν ὀρρῷ πίσσης*, & per *ὀρρὸν πίσσης picem liquidam* intellexerit, aut quod *πισσέλαιον* Dioscoridi dictum est, lib. 1. cap. 95. quódque ibidem eundẽ quem pix liquida vsum præbere scribitur. Plin. lib. 35. cap. 15. de Aluminis viribus agens: *Sic & ambustis*, inquit, *prodest & furfuribus corporum cum sero & pice*: quo loco legendum quoque videtur, *cum sero è pice*, hoc est, pissclæo seu picino oleo iam dicto: nisi malumus, iuxta Diosc. vulgatam lectionem, cum *eruo & pice* legere.

οἰδήματα τι] Sic quoque legisse videtur Serapio. Attamen Marcellus, pro *οἰδήματά τι*, restituit, *οἰδ δὲ*, &c.

Cap. cxxiiii. *τὸ σιδηρυχίζον*] Vires quæ sequuntur Sulphuri viuo seu *ἀπύρῳ* potissimùm assignat Dioscorides: quoniam, vt scribit Plinius, lib. 35. cap. 15 *eo solo ex omnibus generibus Medici utuntur*. Quatuor autem paulo ante Sulphuris genera idem recensuerat.

ἐπιπασσόμενον τῷ μετώπῳ] *ἐπιπασσόμενον ὕδατι*, legisse videtur Serapio: & rectè quidẽ. Nam & hic idem Autor. 2. *ἀπλ.* capite de remedijs ad icterum, sulphur in potu commendat *ἐπιπασσόμενον ὕδατι*, hoc est, *aquæ inspersum*: sed & planè ridiculum & à ratione alienũ foret existimare, icterum seu morbũ regium insperso fronti Sulphuris cochleario sanari.

Cap. cxxv. *τὴν ζέσιν τοῦ οἴνου*] Plinius itidem de Pumicis viribus agens, lib. 36. cap. 21. postquã ex Theophrasti autoritate prodidit, potores in certamine bibendi pręsumere farinam Pumicis: sed, nisi immenso potu impleantur, periclitari, subdit, *tantam, eodem autore, ei refrigerandi naturam esse ut musta feruere desinant Pumice addito*. Attamẽ Theophr. lib. hist. 9. cap. 19. posteaquàm retulit EVdemũ Chium, qui vna eademq; die viginti duas veratri potiones sumpserat, neque vomitu neque secessu purgatum fuisse: quia post septimã veratri potionem Pumicem hausisset acri aceto respersum, rursúmque eundem resumpsisset mero dilutum & maceratum: non de vini mustive liquore, sed quouis alio hoc memoriæ prodidisse videtur: quòd si quis in feruẽtem vinum Pumicem iniecerit, feruorem non ad tempus tantùm, sed ex toto restinguet. *Extant enim*, inquit ille, *potentissime & spiritum omnem spuma conceptum in sese recipit & absumit*.

C. cxxvi. *ἀμμωνιακὸν τὸ θραυστόν*] Sal iste quẽ *ἀμμωνιακὸν τὸ θραυστὸν* vocauit Dioscorides, (ego natione Ammoniacum verti) nomẽ hauddubiè sortitus est ab Ammonia Libyæ regione Mediterranea, per cuius sitiẽtia detractis arenis olim inueniebatur. Quanquã enim & alibi nascebatur, attamen ei à Medicis palma perhibebatur, qui in eius Cyrenaici tractus desertis arenosisq; locis eruebatur, circa quæ delubrum erat Iouis Ammonis oraculo celebre. Plinius verò, lib. 31. cap. 7. eundem Salem maluit ita dictum, *quòd sub arenis inueniretur*. Sed & ipsam illam regionem *ἀπὸ τῆς ἄμμου*, *ab arenoso* inquã *& squalenti solo*, quo ferè tota pręditа est, nomen obtinuisse nemo est qui nesciat.

σχιστόν τι] Isthæc aliter videtur legisse Plinius. Sic enim ille de Sale Ammoniaco, ibidem: *Similis est colore* (Corn. legit *corpore*) *alumini quod schiston vocant*.

καλλίστευει δὲ Τατταῖον] Hanc lectionem confirmant Plinij de Salis generibus varijs agẽtis hæc verba, loco citato: *Marinorum maxime laudatur Cyprius à Salamine: at e stagnis Tarentinus & Phrygius, qui Tatteus vocatur*. Est autem Straboni, lib. 12. post Garatiam Austrum versus lacus nomine Tatta, Cappadociæ maiori vicinus, iuxta Morimenos, in Phrygia maiore, à quo quidẽ lacu Sal ille Tattęi cognomen sibi vendicauit. Aldinus codex pro voce, *Τατταῖον*, habet, *πτηνὸν*, *ἢ πετραῖον ἢ γαγγαῖον*. quas quidẽ voces expressit Ruellius. Attamen omnino expungendæ videntur, & earum loco vulgatam lectionem retinere satius est.

τῷ μᾶλλον ἢ ἧττον διαφ.] Gal. x 1. simpl. inter ma-

rinum & fossilem Salem differentiam hanc esse scribit, quòd Salis fossilis essentia magis compacta sit, quàm marini, proindéq; partium crassitudo & astringendi vis in illo maior sit.

... πενθρήνας] Cornarius haud satis aptè, πενθρήνας, *ossium carnem* hoc loco interpretatur. Aldinus codex habet, πενθρήνας, pro quo, mutata nonnihil voce vocisque casu, legendum iudico, τενθρήνας. Sic enim vocat Aristoteles, 9. de hist. anim. insectorum aculeatorum genus quoddam, crabroni vespæve haud absimile. Nicáder in Ther. nisi mendum subest, πεμφρηδόνα nominat: apud Hesychium etiam ἀνθρήνη alio nomine appellatur. Ego malui, seruata voce Græca, Tenthredines vertere, quàm cum Gaza Arist. Interprete, *Teredines*, nullo quod sciam Latini Autoris exemplo. Marcellus ἀνθρηνῶν, hoc loco legendũ censuit, quoniam ἀνθρήνη *crabronem* significat, & Plinius Salis vires recensens, vesparum simul & crabronum meminit, his verbis: *Aduersus crabrones vero uel uespas, similiaque ex aceto*, &c.

Cap. cxxvii. ἐπίφυγμα δέ τι ἁλὸς ἀφρῶδες] Pro, ἀφρῶδες, legendum hauddubiè, ἀφρῶδες. Gesnerus etiam in corollario de Halosachne, pro, ἐπίφυγμα, ἀπόφυγμα, seu ἐξάνθημα, legendum suspicatur. Galenus & Paulus ἁλὸς ἄχνην scribũt esse, ἐπάνθισμα seu ἐπάνθημα τῶν ἁλῶν, hoc est, *Salis spumosam velut efflorescentiam*. Salem enim plurali τῶν ἁλῶν numero designari constat. Plinius aliàs *Spumam salis* nominat, aliàs *Spumam maris aridam*. Nos eo nomine Salem è marina spuma genitũ intelligimus.

λεπτομερεστέρα δ' ἐστί] Gal. lib. 11. simpl. Spumam salis multò tenuiorum esse partium scribit, quàm salem ipsum, proindéque magis extenuare & discutere: at minùs cõstringere. Plinius, lib. 31. cap. 9. posteaquàm salis vires etiã fusiùs quàm Dioscorides ipse persecutus est: *Ad omnia*, inquit, *spuma salis utilior iucundiorque*.

Cap. cxxviii. ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ] Sic Plin. lib. 31. cap. 8. *Muriam apud Mediterraneos fontium aquæ marina eam pensare* scribit: quanquam idẽ, proximè præcedẽti capite, (si eadem est cum Muria Salsugo seu Salsilago, de qua loco illo agit) *aquas marinas salsiorem esse atque in distare* scripserat.

Cap. cxxix. καταφέρεται δὲ τοῦ Νείλου] Cordus, in tractatu de Halosantho, legendum ex Plinio censet: δοκεῖ δὲ ποταμίων, quoniam, inquit ille, *Flos salis res fluuialis nõ est, sed marina*. Sic verò Plinius, de Salis flore, lib. 31. cap. 7. *Aegyptus inuenitur, videturque Nilo deferri, & fontibus tamen quibusdam innatat:* quo loco quod de lacubus aut stagnis hic refert Dioscorides, idem de fontibus Plinius recitat.

... καθάπερ τοῦ χνοῦ] Plinius, loco citato, posteaquã de fauilla salis, ceu leuissima & candidissima salis parte, paucis mentionem fecit, de altero salis Flore scribit, in hęc verba: *Appellatur & Flos salis in totum diuersa res humidiorisque naturæ, & crocei coloris aut rufi, velut rubigo salis, odore quoque ingrato, ceu gari, dissentiens a sale, non modò à spuma*. Hũc eundem salis Florem, ὀξὺν φάρμακον esse etiã testantur Galenus & Paulus.

... δὲ ἐμφαίνει] Non solùm rubrica, sed etiam testa trita Florem salis adulterari solitum scribit Plinius, loco suprà citato, his verbis: *Adulteratur tingiturque rubrica, aut plerunque testa trita*, &c.

... λιθωδέστερος] Cum Gesnero, in Coroll. de Halosantho, ἀντὶ τοῦ, λιπαρώτερος, λιθωδέστερος, vti, teste Goupylo, in altero veteri codice habetur, legendum existimaui: maximè cùm & ipse vetus Interpres & Serapio atque etiã Hermolaus ita legisse videantur. Huc adde quòd verisimile est, cùm Flos salis crocei sit coloris, pilos vix inalbare: at cùm maxima extergendi vi polleat, rationi magis consentaneum est, pilos crassiores durioresque extenuare. Sed amplius quiddam de eodem Salis flore, quod ad pilorũ corruptionem spectat, refert Plinius, his verbis: *detrahit & ex palpebris pilos efficacissime*.

Cap. cxxxi. Ἀφρὸς δὲ νίτρου] Ἀφρὸς νίτρου nomine Dioscorides & Aphronitrum & ἀφρὸν νίτρου, hoc est, *nitri spumam* priuatim dictam comprehendere videtur. Vtrunque tamen, ἀφρόνιτρον, inquam, seu ἀφρονίτρον, ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ νίτρου seu λίτρου distingui oportet, non quidem, vti voluêre nõnulli, quòd Nitri spuma factitia sit, illud verò fossile, sed, quemadmodũ testatur Galenus, 9. simpl. quòd Flos seu Spuma nitri (vtrouis enim modo & ἀφρὸς νίτρου & ἄνθος νίτρου Galeno dicitur) alba sit & triticeæ farinæ similis: Aphronitron verò neutiquam farinæ speciem habeat, sed quiddam coactum compactũmque sit. Plinius inter spumam nitri & Aphronitron nihil discriminis agnouisse videtur. Sic neque Martialis in suo illo pentametro:

Spuma vocor nitri, dicor & Aphronitrum.

ἢ ἀφρῶδες] Malim, καὶ ἀφρῶδες, vti legerunt Oribasius & Serapio.

... μετὰ κυμίνου] Vel legendum, ... μετὰ κυμίνου καὶ πόσιν μετὰ ὀξυμέλιτος ἢ ἡδύσματος ... διαφορὰν &c. Vel, ... μετὰ κυμίνου ἢ ... διαφορῶν ... καὶ πόσιν μετὰ ὀξυμέλιτος ἢ ἡδύσματος. Hoc certè quidẽ modo Plinius videtur legisse. Sic enim ille, lib. 31. cap. 10. *Discutit & tormina, si decoctum bibatur pondere drachmæ cum ruta uel aneto uel cumino*. Plerique verò Interpretes, ac inter cæteros Serapio, ἡδύσμα hoc loco *sapam* interpretantur: at nos cum Cornario & Marcello ἀντὶ τοῦ ἀνήθου accipi oportere iudicauimus.

... ἐπίχρισμα] Sic Plinius, loco citato, vbi fusiùs multò naturam ac vires nitri & Aphronitri persequitur: *Contra algores horroresque prodest, manibus pedibusq; confricatu cum oleo*. Rursúmque: *Perungi ante accessiones, frigidas nitro & oleo multi præcepêre*.

κυνοδήκτοις ἰᾶται σὺν] Plinius ibidem: *Contra canum morsus, addita & resina, initiis cum aceto illinitur*.

... καὶ δοθιῆνας] Plinius: *furunculos admistum resinæ extrahit, aut cum uua alba passa, nucleis eius simul tritis*.

... μίγνυται καὶ ἄρτῳ] Nitri vsum in linguę paralysi aliter exponit Plinius, hisce verbis: *Paralysi in lingua cum pane imponitur*.

Cap. cxxxii. ... καὶ ...] Horum pleraque, quę in genere de Fæce profert Dioscorides, aceti Fæci priuatim tribuit Plinius, lib. 23. cap. 2. Paulus aceti Fæcem in totum Fæce vini valentiorem magisque astringẽtem esse scribit. Plinius de eadem: *Fæx*, inquit, *acetis pro materia acrior sit necesse est, multòque magis exulceret*.

ἡ δὲ κεκαυμένη] *Cremata uires amplıat: siquidem cre-*

mistio illi multum virium adijcit, inquit Plinius, loco modò citato. Sed & crematione causticam vim ascifcit, teste Paulo: qui quidem crematam fæcem σφέκλην alio nomine vocitari scribit. Sed φέκλην potiùs legendum esse, tum ex Suida, tum ex verbis Critonis à Gal. recitatis, cap. 8. lib. 1. τῶν κατὰ τόπους, licet colligere. Ita porrò φέκλα dicitur, quasi fęcula, voce nimirũ à Latinis deriuata.

CAP. CXXXIII. ἐὰν μὴ λυθῶσιν] Malim, ἐὰν μὴ λυθῶσιν τὰ φύματα, nempe, ὄγκους.

ἐκ τῆς χάλικος μυλαίου] Plinius, lib. 36. cap. 6. *vtiliorem* scribit *Calcem è molari lapide*: quo loco fortasse legendum, *è marmore*. Ibidem verò damnat *è silice; vtilioremque* subijcit *esse ex effosso lapide, quàm ex ripis fluminum collecto*. Sed de vtilitate in structura tectorijsque potiùs, quàm in Medicina agere eo loco videtur.

καυστικὴν, ἐσχαρωτικήν] Viuæ seu inextinctę Calci, quæ ἄσβεστος cognominatur, eædem tribuuntur vires à Galeno, 9. simpl. At, eodem teste, Calx extincta maximéque inueterata minùs & vrit & crustas inducit: calfacit tamen etiamnum, carnémque liquat. Quòd si sæpiùs abluta fuerit, omnem morsum deponit, egregiè citra morsum erosionémve exiccans.

CAP. CXXXIIII. ἐμπλαστικήν] Gypso vires easdem tribuit Galenus, 9. simpl. verùm si crematum fuerit, non æquè emplasticá vim habere, attamen tenuiorum esse partium, valentiúsq; exiccare scribit. Esse autẽ Gypsum duplex, quod è lapide coquitur, & quod è terra foditur, monent Theophr. de lapid. & Plin. lib. 36. cap. 24.

CAP. CXXXV. αἱμάτων] Marcellus, nescio qua ratione, ἀντὶ τοῦ, αἱμάτων, τραυμάτων reponendum suspicatur. Sed nos vulgatam lectionẽ retinendam censuimus, maximè cùm & lixiuium ficus idẽ Dioscorides *contra præcipitationes vtiliter propinari* anteà, lib. 1. cap. 187. disertè scripserit.

CAP. CXXXVI. πέντε γένεσιν εἶδη] Plin. lib. 32. cap. 8. quatuor tantùm Alcyonij genera recenset, ac illud silentio præterit, quod fungo simile hoc loco describitur. Sed & idem ipse reliquorum generum notas inter se planè confundere videtur. Rursum & quartum, quod optimum censet, spongiæ putri simile, penè purpureum, vocari Milesiũ scribit, cõtrà quàm Diosc. qui tertio Milesij appellationem tribuit. At Galenus in recensendis Alcyonij generibus à Dioscoride minimè discrepat: addit tantummodò secundum genus figura esse oblongius eo quod primo loco recensetur, quod ipsum ex Serapionis verbis etiam colligitur. Sic & tertium compage molli esse admonet.

τὸ δ' ὕστατον] Orib. sic habet: τὸ δὲ τέταρτον καὶ ὕστατον. Ita & Serapio de quarti & quinti Alcyonij viribus simul agit, ac vtrique vires easdem tribuit. Galenus, 11. simpl. quarto easdem quas tertio vires ascribit, sed longè imbecilliores: quintum verò omnium calidissimum censet, vt etiam altè cutem erodat & exulceret.

CAP. CXXXVII. ποταμογειτόνων ἀδάρκης] Gal. 11. simpl. quouis genere hanc vocem efferri monet, masculino quidẽ genere ἀδάρκην, seu ἀδάρκον, fœminino ἀδάρκην, neutro ἀδάρκιον. Sed & varia nomina eidẽ tribuit locis alijs. Nã & λιμνήστιον, & λιμνῶδες, seu etiã, vt Aëtius, λιμνήστιδα nominat, scilicet ἀπὸ τῶν λιμνῶν, hoc est, *à paludibus* in quibus nascitur. Insuper & καλαμόχνουν dici posse scribit idem Galenus, lib. 1. τῶν κατὰ γένη. cap. 2. quòd arundinibus adnascatur. Plinius itidem καλαμόχνουν nominat, quasi arundinum lanuginem, (quidã ἀπὸ τῆς ἄχνης. i. *spuma* καλαμάχνην maluit:) sed fallitur, dum Adarcam Latinam esse vocem existimat, lib. 32. cap. 10. his verbis: *Inter aquatilia dici debet & calamochnus, Latinè Adarca appellata.*

ὥσπερ ἐπίπαγος] Sic & Galenus Adarcen scribit esse, οἷον ἀφρὸν πεπηγότα ὕδατος ἁλμυροῦ, hoc est, *veluti spumam concretam aquæ salsuginosæ*. Plinius verò, modo citato loco, *nasci* tradit *circa arundines tenues è spuma aquæ dulcis ac marinæ, vbi se miscent*: & lib. 20. cap. 22. *in cortice calamorum sub ipsa coma nasci*, quod & antè scripserat, lib. 16. cap. 36 dum de arundinibus ageret hisce verbis: *Est & in Italia*, inquit, *nascens Adarca nomine palustris in cortice calamorum sub ipsa coma*, &c. Sic enim ex illo loco priùs citato hunc restituendum censeo.

καθόλου δὲ ἐστι δριμὺ] Vim etiam causticam illi tribuit Plinius, lib. 32. cap. 10. Galenus etiam, 11. simpl. scribit propter acrimoniam & insignem caliditatem nunquam intrò sumi, sed interdum alijs admixtum foris adhiberi.

CAP. CXXXVIII. τῶν δὲ σπόγγων οἱ μὲν] Aristoteles, lib. 5. hist. animal. cap. 16. triũ generũ Spongias recenset, spissas videlicet, raras & quas Achillæas nominant. Hunc secutus Plinius, lib. 9. cap. 45. tria quoque facit Spongiarum genera, *spissum* inquàm, *in quo genere prædura & asperæ τράγοι vocentur, mollius μανὸν & tenue, densumque, ex quo penicilli, Achillæum.* Verùm idem, lib. 31. cap. 11. eodem etiam modo Spongiarum genera distinguit, quo & noster Dioscorides, nempe in marem & fœminam.

ὁ πυκνὸς δὲ καὶ ἀλυτὸς] Lego, ὁ χαῦνος δὲ καὶ ἄλυτος, vt ἄλυτος per ι legatur, nõ itẽ cum Lacuna per υ, & χαῦνος opponatur τῷ πυκνῷ, quod paulò post sequitur. Sic & inferiùs vbi legitur, νέοι καὶ πυκνοὶ, legi malim, νέοι καὶ χαῦνοι, quanquã & πυκνὰ Spongias dicere possis, quæ à cochleis exiguis & id genus animalculis mundatæ sunt.

οἱ δὲ παλαιοὶ ἄχρηστοι] Plinius contrà, lib. 31. cap. 11. de Spongijs verba faciens: *Recentes*, inquit, *discutiunt, molliunt, mitigant. Veteres conglutinant vulnera*, nisi fortè cum Cornario pro, *conglutinant*, legendum, *non glutinant*.

CAP. CXXXIX. καὶ βαπτόμενον] Cornarius & Marcellus legisse videntur, ἐξελθὸν γενόμενον, καὶ βαπτόμενον ὥσπερ πυρούμενον, ὥσπερ ὕδατι σιδηρος ὑπὸ τοῦ περιεχομένου ἡμᾶς ἀέρος· quasi voluerit Dioscorides, quemadmodum ferrum candens aqua temperatum mersúmve solidatur, ita & Corallium mari exemptum cumprimùm ab offuso aëré tactum est, durari & concrescere. Ego verò cùm eiusmodi lectio nullius, quod sciá, veteris exemplaris fide confirmetur, tum probabili ductus coniectura, tum & vetustum Dioscoridis Interpretem imitatus. pro, βαπτόμενον, legere malui, λιθούμενον seu πετρούμενον. Sic enim sensus is rectè constat, quem nos in Latina versione expressimus. Atque illud ipsum est, quod Ouidius, 5. Metamorph. hisce versibus declarauit:

Nunc quoque Curalijs eadem natura remansit,
Duritiem tacto capiant ut ab aëre, quódque

Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum:
Rursumque, lib. xv.
Sic & Coralium quo primum contigit auras
Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.
Solinus etiam, in Polyhistore, fruticem hũc scitè admodum scribit, *quantisper fuerit in aquarum profundo, fluxum esse & tactu propè carnulentum: deinde ubi in supera tollitur, natalibus derogatis lapidem fieri.* Inde quoque Corallium, quod λιθόδενδρον nominat Theophrastus, quibusdam λιθόδενδρον dictũ est, & alio nomine, vti Metrodoro, ita & Plinio, Gorgonias appellatur, propterea quòd Gorgonas in lapides versas fingant Poëtæ.

ἐμφερὲς αἰθεικῷ] Placet Cornarij coniectura, qui, σανδυκίζον pro, αἰθεικῷ, reposuit, maximè cũ & Serapio ita legisse videatur. Rubentem siquidem, seu è puniceo rubescentem colorem exprimere voluit Dioscorides, qualis nusquam in asphodeli flore conspicitur, quem ἀσφόδελον vocat, quique è contrario candidus est.

τῷ χρόᾳ ψαφαρὸν] Cornarius legit, τῷ χρόᾳ εὐχρόν. Ego voces illas, τῷ χρόᾳ, ceu redundantes expungere contentus, ψαφαρὸν ex Plinio *scabrosum* conuerti. Sic enim ille de Corallio, lib. 32. cap. 2. *Probatissimum quàm maximè rubens, & quàm ramosissimum, nec scabrosum aut lapideum, vel rursus inane aut concauum.*

κοιλώματα καὶ ἕλκη] Aut, vti vult Cornarius, redundant hæ voces καὶ ἕλκη, huc, ni fallor, ex proximè præcedenti lineâ perperàm translatæ, aut, quod magis placet, addendũ, ἀναπληροῖ. Nam & Plinius, loco citato, de Corallio agens: *vlcerum caua explet: cicatrices extenuat.*

Cap. cxli. ὁ Φρύγιος λίθος] Fallitur Plinius, *dum Phrygium lapidem fingendis vestibus tantùm vtilem esse* scribit, lib. 36. cap. 19. Nã & ad vsus medicos plurimùm valet, quos Græci Medici silentio minimè præterierunt.

πλύνεται δὲ ὁ λίθος] Aliam vrendi lapidis Phrygij rationẽ repeto ex Gal. 4. lib. κατὰ γένη. cap. 5. quo loco medicamentum aridum ad tuendam oculorum valetudenem descr bit.

Cap. cxlii. ἐξανθοῦσα] Hunc Asiæ petræ florem farinę tenuissimę comparat Galenus, ix. simpl. qualis pistrinorum parietibus adhærescit, atque ex ipso sapore salso eum oriri conijcit ex rore marino, qui primùm lapidi insideat, ac deinde à Sole siccetur.

σαρκοφάγος] Hinc etiam lapis Assius, ab Asso Troadis vrbe circa quam nascitur sic dictus, quique idem est cum hoc nostro Asio, veluti testatur Galenus, Aëtio, lib. 7. cap. 39. Celso, lib. 4. ca. 24. & Plinio lib. 2. cap. 96. itẽ que, lib. 36. cap. 17. Sarcophagus appellatur, idque ab effectu, quòd carnes exedat, & corpora defunctorum condita in eo absumi constet intrà quadragesimum diem, exceptis dentibus, siquidem scripto Plinij fides tribuenda est. Sed interdum Assium seu sarcophagum lapidem ab Asio perperàm videtur distinxisse Plinius, qui de vtroque seorsum egerit.

ἐξαίρονται] Ista minimè ad ... referri oportere patet ex ijs quæ sequuntur, idcóque pro, ἐξαίρονται, legi malim, ἐξαιρεῖ ..., &c. Itémque pro, ..., ...: atque ita rectè constabit sensus, quem nos expressimus, longè aliter atque Ruellius.

Cap. cxliii. Πυρίτης λίθος] Pyritæ nomen tribuit Plinius lapidum generibus, è quibus percussis ignis excutitur. Sed cuius hoc loco meminit Dioscorides is est, quem *Marchasitum* Arabes appellant, quémque idem ipse Plinius, lib. 36. cap. 19. duũm constituit generum, vnum argenteo colore, cuius etiam meminit Aëtius, & alterum aureo.

Cap. cxliiii. ...] Lacuna ex vetusto codice restituit, ..., quam lectionem etiam secutus videtur Serapio. At Oribasius, Ruellius, Marcellus, Cornarius vulgatam lectionem illi planè contrariam retinẽt, cui etiam suffragatur Plinius. Is enim de Hæmatitę agens, lib. 36. cap. 20. *Vritur*, inquit, *vt Phrygius, sed non restinguitur vino.*

ἐν τῇ χρόᾳ] Lego, ἐν δὲ τῇ χρόᾳ, vel, ἔπειτα δὲ τῇ χρόᾳ. Vult enim Autor fraudem seu adulterium duplici modo deprehẽdi, & scissilibus venis, & colore ipso. Atque illud, ..., quod priùs habetur, tale quid desiderari satis indicat.

ὁ δ' αἱματίτης] Vt vt sit, Gal. 9. simpl. Theophrastum secutus, Hęmatitẽ à sanguinis, scilicet concreti, coloris similitudine sic dictum scribit: alij quòd sanguinis fluxum sistat, vel quòd attritus aquarijs cotibus sanguineũ reddat succum.

Cap. cxlv. δύναμιν δὲ ἔχει αὐτῷ] Schistos & hæmatites cognationem habent, inquit Plinius, lib. 36. cap. 20. & ea quidem cognatio non solius est formæ, sed & virium, nisi quòd infirmiorem esse Schiston Medicis omnibus est in confesso. Veruntamen quamuis infirmior est Schistos, quem *fissilem lapidem* Celsus nominat, oculis nihilominùs affectis, potissimúmque inflammatis, teste Gal. ix. simpl. vt hæmatites mitior est, ita & accommodatior.

Cap. cxlvi. ...] Sic Gal. ix. simpl. Gagatem scribit igni admotum persimilem bitumini odorem exhibere. Nicandri etiam Interpres, dum accensus vtitur, ... καὶ ... Plinius verò de eodem verba faciens, lib. 36. cap. 19. *Cùm vritur*, inquit, *odorem sulphureum reddit, mirúmque* (nam & hoc addit) *accenditur aqua, oleo restinguitur:* id quod de Thracio lapidę, proximè sequenti capite, refert Dioscorides.

εὑρίσκεται δὲ ἐν Κιλικίᾳ] Legendum hauddubiè, ἐν Λυκίᾳ, vti etiam legerunt Marcellus & Cornarius. Nam præterquàm quòd iuxta Geographos Gagas seu Gagates seu Gangis & oppidum & fluuius est Lyciæ, ita etiam legi oportere ex Galeno, Plinio & Nicandri Interprete Diphilo satis supérque constat. At Galenus quidem, ix. simpl. Dioscoridem ipsum citãs, Gagatem scribit in Lycia reperiri ad fluuium nomine Gagatem, quem tamẽ fluuium se vidisse negat, quamuis Lyciæ totius littora parua nauicula legerit. Plinius autẽ, loco nuper citato, *Gagates*, inquit, *nomen habet loci & amnis Gagis Lyciæ.* Diphilus itidem Nicandri Scholiastes Gagatem ... à Nicãdro in Theriacis vocatum scribit, à ciuitate Lyciæ, cui nomen Gagas aut Gangis. Fit & apud Strabonem lapidis Gangitis mẽtio, qui idem esse videtur. Cæterùm ex ijsdem locis colligo, in sequentibus pro disiunctiua particula, ἢ, legendum, καὶ, hunc in modum: ... δὲ ... καὶ ... ἔχων.

Cap. cxlvii. ... δὲ ...]

Attamen scribit Gal. 9. simpl. cap. de gagate, Thracium lapidē nullius esse in Medicina vsus.

ἐμπρῆσαι δὲ ἐλαίῳ.] Idipsum tradit Nicander de Thracio lapide, quem *πόντιον λᾶαν* appellat, in carminibus à Galeno citatis eodem illo loco, nimirum si vratur aqua affusa, totum flagrare, oleo verò restingui. Plinius, qui hoc etiam Gagatæ tribuit, vti antè monuimus, idem ipsum de Thracio lapide refert, hisce verbis, lib. 33. cap. 5. *Calx aqua accenditur, & Thracius lapis, idemque oleo restinguitur.* Sed & Aristoteles, lib. de aud. mirab. aut quisquis est eius libri Autor, In Scytharum Medorúmque regione Thracia dicta fluuium esse tradit nomine Pótum, in quo lapides reperiantur, qui, contrà quàm carbones è ligno confecti, dum vruntur, siquidem follibus sufflentur, citissimè extinguantur: sin aqua irrigentur, flagrent dilucidiùs.

CAP. CXLVIII. *μάγνης λίθος.*] Plures alios Magnetis lapidis etiam Medicos vsus recenset Plin. lib. 36. cap. 16. Galenus quoque, IX. simpl. hæmatitæ vim illi tribuit. Porrò Magnes, Græcis *μαγνήτης* seu *μαγνῆτις*, quibusdam *μαγνησία*, alijs *μάγνης*, appellatus est vel ab inuentore Magnete, quod à Nicandro traditum est, teste etiam Plinio: vel à Magnesia terra, in qua primùm inuentus esse creditur: quam sententiam sequitur Lucretius, lib. 6. Sed & ab eiusdem Magnesiæ Heraclea oppido *ἡρακλεώτης*, seu *ἡρακλεία λίθος*, alio nomine dictus est. *σιδηρῖτιν* verò appellant, ob eam quam habet ferri attrahendi efficaciam, contrà quàm Theamedes, qui quidem ferrum respuere & à sese abigere creditur.

CAP. CXLIX. *ἔοικεν ἐλέφαντι ἀσπίλῳ.*] Lego cū Lacuna, *ἐλέφαντι ἀσπίλῳ*, hoc est, *ebori minimè maculoso.* Sed hunc eundem Arabum lapidem, qui & Arabica gemma Plinio dicitur, tum Galenus, IX. simpl. tum etiam Plinius, lib. 36. cap. 21. simpliciter ebori similem scribunt.

C. CLI. *γαλακτίτης λίθος.*] Hinc etiam nomē obtinuit. Nam scribit Gal. IX. simpl. Galactitæ lapidi nomen inditum, quòd in succum solutus lactis speciem referat, vti melititæ, quòd succum remittat dulcem mellitumque. Cæterùm huius lapidis varios vsus, quos hic siluit Diosc. ex Plinio repete, lib. 36. cap. 19.

CAP. CLII. *ὁ μόροχθος.*] Galaxiam, qui idem est cum Morochtho, quem Galenus & Aëtius *μόροχθον* appellāt, Plinius cum Galactite confudit, lib. 37. cap. 10. *λευκογραφίδα* verò herbam esse falsò opinatus est, lib. 27. cap. 11. cui vires easdem tribuit, quas huic lapidi noster Dioscorides. Porrò hunc *λευκογραφίδα* icircò dictum refert Aëtius, quod cùm subuiridis appareat, si ad corem affricetur, aut ad asperius pallium, locū inalbat. Idipsum voluit Plinius, cùm scribit, lib. 37. cap. 10. *Morochtes porracea lacte sudat:* quo loco fortasse, *Morochthus*, rectius legas.

καὶ αἵματος ἀναγωγάς.] Addo, vt ista sibi rectiùs cohæreant, *καὶ πρὸς αἵματος ἀναγωγάς.*

CAP. CLIII. *λίθος ἀλαβαστρίτης.*] De hoc lapide sic Plinius, nominis etymon satis supérque explicans, lib. 36. cap. 8. *Onychem lapidem*, inquit, *aliqui Alabastriten vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optime ea incorrupta seruare dicitur.* Itémque, lib. 13. cap. 2. *Vnguenta optime seruantur in alabastris.*

CAP. CLV. *ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ.*] Idem lapis tum Galeno, tum & Aëtio, quoniam in Palæstina Syriæ nascatur, Syriacus dicitur: eiúsque & masculi & fœminæ mentio fit apud Gal. lib. 10. *κατὰ τόπους.*

ἐλαίας πυρῆνι ὅμοιος.] Iudaicum lapidem, quem glādis effigie describit Diosc. sub Tecolithi nomine, *oliuæ nucleo similē* facit Plinius, lib. 37. c. 10.

τοὺς ἐν κύστει λίθους.] Hinc *θρυπτικὸς* dictus Paulo & Aëtio, vti etiam Plinio. Attamen Gal. IX. simpl. experientia teste, negat ad vesicæ calculos quicquam profecisse, esse verò ad eos qui renes obsident non parum efficacem. Aëtius itidem in vesicæ calculis nihil eximij præstare testatur, quam tamuis ad vesicæ calculos ipsum tantoperè Nechepsus extulisset. Plinius simpliciter citato loco, *bibentium* (sic enim legendum pro, *lingentium*) *calculos frangere pellerèque* scripsit.

CAP. CLVI. *ἀσβεστον ἀμίαντος.*] Eiusmodi, si non planè idem, fuit linum carpasium, quod negat Pausanias, lib. 1. τῶν περὶ Ἀττικῶν, itémque illud viuum, *ἀσβεστινον* ex argumento naturæ Græcis vocatum, e quo mappas solitas confici testatur Plinius, lib. 19. cap. 1. quæ quidem sordibus exustis splēdescerent igni magis, quàm possent aquis. Plutarchus, in lib. de defect. oracul. queritur suo tempore huius lapidis, quem Carystium vocat, venam desijsse glomos lapideos proferre, è quibus fila nebantur, cùm tamē ex eo mantilia, plagulæ retiáque olim contexerentur, quæ vsu sordidata dum in flammam conijciebantur, inde nitida splendidáque efferebantur, nedum comburerentur aut quicquam igni deperderēt. Apollonius itidē ex autoritate Taci in mirab. hist. è lapide Carystio mappas factitatas scribit, quæ igni immissæ, haud secus ac aliæ aqua lotæ, à sordibus mundabantur. Addit verò, eundem illum lapidem augescere circa plenilunium, rursúmque luna decrescente minui.

CAP. CLVIII. *λαβεχίδιος λίθος.*] Memphitem inter marmoris genera numerat Plin. lib. 36. cap. 7. quo loco: *Vocatur & Memphites*, inquit, *à loco, gemmantis naturæ. Huius vsus, conteri, & ijs quæ vrenda sint aut secanda ex aceto illini. Obstupescit ita corpus, nec sentit cruciatum:* quibus verbis, ex aceto illinendum monet.

CAP. CLIX. *ὅτι ἐν διαύγειᾳ.*] Dum rationem reddere nititur Dioscorides, cur lapis iste vtroquis modo nomines, à Luna denominationem sit sortitus, non satis perspicuus ac mihi vtilis fortasse videtur. Icirco Gesnerus, in lib. de lapid. ita potiùs legendum putat. *ὅτι ἐν διαύγειᾳ αὐτῆς νυκτὸς ὑπὸ τῆς σελήνης αὐξανομένης καταυγάζει*, hoc est, *quòd immentatur noctu, dum plenæ Lunæ imaginem reddit:* aut etiā *ὅτι ἐν αὐξήσει αὐτῆς νυκτὸς πλησίον ὑπὸ τῆς σελήνης αὐξανομένης καταυγάζει*, *quòd noctu effulgente Luna splendens reperiatur.* Attamen varijs de causis neutra lectio mihi satisfacit. Isidorus Selenitem lapidē ex eo dictum putat, quod interiorem eius candorem cum Luna crescere atque deficere aiunt. De eodē sic Plin. lib. 37. cap. 10. *Selenites ex candido translucet, melleo fulgore, imaginem Lunæ continens, redditque eam in dies singulos crescentis minuentisque numero: nascique putatur in Arabia*, &c. *Ἀφροσέληνον* vocat Galenus, 9. simpl. quasi in quem Luna despumet. Idem porro esse videtur qui eidem Gal. lib. 9. de anat. admin. *διαφανὴς λίθος* ex eo dict. est, quòd perspicuus esset, ac vitri modo

modo transluceret. Ibi enim corpus, quod dextrum cerebri ventriculum à sinistro disterminat, scribit, λίθον λεπτὸν, ὡς ὁπόταν ἐν φωτὶ λαμπρῷ τεθῇ ... Hoc est, adeò esse tenue, ut si in clara luce dissectio administretur, splendorem transmittat lapidū translucidorum modo, qui in tenues lamellas secti fenestris accommodantur. Et certè quidem id genus lapidibus in tenues seu exiles crustas fissilibus Antiqui in fenestris pro specularibus vitri loco vtebantur, quibus aerem quidem excluderent, lumen verò transmitterent. Atque hoc ex argumento lapis specularis Plinio dicitur: Paulo, corrupta voce, ... seu ...: Aetio simpliciter διαφανὴς appellatur. Sunt & qui eūdem esse cum Phengite existimauerint: quanuis vtrumque distinxit Plinius, lib.36.cap.22.

CAP. CLX. ἴασπις φλέγματι] Plinius, lib.37.c. 8. ex Iaspidum generibus omnes in vitio esse scribit cæruleas, aut crystallo similes, aut myxis. Quo quidem loco similes myxis dixisse videtur, quas Diosc. ἐοικότας φλέγματι. Siquidem μύξα Græcis significat crassiorem pituitam mucúmve, qualis curè naribus fluit, aut in cochleis ac testudinibus visitur.

CAP. CLXI. ἀετίτης λίθος] Plinius, lib.36. cap.21. posteaquam Aetitem distinxit in marem & fœminam, eiúsque quatuor genera recensuit, Africum, Arabicum, Cyprium & Taphiusium: *Aetitæ, inquit, omnes grauidis adalligati uberibus, vel quadrupedum in pelliculis sacrificatorum animalium continent partus, non nisi cùm parturiunt remouendis: alioqui vuluæ excidunt. Sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt.* Attamen, lib.10.ca. 3. non nisi aquilæ nido direptis lapidibus hisce vim medicam tribuerat: quod ipsum rursus, lib.30. cap.14. confirmare videtur, dum scribit in hunc modum: *Lapis Aetites in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum insidias.*

μεγάλως ὠφελεῖ] Aetius, qui alioqui caput hoc ad verbum trāscribit, pro, ..., habet, ...

CAP. CLXII. ὀφίτης λίθος] Plin. lib.36.c. 7. Ophitæ marmor] *serpentium maculis simile, unde & nomen accepit.* Deindeque paulò pòst: *Duo eius genera, molle, candidum, nigricans durum. Dicuntur ambo capitis dolores sedare adalligati, & serpentium ictus. Quidam phreneticis ac lethargicis adalligari iubent candicantem. Contra serpētes autem à quibusdam laudatur præcipuè ex his quem Tephrian appellant, à colore cineris.* Hæc icicircò ex Plinio trāscripsi, vt illum etiam, æquè ac Diosc. Ophitæ tria genera agnouisse quiuis intelligat. Quanuis enim duo tātùm priore loco constituerat Ophitæ genera, nihilominus tandem & tertium subiecit. Siquidem τεφρίαν appellat à colore cineris, quem Autor ... hoc loco describit.

CAP. CLXIII. ... λίθος] Sic Plin. lib. 3.c.19. *Spongiæ lapides molithos* (aut, vti legit Cornarius, *cystolithos*) *uocant, quoniam uesicæ medentur: calculos rumpunt in uino poti.* At Gal. id tantummodò de renum calculis fatetur, ac mendacij etiam insimulat eos qui spōgiarum lapidibus vesicæ calculos comminuendi vim tribuerunt: & tamen idem ipse hanc eandem vim paulò pòst ophitæ lapidi ascribere non veretur.

CAP. CLXVI. ... καυστική] Goupyli codex alter habet: ..., minus rectè, ... Sed, ξηραντικά, potius legendum suspicor. Aetius certè quidem, 1.tetr.ser.2. de Smyride sic habet: ... (scribitur enim eo loci per ι, vti & apud Galenum) ... hoc est, *At Smyris quippiam habet acre, proptereàque crustas & exiccandi in prædictis remedijs admiscetur.*

CAP. CLXVII. ἀμμοχωσίαι] Hoc curationis genus, quod per arenam perficitur, Paulus ψαμμισμὸν nominat, lib.3. cap.48. in curatione Hydropis. At Orib. collect. lib.10.ca. 8. ἀμμοχωσίαν vocat, nec tantùm hydropi, sed & plerisque alijs morbis ex nimia humiditate profectis accommodat.

CAP. CLXVIII. ἀκόνη ναξία] *Naxiæ quidem cotis retrimentum*, inquit Paulus, *refrigeratoriū esse creditur, adeóque virginum mammas & puerorum testes cohibere. Oleariæ uero cotis* (ἐλαιακόνην nominat) *retrimentum, ceu detersorium, alopecias conferre.* His verbis quod in genere protulit Diosc. ita distinguit Paulus, vt alias aquariæ, alias oleariæ cotis vires esse doceat.

CAP. CLXIX. λίθος γεώδης] Plinius, lib. 36. cap. 19. Geodis lapidis peculiariter meminit ex argumēto sic appellati, *quòd terrā intra se amplectatur.* At deinceps cap.21. ipsum inter aetitæ genera complecti videtur, qui tamen ex argumento nominis distingui debuit.

CAP. CLXXII. μελιεῖον καλοῦσι] Quā Diosc. μελιεῖον nominari scribit, Plinius Syropicum appellat. Sic enim, lib.35. cap.16. *Samiæ*, inquit, *duæ sunt, Syropicon & quæ Aster appellatur.*

CAP. CLXXIII. ἀμβλυωπίας τῆς αἰσθήσεως] Tertius hic casus, τῆς αἰσθήσεως, ἀμβλυωπίαν, potius quàm, ἀμβλυωπίᾳ, legendum esse satis supérque indicat id quod rectè animaduertit doctiss. Cornarius. Alioqui enim legeretur, ἀμβλυωπίαν τῆς αἰσθήσεως, vti habetur, lib.7.cap.1. ἀμβλύνουσι τὰς ..., & apud Athenæum, lib.2. ἀμβλύνουσι τὰς ὄψεις. Huc adde quod Plinius de Samio lapide agens, lib.36.cap.21. *vertigines*, inquit, *sedat, mentésque commotas restituit.* &c. Quod si ita est, simul & semel organa sensuum hebetare vix credibile fuerit.

CAP. CLXXVI. γῆ κιμωλία] Cimolia terra seu creta, à Cimolo vna è Cycladū insulis sic denominata, duplex cùm sit, alba inquàm & ad purpurissum inclinās, albam esse existimauerim, quam Hipp. ob vim abstergendi qua pollet, σμηκτρίδα γῆν appellat: siquidem & Erotianus & Galenus in Gloss. Hipp. σμηκτρίδα seu σμηκτρίδα γῆν, τὴν Κιμωλίαν exponunt. Theophrastus eandem fortè σμηκτρίδα γῆν nominat, quippe qua fullones in detergendis, eluendis atque poliendis vestibus, ceu smegmate, vterentur. Plin. lib.35. cap. 17. Inter Cretæ genera Cimoliam recenset, cuius duo facit genera ad Medicos pertinentia, candidū, inquàm, & ad purpurissum inclinans. Laudat verò plurimùm Thessalicā & Lyciam. Reliquarū vsum tantùm in vestibus esse scribit, nempe Vmbricæ, eius quam saxum vocant, & Sardæ: & hanc quidem omniū Cimoliarum vilissimam, illas pretiosiores esse asserit.

CAP. CLXXVII. ... τῆς Ἐρετρ.] Eretriadem quæ cinerea est Diosc. intelligit. Gal. cúm

que secutus Paulus terram Pnigitem, à Pnigeo vico Libyæ Mareotidis sic dictam, atram esse asserunt.

Cap. clxxx. *ἡ μηλιὰς ἐρετριάδι*] Meliam terram, à Melo insula sic dictam, Autor cineream Eretriada colore imitari scribit. Plin. contrà, libri 35. cap. 6. *Melinum* (sic enim Meliam terram is appellat) *candidum esse voluit, eamque eundem in Medicina usum habere, quem Eretria creta*. Autor verò, vim aluminosam eidem tribuit.

καὶ λεῖος δὲ μαλακῆς] καὶ illud, ceu perperàm trāspositum, ita suo loco restituendum: *μαλακὴ δὲ καὶ ψαθυρὰ ἀλιθώδης*, &c. Est enim in terræ cuiusuis apud Medicos receptæ electione illud communiter obseruādū, vt recens sit, mollis, friabilis, liquoris cōtactu diluī facilis ac minimè lapidosa.

Cap. clxxxi. *οὐδὲ βραδέως τακεῖσα*] Postquam Plinius, lib. 35. ca. 16. *Ampelitida experimentum* esse monuit, *si ceræ modo accepto oleo liquescat*, alterum illicò subdit, nempe *si nigricans color maneat tostæ*.

καὶ ἀπὸ ἀμπέλων χρίσεις] Hinc etiam, testibus Galeno & Aëtio, nomen obtinuit. Siquidem hæc terra non icircò Ampelitis dicta est, quòd serendis vitib. apta sit, sed quia *ἴπας*, hoc est, *vermiculos gemmantium vitium oculis infestos* enecet, nēpe si ipsorum oculorum radici, vti voluit Gal. aut potiùs, quemadmodum Aëtius, ipsarum vitium radicibus illinatur. Sed & pharmacitis alio nomine dicta est ex eorundem sententia, quòd terris aliis efficaciorem vim medicamentosam obtineat. Galenus eam & multum à terris alus differre & propè ad lapidis essentiam scribit accedere. Cæterum ex eo quòd Ampelitidem & Plinius loco citato facit bitumini simillimam, Posidonius bituminosam appellat: nōnulli carbonem esse fossilem existimauere, id quod varias de causis mihi vix persuaserim.

Cap. clxxxii. *αἰθάλη, λιβανωτοῦ*] Iuxta vetustorum codicum & ipsius Pauli lectionem *καὶ τὸ στυπτικόν*, quæ vox habebatur in vulgatis exemplaribus, restituimus *δριμύ*, maxime cum apud Autores reliquos, qui Fuliginis huiusmodi meminêre, nulla fieret astrictionis mentio, sed tantummodo facultatis septicæ, vrentis ac discussoriæ.

καὶ κατὰ γλαυκῶν] Apud AEginetam, lib. 7. capite de Fuligine, quam *αἰθάλην* etiam nominat, legitur, *καὶ κνησμοὺς*, quo loco Oroscius, *καὶ ψωρώδεις*, reponēdum arbitratur. Sic verò Paulus à Dioscor. verbis alioqui nihil euarians: *ἁρμόζει δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βλεφάρων ψωρώδει*.

Cap. clxxxiii. *πρὸς τῶν κόμμι*] *πρὸς τὸν λίθον*, legitur in Paris. cod. Sed verisimilior omnino est vetusti codicis lectio, *πρὸς τὸ κόμμι*, quam etiam retinuit exemplar Aldinum. Alioqui non foret iusta fuliginis, quæ totius medicamēti basis est, ad ipsum gommi proportio.

IN LIBRVM ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΩΝ.

περὶ δηλητηρίων φαρμ.] Si Cornarij, Guillandini & plerorumque doctorum virorum testimoniis fides habetur, Dioscorides horum de venenis tā assumptis, quàm ictu morsùve inflictis tractatuū Autor, non is est Anazarbæus qui priores libros quinque de re medica cōcinnauit, sed alius eiusdem nominis, siue is fuerit qui Galeni patrum ætate vixit, sicut testatur ipse Galenus, in Glossis Hipp. siue quis alius, qui quidem suis therapeuticis libris hos fortasse tractatus subiunxerit. Icircò & nos à præcedentibus quinque de materia medica voluminibus duos hosce posteriores, ceu diuersi argumenti, libros seiungimus, adeóque cum Cornario ceu supposititia expungenda censemus, quæ ad nexum horum librorum cum præcedentibus in ipso statim procemio à nonnullis perperàm adiecta videntur. Sed &, nisi firmus fuisset exemplarium omnium quotquot occurrêre consensus, libenter, ipsius Cornarij exemplo, posteriorem theriacum tractatum huic Alexipharmaco præposuissemus, tum quoniam præfatio proximè sequentis libri ita fieri oportuisse palàm testatur, tum quia & Nicāder, Paulus & Aëtius eundē sunt secuti ordinem, vt theriacis alexipharmaca postposuerint. Porrò cùm manca esset huiusce libri inscriptio, quasi de venenorum assumptorum præcautione, non item de eorundem curatione in eo ageretur, iis verbis, *καὶ τῆς αὐτῶν προφυλακῆς*, nos, *καὶ θεραπείας*, meritò adiunximus.

τοὺς κακοτρόπους] Ruellius & Marcellus, *κακοσμοτρόπους*, seu potiùs, *κακοσμίας*, legisse existimantur. Lacuna legit in vetusto codice, *κακουργοῦντας φαρμάκοις*. quæ quidem lectio mihi satis arridet: quoniam velle videtur Autor, veneficos, dū suam fraudem celare student, venenis suis factitiis commemorata illa simplicia, ceu cognatam quodammodo venenis qualitatem sortita, permiscere: eóque consilio dolum hunc adhibere, vt si qua in venenis insignis qualitas deprehenditur, ea simplicibus illis potiùs quàm venenis ipsis imputetur. At Cornarius vulgatam lectionem retinet, & *κακοτρόπους φαρμάκοις* interpretatur, *ignaua, inualida, quæque nullam vim nullam obtineant*: sed huius generis haudquaquam esse recensita medicamenta nemo non videt.

τὰ κατηρτυμένα] Siue, *κατηρτυσμένα*, legas, siue cum Cornario, *κατηρτυμένα*, parum interest. *κατηρτυμένα* certè quidem, hoc est, *condita*, legitur apud Paulum, qui totidem verbis isthæc omnia videtur transcripsisse, lib. 5. cap. 27.

ἀποδιωθοῦν γίνονται] Sic legit Manardus, sensu penè nullo. Cornarius, *ἀπροσδόκητοι*, restituit. Ego cū Paulo, qui cap. modò citato locum hunc illustrat, *ἀναφανεῖς*, legi malim: quanuis eo ipso loco Andernacus, *ἀναφανεῖς*, legendū existimauerit. Siquidem aliud nil voluêre tum Dioscorides, tum & ipse Paulus, quàm, si quis aquæ quod satis est præsumpserit, expleta inde nimia appetentia facilè deprehensurum singulorum quæ deinceps in cibo potionéve assumpturus est qualitates intensas, adeóque ipsas vitaturum.

ἕτερα δὲ πῶς] Lego, *ἐπειδὴ δέ τις ἐστὶν ἀπροσδοκήτως. δεῖ γὰρ ὅτε*, &c. Sic Paulus: *ἐπειδὴ δέ τις ἐστὶν προφυλακτικὸς ἀδυνατεῖ ἐγχεῖν γὰρ τοῖς* &c.

ὁ πεγάνου φύλλα] fortassis etiam addi debuit rutæ foliorum & iuglandium numerus, quandoquidem caricarum numerus ascribitur, adeóq;

sic legendum, ἢ πηγαίου φύλλα κ' καὶ χλωρῶν δυοῖν βαλανῶν τὸ ἴσον, ἢ ἁλῶν χόνδρον, &c. In sanctuariis (inquit Plin. lib. 23. cap. 8.) Mithridatis maximi Regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti e duabus nucibus siccis, item ficis totidem & rutæ foliis uiginti simul tritis, addito salis grano, & qui hoc ieiunus sumat, nullum uenenum nociturum illo die, &c. Hanc eandem Galen. Apollonio Muri acceptam refert, lib. 2. de antid. cap. 43. ac eius rursum mentionem facit, lib. 2. de alim. fac. cap. 28. & lib. de cibis boni & mali succi, cap. 14. Aëtius ipsissimam compositionem ex Stratone describit, Tetr. iiij. serm. 1. cap. 46. Sed eam præclarè versibus his expressit. Q. Serenus Sammonicus, cap. de venenis prohibendis:

Antidotus uerò multis Mithridatia fertur
Consociata modis: sed Magnus scrinia Regis
Cum raperet victor, uilem deprendit in illis
Synthesin, & uulgata satis medicamina risit:
Bis denis rutæ frondes, salis & breue granum,
Iuglandesque duas, totidem cum corpore ficus:
Hæc oriente die parco conspersa Lyæo
Sumebat, metuens dederat quæ pocula matri.

ἀεὶ ἀκίνδυνον] Addit Paulus, καθ' ἡμέραν τῶν Αἰγυπτίων κυάμων μέγεθος, hoc est, antidota quę deinde commemorantur tutò admodū præseruare, *si cum uino quotidie fabæ AEgyptiæ instar assumantur.*

ἐν ὑπαίθροις] Dum subdialia loca designat Autor, hic sub arboribus quidem fercula coqui struive voluit: quoniam interdum ex pinu piceáve, aliisque id genus arboribus, haud secus ac è contabulationibus, insecta mortifera delabuntur, vti admonet Paulus, cap. de venenis.

τὰ οἰνηρὰ ἀγγεῖα] Non vinaria tantùm vasa, sed & ea è quibus aqua hauritur, aut quibus opsonia incoquuntur, iccircò diligenter operculari oportere probè monet Paulus, loco modò citato.

ἀνταγωνιζόμενα τοῖς ἑλκοῦσι] Cum Lacuna & Marcello legendum esse, τὰ ἑλκοῦντι τῶν σωμάτων, patet ex iis quæ sequuntur. Cur enim ista impediant, quominùs corpora vlcerentur, ratio statim subiicitur. Attamen apud Paulum legitur, τῇ κακίᾳ τῶν φαρμάκων ἀνταγωνίζονται, hoc est, *malignitati uenenorum obsistunt:* quam quidem lectionem Cornarius prætulit.

δριμυτάτου καρδάμου] Post, καρδάμου seu καρδαμώμου, addit Paulus, καὶ μάλιστα τοῦ οἰνάνθου: id quod etiā interferendum censui, quò arctior esset nexus cum iis quæ sequuntur.

κωνείου] Apud Paulum pro, μηκωνίου, perperàm, κωνείου, hoc est, *cicuta* legitur. Cicuta siquidē graui quidem est prædita odore, at amarore, quod sciam, nullo. Papaueris verò succum insignem habere amaritudinem ac simul etiam odorē qui latè diffunditur, & Dioscorides & Paulus ipse alibi apertè testati sunt.

ὡς δεῖ πῶς ἢ δεῖ] Ista sic restituo: ὡς δεῖ πῶς μᾶλλον εἰδέναι ἑκάστοις, &c. Alioqui vix vllus sensus constaret. Paulus sic habet. ὥστε δεῖ γνῶναι ὅτι τὰ ἑκάστῳ ἁρμόζοντα εἶναι φάρμακα, hoc est, *ita ut hinc uia sit facilis ad singulis uenenis accommodata remedia:* qui quidem sensus à præcedenti non multùm euariat.

ἢ γλαύκιον] Isthæc, ἢ γλαύκιον, cum Cornario redundare, adeóque omittenda, aut aliud quidpiā substituendum iudico: glaucium enim hic nullo modo esse vtile, illius vires omnibus notæ satis indicant.

τῶν φαρμάκων δυνάμεις] Hoc loco placet sequētem periodum addere ex Paulo, qui cætera quoque hinc videtur transcripsisse: μετὰ δὲ ταῦτα γάλα δίδοται πίνειν, ὑπὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν τὸ φαρμακῶδες ὑπό τινος ἀμβλύνεται. id est, *Post hæc lac potui datur: huius enim ope quicquid noxium uenenatumque est, facilè alterabitur seu imminuitur.* Sed & Diosc. lib. 2. c. 77. lac recens tradidit efficax esse contra erosiones & inflammationes à medicamentis exitialibus factas, vti à cantharide, pityocampa, salamādra, buprestes, auripigmento, dorycnio aut ephemero, &c.

πρασίου χυλός] πράσου, legitur apud Paulum & Aëtiū. Sed siue, πράσου, hoc est, *porri*, siue πρασίου, hoc est, *marrubij* succum legas, parum refert. Siquidem Diosc. libro 3. cap. de marrubio, iis marrubium dari testatur, qui venena hauserint, aut à serpentibus demorsi fuerint. Idem ipse, lib. 2. cap. de porro, succum porri ex melle potum aut illitum tradiderat contra virulentarum bestiarū morsus auxilio esse.

ἢ σιλφίου] Adde ex sequentibus, quod errore librariorum transpositum videtur, καὶ ῥίζα, ἣν καὶ μαγύδαριν καλοῦσι. Silphij nanque seu laserpitij radix ita nonnullis appellatur: quanquā non ignoro & aliam esse radicem Libycam itidē magydarin dictam, laserpitij radici penè similem & eiusdem cum illa facultatis, vti præter Dioscoridem, lib. 3. cap. 94. Theophrastus & Plinius retulerunt.

καὶ ἄνηθος] Goupylus annotat in altero codice deesse, καὶ ἄνηθος: & hanc etiam scripturam Hermolaus, Marcellus & Cornarius minimè agnouerunt. Sed neque apud Paulum tale quicquam habetur. Fortasse verò ἀντὶ τοῦ, ἄνηθος, ex Aëtio, Tetr. 4. ser. 1. cap. 48. σκόρδιον, legere non abs re fuerit. Nam & Scordium maximè, si quid aliud, venenorū omni generi obsistere variis tum veterum testimoniis, tum etiam recentiorum experimentis constat.

ἀγαρικὸν τὸ μέλαν] Inter radices agaricum numerat Autor, quippe qui cum aliis non paucis Agaricum radicem esse falsò crediderit: at veriùs fungis annumerandum esse antea, in cap. 1. lib. 3. iam abunde monuimus.

πῶν δὲ καὶ λαχάνων] Marcellus addit, δένδρων, atque ita legendum censet, δένδρων δὲ, πῶν ἢ λαχάνων: taxus enim, cuius statim fit mentio, verè arbor est, non item herba aut olus. Apud Paulū habetur, ἐρνυδῶν δὲ καὶ λαχάνων. Ego verò apud vtrunque Authorem legendum potiùs coniicio, ἐρνυδῶν δὲ καὶ πῶν, seu, πῶν δὲ καὶ ἐρνυδῶν omissa voce λαχάνων. Nam præterquàm quòd in πῶν genere τὰ λάχανα recensentur, ad quid, quæso, olera hoc loco inter venenata reponentur, quum λάχανα herbæ tantùm sint esculentæ, venenatas verò omnes cibis abdicandas esse nemo dubitet? Voce autem ἐρνυδῶν plantas quaslibet, quę ramis quodammodò brachiatæ spectantur, comprehendimus, nempe arbores, frutices & ipsa quoque virgulta. Sunt porrò, fateor, Aristoteli de plantis, primariæ ac summæ plantarum species quatuor, δένδρα, θάμνοι, φρύγανα καὶ λάχανα, si modò locus mendo vacat. At rectiùs Theophrastus, dum totidem species plantarum recenset, tres quidē illas priores memorat, sed ἀντὶ τῶν λαχάνων,

φρυγάνων meminit, *suffrutices* vertit Gaza, nos interdum *virgulta*, aliàs *cremia* interpretamur, à cremando sic dicta, vti Græcis φρύγανα, quasi [illegible]. herbarum autem nomine, quę illi πόαι dicuntur, [illegible] καὶ τὰ λάχανα comprehendit. Verumenimuerò quoniam nonnulla in plantarum genere reponuntur, quæ ad nullam harum specierum referri rectè possunt, nos (quod obiter dictum velim) cum Costęo viro doctiss. de vniuer. stirp. nat. lib. 1. cap. 10. illam plantarum diuisionem mancam etiamnũ esse suspicamur, aut certè Theophrasto fuisse in animo, perfectarum solummodò plantarum species enumerare. Perfectas nomino, quæ primas & maximas habent plantarum partes, superficiem inquàm & radicẽ, vti imperfectas, quæ harum alterutra carent, aut certè carere videntur. Hoc in genere numerantur, fungi, tubera, epithymum, cassuta, viscum & cætera id genus, quæ nemo vnquam arbores, frutices, virgulta aut herbas esse iudicauerit.

[illegible]] Vterq; Goupyli codex hũc locum sic scriptum habet: [illegible], atque ita etiam legit Hermolaus. Cornarius verò rectiùs: [illegible] (alij [illegible]) [illegible]. Sic Diosc. taxum capite proprio nonnullis [illegible] appellari prodidit. [illegible] verò dictam, tum hic ipse de venenis Autor, tum etiam Paulus retulerunt.

σανδαράχης δύο] Dum sandarachæ duplicis Autor meminit, tum natiuam tum etiam factitiam ex auripigmento innuere videtur: quanuis fateor & alias esse sandarachæ Græcorum natiuæ differentias, tum in colore, tum etiam in figura. Enimuerò quædam valdè rufa & cinnabaris colorem referens conspicitur, alia minùs rufa & quasi sublutea. Rursum alia globosa est, qualis plerunque inuenitur, alia puluerulenta, cuius etiam Theophrastus ac Vitruuius meminerunt.

CAP. 2. *[illegible]*] Idem refert Paulus. At Nicander in Alexiph. [illegible] desiderat, nempe *cerebella suis & agni* &c. nec abs re: siquidem cerebella etiam multò magis quàm carnes ipsæ, quãtumuis probè coctæ, nauseam excitant. Aetius, tetr. 4. ser. 1. ca. 49. eiusmodi quidem carnes ad vomitum prouocandum laudat, sed ea ipsa etiam porcellorum cerebella commendat.

γλυκέος [illegible]] Ruellius cùm fortasse hanc passi mensuram, ceu parciorem, corruptam esse, vixque tot puluerum drachmas vna liquoris drachma dilui ac dissolui posse animaduerteret, passi mensuræ in sua versione planè non meminit. At rectiùs Cornarius, qui quidem pro drachma, κοτύλην, hoc est, *heminam* reponit, adeóque legendum censet, μετὰ γλυκέος [illegible]. Scribonius Largus remedij huiusce ad Cantharidas mentionem faciens, ad Samiæ cretæ P. iiij. passi cyathos quatuor desiderat: AEgineta Cimoliæ drachmas quatuor propinet cum melicrato: Diosc. in lib. 2. [illegible] [illegible].

CAP. III. *[illegible]*] Remittẽte sese demùm acerbitate mali, iámque decedẽte periculo, palmarum fructum exhibendum censet Dioscorides Nicandri fidus Interpres, quando scilicet iam Buprestidis symptomata desierint, & tumor ferè totus resederit. Tùm siquidem ille nõ leui astrictione interna viscera roborat, exiccat humoris vitiosi reliquias, ac denique calore suo non exiguo nostrum etiam non mediocriter adauget.

CAP. IIII. *[illegible]*] Paulus pro, [illegible], habet, [illegible], id est, *sermonis*: quam quidẽ lectionem secutus est Marcellus. At nostræ huic lectioni, præter Aëtium & Auicennam, suffragatur & ipse Nicander, hisce verbis: [illegible], *nam mens obtusa vacillat*.

[illegible]] Hæc symptomata, quantumuis frigida, Salamandræ haustum consequuntur, liquatis à calore præter naturam, acri inquàm & adurente, (quem illa excitat) cerebri humoribus, vel in caput aliũde subuectis, ac per neruos sparsis atque adeò illos obturantibus: non item, quia sit Salamandra frigida vi prædita, vti voluẽre nõnulli, ac inter cæteros Auicennas, qui curationem illi perinde atque opio adhibendam censuit.

[illegible]] Inter symptomata, quæ haustæ Salamandræ superueniunt, Aëtius & Plinius totius corporis pilorum defluuium præterea recensent.

ῥητίνην πιτυΐνην] Resina pinea occulta potiùs quàm manifesta qualitate cum Salamandræ veneno pugnat. Siquidem est illa non mediocriter calida: hoc verò supramodùm calidum atque etiam causticum, nedum sit frigidum, vt placuisse videtur Alberto, & ipsi quoque Mathiolo. An potiùs existimandum resinam non quidem veneni, sed symptomatum frigidorum quæ illud consequuntur, nempe torporis, paralysis & tremoris esse alexipharmacum?

[illegible]] Sic Aëtius: Sed Gorræus [illegible], id est, *lilio*, meritò restituit, [illegible], hoc est, *farina crassiore*, idq; ex Nicandro, cuius hæc sunt verba:

[illegible]
[illegible]
[illegible], &c. quæ sic Gorræus:

– & ipsam
Vrticam tenui conspersam polline, coctam
Ex oleo edisse, &c.

Quid quòd Diosc. 2. [illegible]. contra Salamandram potam [illegible], hoc est, *vrticæ folia cum hordeacea farina & oleo* exhibet?

χελώνης ᾠά] Non tantùm testudinis vtriusque tam marinæ quàm terrestris oua, sed & carnes ipsas Nicander commendat, coctas cum suum præpinguium carnibus seu visceribus. Vox enim [illegible], qua ille vtitur, modò *carnes*, modò *viscera*, interdum etiam *artus* ipsos significat. In EVporistis Dioscorides galbanum & marinæ testudinis sanguinẽ simul diligenter coquit & exhibet.

ἠρυγγίου ῥίζης] Ranis & eryngij radici Scammoniæ portiúculam addit Nicander, idque fortassis vt corpus vniuersum à putridis humoribus fœliciùs expurgetur, itáque venenum paulatim expellatur.

CAP. V. *[illegible]*] Scribonius Largus non quidem, [illegible], sed, [illegible], uidetur legisse. Sic enim ille, cap. 61. *Ephemerum*, inquit, *potum protinus quidem os prurire facit, veluti scilla tactum, postea etiam adurit, quasi pipere manducato*.

[illegible] αἱματώδη] Ephemerum haustum non tantùm sequitur cruentus alui fluxus, sed & ve-

mitur, teste Nicandro, per quos liquida vacuantur, aquæ in qua recens mactatæ carnes ablutæ fuerint similia: quæ quidem summam hepatis imbecillitatẽ arguunt, ex sententia Gal. lib. 5. de locis affect. Scribonius, loco modo citato, sanguinem Ephemero poto vndecunque manare testatur: *Qui Ephemeron, inquit, biberint, primùm sanguinem ab ore expuunt, deinde ex stomacho cruorem reijciunt, postea per sellas etiam abundantius eundem deijciunt.*

δριμὺς τῇ φύσει] Præcipuis symptomatis à Colchico illatis, nempe intestinorũ læuitati ac torminibus, tum ista, tum quæ sequuntur propè omnia mederi fit verisimile.

CAP. VI. *τρύχνον μανικόν*] Vti in stirpium historia Dioscorides Anazarbæus Dorycnium & Solanum manicum distinxit, & ceu plantas diuersas diuersis descripsit capitibus, ita & lib. *περὶ δηλ.* altero, vtriusque veneni diuersis capitibus propria & peculiaria tradit remedia: quæ tamen ferè omnia hoc loco vni Dorycnio accommodantur. Atque vel hinc patet, Dioscoridem horum librorum de venenis authorem, alium ab illo Anazarbæo extitisse, vti & antè monuimus.

γάλακτος ποιότης] Velle videtur Nicander, Dorycnion in ore ipso non tantùm lactis saporem, sed & colorem repræsentare, hisce verbis:

ἄλλα γε δὴ φράζοιο Δορύκνιον, οὗ τι γαλακτι
αὐτῷ τι βρωτῆς τι περὶ χροιὰ πάντα ἔοικεν.

quæ sic vertit Gorræus:

Nunc age contemplare Dorycnion, aspice primùm
Quàm color & gustus niueo sunt proxima lacti.

Annotat verò illius Interpres, Dorycnion, quod alio nomine *μελανόφυλλον* appellari refert, succũ reddere adeò tum colore, tum sapore, tum & odore lacti similem, vt vix ab ipso lacte discerni possit.

ὑγρότης] Apud Paulum, in Aldino saltem codice, legitur, *γλαύκης ξηρότης*: quanuis contrà quotquot occurrerunt interpretes *humiditatem* verterunt. Sed ei tamen lectioni suffragari videtur Nicander, qui quidem de eo qui Dorycniũ hauserit, *—οὐδέ τι ποσσίν*, inquit, *ξηρὸν στόμα βρέξαι*. Gorræus ita vertit: *—atque arentia negligit ora Colluere.* Vtra tamen lectio potior sit, in dubio relinquimus.

οἶνος χλιαρός] Apud Aëtium hoc remedium cum proximè sequenti iungitur: siquidem Interpres rectè transtulit. Sic enim ille: *passum tepidum cum aniso potum & amygdalis amaris tribus.*

CAP. VII. *γλυκαίνει περὶ γλῶσσαν*] Sic Aëtius: *Aconitum dum potatur, linguam edulcat cum quadam astrictione, deinde paulò post in lingua amaricat.* Scrib. verò Largus, cap. 96. *Aconiti gustus est austerus atque subamarus.* Apud eosdem Autores, vti & apud Nicandrum, longè plura poti Aconiti symptomata reperias, quàm quæ hic commemorantur.

ὀφθαλμῶν] Nicander: *καὶ δ' ἐν ὀφθαλμοῖς* [illegible] *ἱδρώς*: hoc est, vti vertit Gorræus: *Turpis ab ex oculis madidus delabitur humor.* id quod plerique ita interpretantur, quasi haustum Aconitum lacrymas cieat. Aëtius humores in oculis abundè prolicere, scribit. At Scribonius, hausto Aconito sudorem multum ac frigidum maximè circa oculos & frontem apparere voluit.

ἀειζώου] Sic & apud Diosc. 2. *περὶ δηλ.* legitur, ad haustũ Aconitum priuatim iuuare Sedi maioris flores cum vino. Attamen Paulus & Aëtius pro, *ἀειζώου*, habẽt, *εὐζώμου*. Ita & Catacuz. exemplar: & rectè quidem. Aptiùs enim erucæ, quàm semperuiui temperamẽtum, reliquorũ hic commemoratorũ simplicium temperamẽto respondet: quæ quidem omnia esse calida & sicca nemo non videt, ex quo etiam (sed nimis leuiter) infert Gorræus, Aconitum frigidum esse atque humidum: cùm tamen id è putrefacientium esse genere fateatur, quæ quidem omnia Galenus calida simul & humida esse, 5. simpl. apertissimè docuit.

σὺν μέλιτι ἢ καὶ] Paulus, *σὺν οἴνῳ*. Sunt qui legãt, *σὺν μέλιτι ἢ γάλακτι μετὰ καστορίου*, &c. quo quidem modo legit Marcellus. Nicãder opobalsamum lacte vel aqua diluit. In Diosc. *ἀντιφαρμ.* pro aconiti antidoto habetur inter cætera *ὀποβάλσαμον μετὰ γάλακτος*, *opobalsamum cum lacte*: rursúmque eodem cap. *ὀποβάλσαμον σὺν γάλακτι γυναικείῳ ἢ ὕδατι*. id est, *opobalsamum cum lacte muliebri aut aqua*: idque citra aliorum simplicium additionem. Et certè quidem ab hoc remedio distinguendum est id quod proximè sequitur, ex castoreo pipere & ruta: siue ista singula seorsim, siue simul omnia vsurpentur ex vino. Iccircò legendum hîc coniicio: *σὺν μέλιτι ἢ γάλακτι· καὶ καστορίου καὶ πεπέρεως καὶ πηγάνου ἀνὰ ὀλκὴ σὺν οἴνῳ.*

ἐν οἴνῳ ἀποσβέσαι] Diosc. 2. *περὶ δηλ.* ferri quidem recrementum oxymelite restinguit: ferrum verò, aurum & argentum, melle. Scribonius in aceto melli mixto ferri stercus vstum priùs infreruescere sæpiùs, & ita dari voluit.

καὶ ὄρνιθι καθεψηθείσῃ] Ista sic sonant, quasi voluerit Autor, lixiuiam cum vino & gallina decoqui. Paulus & Aëtius, rectiùs: *κονίαν σὺν οἴνῳ, καὶ ὄρνιθος καθεψηθείσης, ἢ κρεῶν λιπαρῶν ζωμὸς λαμβανόμενος σὺν οἴνῳ.* Dioscoridi quoque, 2. *ἀντιφ.* inter alia Aconiti alexipharmaca recensentur, *ὄρνιθος καθεψηθείσης εὐχυλοτάτης ζωμός, κρέως λιπαροῦ ὁμοίως.* Scribonius iure gallinæ pinguis vel bubulæ adiuuari scribit qui Aconitum sumpserunt. Iccircò & nos hoc loco legendum censemus, *καὶ ὄρνιθος καθεψηθείσης, ἢ κρεῶν λιπαρῶν βοείων ζωμὸς λαμβανόμενος σὺν οἴνῳ.*

ὑπὸ μὲν Ἡρακλεώ] Ista nos suo loco restituimus, quæ librariorum errore in proximum caput perperàm translata fuerant. Porrò & Diosc. lib. 3. de Chamæpity agens, qua perinde atque antidoto contra Aconitum Heraclios vti solitos scribit, has ipsas ei tribuit appellationes. *Χαμαίπιτυς*, inquit, *ὑπὸ δὲ ἐν Πόντῳ ὁλόκυρον καλοῦσιν, Ἀθηναῖοι ἰωνιάν, ἐν δὲ Εὐβοίᾳ, σιδηρῖτιν.* Easdem habet & Paulus, lib. 5. cap. 45. sed pro *ὁλόκυρον*, legit, *ὁλόκληρον*.

CAP. IX. *μετὰ τὸ ξηρανθῆναι*] Paulus rectiùs, *ξηρανθῶσιν*, quam etiam lectionẽ sequitur Cornarius: *ξηραίνω* enim, idem quod *κινέω*, significat. Sic inferiùs, cap. de pharico, *μετὰ τὸ ξηρανθῆναι αὐτούς*.

ἔλαιον σὺν ἀψινθίῳ] Iuxta aliorum etiam Interpretum sententiam *ἀντὶ τοῦ, ἔλαιον*, ex Paulo, Aëtio, itémque Diosc. ipso, *περὶ δηλ.* *οἶνος ἄκρατος* restituimus.

CAP. XI. *διδόντες μεταξὺ ἐμέσματα*] Annotat Goupylus hæc verba ita legi in antiquo codice: *διδόντες μεταξὺ ἐμέσματα, ἐν οἷς δίδομεν τὸ γάλα βόειον*, &c. At rectiùs legas cum Paulo, *μεταξὺ ἐμέσματα*. Sic enim ille: *διδόντες μεταξὺ ἐμέσματα, ἐν οἷς διδόντες γάλα βόειον ἢ ὄνειον &c.*

καὶ τὰ πεπερίου] Pauli lectionem prætuli, καὶ πεπέρεως καὶ πήγανον καὶ ὕδωρ μετ' οἴνου, ita vt ista remedia à præcedētibus seiūgātur. Cęterùm apud Aëtium vti plura symptomata haustæ Cicutæ reperias, quàm hîc à Dioscoride recenseantur, ita & plura remedia, quæ inde repetere vnicuiq; licet.

ἢ καρδαμώμου] Addunt nonnulli, ἢ ἀμώμου σὺν. ά. pro quo legendum, ἢ ἀμώμου < α'. sicuti legitur apud Aëtium, qui tamen cardamomum prætermittit. Dioscorides in Εὐπορ. post factam mentionem cardamomi', addit, κινναμώμου < α'. σὺν οἴνῳ. Paulò pòst, αὐτὸ τὸ, ἢ πάνθ' ως, lego, ἢ πάντα.

σὺν ἐλαίῳ ἢ γλυκεῖ.] Sic Dioscorides, in EVporistis. Paulus verò legit, ἐλαίῳ ἢ οἴνῳ ἀκρά. σὺν οἴνῳ ἢ γλυκεῖ. quomodo legit Corn. Aëtius σὺν οἴνῳ γλυκεῖ. Cornel. Celsus laser dat ex vino. At Nicāder, cum vino aut oleo silphij liquorem videtur exhibere, nisi fortè, quod voluit eius Græcus Interpres, silphij quidem liquorē cum vino, ipsam verò radicem tritam cum oleo exhibet. Sic verò ille: τὸ, τι ῥίζαν ἐνὶ ἐμπεσεῖ χεῖας. Gorręus: Et mitti succo [miscebis] quem Cyrenalis mittit. Ac rursum paulò pòst. ἄλλοτε δ' ἐν ὕδρῳ δίπτε κατ' ἀργῆτος ἐλαίῳ,
–Et cum claro calidum vere laser olim.

CAP. XIIII. Οὐκ ἀφρίως] Cur infausti nominis sit hoc Adagium, rationem subdit Aëtius: Est enim, inquit, eiusmodi amaracus accessio gravis omnino, quippe quæ falso risus prætextu præsentem & insperatam mortem molitur.

CAP. XV. συμπτώματα τοῖς πεπωκόσιν] Aëtius aliquantò fusiùs symptomata Hyoscyamo sumpto superuenientia prosequitur, vti & Auicennas. At Nicander ne vnius quidem meminit.

μελικράτῳ πολλῷ] Celsus, lib. 5. non mulsæ, sed mulsi meminit. Si, inquit ille, Hyoscyamum aliquis ebibit, feruens mulsum bibendum est, &c.

καὶ γλυκεῖ σὺν ὕδατι] Istud, σὺν ὕδατι, non habetur apud Paulum, neque id agnoscunt Marcellus & Cornarius: ac nos quoque redundare indicauimus.

κνίδης σπέρμα] Hîc vrticæ semen æquè ac nitrum videtur ex aqua exhiberi: at apud Diosc. in EVpor. ex vino: sic enim ille, κνίδης σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἢ τὰ φύλλα, vrticæ semen cum vino aut folia.

ὥσπερ οἱ τὸν οἶνον] Legimus cum Ægineta, ὥσπερ οἱ τὸν οἶνον πιόντες ἐκ πείρας.

CAP. XVI. μανδραγόρα] Longè plura epotæ Mandragoræ radicis, ac pomi etiam ipsius symptomata simul & remedia legas apud Aëtium.

ἀνθεμίδων] Teste Lacuna, legitur in vetusto exemplari, καὶ ἀνθρώπειν. quam lectionem, ceu vsui accommodatiorem, cum Cornario secuti sumus. Neutrius meminit Paulus. Aëtius verò odoraminis loco recenset pulegium cum ruta & castorio ex aceto.

CAP. XVII. τὸ μήκωνος ὀπὸν ἐκπιοῦσιν] Opij assumpti longè plura tum signa tum symptomata ex Nicandro & Aëtio repetere licebit.

σὺν οἴνῳ] Addunt nonnulli, ἢ γλυκεῖ. Diosc. in EVpor. καὶ γλυκεῖ. Sed neque Paulus neq; Aëtius tale quid habent.

CAP. XIX. φαρικὸν πεπωκόσιν] Quid esset Pharicum minimè expressit Dioscorides, vti neque Paulus, nec Aëtius. Pharicum certè quidem (ait Scribonius) dicitur ex compluribus componi, gustumque habere nardi. Inter simplicia tamē ipsum Autor cap. 1. recensuit. Quod ad etymon spectat. Nicandri Scholiastes Praxagoram citat, qui à Pharico quodam venefico Cretensi, ceu inuentore, sic vocatum scribit: iuxta alios vero, vel à Pharide Laconum, vel à Pheris Thessaliæ, vel à Pharis Arcadiæ oppido, vbi fortasse veneni genus id primùm repertum fuerit, ita dictum asserit. Athenæus, 3. Δειπν. nō quidem φαρικὸν, sed φαρικὸν nominat, ibidémque innuit, mala cotonea eiusce veneni vires infringere: id quod experientia compertum tradit.

ναρδ' ἀγρίας] Marcellus delet, ἀγρίας: & certè quidem Nicander & Scribonius Largus non nardo syluestri, sed nardo simpliciter assimilant. Nardum autem syluestre & asarum pro eodem accipi Dioscorides admonuit, 1. de mat. med. ca. de asaro. Scribonius verò nardum syluestre idem cum Celtico esse innuit.

Κιλικῆς, ἣν ἔνιοι ἀγρίαν] Apud Paulum, ἰνδικῆς, nō minùs falsò, quàm hîc, ἀγρίαν, legitur. Sic enim ille ναρδ' ου Κιλικῆς, ἣν ἔνιοι ἰνδικὴν, &c. Sed vtrobique ἀλιούγγας reponēdū videtur. Nā & Nardū Celticā ἀλιούγγας appellari testatus est antè Diosc. lib. 1. de mat. med. Itémq; Scribonius Largus Pharici remedia commemorans, cap. 195. Adiuuantur, inquit, lasi ab eo saluunca, id est, nardo syluestri, quæ plurima ex vino sæpiùs datur. Nicander in Alexiph. & Diosc. in Εὐπορ. nardi non quidem Celticæ, sed Ciliciæ radicem ad Pharicum probant: ideóque & hoc loco Marcellus pro, ναρδ' ου Κελτικῆς, ναρδ' ου Κιλικῆς, restituēdum suspicatur. quo modo & apud Paulum legi iam antè monuimus.

σμύρνης β' ὀβολ.] Pro eo quod habet hoc loco Dioscorides, myrrhæ obolos duos, apud Nicandrum legitur, σμυρνεῖον ἄνωθεν, hoc est, smyrnium probè tritum: nisi fortè σμυρνεῖον, non pro smyrnio planta, sed pro myrrha ipsa accipi debet.

CAP. XX. Τὸ δὲ τοξικὸν] Quale fuerit olim Toxicum, non est facile conijcere. Esse tamen plātæ genus Autor iam antè in proœmio innuere visus est: ac ipse quoque Galenus, lib. 2. de Antidot. ex Asclepiadis sententia, inter venena simplicia ipsum annumerat. Non esse tamē cicutam certum est: sed neque Napellum esse contendit Mathiolus, at potiùs Tusom Auicennæ. Qualecunque verò id sit, constat fuisse certi quoddam generis venenum, quod à quotidiano frequentioréque apud Barbaros in tingendas sagittis vsu Antiquitas sic appellauerit. Nicandri Scholiastes iccircò & alio nomine Σκυθικὸν appellari scribit, & τοξικὸν ex eo dictum annotat, quod sagittæ instar, id est, celeriter, in cibo sumptum potúsve interimat. Scribonius tamen τοξικοῦ nominis & aliam videtur afferre rationem, nempe quòd Toxicum potum dolorē creat omnium intraneorum, vel τῶν ἐγκάτων, id est, vel, traiectorum. Sed quod Plinius Toxicum à taxo arbore venenata dictum existimauit, longè absurdius esse videtur.

αἷμα χηνὸς τράγου] Diosc. in Εὐπορ. prętter sanguinem hirci aut capræ, sanguinis etiam meminit hœdi, anatis & canis, seu fortè anseris, χηνὸς, inquàm, nō, κυνός: quīquam & Diosc. lib. 2. de mat. med. nō anserinum modò sanguinem, sed & caninum contra toxicum epotum commendauerit.

φλοιὸς πρίνου] Diosc. in Εὐπορ. non quidem corticem ilicis aut fagi, sed earundem arborum folia in hunc vsum desiderat.

CAP. XXI. Ἰξίας δὲ ὁ] Aëtius post Ixiam de

vtroque Chamæleone tam albo quàm nigro agit, quibus alias quàm Ixiæ notas, alia itidem remedia assignat. Paulus & Ixiæ & Chamæleonis tantummodò nigri mentionem facit. Hic verò noster Autor in venenorum quidem censu & Ixiæ & Chamæleonis separatim meminit: at deinceps Chamæleonem vtrunque, ceu fortasse sub Ixia comprehensum, prætermisit, haud secus ac Nicander: qui de Ixia solùm, de neutro verò Chamæleone nominatim egit. Vtrunque certè quidem Chamæleontem Dioscorides Anazarb. lib. 3. de mat. med. Ixiam appellari prodidit: at in ἀλεξιφ. Ixiam conceptis verbis Chamæleonem nigrum interpretatur, eiúsque solius mentionem facit. Scribonius citra distinctionem, *Ixia*, inquit, *quam quidam Chamæleonta vocant*, &c. Hæc tanta opinionum varietas in causa est, vt, quod plantæ genus sit ἰξίας seu χαμαιλέοντος, vix affirmare ausim: quod & antè in libri 3. caput 10. admonuimus.

ἢ ὀξυμέλιτι] Vetus codex itémque Ægineta addunt, ἢ ὄξει, *aut aceto*, quam lectionem recipit Cornarius. Nicáder νεοθλιβεῖ γλεύκει, hoc est, *cum musto seu vino nouo*.

πηγάνου ἀγρίου σπέρμα] Nicander ipsa rutæ germina commendat, vti & polij florem.

ἢ προβατείου ῥητίνη] Nicander resinæ meminit, non modò terebinthinæ, sed & pineæ ac piceæ.

ἢ ναρδου] Aldinus codex hoc loco valde deprauatus est. Notato certè quidem puncto post ...ομένου, habet, ἐλατίνη ῥητίνη σὺν οἴνῳ, hoc est, *resina abiegna cũ vino*. &c. Aëtius, ἢ ῥητίνης τερμινθίνης ἢ νάρδου ... &c. Cornarius verò legit, ἢ ῥητίνης τερμινθίνης ἢ νάρδου, ἢ κεδρίου, &c. Quam lectionem cæteris ego prætulerim, ex mea versione videre facile fuerit.

ἀψινθίου χυλοῦ] Addunt alij, ἢ θαψίας, quam lectionem secutus est Ruellius: qui tamen etiam succi absinthij meminit. Paulus post, ἀψινθίου χυλοῦ, θαψίας χυλοῦ reponit, móxque subdit, ἢ ὄξος θερμὸν ποθέμενον, quasi acetum etiam calidum per se potum prosit. Marcellus & Cornarius illã Pauli lectionem sequũtur: sed hoc drachmarum duarum pondus ceu nimium suspectum habent, & meritò quidem: maximè cùm thapsia vsu nimio inter venena censeatur, & Dioscorides, lib. 4. mat. med. discrete scripserit, thapsiæ obolos tãtummodò quatuor dari. succi obolos tres. & liquoris obolum vnum. Quid quòd & idem chamelææ pondus modum omnem superat? quandoquidem, Serapione teste, chamelææ drachma vnica interimit. Quare tum hîc tum illic oboli pro drachmis reponendi videntur.

CAP. XXII. ἢ Περσικῶν δὲ ...] Ista quæ sequũtur, ceu planè corrupta, sic restituenda ex Paulo: ἢ Περσικῶν δὲ ... κάρυα ..., ἢ ... &c. Hos verò Persicorũ nucleos Nicander tritos ex oleo desiderat: sic enim ille: ... Περσείης ... Sic & Diosc. in EV po. quo loco habet, Περσικῶν ... ἐλαίῳ. At Scribonius Largus, c. 9... *Prosunt*, inquit, *& nucleorum Persicorum interiora ex vino trita atque pota quamplurima*. Cæterùm Asclepiades apud Gal. 2 de Antid. pro his Persicorum nucleis nuces regias exhibet, quas contra venena quoq; pollere nemo dubitat, quásque Diosc. lib. 1. etiam Persicas appellari testatus est.

ἢ τὸ ἐν ταῖς φύσαις] Legendum hauddubiè, ἢ τὸ ἐν ταῖς φύσαις τῆς πτελέας ὑγρὸν, non, τὸ ἐν ταῖς φύσαις. Paulus habet, τὸ πτελέας ἐν τοῖς θυλακίοις ὑγρόν. Sed & huiusce humoris intra vlmi folliculos contenti mentionem faciens Dioscorides, lib. 1. cap. de vlmo, τὸ ἐν ταῖς φύσαις εὑρισκόμενον ὑγρὸν nominat, φύσας appellans, quæ ille, θυλάκια.

CAP. XXIII. ἀλεκτορίδων ᾠά] Sic Paulus: ὠφελεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ ἀλεκτορίδων ᾠὰ ἀφροθέμενα καὶ ἐν ὀξυκράτῳ πινόμενα. At Cornarius ᾠὰ τε ..., aut certè quid simile reponit: & rectè quidem, siquid ego rectè iudico. Nam & Diosc. anteà, lib. 4. ca. 83. aduersus Fungos inutiles ὀρνιθείων κόπρον μετ᾽ ὄξους, itémque in EV por. ἀλεκτορίδων ἀφόδευμα σὺν ὀξυκράτῳ commendat. ... pro eodem dixit Nicander. Aëtius quoque certissimo Philagrij experimẽto aduersum Fungos cõprobatum scribit gallinaceum stercus albũ, tritũ ex posca aut aceto mulso. Sed & ipse Paulus, lib. 7. cap. de stercore, idem gallinaceum stercus ad Fungos præstanti remedio valere tradidit: dum scilicet ex oxymelite, aceto mulsóve vomitione Fungos educit.

μετὰ ἀριστολοχ.] Aristolochię drachmam vnam simpliciter ac per se vsurpat Dioscorides, in EV por. & quod proximè sequitur absinthium, non quidem cum vino, sed cum aceto, exhibet, tũ eo loco, tũ etiam 3. de mat. med. ita vt fortasse post illud, ..., hîc etiam legendum sit, ἀριστολοχίας ἢ ἀψινθίου ..., σὺν ὄξει.

καὶ μέλιτι ἐφθῷ] Lego cum Lacuna, ἢ μέλιτι, quo modo etiã habetur apud Diosc. in EV por. itémque apud Paulum. Sic enim vterque, καὶ μέλι τι ἀπεχόμενον καὶ πινόμενον. Quin & Isaacus inter Arabes mel simpliciter commendat in hunc eundem vsum.

μελισσοφύλλου τι σὺν οἴνῳ] Restituo ex Paulo & Aëtio, σὺν νίτρῳ, maximè cùm Diosc. tum in EV por. tum etiam 3. de mat. med. melissophyllon cum nitro contra Fungos bibi scripsisse constet. Huc accedit & illud, quod Galenus, 9. simpl. nitrum aduersus Fungorum strangulationes eximiè commendat. Quod verò sequitur ex panace remedium, Diosc. in EV por. ad panaces Asclepium nominatim restringit.

τρὺξ τι οἴνου] Diosc. in EV por. fæcem vini non vstam modo, sed & crudam commẽdat ex aqua.

χαλκάνθες] Catacuz. exemplar habet, χαλκοῦ ἄνθος, itidémque Paulus & Diosc. lib ἀλεξιφ. Nicander χαλκοῖο ... desiderat. Quin & Scrib. Largus cap. 166. inter Fungorum remedia pro atramento sutorio æris florem reponit. Neque dubito quin flos æris aliquo modo iuuare possit, quum, teste Diosc. quaternûm obolorum pondere crassos humores extrahat, quales scilicet Fungorum vsus gignere consueuit. Attamen quoniam 5. de mat. med. lib. de chalcantho agẽs Dioscorides, totidem verbis, καὶ μυκήτων (inquit) ... βοηθεῖ ..., hoc est, *aduersus hausta fungorum venena ex aqua potum auxiliatur*: & hîc quoque chalcanthum æris flori prætulerim.

ἢ καρδάμωμον] κάρδαμον hauddubiè legendum ex Paulo & Aëtio. Nam & folia καρδαμίδος in eũ vsum prædicat Nicander. καρδάμωμον nominat Diosc. in EV por. nisi fortè, κάρδαμον, legi pręstat. Cæterùm apud Paulum & Aëtium adduntur ad-

uersus Fungos à serpentibus aliisve bestiis venenatis arrosos, aut prope bestiarum eiusmodi latibula natos, aliòve quouis modo infectos nõnulla remedia, quæ ex ipsis Autoribus repetere vnicuique facile fuerit.

Cap. xxv. ὀδόντας βιβρωμένα] Paulus legit, βεβρωμένοι. Aëtij verò Interpres legisse videtur, καὶ οὖλα βεβρωμένα. Sed potior hauddubiè Diosc. lectio: siquidem vix quisquam crediderit, tam repentè dentes aut gingiuas erodi posse. Porrò Diosc. in Ἀλεξ. inter Taurini sanguinis epoti signa, vocis interceptionem, stomachi dolorem, prætereàque retentionem vrinæ numerat. Aëtius, oris ventriculi compressionem frequentésque conuulsiones.

πιτύρων παρασχ.] Contrà verò Galenus, 2. de antid. eos qui Taurinum sanguinem recentem hauserint, aceto sæpiùs poto & vomitionibus reiecto adiuuari scribit: quod ipsum repetit Oribasius. Verùm tùm demùm intelligendum conferre vomitum, cùm aceti ope coagulatus sanguis incisus, attenuatus ac dissolutus fuerit: priùs verò minimè tentandum esse vomitum, ac potissimùm vulgaribus ἐμετικοῖς, præter Diosc. Pauli & Aëtij autoritatem, ratio etiam ipsa per se dictat.

διδόναι δὲ ἐστι] Malim equidem, vt ne sequentes casus immutare sit opus; διδόναι δὲ δεῖ ἐστι &c. vel δίδοσθαι δὲ ἐστι &c.

σὺν ὀξυκράτῳ] Diosc. in Εὐπορ. σὺν ὀξει. Porrò quæ hîc diuisim leguntur, apud alios coniũctim scripta reperies. Sic enim Paulus & Aëtius, ἐλαιώδης σὺν ὀξυκράτῳ καὶ νίτρῳ δίδοται. Noster Autor nitro per se vtitur. Galenus nitri obolos duos in vino dissoluit: nitrum cum lasere dari scribit Plinius: itémque Diosc. in Ἀλεξ. νίτρον σὺν σιλφίῳ. Cæterùm Aëtius non tantùm grossos caprifici, sed & fici succum lacteum, aut rãmulos fici tritos ex nitro & posca exhibet.

πυτίαν λαγωοῦ] Diosc. in Ἀλεξ. Coagulum hœdi vel leporis è vino: Nicander coagulum capreæ, damæ, hœdi aut leporis vsurpat. Paulus, πυτία καὶ πυτία λαγωοῦ σὺν ὀξει, καὶ σιλφίου ῥίζα σὺν τῷ οἴνῳ, quam quidem lectionem & ego secutus sum. Aëtius coaguli quidem non meminit, at silphij radicem ex aceto sanguini Taurino resistere palàm asserit.

κράμβης σπέρμα] Plinius, lib. 20. cap. 9. *brassicæ sylvestris semen tostum contra Taurorum venena auxiliari* scribit. Nicander verò, simpliciter brassicæ semen cum aceto commendat.

κονύζης σπέρμα] Lego, φύλλα. Nã & apud Diosc. in Ἀλεξ. itémque apud Paulũ & Aëtium, pro conyzæ semine, conyzæ folia leguntur. At Nicander tamen conyzæ radicem expetit.

βάτου χλωὲς] Nicander rubi germinum tantũmodò meminit: sed verisimile est ex iis quoque succum exprimi voluisse.

καὶ ῥοιάδα] Paulus, κυμινόδοπα καὶ ῥοιάδα. Ruellius legisse videtur, κυκώνοντα καὶ ῥοιάδα, siquidem *strucuracea & flauda*, vertit. At Cornarius legẽdum cẽset, ἐκ ... καὶ ῥοιάδα. Ego verò αὐτῷ τῷ, καὶ ῥοιάδα, immutatis paucis, ... legendum esse suspicor. Nam & Albucasis, secũda parte Azarauij, Taurino sanguine poto egestiones quales croci diluti salutem promittere scribit.

κριθῆς] Cæteri etiam ferè omnes qui de venenorum remediis scripsêre, farinam hordeaceã in hunc vsum desiderant, vno excepto Galeno: qui quidem non, κριθῆς, sed θέρμων ἄλευρον, hoc est, *lupinorum farinam*, addito nitro in oxymelite decoquit.

Cap. xxvi. ἐμπαγὲν γάλα] Coagulatum lac intelligi par est, quod etsi liquidum adhuc est, recèns tamen admixti coaguli ratione intra ventriculum coire ac densari paratum est. Alioqui enim foris coagulatum lac, nisi fortè largiore copia ingestum fuerit, innoxium esse quotidiana docet experientia. Potest tamen & citra coaguli mixturam lac copiosiùs & aceruatim haustum in ventriculo cogi, & eadem quæ admixto coagulo inferre symptomata: maximè si crassius illud sit, ventriculi autem & hepatis intemperies calidior sicciórque fuerit.

πυτίαν σὺν ὀξει] Diosc. in Ἀλεξ. coagulum commendat leporis, aut hinnuli, aut hœdi, aut agni, aut capreæ, aut bubali, aut vituli, itidem ex aceto. Lib. verò 2. de mat. med. post enumerata illorum animalium prætereàque aliorum quorundã nomina, coagulum omne promiscuè coagulato lacti ex aceto resistere prodidit. At Gal. 2. de antid. coagulum ex aqua propinat, vel laserpitij & thymi æquas partes ex aceto mulso. Scribonius itidem coagulum agninum, leporinum, porcinũ ex aqua desiderat. Leporinum verò cæteris anteponit Gal. 10. simpl. Sic & Aëtius. *Huic*, inquit, *adhibetur coagulum omne, maximè verò leporinum, cum aceto potum. Etenim coagulum recenti lacti iniectum, ipsum cogit atq; densat: id verò quod iam coactum est, semper mutuo dissoluit.*

ἡδυόσμου τι] Menthæ meminit Nicander: mentham quoque cum aceto exhibet Diosc. in Ἀλεξ. alios verò subdit mentham cum vrina propinare. Attamen quam ille μίνθην, hic ἡδύοσμον citra discrimen nominat: quanuis inter vtranque vocem discrimen agnoscere videtur Plutarchus in Sympos.

θύμον τι σὺν ὀξει] Paulus, θύμον τι σὺν οἴνῳ. quam lectionem secutus est Ruellius. Porrò præter hoc loco recensita remedia, Diosc. in Ἀλεξ. vt & 5. de mat. med. passum copiosum commemorat. Vtrobique etiam acetum tepidum. Nicander aceti partem vnã & passi partes duas propinat.

τὴν πλοκοποιικὴν κονίαν] Paulus, πλοκῶν κονίαν. quasi *figlinam* aut *luto traiectam lixiuiam*. Sed tum hic, tum illic legendum hauddubiè, πιλοποιικὴν, per ι non per ο, vt intelligatur lixiuia, qua πιλοποιοί, hoc est, *pileorum artifices* & cæteri coactiliarij expurgandis lanis vtuntur: *lixiuium unde operantur coactiliarij* nominat Marcellus, cap. 14. Id genus autem lixiuij cæteris præfertur, siue quia ex cremata vini fæce paratur, adeóque acrius & maiore incidendi detergendique vi præditum est, siue quia ex lana succida, quæ in eo madet, quæque eo abluitur, partium tenuitatem adeóque insigniorem vim medicamentosam asciscit. Eapropter & Gal. 6. Meth. ad neruum punctum alterius medicamenti penuria eo se fœliciter vsum prodidit. Idem porrò lixiuiũ ab aliis etiam ὕδωρ πιλοποιικόν ὅθεν πιλοποιοῦσι, seu τὸ πιλοποιόν, ab Aëtio verò, σταχτὴ τῶν πιλοποιείων, appellatur.

Cap. xxvii. καὶ ἔπειγας τὸ οὖρα] Præter hæc symptomata Lithargyri veneno superuenientia, alia etiam commemorantur ab Aëtio & Auicenna, quæ ab Autoribus ipsis repetere facile

cuique fuerit.

ἑρμίνου ἀγρίου] Cùm in vulgatis exempl. haberetur, ἑρμίνου ἀγρίου σπέρμα ἢ πηγάνου, Goupylus hunc locum ita legendum cēsuit ex vtroque antiquo codice, Paulo, ac ipsis etiam interpretibus: ἑρμίνου ἀγρίου σπέρμα, σμύρνης < ἢ ὀβολοὺς, ἢ σελίνου σπέρμα, &c. quem quidē secutus est Ruellius. Aldinus codex pro, ἑρμίνου, habet, τερμίνθου, seu potiùs τερμίνθου, hoc est, *terebinthi*, quæ lectio Manardo placuisse videtur. Hormini simpliciter, & & sine addito ἀγρίου, mentionem fecêre Nicander & Diosc. in Εὐπορ. Apium verò syluestre desiderat hic idem Autor, in Εὐπορ. cùm tamen Nicāder, Paulus & Aëtius σελίνου simpliciter meminerint. Porrò prçter ista remedia Nicāder & Diosc. in Εὐπορ. ὑπερικὸν ὀρεινὸν, hoc est, *hypericum montanum* cōmendant: & hic quidem prætereà, limonium. Quòd ad myrrhæ dosin spectat, nimia certè videtur. Quamobrem pro drachmis, obolos potiùs vel duos ex Nicandro, & Diosc. in Εὐπορ. vel tres ex Aëtio reponēdos esse suspicor cum Cornario viro doctiss. Scribonius piper, myrrham & apij semen pondere pari in vnum miscet, ex eóque medicamento denarij vnius pondus dat in vini cyathis tribus quatuór ve quotidie potis. Cæterùm cùm citra controuersiam duo sint in curando Lithargyri veneno scopi, rosionem, inquàm, impedire, & corporis tumorem discutere, illa modò remedia ab Autore vt & à Nicandro proponuntur, quæ flatus discutiant, vrinas retentas prouocent, sudores promoueant, adeóque corporis tumorem siccando resoluant: rosionem verò inhibentia ideo fortasse prætermittuntur, quòd alibi iam ad nauseam vsque repetita fuêre, nimirum lac & quæcunque, ceu pinguia viscidaque, exasperata leniēdi ac velut oblinendi vim habent.

μετὰ ναρδου] Columbinum stercus laudat Aëtius cum vino & oleo, aut œnomelite & oleo. Dioscor. verò in Εὐπορ. ἀγρίων περιστερῶν κόπρον ἐνδιδόναι μετὰ νάρδου.

CAP. XXVIII. γάλα ποθὲν] Aëtius: *lac asininum recens mulctum bibitum & uomitione redditum*. Addit porrò Dioscor. in EVpor. mirificè iuuari qui ex auro lamellam perexiguam rotundam deuorarint. Huic enim Argentum viuum propter cognationem circunfusum & adhærescens, vnà cum auro per sedem prolabitur.

CAP. XXIX. καὶ ὑδράργυρον] In præfatione horum Alexipharmacωn Dioscorides itémq; Paulus, inter metallica venena adarcen & plumbum recensuerunt. Adarcen tamen vterquè hîc omisit. Vnus Paulus plumbi meminit.

ἢ ἀψινθίου] Ald. cod. habet, ἀνήθου, atq; ita quoque legitur apud Paulum: sed quicquid voluerit Manardus, lectio nostra potior est.

καὶ ὁ τῆς τράγου] Placet Pauli lectio, λιπαινόμενον ἢ τράγου: reliquæ voces redūdant, & à sciolo quodam contextui insertæ videntur, qui quod de trago frumentaceo intelligi debuit, ad tragi herbæ semen perperàm transtulit: sed neque patitur syntaxis, vt ista in nominatiuo casu efferantur. Apud Aëtium ἀλίκου, τράγου, χόνδρου legitur, non ita magno discrimine. Addit verò idem, decocta huiusmodi, protinùs vt assumpta sunt, vomitione reddi oportere.

CAP. XXX. θαλάσσιος λαγωός] Cornarius tum hoc caput, tum & duo proximè sequentia commodiore loco reponit post cætera ex animalibus venena, exemplo Pauli & Aëtij: qui vna eadémque serie venenata animalia persequuntur.

ἔμετος χολώδης] Vomitum frequentem & variis coloribus permixtum consequi refert Diosc. in Εὐπορ. Gal. in lib. de Theriaca ad Pis. à Lepore marino priuatim vlcerari pulmonem scribit, sicuti vesicam à cantharidibus: id quod tamen inter alia signa omisêre Dioscorides, Paulus & Aëtius. Verùm istam vlcerationem pulmonis fortasse consultò prætermisêre, quia tardiùs sese patefaciat: ea verò duntaxat signa & symptomata commemorare contenti fuêre, ex quibus illico veneni genus deprehendi posset.

ὄνειον, ἢ γλυκὺ] Rectiùs fortasse legas, ἢ γυναικεῖον, quemadmodū habetur in EVpor. Huc adde quòd & Plinius, Auicenna, itémque Rasis cōtra Leporem marinum lac muliebre commendarunt. Neque verò solum lac muliebre aut asininum, sed & caprinum atque bubulum pleriq; Medicinæ proceres in eum vsum prædicant.

μαλάχης ῥίζης] Maluæ non quidem radicis, sed caulis meminit Diosc. in Εὐπορ. Razis aquam decoctionis maluæ, itémque succum foliorum althææ commendat.

ἢ κυκλαμίνου] apud Paulum malè pro cyclamino legitur, peucedanum. Aëtius cyclamini radici pondus adiicit drachmarum quatuor, fortasse minùs rectè. Auicenna obolis octo, hoc est, scrupulis iiij. contentus est.

ἢ ἐλλεβόρου] Addunt alij, ἢ < α. ἐλλεβόρου, quo modo etiam legitur apud Paulū: Aëtius habet, veratri nigri drachm. j. aut Scammoniæ scrup. ij. cum bubulo lacte aut aqua mulsa. Cçterùm vtrique huic medicamento purganti Auicenna, Razis & Albucasis addunt agaricum, succum glycyrrhizæ & gummi tragacanthæ, atque ex his simul mixtis pilulas conficiunt, quas altero tantùm die, postquam symptomata sese patefecerunt, exhibendas esse monent.

ῥοῶν τε πυρῆνας] Cornarius, ῥοιᾶς τε πυρῆνας ἢ κεδρίδας λείας, restituit ex Aëtio. Scribonius Largus Punicorum acinos in hunc vsum assiduè edi iubet. Nicander tum ipsos acinos, tum & succum iis expressum commendat. Plinius, lib. 23. cap. 6. *Ex acerbo*, inquit, *Punico fit medicamentum contra Leporem marinum, hoc modo: Acinis detracto cortice tusis succóque decocto ad tertias cum croci & aluminis scissi, myrrhæ, mellis Attici selibris*, &c. Quòd ad Cedri baccas spectat, eas aduersus Leporis marini potum assumi præter Aëtium testatus est Diosc. lib. 1. de mat. med. cap. de cedro, itidémque Plinius, lib. 23. cap. 5. Sed & iidem omnes, locis iisdem, contra venenum Leporis marini Cedri succum seu potiùs Cedriam prædicant in passo bibitam. Sic quoque tum cedriæ, tum & cedri baccarum meminit Dioscorides in EVpor. ex passo aut vino. Quare siue κεδρίας λείας, siue κεδρίδας λείας hoc loco legas, parum refert. Cæterùm Nicāder Cedriæ obolum exhibet: Asclepiades apud Gal. 2. de Antid. eandem oboli vnius aut dimidij pōdere passo maceratam propinat. Scribonius duo aut tria dat eius cochlearia per se, vel ex passi cyathis duobus tribúsve. Mirum porrò picem Cedriā Lepori marino aduersari, cùm eam inter σηπτικῶν medicamentorum genera haud postre-

mam esse constet.

καὶ χηνὸς αἷμα] Plin.lib.29.cap.5.*sanguinem anserinum* scribit *contra lepores marinos valere cum aqua olei portione*. Aëtius, eundem adhuc calentem cum passo propinat.

καὶ πίνειν] Diosc. in ἀντ. καὶ πίνειν μόνους πίνοντας. Ego legendum iudico, quemadmodum in veteribus libris reperisse se Goupylus annotat, & πίνοντας οἴνου μεμελιχρόμενον, nisi prætereà addere placet, πίνοντας οἶνον μαγμάτων ἐπ᾿ αὐτῷ, quasi voluerit Dioscorides, eiusmodi cancris dilutum vinum superbibi oportere.

CAP. XXXI. φρυνός ἢ βάτραχος ἕλειος] Sic etiã legitur apud Paulum cum disiunctiua particula, ἢ, vnde plerique existimauerunt φρύνον καὶ ἑλειοβάτραχον vnum & idem esse ranarum genus: cùm tamen illa in sicco, hæc in aquis degat. Apertiùs autem has distinguit Aëtius: qui quidem & Rubetæ & Ranæ palustris venena diuersis capitibus persequitur, ac vtriusque diuersam, quanuis haud ita dissimilem, tradit curationem, prætereáque Rubetã duplicem cõstituit, κωφὴν inquàm seu ἄφωνον, hoc est, *mutam*, quam quidem in arundinetis potissimùm roris linctu victum quæritare scribit, & φωνῆεν, hoc est, *vocalem*: atque illam duntaxat exitiosam esse censet. Nos eandẽ cum Vergilij bufone & Luciani φυσαλῳ esse existimamus, ita dicto ἀπὸ τῶ φυσᾶν, quòd ira percitus adeò sese inflat ac intumescat, vt sæpe crepet ac rumpatur: ideò etiam vulgo nobis *Crapaud* appellatur. Ad eundem quoque modum e Ranis aquaticis quædam sunt venenatæ, reliquas veneni penitus expertes esse quotidiana docet experientia.

ὄιον δὲ καὶ ἀνίσωσις] Eorum symptomatum quæ in commune vtriusque Ranæ veneno superuenire refert Dioscorides, priuatim alia Rubetę, alia palustri Ranæ tribuuntur à Nicandro. Aëtius verò quotquot hic recensentur symptomata omnia, ranę Rubetę ascribit: peculiariter autẽ Ranę palustri alia tribuit, nimirum, appetitus deiectionem, oris humectationem, nauseam, vomitum & leuiorem καρδιωγμόν.

βοηθοῦσι] Aduersus harum Ranarum venena, plura reperies remedia apud Nicandrum & Aëtium, itémque Diosc. in ἀντ. quæ tamen ipsa variis etiam locis habentur in lib. Diosc. de mat. med. itémque apud Plinium.

καλάμου ῥίζης] Praxagoras, teste altero Nicãdri Scholiaste, non quidem radicem, sed viridem arundinum partem commendat. Cæterùm Aëtius radicem arundinum earum deligit, in quibus ipsæ Ranæ pascuntur, aut cyperi ibidem enatæ, vtranque ex vino, quemadmodum etiam habetur apud Diosc. in EVpor.

CAP. XXXII. περιχυθεὶς] Inter notas haustæ (seu epotæ) Hirudinis addit Paulus, floridi sanguinis excreationem.

ἀναγαργαρίζεσθαι τε] Lege, ἀναγαργαρίζεσθαι δὲ τήγεν σὺν ὕδατι, καὶ χαλκανθὸν σὺν ὄξει ἀσθενῆ. Alioqui si ἀσθενῆ legere magis placet, σὺν ὄξει ἀσθενεῖ, vertendũ fuerit, *cum aceto minus potente*, cuius scilicet vis sit remissior aut languidior.

καὶ δι᾿ ὧν τῶν βρόχων ἀποτροπαίων] Vel hic legẽdum, ὅσοις δὲ καὶ ἐν τοῖς &c. vel post, καὶ δι᾿ ὧν τῶν βρόχων ἀποτρωγόντας, addendum, ὄντως ἐκβαλεῖς, aut ἐξελεῖς. alioqui sensus non constaret.

ἐμβαίνοντα θερμοῖς] ἄχρι τραχήλου, hoc est, *ad collum vsq;*, addit Aëtius: pro quo perperàm apud Paulum legitur, θερμοῖς ἀλουσίοις. Hac arte verò quomodo excutiantur Hirudines declarat Aëtius: *Dum enim Hirudines, quarum natura frigidas amat aquas, balnei calorem refugiunt, sursum ad os irrepũt, quo fruantur aquæ in ore contentæ, quamque subinde permutari oportet, refrigerio. hinc verò tum demum facilè exprimi possunt.* In eundem vsum videtur nix non quidem absorbenda, seu ex aceto, vti voluit Aëtius, seu ex posca, vti Paulus, sed potiùs ore aliquantisper continenda: attamen & ipsam bibendam exhibet Galen. ex Asclepiadis sentẽtia, 2. de Antid.

ἐξελθόντας] Coniectanea seu nostra, seu aliorum Dioscoridis Interpretum, quantumuis probabilia, hactenus ad hęc nostra Scholia perpetuò reiecceramus: quia semper fuit religio citra certam veterum & manuscriptorum exemplarium fidem in recepto contextu quicquam immutare. Attamen ista quæ sequũtur a 32. capite audacter distinguere, & ab iis, grauissimorum Authorum Pauli & Aëtij exemplo, caput alterum auspicari visum est. Quin & ex iisdem Autoribus quę priùs nimiùm corrupta, imò planè deprauata videbantur, in integrum restituere simul & semel coacti fuimus.

CAP. XXXIII. κάκτου αὐθὴ] Ista & penitùs deprauata & perperàm hactenus in vulgatis exemplaribus a præcedentibus seiuncta fuisse, nemo non videt: quæ sic hauddubiè ex Paulo restituenda veniunt: καὶ οἱ παπποι κάκτου κάκτου. αὐθὴ δὲ ἐστὶν ἀκανθώδης τῆς καλουμένης κάκτου. Quæ verò qualisque sit planta in carduorum genere κάκτος appellata, docet Theophr. 6. de plantis, itémque Plinius. lib. 26. c 16. quibus locis scribitur, auferenda cacti lanuginosa semina, si quis fructum citra noxam esse voluerit: vnde palàm fit, pappos casti nõ verè flores esse, vti voluit Autor. quanquã pandente sese cono tandem in flores erumpũt: sed illa potiùs lanuginosa semina. Quid quod Athenæus, 2. dipnosoph. post commemorata ipsa Theophrasti verba, Cacton eam esse pronũtiat, quæ Romanis duabus duntaxat immutatis literis *Cardus*, seu potiùs *Carduus*, dicta est, & Græcis κινάρα appellatur. Illud si ita est, quæ partes in Cinara hodie vulgari planta papporum nomen mereantur, non amplius in dubio relinquitur. Nempe in edulibus cinaris lanugines eæ sunt, quibus illud subiacet quod cerebro palmæ teneritate simile est, quódque Theophr. σκάλιαν nominat, Plinius ascaliam, Athenæus ἐγκέφαλον.

CAP. XXXIIII. κενώσεως] Paulus, κλύσμα, pro κενώσεως: quam quidem lectionem dum sequitur Cornarius, κλύσμα non ineptè hoc loco interpretatur, *enematis factam vacuationem*, quemadmodũ & anteà cap. de Cicuta. Illum ego eò lubentiùs sum imitatus, quòd & Aëtius, dum hæc ipsa profert remedia, clystere factam vacuationem apertè designat his verbis: *In his statim ventrem secare oportet, & per clysterem vacuare.*

IN LIBRVM ΘΗΡΙΑΚΩΝ.

ἢ πολυδύναμον πόνου] Quanquam etiam πόνου lectionem tolerari posse minimè negauerim, attamen laudo cum Manardo Marcelli castigationem, qui ex vetusto quodam codice, πολυπενθέος ὄδυνη, restituit: quo modo & ipse Cornarius legendum cēsuit. Potest &, πολυαλγοῦς πόνου, legi, quemadmodum habetur in extrema libri clausula.

δύο τυπῶσαι] Lego, δύο διαιρῆσαι. Reliqua, quæ proximè sequuntur, vsqueadeo deprauata sunt, vt mihi sat fuerit ex iis qualemcunque sensum elicere: maxime cùm Interpretum, qui ad manum fuerunt, nullus mihi satisfaceret. Sed & plerique alij huius præfationis loci adeò corrupti sunt, vt citra probatioris exemplaris fidem restitui vix possint: siquidem plerunque Autor aliud omnino voluisse videtur, quàm quod ipsa verba sonāt. Icc̄irco & difficillima quæque loca ad marginē asterisco signare fui contentus, quò liberius foret vniuscuiusque iudicium.

CAP. I. καὶ ζῶσι πυρετώδους] Rabiosorum canū indicia præter hæc alia tradit Paulus, lib. 5. hisce verbis: ἢ ὀφθαλμοὺς ἔχει ὑφαίμους, οὐ ταπεινοὶ δὲ, καὶ ἀσθμαίνοντες ὡς ἐπὶ πολὺ, καὶ τὰ ὦτα κλίνουσι. Rursùmque paulò post: καὶ ἀφωνοι γίνονται τὰ πολλὰ καὶ ἀνόρεκτοι, ὡς μηδὲ τοὺς οἰκείους γνωρίζειν. hoc est, *ac siticulosi quidem sunt, minimè tamē potant, prætereáque anhelant vtplurimùm & aures inclinant: planè quoque muti sunt ac velut insani, ut ne domesticos quidem agnoscant.* Hæc eadē totidē penè verbis repetit Achmeth lib. 7. ca. 14. Autor minimè contemnendus, cuius codicem Græcum manuscriptum habemus, quémque haud ita pridem Latinæ consuetudini tradendū Ioanni Saraceno Charitensi amico non vulgari commodauimus. Sed & alia sunt Rabidi canis indicia, ab Autore libri de theriaca ad Pisonem recensita, siue Galenus is fuerit, siue quis alius, nēpe corporis gracilitas & siccitas, oculi rubentes, cauda demissa, lingua exerta & tāquam bile colorata, &c. quæ paulò aliter additis etiam nonnullis repetit Aëtius, serm. 6. c. 24.

καὶ πῖνες μὴ φεύγουσι] Pro his legitur apud Paulum: καὶ τὸ ὕδωρ φεύγουσι ὁρῶντες τινὲς καὶ ἀποστρεφόμενοι, τινὲς δὲ καὶ πᾶν ὑγρόν. hoc est, *ac nonnulli quidem conspectum oblatam ue aquam refugiunt, aliqui etiam liquorem quemuis auersantur.* Idem Autor huius ὑδροφοβίας, id est, *aquæ pauoris*, causas paulò pòst indagare nititur. Sed & ex Oribasio, quibus indiciis Rabiosi canis morsus à cæterorum canum morsibus distingui internoscíve possit, edocet.

δάκνοντες ἐπιόντες] Sic legitur in Ald. Diosc. codice, itémque apud Paulum: at rectiùs Achmeth noster, apud quem isthæc omnia totidem verbis exscripta reperiuntur, δάκνουσιν ἐπὶ ὀνόματι. Cætera, quæ in hoc capite occurrebant scripturę menda, ex ipso Paulo corrigere facile fuit, vti & supplere nonnulla quæ desiderabantur.

μηδ᾽ ἐν ἐλπίδι σωτηρίας] Huc spectat illud Celsi, lib. 5. ca. 27. *aquæ timore oppressis in angusto spem esse.* Itémque illud Ouid. 1. de Pont. eleg. 4.

Soluere nodosam nescit Medicina podagram,
Nec formidatis ulla medetur aquis.

At Plinius lib. 25. ca. 2. Rabidi canis morsum, qui pauorem aquæ potúsque omnis iam attulisset odium, insanabilem quidem ad sua tempora fuisse testatur, verùm oraculo demùm quodam vnicum remedium repertum, radicem rosę syluestris quam Cynorrhodon vocat, & ab eius potu primum seruatum militem quēdam Prætorianum, incipiētem aquam expauescere, postcáque quisquis auxilium simile tentauit.

CAP. II. καρκίνους ποταμίους] Multis modis tū in medicamētorum, quæ hanc è cancris antidotum ingrediuntur, numero & proportione, tum etiam in cancrorum pręparatione, tum denique in ipsius antidoti dosi & vtendi modo variant Diosc. Galenus, Paulus, Aëtius & Actuarius. Enimuerò in Mithreę compositione, quæ quidem extat apud Gal. 2. de antid. nisi, quod ego suspicor, mendum subest, terebinthina adiicitur pari cum gentiana pondere. Gal. 11. simpl. thus addit ex sententia AEschrionis Empirici. Paulus verò, ex aliorum sententia veriùs quàm sua, perdicis sanguinē adiecit. Prætereà in illa Mithreæ compositione gentiana ad cancrorum cinerem dupla est, vti & apud Actuarium, cōtrà quàm apud Dioscoridem hoc loco, & 2. de mat. med. & Damocratem in senariis Iambicis, qui à Gal. 2. de Antid. recitantur. At ipse Gal. 11. simpl. itémque Aëtius cineris cancrorum in patella æris rubri crematorum partes 10. desiderat, gentianæ 5. & thuris vnam. Rursum cancros hoc loco Diosc. itémque Mithreas & Damocrates vrunt ex vitis albę sarmentis, & cinerem cancrorum sarmentorúmque simul & semel vsurpare videntur. Diosc. lib. περὶ ἰοβ. conceptis verbis cineris vitis albæ, tanquam seorsim excepti, meminit. Idem 2. de mat. med. nulla facta cinerum sarmentitiorum mentione, solius cancrorum cineris meminit. Gal. ex sententia AEschrionis cancros viuos in patella æris rubri exurit. Paulus in eadem, subiecto attamen igne è sarmentis vitis albæ. Adhæc idem ipse Paulus Cancros censet crescente Luna sumendos ante Solis ortum. AEschrion eos vrere solitus erat æstate post Canis ortum, quando Sol in Leonem transisset, nec nisi decimaoctaua Luna. Aëtius huiusmodi obseruationem, ceu curiosiorem & superstitiosam nimiùm negligere videtur. Auicennas cinerem etiam gentianæ desiderat, ita vt gentianam æquè atque cancros cremari velit ac in cinerem redigi. Porrò ex iisdem modò commemoratis Autoribus sunt, qui aquæ pauore periclitantibus id medicamentum tantummodò per tres dies propinari velint: quo in numero sunt Diosc. 2. de mat. med. & lib. περὶ ἰοβ. itémque Mithreas: quanquam iste deinde sex etiam dierū meminit. Paulus & Autor hic noster ad quatuor dies eius vsum continuare videtur. At Gal. 11. simpl. itidémque Aëtius singula quotidie cochlearia ex aqua propinant ad diem vsque quadragesimum: attamen si seriùs instituatur curatio, huius medicamenti pondus ingeminant. Actuarius hanc antidotum bis térve aut sæpius è vino albo exhibendam censet: at oborto iam aquæ metu, etiam frequentiùs. Denique alij ex vino largiore parcioréve, alij ex aqua medicamentum propinant, velut & antè monuimus. Tanta cùm sit in hac Antidoto describenda Autorum varietas, quis-

quis ea vti voluerit, rectè pensitatis (vti prudentem Medicum decet) circunstantiis omnibus suum interponat iudicium.

τεταρταῖον δεῖ] Ex locis Galeni, quantumuis deprauatis, quibus hæc ipsa *διὰ σκορπίων* Antidotus tum ex sententia Mithreæ, tum ex ipso Damocrate recitatur, facile est colligere, qua dosi & quot spatio dierum ea exhibenda sit. Scilicet per triduum statim ab illato morsu, diebus inquàm singulis singula antidoti cochlearia ex ternis vini cyathis propinanda. Quòd si quis secundo demùm die ab inflicto vulnere eadem vti incipiat, eo die cochlearia duo sumi ex cyathis vini tribus: reliquis diebus vno cochleari contentum esse volunt cum pari vini mensura. *ὁ γὰρ οἶνος* [illegible], vti Gal. loco citato semel aut iterum inculcat. Sin tertio tantùm die vti cœperit, cochlearia tria sumi oportebit, reliquis verò diebus quotidie singula. Hac ratione tantundem pulueris hauriet qui triduo ab inflicto vulnere, atque qui prima statim die bibere cœperit. Verùm Autor hoc loco, quantùm quidem ex ipsius verbis colligere licet, tria pulueris cochlearia quatuor vini cyathis diluit, atque totum id in quatuor doses æquales partiri videtur: at si altero tantùm die ab inflicto vulnere exhibeatur, æquè ac illi dosin duplicat: sin tertiò, triplicat. Iccircò etiam legendum iudico, vt præcedentibus consequentia rectè respondeant, [illegible]. Lib. verò 2. de mat. med. cap. de cancris, hoc idem remedium triduo propinatur ex vino, non addito vini modo. Sed in lib. [illegible] cineris cancrorum crematorum drach. j. vel iiij. (quanquam sic, ni fallor, mendosè legitur) gentianæ drach. j. cineris vitis albæ drachm. ij. miscētur, & ad dies tres ex vino albo potui dantur. Paulus cinerem cancrorum ac gentianæ, eadem qua noster hic Autor dosi, addito vino subigit, sed vini duos tantùm cyathos desiderat, vt dimidia vini parte contentus esse videatur: attamen totum id ad dies quatuor propinat.

πρὸ τῆς προθεσμίας] Huius *προθεσμίας* seu præfinitionis semel aut iterum meminit hoc capite Diosc. sed quodnam esset tempus illud præfinitum, nondum docuit: docebit verò capite proximè sequēti, vbi vtplurimùm die ab illato morsu quadragesimo horrendum illud *ὑδροφοβίας* symptoma solitum superuenire tradit. Iccircò & vbi habetur inferiùs, *πρὸ τῶν ἡμερῶν*, velim addi, *πρὸ τῶν μ´ ἡμερῶν*. At Paulus non ita magno discrimine inhibendam cicatricem monet ad diem vt minimùm secundum supra quadragesimum.

CAP. III. *καὶ γλυκέος καὶ γάλακτος*] Paulus eumque secutus Achmeth noster, cuius & antè meminimus, *οἴνου ξανθοῦ ἀκράτου παλαιοῦ* [illegible], hoc est, *meraci purioris dulcis ac veteris* meminerunt, non item passi: at Auicenna vtriusque tum passi, tum etiam meraci mentionem facit. Cæterùm hæc de qualitate ciborum & potuum [illegible] conuenientium ab Autore nostro tradita, etiam ab aliis qui ipsum secuti sunt, totidem penè verbis recitantur: sed quòd ad illorum eorundem quantitatem spectat, vnus addidit Aëtius: nempe vitandam in victu intemperantiam & parcitatem nimiam: hanc verò multò magis, quòd humorum malignitatem adaugeat, id quod vlceri iam suapte natura maligno perincommodum esse constat, &c.

ἡ διὰ [illegible]] Huius Theriacæ EVpatoriæ meminit Galenus, 6. de comp. med. [illegible]: ac eadem, nisi fallor, esse videtur cum ea quam idem ipse, 2. de Antid. antidoton inscribit Mithridatis EVpatoris, *διὰ σκίγκων* cognominatam: vnde facile constat ita dictam à Mithridate EVpatore ceu inuentore, non item quòd eupatorio herba temperaretur, vti visum est Ruellio: maximè cùm in illius descriptione nulla penitùs fiat eupatorij mentio.

μετὰ [illegible]] Paulus habet, *μετὰ* [illegible], simpliciter, vt ex præcedentibus, [illegible], supplendum videatur: noster Achmeth, qui ex Paulo videtur exscripsisse, [illegible]. Sed vtrobique vel, [illegible], vel [illegible], ex hoc nostro Autore restituendum nemo non videt. Aut certè post illud, [illegible], interserendum, *καὶ μετ´* [illegible]. tùm sequitur illud: [illegible]. vt subaudiamus, [illegible].

[illegible]] Paulus & Achmeth, [illegible], addunt, quasi etiam post principia cucurbitulæ inutiles forent: cùm tamen Cucurbitulæ subinde repetitæ [illegible] quæ deinceps commemorant remediis minimè cedant.

προσκαλεῖσθαι] Paulus, *μὴ προσκαλεῖσθαι*, quod eodem recidit. Aldinus verò codex perperàm habet, *προσκαλεῖσθαι*, citra negatiuam particulam. Sed quæ proximè sequuntur planè deprauata, sic restituenda videntur: [illegible].

ὑδροφοβία] Vnus Achmeth noster [illegible], videtur legisse. Et certè quidem aquæ chalybeatæ potum in hoc affectu plerique Medicinæ proceres valdè commendant.

CAP. IIII. [illegible]] Paulus multò plures morsus Phalangiorum notas tradit, quæ quidem Autori nostro fortaßis exciderunt. Rursum longè plures quàm hic ipse refert Aëtius: qui quidem præter tetragnathos Phalangiorum sex genera recenset, singulàque describit, nempe *ῥάγιον*, *λύκον*, *μυρμήκιον*, [illegible], seu [illegible], [illegible]. At Nicander eorundem genera nouem enumerare videtur, quæ tamen singula rectè depingit, nempe *ῥῶγα*, quem ille *ῥάγιον*, AElianus *ῥᾶγα* nominat, [illegible], qui *λύκος* est Aëtij, [illegible] siue [illegible], id quod inter legumina Cantharidi simile reperitur, quod phalænam seu papilionem ita dictum refert, denique & illud quod in Persea arbore educatur, quanquam hoc postremum priori modò recensito haud ita est dissimile. Varia quoque Plinius, lib. 29. cap. 4 Phalangiorum genera commemorat, sed eorum nonnulla inter se confundere videtur. Porrò Nicander propria morsus singulorum signa sigillatim persequitur: Aëtius verò cæterorum quidem omnium morsus signa communia vno contextu complectitur, at vnius cranocolaptæ morsus aliquot peculiaria signa deinde subiicit.

[illegible]] In Aldino codice legitur, *σύμπτωμα*, quam vocem Hermolaus *contractionem*, Ruellius *collectionem*, Marcellus *astrictionem*, Lacuna *grauitatem* vertit. Cornarius, *σύννυγμα*, potiùs, hoc est, *compunctionem*, legendum suspicatur. At ego paucis immutatis, *ἄλγημα*, restituo, idque eò lubentiùs, quòd & Actuarius, inter alia morsus

sus Phalangiorum signa, doloris circa lumbos meminit.

CAP. V. γίνεται σκολοπενδρῶν] Vtriusque Scolopendræ tum terrestris, tum etiam marinæ meminit Paulus, quippe cùm vtriusque morsus venenatus deprehendatur: & ab huius quidem morsu tumorem aquosum atque pellucidum, ab illa verò rubentem excitari scribit. AElianus, lib. 7. de animal. marinam tradit illicò pruritum ac dolorem excitare, qualem vrtica, quod ipsum cecinit Oppianus.

CAP. VI. καὶ σκεπανθῆς] Pro, σκεπανθῆς, rectè Marcellus & Cornarius ex Paulo, σκεπανῆς, restituerunt. Ex eodem verò paulò pòst illud, συνεχῶς φρίσσουσι, legendum censeo, καὶ ἱδρῶσιν ἐπὶ μέτωπον, &c. Porrò Nicander, in Ther. Scorpionum genera octo enumerat, quorum nonnulla innocentiorem habent aculeum, ex cæteris alia aliis sæuiora infligunt vulnera. Sunt verò hæc Scorpionum genera, album, rufum, fuscum, viride, liuidum, cancro simile, pagurum referens, & μελίχλωρον. At AElianus, 6. lib. de Anim. nouem constituit eorundem genera, cādidum, inquàm, rufum, fumosum (quod enim ille ζοφώδης, hic καπνώδης appellat) viride, nigrum (quod liuidum Nicander appellarat) ventricosum (quod tamen ex sententia Nicandri vnum & idem cum liuido esse videtur,) καρκινώδης, φλογώδης seu flammeum, (quod cum Nicandri melichloro, nisi fallor, vnum & idem est) præteréaque alatum: hic enim à flammeo alatum distinguit, quamuis etiam melichloro Nicander alas tribuisset. Cæterùm vt varia sunt Scorpionum genera, ita & varia symptomata ictum consequentia, quæ omnia Nicander sigillatim persequitur. Reliqui in genere Scorpionis ictum consequentia symptomata simul & semel omnia tradiderunt.

βουβῶνες ἐπαίρονται] Eadem Paulus & Actuarius, nisi quòd Paulus πριαπισμὸν, hoc est, *penis mensionem seu arrectionem* adducit. Sed Aëtius longè plura signa recenset, & inter alia huius ipsius βουβώνων ἐπάρσεως mentionem faciens, hanc distinctionem adhibet, vt quibus circa partes supernas inflictum est vulnus, iis locus sub alis: quibus verò circa infernas, inguina ipsa intumescant. Scripserunt itidem Arabes Medici, si in partibus infernis à Scorpione acceptum vulnus est, bubonas excitari, penem intendi & ventrem flatu tumescere: si verò in partibus superis, tumores sub alis fieri, & crebros è ventriculo ructus.

φύσημα διὰ τῆς ἕδρας] Cornarius & Marcellus pro, φύσημα, πρόπτωμα, restituunt ex Paulo, qui sic habet, πολλάκις δὲ πρόπτωμα μετὰ ψόφου διὰ τῆς ἕδρας ἐκδίδονται. Ego, φύσημα, eodem planè sensu legere nihil dubito. Aëtius non erumpentium è sede flatuum crepitúumve, sed ani procidentiæ meminit cum egerendi cupiditate.

CAP. VII. δυσκατάσχετον.] Scribit AElianus, lib. 1. de animal. Pastinacæ radium, qui quidem è media cauda prosilit, esse ἀκαταμάχητον, ceu *inexpugnabilem*: eundem alio loco ait esse θανατωδέστατον, & *ocyssimè hominem perimere*. Sed &, eodem teste, lib. 2. & 8. cætera quoque necat animantia, & arboribus etiamnum μαρασμὸν conciliat, dum eas protinùs arefacit. Idcircò etiam Nicander Pastinacæ κέντρον i. *aculeum*, ὀλοὸν, hoc est, *perniciale*m, aut *maleficum* cognominat. Plin. lib. 9. cap. 48. *Nihil vsquam, inquit, execrabilius, quàm radius super caudam eminens Trygonis, quam nostri Pastinacam appellant.*

CAP. VIII. γίνεται φλεγμονή] Paulus morsus quem Mus araneus infligit eadem planè signa & symptomata recenset. Nam πόνοι σφυγματώδεις καὶ ἐρεθισμοὶ, hoc est, *dolores pulsatiles acerbiores*, ipsam phlegmonem repræsentant, cuius hîc fit mentio. Aëtius paulò plura commemorat, præteréaque Murem araneum egregiè describit.

CAP. IX. εἰδῶ καὶ ἰοβόλου] Vipera κατ' ἐξοχὴν θηρίου, seu θηρὸς nomine plerunque intelligitur. Vtranque verò, marem inquàm & fœminam (hanc ἔχιδναν, illam verò ἔχιν nomine Græci appellant) egregiè describit Aëtius, docétque quomodo hæc ab illa rectè discerni possit: præteréaque vtriusque morsum ex vulneris ipsius vestigiis apertè distinguit. Porrò longè plura quàm hoc loco morsus viperarum signa & symptomata non ab Aëtio tantùm, sed & à Nicādro, in Theriacis, itémque à Galeno, in lib. de Ther. ad Pis. necnon etiam à Paulo & Auicenna commemorantur. Verùm quod inter cætera scribit Auicennas, marium quàm fœminarum morsum perniciosiorem esse, mihi non mediocriter suspectum est: quippe cùm ipse Nicander & Paulus contrarium asseruerint.

καὶ χροιὰ δὲ ὑπόχλωρος ἔχει] Aëtius pallorem & plumbeum colorem inter symptomata recenset. Paulus ἄχροιαν περὶ τὸ σῶμα, hoc est, *corporis seu cutis decolorationem*. Quotquot verò sunt, non aliud quàm viuidi coloris, vt ita dicam, deperditionem designare voluerunt.

τὸ μὲν πρῶτον ὕφαιμον] Aëtius primùm quidem sanguinem excerni scribit, deinde verò saniem sanguinolentam & oleosam. At Paulus primùm quidem effluere sanguinem liquoréinque saniosum, postmodùm oleosum, tandem verò etiam ἰώδη, hoc est, *æruginosum*, quem *nonnulli*, inquit ille, *viperarum virus esse pronuntiarunt*.

αἱματώδεις ἔμετοι] Cornarius & Marcellus ἀντὶ τοῦ, ἔμετοι, ἔποι ex Paulo reponunt: & rectè quidem: quum in proximè præcedenti linea vomituum mentio iam facta fuerit.

CAP. X. σκυτάλης ἢ ἀμφισβ.] Videtur Dioscorides Scytalen cum Amphisbæna confundere, quasi vna eadémque foret. Sed inter vtranque tamen discrimen esse satis testatur Lucanus, lib. 9. qui seorsùm vtriusque meminit, itidémque Nicander, Paulus, Aëtius, & Solinus: qui quidem hanc ab illa palàm distinxerunt. Fortasse verò non quidem figura, sed crassitudine tantùm inter sese differunt, quanquam Aëtius ex eo etiam distinguit, quòd ἀμφίσβαινα vtrinque serpat *in geminum vergens caput*, vt Lucani verbis vtar: quam ob causam etiam à Nicandro ἀμφικάρηνος, ab AEliano δικέφαλος cognominata est. Nihilominùs & Aëtius ipse vtriusque morsus noxas simul & semel proponit: sed, cōtrà quàm Dioscorides & Paulus, non multò grauiora ipsarum morsus agnoscit symptomata, quàm quæ muscarum, apum vesparúmve ictus comitari solent. Vnam verò Scytalen Chalcidicam, ceu longè nocentiorem, excipere videtur: quippe quam viperarum morsum imitari fatetur.

CAP. XI. περὶ δὲ τοῦ δρυΐνου] Quē δρυΐνον Galenus, AElianus & plerique alij nominant, Nicander

δρυΐνας prima inflexione appellat, itemque χέλυδρος, quia sit τραχύδερμος. necnon etiam simpliciter ὕδρος: quanquam ὕδρος veriùs ex Diosc. sententia is est, quem alio nomine χέρσυδρον, Latini *Natricem* appellant: attamen ista nomina manifestò confudit AElianus. Cæterùm δρυΐνας sic dictum, quòd in quercuum radicibus victum quæritet, rectè describit Aëtius, ac longè plura quàm noster hic Autor eiusdem morsus tradit indicia, ser.1. Tetr. 4. cap.29. Sed quanta quámque dira sit eius pethicies, ante ipsum expressit Gal. lib. de Ther. ad Pisitémque Apollodorus, AEliano teste. Paulus ipsissima Galeni verba recitat.

καὶ δελφὺς] Paulus ἀντὶ τοῦ, δελφυὸς, τραχεῖα habet, quod magis placuit Cornario. Sed Marcellum miror vocem hanc in Pauli codice minimè deprehendisse, aut certè negligentiùs percurrisse: siquidem sese negat in vllo Græcorum legisse, cuiúsnam partis δελφὺς hoc loco intelligi debuerit.

CAP. XII. βραχεῖα δὲ καὶ] Galenus & Aëtius αἱμόρρουν ἀπὸ τῆς αἱμορροΐδος, ceu marē à fœmina distinguunt: & Aëtius quidē posteaquàm eiusmodi serpentem depinxit, in principio ex Hæmorrhoi morsu nihil effluere scribit, præter paucū quiddā idémque aquosum: deinde verò sanguinem è naribus ac ipsis etiam morsus foraminibus emanare: quin & quascunque corporis cicatrices, etiamsi consanuerint, recrudescere ac rumpi, sanguinémque profundere: his prætereà accedere stomachi dolorem atque spirandi difficultatem. At ab Hæmorrhoidis morsu præter antedicta, etiam longè grauiora consequi symptomata: oculorum scil. angulos sanguine manare, itidémque gingiuas & vnguium radices, deindéque per vniuersum corpus sanguinem efferri, insupérque dentes elidi, ac ipsas quoque gingiuas computrescere. Idipsum de Hæmorrhoide prodidère Nicander in Ther. & AElianus lib. 14. cap. 13. quo quidem loco addit, etiam ex auribus & ceruice (fauces nescio qua ratione vertit Interpres) sanguinem cum biliosa sanie profluere. De hac ipsa Solinus in hæc verba: *Hæmorrhois morsu sanguinem elicit, & dissolutis venarum commerciis quicquid animæ est euocat per cruorem.* Sed & illud ipsum perbellè Lucanus, lib.9. carmine expressit. Cæterùm varia menda quibus hoc Diosc. caput scatere compertum est, facile fuerit ex ipso Pauli codice restituere.

CAP. XIII. ἄστεγος οὔσης] Rectè Marcellus & Cornarius ex Paulo restituerunt, ἄστεγος ὁ καύσος γίνεται, quos & ipse secutus sum. Teste tamen Solino, *Prester* (qui cum dipsade idem est) *quem perculserit distenditur, enormique corpulentia necatur exuberatione.*

καὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ δι.] Cornarius legit in hunc modum: εἰς τὸ αὐτὸ δὲ καὶ διὰ τοῦ μηδὲ τινὰ ἀρχὴν ἀναφαίνεσθαι. Ego verò nihil muto: tantummodò ἀντὶ τοῦ, τοῦ δὲ αὐ, legendum censeo, τοῦ μηδὲ, &c.

ἀναιρουμένων τε] Cornarius ex Aëtij lib. 13. cap. 22. locum hunc ita restituit: ἀναιροῦνται τε τῷ ἔλκει συγκρίματι ἐξ ἀναιρουμένου τοῦ ὑδρωπικοῦ. quam quidem sententiam & ipse exprimendam duxi, quum alioqui vix vllus sit commodus sensus ex Autoris nostri verbis elici posset. *Sic porrò*, inquit Aëtius, *duobus pereunt modis à Dipsade percussi: dum aut ob multum situm exuriuntur, siquidem potum non ferunt, aut ob multam expletionem ijs distentus rumpitur venter, vel infernè circa inguina, vel circa imum ventrem, quemadmodum hydropicis accidere consueuit.* De eiusdem morsu vide Lucanum, lib.9.

ὅλου τοῦ συγκρίματος] *quia*, inquit Aëtius, *neque per vrinas, neque per vomitum, neque per sudores quicquam excluditur.*

πρηστὴρ τε καὶ καύσων] Presterem tamen Lucanus, lib.9. toties citato, à Dipsade manifestò distinguit: quanuis vtrunque *torridum* cognominat. AElianus verò, lib. 6. posteaquàm Dipsadem ex Sostrato accuratè depinxit, præter ista Presteris & Causonis nomina, alia etiam huic eidem tribuit, nempe μελανούρου, ἀμμοβάτου καὶ κεντρίδος. Est porrò Dipsas, ex sententia Gal. & Aëtij, viperæ species, maritimis aut alioqui salsuginosis in locis reperiri solita. At eandem Solinus & Isidorus inter aspidis species numerarunt.

CAP. XIIII. περὶ δὲ τοῦ ὕδρου] ὕδρον, nomine composito etiam χέρσυδρον appellari, scribit Aëtius. Vtrunque verò hoc nomen icircò obtinuit id serpentis genus, quòd sit ἀμφίβιον, ac, ipso etiam teste Nicandro in Ther. itémque Vergilio in 3. Georg. hyeme ac verè stagna colat, inarescentibus autem paludibus in aridam exiliat. Latini *Natricem* appellant, quanquam natricem à chersydro Lucanus, lib.9. apertè distinguit. *Hoc genus anguium pulcherrimum nullis serpentium inferius esse veneno* afferit Plin. lib.29. cap.4.

ἀπὸ τοῦ ὁρμῆς ἀκολουθεῖ] Nicander inter cæteras notas refert, æstus magnos ardorésque per vniuersum corpus discurrētes. Addit verò Aëtius, oculorum vertiginem, exolutionem, vomitus biliosos & fœtidos, ac motum totius corporis inordinatum, &c.

CAP. XV. περὶ δὲ τοῦ κέγχρου] κέγχρον, quem Dioscorides inferiùs χαλκίδιον appellat, Nicander & Paulus κεγχρίνην nominant. Aëtio κεγχρίας seu κεγχρίνης, Lucano & Plinio Cenchris appellatur. Ista verò nomina omnia ἀπὸ τοῦ κέγχρου, hoc est, *à milio* deducta sortitum est hoc genus serpentis, siue quia ex Aëtij sentētia colore sit circa aluum viridi, qualis in milij planta cernitur, siue quia variatā tingitur aluum pluribus iisq; exiguis maculis milij semini similibus: (quanquam Nicander non aluo tantùm, sed & vniuerso corpore variis eiusmodi notis respersum esse testatur) siue denique quia ferocius euadat florente milio, vti scribit Aëtius. Ab ea qua præditum est feritate ac sæuitia, λέοντα quoque Nicander appellat. Eundem Aëtius etiam ἀκοντίαν nominat, quòd veluti iaculum vibratum corporibus inuolet. Verùm Nicander ἀκοντίαν ἀπὸ τῆς κεγχρίνης palàm videtur distinxisse, cùm seorsim vtriusque meminerit.

τινὰ ἔντερ] Paulus & Actuarius habent, τινὰ κῶλα, quam lectionem, ceu potiorem, cum Cornario & Marcello sequi placuit.

καὶ κύστεως] Apud Paulum deest illud, πάντα & certè quidem ἀντὶ τοῦ, πάντα, legendum censuerim, ἧπαρ, seu πάλιν. Neque enim verisimile est voluisse Erasistratum partes corporis omnes corruptas reperiri, quippe qui nominatim iecoris tantùm, vesicæ & coli meminerit.

CAP. XVI. ἐχὶς δὲ καὶ τὸ μεγέθει] Κεράστης viperæ species est, sic dicta ab eminentiis iuxta Nicandrum aliàs binis, aliàs quaternis, & iuxta Soli-

num, Plinium & Arabas, quadrigeminis, quæ quidem in ipsius capite cornicula præ se ferunt.

[illegible]] Aëtius *capitis claui similitudine tumorem insurgere* scribit; id quod perperàm videtur Auicennas intellexisse: quippe qui morsum sentiri tradiderit, quasi claui infixi. Porrò Nicander inter Ceraſtæ morsus symptomata commemorat, inguinum ac poplitum dolores, & cutis liuiditatem ex natiui caloris extinctione.

ἰχὼρ ποτὲ μὲν μέλας] Sanies, inquit Aëtius, *profluit tum colore, aut nigricans, maximè per ambitum, velut in cruentatis & sugillatis aliàs fieri consueuit.*

[illegible]] Vulgatam Dioscoridis & Actuarij lectionem retinuimus: quanquam malim plurali numero isthæc efferre, *[illegible]*. Cæteri propè omnes Interpretes ex Paulo, *[illegible]*, restituunt: quasi voluerit Dioscorides ex Ceraſtæ morsu totum corpus non quidem fulmescere, sed varicum modo intumescere.

[illegible]] Malim ex Paulo, *[illegible]*, vt præcedentibus ista respondeant. Alioqui in ipso capitis principio legendum immutato numero, *[illegible]*.

CAP. XVII. *[illegible]*] Galenus, in lib. de Ther. ad Pis. tres constituit Aspidum species: vnam, *χερσαίαν*, ex eo cognominatam, quòd in mediterraneis locis semper degat, alteram *πτυάδα*, nomen ex eo sortitam, quòd virus suum in hominúm oculos solita sit expuere, tertiam denique *χελιδονίαν*, sic dictam, quòd hirundinis instar per dorsum nigricet, & circa ventrem candida conspiciatur. Totidem species Galenum secuti agnouêre Paulus & Aëtius. At AEgyptios AElianus Aspidum genus in sedecim species diuidere asserit, lib. x. cap. xxxj.

[illegible]] AElianus, lib. 9. cap. 61. morsus Aspidis vestigia ita esse obscura scribit, quia ipsius venenum *[illegible]*, ideóque facilè cutem subiens ad intima vsq; penetrat ocyssimè.

καὶ ἀμυδρὰ δὲ] Aëtius vulnera in demorso loco scribit inueniri, bina quidem ex masculi morsu, ex fœmellæ verò, quaterna, eáque citra dolorem: at ab iis planè nihil effluere, nisi violentum sit animal, quod morsum inflixerit. Idem Aspidis ictuum longè plures notas recenset. &, quoniam veluti diuersæ sunt Aspidis species, ita & disparis sunt ad nocendum effectus, propria singularum morsus symptomata sigillatim persequitur.

[illegible]] Iccircò etiam fortasse Lucanus, lib. 9. *Aspidem somniferam cognominat.* Neque desunt qui certam aliquam eius speciem Hypnalen nominent, quasi *[illegible]*, quòd somno enecet.

CAP. XVIII. *[illegible]*] Nicander & Aëtius alia prætereà recensent morsus Basilisci symptomata, nempe totius corporis ardorem, liuorem, capillorum defluuium & mortem repentinam. Sed Gal. x. simpl. iis quæ de Basilisci vi adeò malefica referuntur, vt vel appropinquatione sola noceat, ceu fabulosis videtur fidem derogare.

CAP. XIX. *[illegible]*] Theriacum hunc Dioscoridis tractatum varij variè distinguunt. Quidam enim caput quintum de Phalangus, alij vero caput hoc de communi vulnerum à virulentis animalibus inflictorum curatione, libri alterius principium constituunt. Neque verò desunt, qui à capite de curatione à vespis apibúsque demorsorum tertium prætereà librum exordiantur. Mihi totum hunc Theriacum tractatum, ceu non adeò prolixum, vna eademque serie comprehendere visum est. Quanquam si qui malunt in partes quatuor subdiuidere, nihil equidem impedio. Prima certe quidem, præfationem continebit. Altera, canis rabiosi morsuum signa curationemque complectetur. Tertia, ictuum morsuúmve à cæteris venenatis animantibus inflictorum signa sigillatim prosequitur. Quarta, priore quidem loco horum eorundem vniuersalia remedia describit; posteriore verò, particularia, eo tamen ordine vt posterioris huiusce particulæ capitula ferè singula tertiæ partis capitibus aptè respondeant. Quin & lubenter, sicuti Autor in proximè præcedenti Alexipharmaco tractatu iisdem capitibus hausti veneni simul signa & ipsa quoque remedia complexus est, ita & ego in hoc Theriaco capita ictuum morsuúmve à singulis animantibus inflictorum signis dicata cum eorundem particularibus remediis, Aëtij & Actuarij exemplo, coniunxissem, ni subueritus fuissem malè feriatorum quorundam notam subire Censoriam.

CAP. XX. *[illegible]*] Idem præcipit Celsus, lib. v. his verbis: *Si cucurbitula non est, quod tamen vix incidere potest, tùm quodlibet simile vas quod idem possit. Si ne id quidem est, homo adhibendus, qui vulnus exugat* &c. Sed hoc loco minimè negligenda cautio, quam adhibendam censet Aëtius, lib. 13. c. 10. videlicet, vt ne qui sugit os vspiam vlceratum habeat. Sic & ibidem Celsus: *antè*, inquit, *debet attendere, ne quod in gingiuis palatóue, aliaue parte oris vlcus habeat.*

[illegible]] Docet Paulus præter scarificationem affigendas cucurbitulas, nec tantùm genus illud remedij ictæ parti, sed & toti viciniæ adhibendum. Quinetiam, præter isthæc alia à Dioscor. commemorata remedia, venæ sectionem commendat, siquidem virus in corpus distributum videatur, maxime verò si plethoricum illud extiterit: itidem & vomitum, cuius etiam Celsus ipse meminit.

[illegible]] Dum virus è loco tollitur, accedit & altera vtilitas, quod vicinæ partes à labe vindicantur, id quod minimè prætermisit Actuarius.

[illegible]] Loco ficulnei aut sarmentitij cineris Laurinum Aëtius substituit, nec malè: quandoquidem laurus suapte natura pollet aduersum venena. Paulus brassicæ cineris simul & ficulnei meminit: aceto verò, lixiuio aut garo subigit.

[illegible]] Super vulnus hunc in modum impositi pulli per medium diuisi, aliáve id genus animalcula discissa & sic adhibita, vt partes interiores corpori iungantur, non modò, testibus Paulo & Aëtio, venenum in sese transferunt, sed & ipsos dolores mitigant.

[illegible] καὶ κέδρος] Non est de Cedri foliis lignóve locus hic intelligendus, sed de Cedria, quam & ipse Diosc. lib. 1. cap. 106. ceraſtæ morsibus impositam cum sale conferre testatus est. Quare non *κέδρος*, sed *κεδρία* potiùs seu *κεδρίαν*, legendum hoc loco censuerim.

καὶ ἀστραγάλους] Paulus non quidem astragali, sed astragalitidis mentionem facit. Innuit autem eam Iridis speciem, cuius meminêre Gal. lib. 1. κατὰ τόπ. cap. 1. & Aëtius in describendo emplastro venatorum, quæque testante Gal. loco modò citato cum iride Illyrica vna & eadem est. Fortasse verò etiam hoc loco Astragali nomine eadem illa Iris astragalitis debet intelligi: quanquam nolim penitus Cornario assentiri, qui præter Iridem modò dictam non alium agnoscit Astragalum.

σπέρματος δὲ ἀσφάλτου] Meritò dubitauerit aliquis, num *ἀσφάλτου*, seu *bituminis*, loco legendum sit, *ἀσφαλτίου*, nempe *trifolium illud bituminatum*, quod à bituminis odore *ἀσφαλτίου* nomen obtinuit? quippe cùm huiusce seminis meminerit Aëtius in censu remediorum contra serpentium morsus, insupérque eiusdem folia trita & ex aceto mulso pota contra serpentium ictus præsidio esse scripserit Diosc. lib. 3. cap. 123. Attamen Paulus, lib. 5. cap. 2. vtriusque meminit aduersus serpentium ictus, nimirum & bituminis, & seminis illius trifolij.

πέπερι ὀξυμέλιτι] Piper cum aceto & meconio laudatur à Diosc. in *ἰοβ.* quo loco & alia contra virulentorum animalium ictus morsúsve habentur simplicia, quorum hîc nulla fit mentio. Sic & apud Paulum & Aëtium, dum de iisdem agunt remediis, tam in admouendorum quàm in ore sumendorum censu alia præter ista commemorantur auxilia, quæ ex eorundem ipsorum contextu facile fuerit vnicuique repetere.

πιτύα δὲ λαγωοῦ] Præter leporinum, etiam hinnuli coagulum laudat Diosc. in *ἰοβ.* itidémque Aëtius, loco iam sæpe citato.

καστορίου γ.] Nimium est proculdubiò istud Castorij pondus. Et certè quidem Paulus vnam tantummodò drachmam exhibet: at Diosc. lib. 2. de mat. med. duarum drachmarum meminit. Quare & hoc loco pro vnciis drachmas reponendas existimauerim.

τῶν βδελλῶν] Lego, *βαλσαμίνων*: maximè cùm apud Paulum habeatur eodem planè sensu, *τῶν βαλσαμίνων*. Totum verò hunc locum Cornarius rectè ita restituit: *ἐκ δὲ τῆς ὁ χυλὸς ἐκλαμβανόμενος τῶν βαλσαμίνων διείμενος. ἀλλ' ὅμως δὲ καὶ χυλοῦ τῶν ἰτέας διαλελυμένον ἐκλελευκώμενος, καὶ αὐτῆς δραχμῶν ἀνὰ οἴνῳ πίνεται*, &c.

οὖρον πολλοὶ ἴσχουσι] Celsus, lib. 5. cap. de communibus curationibus aduersus omnes morsus serpentium, *Omnia*, inquit, *vrinam mouentia, quia materiam extenuant, vtilia sunt.*

CAP. XX. *περὶ σφηκῶν καὶ μελισσῶν*] Paulus & Aëtius Apum Vesparúmque ictus notas ab Authore prætermissas, ceu vulgo satis cognitas, accuratè tradiderunt, ac præterea quæ hîc recitantur remedia, alia etiam non pauca tam interna quàm externa, quæ ab ipsis Autoribus repetere vnusquisque poterit.

CAP. XXI. *ἀλεύρου τὸ σπέρμα*] Transcripta hæc eadem leguntur apud Paulum. At Aëtius aduersus Phalangiorum morsum multò plura quàm illorum vterque tum simplicia, tum etiam composita remedia commemorat. Sic & Celsus, lib. v. nonnulla in eundem vsum præscribit, quorum hîc nulla fit mentio.

σὺν οἴνῳ καὶ χαμαιπίτυος] In hoc simplicium censu chamæpitys apud Paulum intercidit. Aëtius verò chamæpityos vsum & per se, & cum ruta ac pipere, ex vino bibendæ commendat.

CAP. XXII. *ὁ σκολόπενδρα*] Paulus aduersum Scolopendræ morsum quædam adiicit tum assumenda tum admouenda remedia. Aëtius ab illa demorsis eadem scribit auxilia conuenire, quæ & ad muris aranei morsum faciunt: ac nihilominùs, præter illa, nonnulla etiam alia tam interna quàm externa subiicit.

CAP. XXIII. *μετὰ δὲ τὸν σκορπίον ἄλας*] Ista apud Aëtium & Actuarium desiderantur. At Paulus sic habet: *μετὰ δὲ τὸν ἄλας ἄλας ἐπιτιθέσθω μετὰ λινοσπέρμου, ἢ τῆς ἀλθαίας σπέρμα τὸ σπέρμα*: quasi velit, post remotum Scorpionem, nulla Scorpionis alterius facta mentione, solum salem tritum cum lini semine, aut althææ semen ipsum vulneri adhiberi: id quod certè magis mihi placet. Attamen tam multa in vno eodémque capite citra vllius exemplaris fidem immutare mihi religio fuit.

τὸ ἀλθαίας βοτάνης] Quod inter admouenda hoc loco, itémque lib. 3. de mat. med. cap. de althæa, ipsi herbæ tribuitur, illud ipsum Paulus eiusdem semini tribuere videtur. Attamen & loco citato Dioscorides seminis althææ decoctum, verùm assumptum, ad istiusmodi ictus commendat. Aëtius verò & Autor lib. *περὶ ἰοβ.* in eundem vsum althææ radicis epotæ meminerunt.

γλήχων ἀδελφαὶ δελφίνια] Rectè Cornarius & Marcellus ex Paulo restituunt *ἀντὶ τοῦ, ἀδελφαὶ δελφίνια, τὸ γλυκὺ τὸ δελφίνιον*, itémque inferiùs pro, *ἀσφάλτου βραχὺ, ἀσφάλτου δίκα*, quos ego lubenter sum imitatus.

καὶ κυπαρίσσου μετ' οἴνου] Cum Cornario & Marcello lego ex Paulo, *καὶ κύπερις μετ' οἴνου, καὶ πήγανον ἀσφάλτου*. Cyperi enim radicem, quæ priuatim cyperis dicitur, à Scorpione ictis opitulari & antè retulerat Diosc. 1. de mat. med. cap. 4. vt & Plin. lib. 21. ca. 1. De cupressi verò seu foliis seu pilulis tale nihil auditum est. Sic & pro, *μυρσίνου χυλοῦ οἴνῳ*, ex eodem illo Pauli contextu lego, *Παρθικοῦ χυλοῦ οἴνῳ*. Nam & superiùs lib. præcedentis cap. 3. ita legebatur: *ὅτι μὲν ὑπὲρ μὰ λίαν ὁ Κυρηναϊκὸς, εἰ δὲ μὴ, ὁ Μηδικὸς ἢ Παρθικός*. Est autem Parthia Asiæ regio vicina Persidi ac Mediæ, cuius regionis æquè ac Parthiæ indigenam Laser Diosc. eo loco commendat, siquidem Cyrenaicum desideretur. Cæterùm multò plura quàm hîc habeantur ad Scorpionum ictus remedia legas apud Aëtium, capite proprio, si videbitur.

CAP. XXIIII. *ἐπὶ τῶν ἐχιδνῶν*] Nicander ac etiamnum recentiores Græci Paulus, Aëtius & Actuarius, præter remedia morsui viperarum communia, & alia non pauca ictui Pastinacæ peculiaria commemorant.

CAP. XXV. *ἀφιέσθω*] Sic omnino legitur apud Actuarium, vt in vulgato nostro exemplari. Attamen hoc caput diuidere, codicúmque veterum lectionem, quam etiam Interpretes cæteri expresserunt, in integrum restituere visum est.

καὶ αὐτὴ δὲ αἱ ἀκανθοχοίρου] Hoc plerique ad Pastinacam marinam referunt: huiusce tamen remedij neque Paulus neque Aëtius vsquam meminêre. Vnus Plinius, lib. 32. cap. 5. Pastinacam quidem contra suum ictum remedio esse prodidit, verùm cinere ex aceto illito & sæpe alterato.

Quamobrem Cornarius, ex sententia Pauli & Aëtij, istam capitis postremam periodum ita restituit: καὶ τεῖναν δὲ ἀνατμηθέντα καὶ ἐπιτεθέντα τοῖς τραύμασι, τῆς αὐτῆς ἴαμα γίνεται πληγῆς. Ac certè quidem Diosc. lib. 2. de mat. med. cap. de mullo, mullum crudum dissectum impositúmque prodidit marini Draconis & Scorpij, itémque aranei ictibus mederi: id quod Paulus totidem verbis repetit, lib. 7. Quin & illud ipsum remediū habet Diosc. lib. 2. περὶ ἰοβ. Marcellus verò hūc ipsum locum sic potiùs videtur emendasse: ἢ αὐτοὶ δὲ ἀνατμηθέντες καὶ ἐπιτεθέντες τοῖς τραύμασι, τῆς ἰδίας ἴαμα πληγῆς. quoniam voluit tum Draconem tū etiam Scorpionem dissectos adhibitósq; suis ipsorum ictibus mederi. Cæterùm vtra lectio sit potior, non magnoperè laborandum videtur: quoniam vtraque sententia veritate nititur. Siquidem & Paulus, cap. de Dracone marino ista sic habet: ὁ τῆς θαλάσσης δράκων ἀνατμηθεὶς (supplédum ex præcedentibus) ἐπιτίθεται. Sic & Diosc. lib. 2. περὶ ἰοβ. ὁ δράκοντος θαλασσίου πληγῆς, αὐτὸς ὁ δράκων ἀνατμηθεὶς καὶ ἐπιτεθείς. Idem, lib. 2. de mat. med. cap. 15. δράκων θαλάσσιος ἀνατμηθεὶς ἢ ἐπιτεθεὶς, ἴαμα ἐστὶ πρὸς τὰς τῆς ἀκάνθης αὐτοῦ πληγάς. Quin & Galenus, 11. simpl. Draconis ictui mederi tradit ipsum Draconem impositum æquè ac mullum: & eo loco multa deinceps alia recenset remedia, quæ totius substantiæ proprietate venenatis ictibus opitulantur.

CAP. XXVI. χαλβάνη σὺν λίνῳ] Ista Cornarius restituit ex Paulo hunc in modum: χαλβάνης σὺν λινῷ ἐπιτιθεμένη καὶ αὐτὸ &c. Sed ita malim paucis immutatis: χαλβάνη ὡς σὺν λινῷ ἐπιτιθέμενον καθ' αὐτὴν, ἢ καὶ μετ' ὄξους λεαινομένη. Sic inferiùs cū eodem Cornario & Marcello ... , ... , ex Paulo & Aëtio, ..., emendauimus.

καὶ ἡ αὐτὴ δὲ ἡ ἀράχνη] Aëtius ex Stratone priùs scarificari locum affectum voluit, mox Araneum murem vstum cum aceto cataplasmatis vice imponi, aut sinapi tritum itidem ex aceto.

ἡ δὲ τῆς θερμῆς καλάμινθος] Et hîc quoque ex Pauli contextu, ἅλμης, adiecimus, vt sit ἡ δὲ τῆς θερμῆς ἅλμης καταιόνησις. Alioqui ὁ θερμῆς vox nullo modo constaret, ac potiùs, ἡ θερμοῦ, legēdum foret, subaudita voce, ὕδατος.

χαμαιπίτυος τῆς βοτάνης] Remedia contra Muris aranei morsum tam interna quàm externa lōgè plura recentiores Græci Medici tradiderunt, quæ quoniam ab ipsis Autoribus facilè repeti possunt, hîc transcribere visum non est.

πρὸς τὸ ἴσον πῶμα] Addit Paulus, μετ' οἴνου. Sed & apud Diosc. 2. περὶ ἰοβ. potus Muris aranei in vino triti commendatur.

εἰ μὴ ἐγκύς] Cum Cornario, ex Aëtio & Oribasio, restituimus, εἰ μὴ ἔγκυος. Scribit enim Aëtius, bullas quę ex Muris aranei morsu excitantur minimè rumpi, adeóque non exulcerari locum, nisi prægnans fuerit Mus araneus qui morsum inflixerit: quod ipsum iisdem penè verbis legitur apud Oribasium. Eodem spectat & illud Plinij, lib. 29. cap. 4. quo loco, *ipse Mus araneus*, inquit, *contra se remedio est diuulsus & impositus. Nā si prægnans momordit, protinus dissilit. Optimum, si is imponatur qui momorderit*, &c.

CAP. XXVII. αἰγῶν δὲ ἀπόπατος μετ' ὄξους] Diosc. 2. de mat. med. cap. de fimo, αἰγῶν σπύραθος ἑψηθεῖσα μετ' ὄξους ἢ οἴνου, hoc est, *fimum caprinum in aceto aut vino decoctum* desiderat. Idem verò, 2. περὶ ἰοβ. capite de Viperæ morsu, σπύραθοι αἰγὸς ἑψηθεῖσαι ἐν ὄξει, hoc est, *fimum caprinum in aceto decoctū* commēdat. Cæterùm pro, ἀναπτυσθεῖσα, rectiùs fortassè legas, ἀναζεσθεῖσα. Paulus habet, καταπλασθεῖσα. At inferiùs pro, ..., legendum proculdubiò ex Paulo, λεαινόμενα.

δάφνη φύλλα] Laurum simpliciter Autor desiderat. At Paulus, δάφνης ἑφθὰ φύλλα μετ' ἐλαίου ἢ δαφνίδας, hoc est, *lauri folia cocta cum oleo aut lauri baccas imponi* iubet: Diosc. 2. περὶ ἰοβ. itémque Aëtius, lauri foliorū in oleo coctorum & tritorum tantummodò meminerunt.

μαράθου φλοιὸς] σὺν μέλιτι, hoc est, *cum melle* addit Diosc. 2. περὶ ἰοβ.

σκίλλα ὀπτή] Hîc Scilla tosta & tusa contra Viperæ morsus prædicatur. At Paulus eiusdem non ὀπτῆς, sed ἑφθῆς meminit. Sic & apud Diosc. 2. περὶ ἰοβ. legitur, σκίλλα ἑψηθεῖσα ἐν ὄξει, hoc est, *scilla in aceto decocta*.

θερμοῦ ὕδατος καταιόνησις] Paulus non calida aqua simpliciter, quemadmodum ego hunc Autoris locum accipiendum puto, neque aceto mulso, vti Interpretes voluêre, sed trifolij pulegiive decocto, aut acida muria locum fouet. Diosc. 2. περὶ ἰοβ. de omni genere virulētorum morsuum verba faciens, κατ' ἀρχὰς δὲ, inquit, ἀπὸ τοῦ ἰοβόλου τριφύλλου ἀφέψημα καταντλεῖν, hoc est, *virulentorum ictus trifolij decocto foueneo*. Aëtius, post scarificationem & gallinaceorum impositionem, vult plagam trifolij bituminosi decocto calente diu multúmque foueri: sin paruo tempore id fiat, peius affici ægrotantem asserit.

ἄγχουσαν τὴν λεπτόφυλλον] Nonnullos etiam scribit Paulus anchusam hanc tenui constātem folio ex collo suspendere in eundem vsum.

ὅσον κοτύλην ἐν ὀξυκράτῳ] Ita & Actuarius. At Paulus, ὅσον ἡμικοτύλην σὺν μελικράτῳ. Κοτύλας autem αὐτῆς κοτύλας vsquam repetiri vix crediderim: quare hîc saltem, ἡμικοτύλιον, reponēdum censuerim.

σκόροδα ποιεῖ χυλός] Paulus in morsu Viperæ αὐτάρκεστατον, hoc est, *efficacissimum* asserit esse remediū σκοροδοφαγίας ἢ ἀκρατοποσίας, *alliorum*, inquàm, *esum & meri meraci potum*, adeò vt si quis multum eorum vsum adhibeat, nullum prætereà auxilium sit desideraturus. Idem Aëtius refert ex Archigene, & Diosc. in περὶ ἰοβ.

αἰδράχνης αὐτοῖς καὶ σπέρματος] Paulus ex Lyco sic habet: σανδαράχης ... α. αὐτῶν σπέρματος ἰξύβαφον. Arabes Auicenna, Serapio & Albucasis, in curatione Viperini morsus, huius eiusdem antidoti meminerunt, eámque non quidem Lyco, sed (nisi falluntur Interpretes) Lucę tribuunt, ac auripigmenti etiam rubri, quæ Græcorum est sandaracha, mentionem faciūt: quod tamen rarò admodū in remedia interna recipitur, quippe cùm venenū sit causticum & erodens. Quare suspicor equidem lubricum fuisse scripturę lapsum, & loco αἰδράχνης, aut etiam σανδαράχης, legēdum, ..., quam etiam Serapio huic eidem medicamento præter auripigmētum admiscet. Fortassis etiam pro, αὐτῶν σπέρματος, restituēdum fuerit, πηγάνου σπέρματος, hoc est, *seminis rutæ*: nam & hoc in eiusmodi medicamentis theriacis vix vnquam omittitur, ceu contra virulentarum bestiarum ictus excellenti remedio præditum. In Oribasij antidoto, quæ habetur apud Paulum

legitur *anisi acetabulum, piperis drachm. iij. aristolochiæ ϰότυλας, opij, castorij, myrrhæ an. drachm.* j. &c. Attamen citra vetustorum codicum certiorem fidem quicquam immutare minimè ausim: illud tantùm obiter admonere visum est. Cęterùm nonnulla ex commemoratis hoc capite remediis paulò aliter præparant recentiores Græci, Paulus, Oribasius & Aëtius: ac præter hęc complura alia tam simplicia quàm composita, partim interna, partim externa recensuerunt, quæ studiosus Lector ab Autoribus ipsis facilè repetet.

Cap. xxx. καὶ πρὸς τοὺς] Otiosæ repetitionis vitandę gratia, placuit cum Cornario quę sequuntur in contextu ad calcem vsque capitis vna litura expungere: eorum verò loco hæc ex Paulo transcribere, quæ quidem hîc desiderari meritò videbantur: [illegible] [fortè, λεῖον.] [illegible] [Diosc. in ἀντιφ. χαῦνα] [illegible] Hæc porrò remedia, quæ priuatim tum ad dipsadis seu Presteris, tum & ad Hæmorrhoi morsum conferre totidē verbis prodidit Paulus, apud Dioscoridem in ἀντιφ. confundi videtur: ibidémque nonnulla etiam alia insuper adiiciūtur. Pro eo autem quod habet Paulus, σκόρδον μεθ' ἱερίου, rectiùs illic legitur, σκόροδα λεῖα σὺν οἴνῳ. Et certè quidem Diosc. 2. de mat. med. iis quos vipera aut Hæmorrhous momorderit allium ita commendat, vt præsentissimum censeat esse remedium, *si modò*, inquit ille, *continuò pòst vinum superbibatur, aut ipsum ex vino teratur, ac in potione sumatur.* Sic caput serpentis quod vstum potui datur apud Paulum, Dioscorides in ἀντιφ. vulneri tantummodò imponēdum existimauit. Vnum verò admonendum superest, apud Aëtium portulacę folia cum polenta permisceri, cùm tamen Paulus portulacæ folia trita cum aceto, ac polentam seorsim ac per se admoueat. Cæterùm hanc venena Hæmorrhoidum Presterúmque restinguendi vim non omni quidem portulacæ tribuit Plinius, lib. 20. cap. 20. sed syluestri tantùm, quam peplium vocari scribit.

Cap. xxxi. κονία τε ἐνδεῖται] Paulus, ἢ κονία δρυὸς ἐλαίῳ ἀναλῦσαι. Sic & Actuarius. Hanc iccircò scripturam & nos secuti sumus. Sed cùm illorum Interpretes *κονίαν, lixiuiam* verterint, nos *cinerem* interpretari maluimus. Dubitauit & Cornarius, an κονίαν vt aliàs ita & hoc loco *calcem* vertere debuerit, quoniam vocem δρυὸς minimè agnoscit, & apud Aëtiū inter peculiaria contra Chersydrum remedia calx viua oleo permixta recensetur.

ἢ ῥίζα δρυὸς] Actuarius hoc loco vocem, δρυὸς, omisit: & certè quidem nos quoque ex proximè præcedente linea perperàm huc translatam existimauimus, ita vt nō quidem quercus, sed ipsius aristolochiæ radix desideretur. Sed quod proximè sequitur de hordeacea farina, aliter quàm habeatur apud Paulum & Actuarium distingui oportere iudicauimus. Visum est enim illud, ἀλφίτων, vtrobique, veluti & apud Dioscoridem, rectiùs cum sequentibus coniungi posse, vt sit alterius periodi principium.

ἐν κεράμῳ ὀξυκράτου] Paulus nō multò rectiùs, ἐν κεράμῳ ὀξυκράτου κυάθοις δυσί. Nos verò ita restituimus, ἐν κεράμῳ ἢ ὀξυκράτου κυάθοις δυσί.

ἢ πρασίου χυλὸς] Marrubij succum etiam desiderant Paulus, Actuarius & Auicenna. Attamen Herm. Barbarus πράσου, hoc est, *porri*, legisse videtur. Et certè quidem ipse quoque Celsus contra Chersydri ictum porri succum cum hemina vini commendat, lib. 5. cap. 27. quo loco & alia nonnulla proponit remedia, quorum hîc nulla mentio. Recensuit & Paulus inter Natricis remedia nasturtium agreste, asphodeli semen florémve, & cum vino fœniculi semen. Aëtius cupressi pilularum & myrti baccarum an. drach. j. terit, & cum melle rosaceo aut vino mulso propinat: quod genus auxilij ipse etiam Auicenna commemorat.

Cap. xxxii. καὶ ἔρπυλλος σὺν ἀσφοδ.] Nos cum Hermolao & Cornario ista sic ex Paulo & Actuario emendauimus: καὶ ἕρπυλλος σὺν ἀσφοδέλῳ λειανθείς. [illegible] Huius etiam scripturæ vestigia in vetustis Dioscoridis codicibus adhuc extare Goupylus annotat. Attamen siue κόρδυλον cum Paulo, siue κορδύλιον cum Actuario legas, parum interest, quoniam vtrunque cōtra venena valere compertum est, vel ipso teste Dioscoride in libris de mat. med.

Cap. xxxiii. ἢ σκαριφίζειν] Paulus addit, καὶ ἐγχαράσσειν βαθείας μέχρις ὀστέου. Vult enim non tantùm scalpello circuncidi partes ictas, sed etiam adigi scalpellum altiùs, ad os vsque, ne dira contagio serpat in vicinas partes.

ἢ καυτηρσεῖ αἱμαχεῖον] Cùm deprauatè legeretur in Ald. codice, αἱμαχεῖον, itémque in Parisiēsi, ἱμαχεῖον, neque vtrouis modo sensus vllus cōstaret, restituimus, αἱμαχεῖον, ex Paulo & Actuario: qui quidem sic habent, ἢ καὶ τὰ λειπόμενα τοῖς καυτηρείοις αἱμαχεῖον. Cæterùm præter ista Chirurgica auxilia, medicamenta tam simplicia quàm composita partim foris vulneri Cerastæ imponenda, partim intra corpus sumenda varia reperias apud Diosc. de mat. med. itémque in ἀντιφ. Aëtium, Celsum, Plinium & Auicennam.

Cap. xxxiiii. καὶ πήγανον πρὸς πότον] Lego ex Paulo, καὶ πόθῳ μετὰ πότον &c. alioqui vix vllus constabit sensus. Porrò & Aspidis morsus remedia alia legas apud Diosc. tum sparsim in libris de mat. med. tum etiam proprio capite in ἀντιφ. itémque apud Galenum, Aëtium, Plinium, Celsum & Q. Serenum.

Cap. xxxv. τὸν μόνον τοῖς ὄφεις] Vanum & superfluum existimauit Aëtius auxilia contra Basiliscum commemorare, quoniam qui vel ab eo conspecti fuerint, aut eum sibilātem audierint, protinus è medio tollūtur, nedum ab eo demorsi curationem recipiant. Actuarius itidem mortem auxilia quæuis anteuertere prodidit. Sed & Auicēna quoque illius morsum immedicabilem asserit: conferre tamen maximè, si quid aliud, semen papaueris, aut castorium ad drach. j. sed eo loco semen pro succo papaueris perperàm legi crediderim.

Τῷ Θεῷ δόξα καὶ χάρις.

CLARISS. vir Io. Sambucus Pannonius, Cæsareus olim Consiliarius & Historiographus, præter varias in Dioscoridem lectiones, quas ex complurium manuscriptorum exemplarium fida diligentique collatione hinc inde excerpserat, notas etiam suas & obseruationes in eundem Autorem nonnullas nobis simul & semel quàm liberalissimè communicauit: quibus te quoque defraudare neque volui neque debui: quandoquidem vt loca quædam difficilia aut alioqui sat obscura iis interdum illustrantur, ita & ad alia præterea diligentiùs examinanda via tibi quasi patefit. Occurrent, fateor, haud ita pauca, quæ vt mihi ita & tibi fortasse meritò suspectiora, aut veritati dudumq; receptæ Medicorum opinioni minùs consentanea videbuntur: attamen malui, qualiacunque erant, iudicio tuo subiicere, quàm temerè nimiúmve audacter quicquam immutare. Tuum erit, quicquid id est, æqui boníque consulere, hominémque literariæ Reipub. quandiu vixit iuuandæ quàm studiosissimum pro tua prudentia excusare: quippe cui, ceu Aulicam vitam agenti, quum alia quàm Medica sæpenumerò tractanda essent, ad amussim singula expendere non ita licuerit. Cæterùm hoc vnum monitum te volui, Lector, vt hisce optimi viri lucubrationibus non nisi adhibito maturiore iudicio fruaris. Interim vale.

IN DIOSCORIDEM OBSERVATIONES seu Notæ Io. Sambuci Pannonii, Cæsarei Consiliarii & Historiographi.

IN LIB. I.

CAP. I. Iridem bulbosam Recentiores veram nondum mihi videntur ostendisse.

CAP. II. De Acoro in Nothis caput est verum Crateuæ. Cæterùm nec est gladiolus, nec galanga, minùs calamus aromaticus: id quod vtriusque dosis differens arguit. Calamum non habemus: galangã tamen Acorus magis simulat.

CAP. VI. Tripolitana illa nardus spicea, quam vulgò vsurpamus, legitima est.

CAP. VII. Si Saliunca species sit Nardi, in Vngaria æquè visitur, vt in Istria. Matthiolus vnica radice suam apposuit.

CAP. VIII. *εἰν αὐτῇ σῖμ.*] Cod. Hisp. *ἀνασῖμα*, quasi dicat, *non diu sustinet*: aliter qui folia & caules eryngij tribuit Dioscõ seipso dissentit.

CAP. IX. Bacchari cum hoc asaro nihil commune, sed asaro Crateuæ, nec huic aliquid societatis cum asaro Crateuæ.

CAP. X. *μείζω δὲ καὶ πρυθ.*] quidam legêre, *ἄνθεα*, nec prorsus Autor narcisso assimilat. Putarim esse Pseudostœchada potiùs quàm aliud. Et rusticam illam Geo Plinij similem Caryophyllatam coniicio.

CAP. XIIII. Si Serapionis quæ ex Dioscoride transtulit expendas, deprehendes Dioscoridẽ hîc & in Phu & alibi mutilũ esse & cõfusum.

CAP. XV. In vetustiss. codicibus, Costus Angelicę effigie passim pingitur. Nos solam habemus amaram, non acrem nec dulcem, & radiculæ folia ignoramus. Aliqui suspicantur esse zedoariæ propaginum radices.

CAP. XVI. Iuncum odoratum esse Cyperũm nostrum, vel Celsi quadratum dubito.

CAP. XXVII. V. Codices sequens caput huic priori adiiciunt. Illud Helenium Panacen Chironium Theophrasti quidã arbitrantur. Ac Dioscoridis Chironiũ, videtur secundũ hoc Heleniũ.

CAP. LXII. Etiam Susinum istud, vt Iasminum, est Arabibus frequens.

CAP. LXXX. Si Bdellium non est Caucalis, nec erit herclè Myrrha: qua vera nos caremus. Barbari ineptè myrrham stacten coniungunt.

CAP. CI. Succinũ & Ambra Naphthæ sunt: Ambra Can cœli bonitate differt.

CAP. CIII. In multis manu transcriptis de Iunipero pauciora offenduntur verba: vt in excuso quædam aliena suspicari liceat.

CAP. CXI. De Vlmo lignorúmque carie duo capita in vetustis desiderantur: in margine tantùm Epigraphe: *Κεραμὶ σιζονίμων*.

CAP. CXXII. Quamuis dissideant Herbarij, notę huius spinę cum vulgata Berberi seu *Berbſali* conueniunt.

C. CXXVII. Hypocistus eadẽ, sed tãquã subgerminãs plãta cum Cistho, quod sæpe ipse conspexi. Nec confudit Plinius Cistum & Cisum. Nam Theophrastus & Theocritus ita ipsi appellant: ac V. codex, *ὑποκισσον*, pro hypocistho legit.

CAP. CXXXIII. In extremo quidam Cod. habebat: [illegible] quæ ex Gal. deprompta videntur.

C. CXXXV. Miror quid de nostrate vitice & Bohemica olea quidam prodãt. Sed plus miror Galenum frigidam æstimare, & cõtrà Rhodiam radicem in tertio calidorum censere.

C. CLXX. De altera Mespilo V. multi silent: sed Gal. in lexico suo agnouit mespila lapidosa minoráq; ferè vt sorbus torminalis. Quòd autem ait [illegible], V. codex præcedentis capitis fructibus attribuit.

C. CLXXV. De arbuto V. C. silẽt: Flor. tamen

habet: qui pro, κομάρεια, habet, ἀνδράχνη. Arborescentia sua Arbutus ab Vnedone differt, quicquid alij argutentur.

CLXXX. In extremo Mori quidā hæc ad marginem ostendebāt, non absona à Sycomori dotibus. ἀλλ᾽ ὅτι καὶ πῶς μέγα ἀγελα ... χαμαιβάτῳ ... Cęterum de ficu Cypria Florentinus codex non habebat.

CLXXXVIII. De Iberide V. cod. nihil hoc loco, & halicacabo finiunt librum satis confusa descriptione ex tribus plantis. Iberis verò ponitur in lib. 2. de Lepidio. Eadem enim cum Lepidio videtur Galeno, 7. simpl.

IN LIB. II.

XXIX. Qui in magno volumine & alibi pictus cōspicitur Silurus, nō est vllo modo Diosc. imò & Vngarorū *schulle* nō per omnia cōuenit.

L. Duo V. C istud caput non habent, licet vt alia huius generis stare possit.

CIX. Non est φοινιξ Simeonis Sethi: nā ex variis confieri solebat, licet dotes eædē narrentur.

CX. De Curmi quidā Cod. caput nō habent: & cū Zytho idē videretur. Sed v. cod. pro κρίθης, κίσχιν legūt, vt ferè sit Cumanorum potus *bodza*. Huius generis fortè Orosius meminit, lib. 5. c. 7.

CXIII. Gal. in Hipp. zeam, olyram putat. Olyra est spelta potiùs, quæ certè Italorum zea nō est, (dulcis est olyra) nec segala illa amara & atra, affinis arincæ Plinij.

CXVI. V. C. carent hoc cap. Byzātinus in nothis censet. Aliud eius loco offeret se, lib. 4. p. 294. sed Crateuæ nomine insigne.

CXXI. Sesama hodie ignoratur, quando cum Sesamoide confunditur.

CXXV. Huic in V. C. subiunctū erat caput, sed ad orā, nō absonū profectò: ... Huius gen' in Pānonijs ipse vidi: vires tamē haud sū expertus.

CXXXI. Ego de leguminibus, prę̨sertim Germanicis, dum meliora legero, omniū disputationibus & censuris Tragi iudiciū haud postpono.

CXXXIII. V. C. aliqui carent: & Auicenna malè fabam AEgyptiam somniat.

CXXXVI. Buniades, opinor, Italorū *Naoni*, napi oblongi solidi sunt: quorundam subtilitates hīc non curo.

CXXXVII. Vtcūq; radix & quandocūq; sumitur, flatib' ructuosis molestior fit, nec dignè aurea in Delphis, rapū verò è plūbo dicatū fuit. Cęterū Simeonis Sethi recētioris Græci cōciliatio non negligēda, vt & allij esse potest, cū Diosc. & Gal. Certè q. humida sūt & ad flatus parata aluo, pręmittēt: qui dura, pòst ingerēt: qui verò solido & bene coquēte stomacho, ante cibū: cōtrà, qui imbecillo. Huius sententiæ sunt Diosc. & Orib. nisi fallor: dum vomituris qui plerumque duriore sunt aluo, antè assumenda: Plinius summo cibo arbitratur, contra Diosc. 20. cap. 4.

CXXXVIII. Hipp. 2. Mulieb. longę meminit, sed in oleraceis censet. Quid si Persarum est *Turma* & Vngarorum nostrum *marrotch*: licet piperitim nostratem & Thlaspi Crateuæ & Sinapi Persicum possis suspicari.

CXLII. Si Diosc. nobis Lampsanæ folia diffet, pateret etiam Raphanus syluestris. Plinio certè brassicę syluestris est species: si hoc est, non erit vnquam armoracia vulgata.

CXLVI. Gal. brassicā cōtra Diosc. visui obesse asserit: fortè verū, si oculi nimiū sint sicci. Vulgatū autē puerbiū de Crābe bis cocta, nō de brassica equidē accipio: sed cū eruditioribus, qui fabellā de Carābe seu Crābe oppido, eiúsq; casus ad nauseā repetitione in Schola à Ludimagistro quodā narrāt, acceperim: qui in declamationib. & commētationibus suis inepte semper eius rei quiddam cum stomacho auditorū memorabat, velútque Cupressum Horatij vbique simulabat.

CXLVIII. Si folia sunt κισσώ, & aristolochiæ στρογγύλης admittas, quid sit nescio: licet soldanellæ viribus congruat.

CL. Credo hāc quoq; vel Diosc. nō satis explotatā: quòd eā nō satis prodiderit, alioqui collatā cū aliis toties. Etsi nesciū p portulacæ memoriā generaliter ipsū vagatū: at certè cepęā verā, paronychiā, chamęsycē si habes, portulacā videbis.

CLVIII. Est alioqui herba stellaris. Sed Theophrasti Coronopus ferè Virgil. paliuro cōuenit. Theophr. tamē & Diosc paliurus idem est, & tantam acrimoniam sanguinaria non erit.

CLXIIII. Pepo, si circūstātiis descriptionū insistas & verbis, videtur cū *Batheca* idē. Anguriā suspicor Auicēnę melonē Indicū, alij Grę̨cū, vt Vngari quoq;. Plin. grādes oblōgos, maturos, pepones vocat: minores & rotūdiores, melopepones, ad effigiē cydoniorū respiciēs. Si hęc nō sūt vera, tātū Diosc. de cucumeribus scripsisse affirmabo.

CLXVII. Miror Gingidiō à Diosc. cōmissam cū pastinaca agresti, nisi desit in textu, πῶς φύεται.

CLXXVII. Quid si Medica est cytisus pratensis nostra?

CLXXXV. Hipp sauridiō habet p cardamo, quæ & cardamina dicitur, ob formæ similitudinem.

CLXXXVI. Hoc si nostrum nō est Nasturtium, Crateuæ thlaspi nullum video, foliis latis, radice insigni. Nō enim μικρὰ ἔχει ait esse, vt scrophulariam aut lunariam.

CLXXXVII. Quadā manuscripta multorū annorū hoc capite carēt. Sed quia apud Oribas. sub nomine Brabæ legitur, licet id Mathiol. nō animaduerterit recipiemus. Alij Arabim vocari tradūt. Videtur nasturtij genus: si radicis quoq; meminisset & vmbellam omisisset, aliud indicarem. Plinius flore, non vmbella aut foliis & semine, de Dryophano loquitur.

CLXXXVIII. Primam non leuiter coniicio esse Sesami speciem in segetibus frequētem. Alteram μελάμπυρον illam Patauinā, cuius & Angli meminēre Germanis *Hainreysen kraut*.

CXCIIII. Fuchsius cōtra Diosc. asaro cyclaminis folia adscribit. Austriaci *haselwurtz* vocant. Tragus verò hāc malè cū asaro, quā ille prius *haselwurtz* vocat. Nā asarū p̄bè Germani *naytrachwurtz* nominant Diosc. vtrāq; satis discernit, dū ait rotūdiora folia quàm cyclamini aut hederæ.

CCV. Si lepidion herbula est, non erit nasturtium aut simile quid. Veruntamen Columellæ syluestrem raphanum Lepidium dicas. Domesticus verò, piperitis esse potest.

CCXII. Nostra non exulcerat, sed insipida fere ideò malim, ἕλκους, quàm, ἑλκοῦσα, legere.

CCXVII. Aliud hoc Telephiū ab illo in quarto ille tebraceo. Quòd si cū papaueris folia, vt fa

suspicor, contulisset, esset καὶ φύλλον Theophr. Si scorpij foliis, esset prorsus Scorpioides Theophr. Quid sit dubito, nisi sit Brassicana perfoliata, quæ passim sponte prouenit, vel potiùs syluestris portulaca cum Galeni onomastico, aut certè *hunerdorm*.

Huic capiti cômodiùs subnectes cap. de Iberide, extremo lib. I. positū. Diceré verò Iberidē eādē cū Lepidio, nisi distinxisset locis, & hoc esse dixisset. Cæterùm qui textū corrigūt, addētes, & pro, reponētes, nō omnino sōmniāt. Gal. in 7. Simpl. cū Aëtio conuenit. Blattariā quidam esse contēdit: vbi binę radices? quid si sit syluestris φλόμος blattaria? & Mariana rosa Lychnidos species, vel cui flores μέλανες?

IN LIB. III.

Cap. II. Hoc capite Rhabarbari & Rhapontici vires confundi videmus: neutrius enim viribus totus textus côgruit: hinc tot lites ortæ. Aut certè côfusionem hanc Diosc. peperenīt variorum diuersę narrationes de vtraq; valdè simili radice: neutram enim ab ipso visam suspicor.

XIII. In margine cuiusdā cod. de foliis hæc reperi: ... Cæterùm quæ à doctiss. Mathiolo pingitur prior, albo Scolymo foliis respōdet, nō nigro: altera verò, nō ..., sed ... habet, vt ex his Arabicā quoq; ignorem.

XVIII. Acanthij veram effigiem nondū vidi. Alterū congruit horto Patauino. Certè carduus benedictus Cnici syluestris historiæ, si Theophrastum legas, conuenit: licet ille vires, vt aliorum multorum, sileat.

XXIIII. Non hallucinabitur, qui Vegetij Eryngium, Cartamum syluestre dixerit.

XXV. Vulgati codices nō genuinam pingunt Aloën: nam bona & succosa ferè arborescit, & hiscunt ita folia.

XXXI. Stœchas Arabum differt ab illa odora, quæ helichryso assimilatur. Nam altera artemisię tenuifoliæ species videtur, apta scopis.

XLV. Thymbram suspicor nostram hyssopum esse propter foliola: quia verò spicas vmbellosas gerit, potest maiorana quoque syluestris esse.

XLVI. Hallucinatur Plinius, qui serpyllo satiuo tribuit proprietates syluestrium.

L. ...] Si hoc est verum, non est igitur ocymum caryophyllatum.

LIIII. Si moly allium quoddam est spicis nō diuisum, nō erit molyza Hippocratis. Iā si etiam Galeno ..., nescio cur quidam doctiss. vir in sua Epistola, occludere, pro, aperire, dicat. ... certè, contrà, nō significat: ideò Paulus quoque ... esse censet.

LVIII. Quid si nostra sit vulgata & maiuscula illa capraria pimpinella?

LIX. In veteri codice pictura Italorum Carotam repræsentabat: nostram verò pastinacā croceam pro hortensi pingit.

LXIX. Alterū gendt est *Ritterspern*, quod ipsū ... Theophrasti conicio, nō frustrà.

LXXVII. Equidē Petroselinū Diosc. cômunē & tritam pimpinellā, non stypticā illā, arbitror.

LXXXVII. Cachrys non est semen thymi, sed propiùs refert libanotidem.

XC. Quid si Sphondylion hoc cum illa Caroli Imperatoria conuenit: ac nostrum Sphondylium, præcipuè viribus, sit Ostrutium vulgi?

XCIIII. ...] In Lotharingicis vetustiss. imaginibus hoc loco Imperatoriam expressam côspexi. Porrò siquid côgnit cū Angelica & Ligustico; Silphion est, vel eò quoq; quòd nimiùm ... sit & vesicæ noxia Angelica. Sed in Galbano meminit Diosc. sphondylij, quasi ea sit acredine vt serpētes enecet, ideóque adducor vt credam Imperatoriam esse Sphondylium, nisi sit secūdum genus Silphij. Nec omittēdum hîc, ipsi Hipp. 2. de muliebrib. & alibi semen Silphij φύλλον dici, radicem autem laseris, ...

CVIII. Polycnemon ... est ad betonicā Pauli, aut certè mentastrum est syluestre.

CIX. Clinopodion facilè vulgaris fuerit maiorana, si eam serpyllum esse coniecerimus: sed incertum est, lecti pedes cuiusmodi fuerint.

CXII. Nostras Veronica à V. cod. pingitur.

CXVI. ...] Vetus hæc reijcit. Alludit porrò ad hemerocallida Persicā. Sed nostrū liliū côualliū si nō est species ... Theophr. quid erit?

CXXI. V. codices istud caput illegitimum censent, & cum hemionitide idem dicunt.

CXXVII. ...] Quidam abrotoni speciem appingunt. Cùm addatur esse ..., illa autem grauiter oleat, ego tanacetum intelligerem *Reinfarn*.

CXXXII. Credo esse Plinij Impiam incanam.

CXXVII. Proditam nuper Hemerocallida genuinā adhuc nō credo: nec Diosc. côuenit, quod idem eodē ferè modò lilium rubrum describat.

CXLVIII. Si hęc nostras Nymphæa veterū est, miror nec vsum radicis nec seminis esse probū, & quorū olim nō erat vsus florū apud nos esse tātū.

CL. Androsacē V. cod. ... quoq; appellat. Cæterùm si est ..., & adeò ..., herclè nec erit cassutha nec epithymus.

CLIII. Fortè est quod Dodonæus pro peplo pingit: alioqui quid sit nescio.

CLV. Matricariæ vulgari conuenit Parthenium, itidémque Pliniano amaraco.

CLVI. Quando notū est & magnitudinis esse notā, Buphthalmus non bouilli, sed oculi magni effigiē refert. Quidā sub capite Elleborinæ describit. Sed ..., nō ... Hipp. confundit.

CLXIIII. Alcea nō absimilis est cannabi syluestri, qua multi tumores discutiunt & eupatorij loco abutūtur: vel est chrysogonō. Profectò nec pictura vetus, nec verba pro Mathiolo faciunt.

CLXV. Mathiolus cannabin ... pingit, cuius non fit mentio apud Dioscoridem.

CLXVIII. Quidā in margine se dixit, ..., ad facilem partū alludēs, legisse. Si portulaca esset, Diosc. cum ea nō contulisset. Quid sit, me latet.

CLXIX. Caucalis tāta radice repugnat Aëtio. Cæterùm Damasonion alterum est hoc Alisma.

CLXXII. De Ascyro caput codex quidā perperàm hyperico ascribit. Cęterùm Plinius multis imponit, dum ascyron cum androsæmo miscet.

CLXXIIII. Corin & Hipp. & Galenus vocāt etiam hypericum: quo exēplo colligo nō omnes nominum varietates à Dioscoride abstergēdas.

IN LIB. IIII.

Cap. I. In radice quiddam requiro: cætero-quī vulgaris nostra conueniret.

VII. In vetustiss. cod. sunt legitima quæ in nobis leguntur: & contrà, excusa quæ visuntur manuscripti aliquot nō habent: id quod te, Lector, monere volui. Hîc autem alteram scito, & prio-

Nonnulla quæ inter relegendum immutanda deprehendimus, ita restitues:

Pag.1.d. *Veruntamen priscis*, &c malim: Veruntamen priscis, etsi pauca tradiderint, adhibitæ nihilominus in iis ipsis accuratæ solertiæ testimonium reddi par est. At minùs probandi recentiores (quo in numero sunt Iulius Bassus, Niceratus, Petronius, Niger & Diodotus, Asclepiadæ omnes:) quippe qui vulgatam, &c. pag.2.b. *quæ quidem argumento sunt*, &c. malim sic: Quæ quidem argumento sunt, ea non ex oculata fide, sed accepta potiùs ex auditu ab aliis narratione tradita ab illo fuisse. Porrò etiam in ordine peccarunt: dum alij nulla facultatis cognatione iuncta medicamina consociarunt: alij ordinem modò elementorum secuti, eorum tum genera tum vires a sua cognatione ita disiunxerunt, vt, &c. pag 3 a. *vt qui toti sit artis*, &c. malim: quandoquidem arti toti coniunctus est, cuiúsque partibus omnibus incomparabile præstat auxilium: insupérque ars ipsa per illorum præparationes ac misturas, eorundemque in morbis experimenta incrementum capere potest, plurimùm ad id conferente singulorum medicaminum notitia. Familiarem verò vulgatámque materiam etiam complectemur, &c. pag 7.d. *Illita verò*, &c. malim: illita verò pilos quàm primùm aufert. p 8 c. *quod vitium*, lege: sed huiusmodi vitium. p 9. d. *herba est sine*, &c malim: herba est caulis expers & candidior, minúsque oblongis prædita foliis. Quin neque radicem habet amaram, &c. p.12.b. *hoc est, germen*, lege: hoc est, Molyleticum germen. p.17.b. *bonus succus*, lege: bonus liquor. p.43.c. *ostendimus*, lege: ostendemus. p.49.a. *Exprimitur & succus*, &c. malim: Exprimitur & succus ex cortice, radice ac foliis hunc in modum: Hæc simul in aqua sufficienter coquuntur: quæ quidem vbi à coctione refrigerata fuerit, abiectis foliis iterum deinde coquitur, &c p.60.c. *coarctata atque immissa*, sic malim: coarctata si immittatur. p 62.c. *quorum decoctum*, lege: Eorum decoctum. p.74.b. *Cœliacis & dysentericis*, &c. lege: Tritæ & aqua aut vino inspersæ ac bibitæ cœliacis & dysentericis conueniunt. *Sic in contextu Græco pro*, [Greek], lege, [Greek] p.86. c. *aluúmque molliunt*, lege: aluum quoque molliunt. ibid g *addito absinthio*, lege: additis absinthio. p 87.c *carne quæ in amb* lege: præmunita carne quæ in ambitu est subacta farina. ibid g. *vitiligines alb.* &c. lege: leucæ. p.112.e. *valde confricando*, lege: validè confricando. p. 145. g *eorundem adustiones*, malim: eorundem vlcera superficiaria epicaumata dicta. p. 162 a. *ore sanguinem reiicientibus*, lege: ore vitiosos humores reiicientibus. p.163.a *Aluum autem turbat*, lege Aluum porrò turbat capparis, stomacho, &c. ibid *fructus drachmarum*, &c. lege: Semen drachmarum duarum pondere ex vino potum *& paulò post pro*, *epotus itidem*, lege: epotum itidem *deindéque pro*, *ex aceto decoctus*, lege: ex aceto decoctum. p.169.e. *Folia ad senas horas*, &c malim: Folia ad senas horas imposita leucen sanant: verùm postea hordeaceam farinam hydrelæo subactam adhibere oportet. p.171.a. *citra vllam liquoris sorbitionem*, malim: nullo liquore insuper absorpto. ibid.d. *alus ex aceto mulso*, malim: alus in oxymelite. ibid.f. *icterinos affectus*, corrige: vterinos affectus. p.174. b. *magnitudinis*, lege: magnitudine. p.187.b. *atrioribus*, emenda: latioribus. p 189. c. *sabina*, lege: saluia p.191.d. *satureia*, malim: thymbra. p 194 a. *aridique*, lege: aridique. p.205.b. *radix verè*, lege: radix verò. p.213.e *oboli põdere deuorandus datur*, lege: oboli pondere cera oblitus deuorãdus datur. p.214.d. *offusámque*, lege: & offusam. p.226 c. pro [Greek], lege, [Greek]. p.227.d *si eum perunxeris*, malim: illum si perunxeris. p.232.f *hæ eadem*, corrige: hæc eadem. p.234.f. *adalligata*, lege: adalligatũ. ibid. pro, *effodiendam*, lege: effodiendum. p.237 f. *Lithospermon quod*, dele: *quod*. p.248.e. *Radix ex vino bibitur*, lege: Radix ex vino aut aqua bibitur contra venenatas bestias, dysenteriam, vrinæ diffic. p.259.a. dele *pediculis*. ibid.f. *erumpentémque ab*, lege: & erumpentem ab. p.264.e. *vnius pondere ex vini*, lege: vnius pondere cum thuris obolis tribus ex vini. p 266.c. *semine nigro. Nonnullis*, lege: semine nigro, quod pithitis [quasi doliare] nominatur. Nonnullis & ipsum rhoeas ex eo dicitur, quòd ab eo liquor emanet. Est & tertium agrest. ibid.d. *trochiscos oportet, ab͂que*, lege: trochiscos oportet, hique siccati ad vsum recondendi. p.267.g. *multùm opio*, dele: *multùm*. p.269.d. *pingue, molle*, lege: pingue est, molle. p.283.a. *testisque ad mare*, lege: testisque piscium ad mare. p 284.f. *decoctum ruptis*, lege: Eius decoctum ruptis. p.301 c. *ad colorandum*, malim: ad compagem pharmaco inducendam. p.358.f. *addito ære*, lege: addito chalcantho aut, &c. p.374.c. *offendunt*, lege: offundunt. p.375.c. *inspersum fronti cochlearis*, lege: inspersum aquæ cochlearis. *In medio pag.* 17. *Schol.b. ante* [Greek], add. c.cxiii. *Item pag.* 19. *b. circa medium ante* [Greek] add. c.cxxx. Item pag.61.a. post primam annotationem, lege: [Greek]) Plinius de Ruta, lib.20.cap.13. *Si vrinam mouet, vt Hippocrati videtur, mirum est quosdam dare velut inhibentem potui contra incontinentiam vrinæ.*

ΠΕΔΑΚΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΤΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΕΥΠΟΡΙΣΤΩΝ

ἁπλῶν τε καὶ συνθέτων φαρμάκων
βιβλία δύο, πρὸς
Ἀνδρόμαχον.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBAEI DE FACILE PARABILIBVS TAM

ſimplicibus quàm compoſitis medicamentis, ad Andromachum,
libri duo.

Interprete Iano Antonio Saraceno Lugdunæo, Medico.

Apud heredes Andreæ Wecheli, Claudium Marnium,
& Ioannem Aubrium.
M. D. XCVIII.

EXIMIO VIRO ET AMICO INTEGERRIMO, D. IO. SAPORTÆ, REGIO APVD MONSPELIENSES MEDICINÆ PROFESSORI, IANVS ANTONIUS Saracenus, S.

DVOS hosce libros, Vir clarissime, qui quidem omnium propè morborum curationem per εὐπόριστα remedia, eaque simplicia aut certè ex paucioribus composita, complectuntur, plerique Dioscoridi Anazarbæo ascriptos falsò fuisse suspicantur: nec immeritò. Enimuerò vix quisquam reperietur, cui vel prima inspectione non videantur partim ex illius libris de materia Medica, partim ex aliorum quorundam Autorum scriptis, non quidem ipsius Dioscoridis, sed alius potiùs cuiuspiam opera, collecti & quasi consarcinati: quippe cùm hic simplicibus nonnullis prorsus aliæ tribuantur appellationes, quam quæ apud illum extant, ac solœcismi etiam complusculi, in quos vix alibi Autor ille impegisse deprehéditur, passim occurrant. Attamen cùm alioqui dicendi genus vnum idémque constet esse, aut certè nó ita ei dissimile, quo Dioscorides noster ἐν τοῖς ὑλικοῖς vsus est, prætereaque sæpenumerò ab Aetio ad hunc eundem Autorem remedia varia referantur, quæ non aliunde quàm ex his ipsis Parabilium ad Andromachum libris deprompta nemo non iudicet: vnà cũ piæ memoriæ doctissimis viris Morbano & Gesnero eò facilè adducor vt credã, & hosce libros, æquè ac priores illos, Dioscoridi Anazarbæo attribui oportere. Neque verò cùm sint fuerintque semper vnius eiusdémque stirpis diuersa synonyma, quorum essent aliis alia significantiora, cuiquam alienum videri debet, vnum & eũdem Scriptorem, prout succurrit, modò hoc, modò illud nomen ad arbitrium vsurpasse. Quin & pro diuersorum temporum ratióne, quibus hæc ipsa scribi potuerunt, apud vulgum, *Quem penes arbitrium est & ius & norma loquendi*, diuersa quoque nomina inualuisse mihi fit verisimile. Quòd ad solœcismos attinet, minimè dubium est, quin plerique librariorum seu incuria seu etiam inscitia obrepserint. Sed & nonnullos interdum ipsi Dioscoridi per imprudentiam excidisse haudquaquã negauerim: quum & ad res magis quàm ad ipsa verba attenderet, & esset illi sermo Græcus insolitus ac inusitatus; vti vel ipse Galenus, lib. xi. simpliciũ, abundè testatus est. Nihilominùs vt quæcunque Dioscoridis nomine circunferebantur opera vno volumine comprehenderentur, hos etiam libros prioribus adiiciendos existimauimus: præsertim cùm, præter ea remedia, quæ in

libris de materia Medica reperiuntur, quamplurima etiam alia minimè spernenda contineant, quæ deinde à Paulo, Oribasio, Aëtio, ac ipso quoque Plinio transcripta facile est animaduertere: quæq; tutò, ceu tot grauissimorũ Medicorum authoritate cõfirmata, in pauperum maximè gratiam vsurpari possunt: vt quibus ad leuãdos sumptus paratu quàm facillima perpetuò præscribi debeant, non item operosiora illa πολυμιγῆ, quæ inanem plerunque ostentationem potius quàm certam vtilitatem præseferunt. Illa tamen ipsa ne ab omnibus quidem indiscriminatim, sed ab iis tantummodò vsurpari velim, qui firmius maturiúsque iudicium adepti, ac longo rerum vsu edocti, & singulorum medicamentorum vires pernouerint, & pro ratione causæ, magnitudinis ac temporis morborum, itémque partis affectæ aliarúmque id genus circunstantiarum, quas Dogmatici suo momento ponderare tenẽtur, remedia laborantibus accommodare didicerint. Etenim quotquot alij aut rerum imperiti aut inexercitati illis ita confident remediis, vt temerè ac citra distinctionem qualia libris hisce proponuntur ægrotantibus adhibeant, multos sæpenumerò in vitæ discrimen adducent, víxque vnquam optatum finem assequentur. Quandoquidem pleraque omnia plus ἐμπειρίας quàm Methodi aut rationis habere vel ex eo constat, quòd rectus conueniénsque illorum vsus, siue eorundem quantitatem, siue vtendi modum spectes, hîc nullatenus, aut certè perquàm rarò, traditur: id quod subinde Galenus, vt in Archigenis, Apollonij & aliorum aliquot Antiquiorum Medicorum, ita & in Dioscoridis scriptis reprehendit. Sed (quod illius pace dictum velim) non omnia simul & semel vbique aptè conuenientérque doceri possunt. Etsi porrò excellentissimi viri Io. Moibanus simul & Conradus Gesnerus hos eosdem libros iam antehac è Græcis Latinos fecerunt, atque suis doctissimis annotationibus & Galeni aliorúmque Græcorum artis Medicæ Principum symphoniis illustrarunt, necnon & quamplurima deprauatissimi exẽplaris Augustani manuscripti σφάλματα emẽdarunt; ac denique in illis edendis ita fœliciter elaborarunt, vt à nemine vix quicquam amplius sperari expectaríve debuerit: attamen & nos, ne officio nostro defuisse videremur, eosdem ipsos denuò recensendos atque recognoscendos sumpsimus: non pauca ex coniectura (quando subsidium nobis non aliunde suppetebat) restituimus: multa (nisi fallor) in meliorem ordinem redegimus: capitum quorundam seriem immutauimus: quæ perperàm disiuncta videbantur, coniunximus, adeóque numerum capitum imminuimus: quæ Dioscoride authore penitùs indigna legebantur, tanquam spuria & adulterina, ad operis calcem reiecimus: denique cùm prior illa interpretatio minimè sibi cohærens aut continuata, sed velut abrupta, imò verò plerisque in locis manca & mutila esset, eam non reconcinnauimus modò, sed etiam renouauimus. Quòd si qua nihilominus censura & animaduersione digna Lectores deprehenderint, vti certè múlta supersunt, festinationi, quæso, nostræ, quam necessitas flagitauit, ignoscant: quandoquidem de his Parabilium libris priori tomo attexendis tùm demùm cogitare cœpimus, cùm illum Typographus penè ad vmbilicum

cum

cum perduxisset. Cæterùm ex amicorum veterum numero te vnum delegi, vir clarissime, cui in his quæ mea sunt dedicarem. Nam præterquàm quod mihi tecum summa necessitudo & familiaritas iam ab ineunte adolescentia intercessit, quæ primùm ætatis studiorúmque communione contracta, mutuis deinde amicitiæ officiis confirmata constantérq; conseruata est: recentia etiamnũ extant tua in meos varia beneficia, quibus ita me profectò deuinxisti, vt nemini plus debere me lubens agnoscã. Siquidẽ è filiis meis, quos istuc ante paucos annos studiorum causa misi, natu maiorem, qui quidem hodie ciuile ius exercet, aliquoties ægrotantem diligentissimè curasti: alterius, qui adhuc istic agit, studia Medica propenso ac verè patrio animo semper adiuuisti, atque ita promouisti, vt, quod postremis tuis ad me literis consignabas, eum speres breui lauream Apollineam non sine laude communíque Symmystarum applausu consecuturum: id quod faxit Deus Opt. Max. cui me meósque perpetuò commendaui. Illis vtique tantis ego beneficiis cùm essem tibi deuinctissimus, nequam ingrati animi notam subirem, mutuam animi mei erga te propensionem ac singularem beneuolentiam hoc saltem leuiusculo μνημοσύνῳ numeris multis impari testatam volui. Id ergo hilari fronte vti suscipias, neque tam muneris exiguitatem, quàm offerentis gratam voluntatem spectes, ac denique, quantuluncunque illud est, æqui boníque vti consulas, te etiam atque etiam rogo. Intereà vale, artis Medicæ Antistes præstantissime, & me meósque; sicuti facis, amare perge. Datum Kal. Mart. anno supra millesimum quingentesimum nonagesimo octauo.

* * *

LEMMATA LIBRI PRIORIS DIOSCORIDIS DE FACILE' PARABILIBVS MEDICAMENTIS, ad Andromachum.

PRÆFATIO.

¶ *Parabilia capitis affectuum remedia.*

CAP. I. Ad cephalalgias recentes & citra febrim.
II. Ad cephalæas seu cephalalgias diuturnas.
III. Sternutatoria ad eosdem capitis dolores.
IIII. Vaporationes & ficciora sternutatoria.
V. Apophlegmatismi.
VI. Perfusiones seu fotus.
VII. Ad Coryzam.
VIII. Sternutationes cientia easdémque inhibentia.
IX. Ad siriasin infantium.
X. Ad phrenitidem & lethargum.
XI. Somnifica foris adhibita.
XII. Eadem intrò sumpta.
XIII. Eadem ano subdita.
XIIII. Lethargicos excitantia remedia naribus admota.
XV. Eadem suffita & pota.
XVI. Ad vertiginem.
XVII. Ad maniam.
XVIII. Ad epilepsiam remedia.
XIX. Amuletum epilepsiæ.
XX. Epilepticos excitantia.
XXI. Eosdem prodentia.
XXII. Ad incubum.
XXIII. Ebrietatem arcentia.
XXIIII. Eandem discutientia.
XXV. Caput offendentia.
XXVI. Somnos perturbantia.

¶ *Oculorum affectorum remedia.*

XXVII. Oculos à fluxione præseruantia.
XXVIII. Eorundem fluxiones sistentia.
XXIX. Ad oculorum inflammationes.
XXX. Ad easdem imponenda fronti.
XXXI. Ad oculorum fluxiones simul & inflammationes.
XXXII. Ad eorundem epiphoras & vlcera.
XXXIII. Ad vehemētissimos oculorū dolores.
XXXIIII. Ad eorundem diuturnas fluxiones & vlcera.
XXXV. Lippitudinis amuleta.
XXXVI. Ad oculorum œdemata.
XXXVII. Ad eorundem confusiones ab ictu.
XXXVIII. Ad oculos cruore suffusos.
XXXIX. Ad oculorum procidentias.
XL. Ad staphylomata.
XLI. Ad oculorum hebetudines.
XLII. Ad oculorum cicatrices.
XLIII. Hebetibus oculis conferentia nocentiáque cibaria.
XLIIII. Ad nyctalopiam, seu nocturnam cæcitudinem.
XLV. Ad vngues oculorum.
XLVI. Ad genarum scabritiam.
XLVII. Ad callosas genas.
XLVIII. Ad milphosin & atrosas palpebras.
XLIX. Ad xerophthalmiam, seu lippitudinem aridam.
L. Ad leprosos palpebrarum affectus.
LI. Ad phthiriasin palpebrarum & superciliorum.
LII. Pungentes palpebrarum pilos renasci prohibentia.
LIII. Incommodos palpebrarum pilos replicantia.
LIIII. Ad ægilopas.
LV. Ad grandines.
LVI. Ad sugillata & liuentia.

¶ *Aurium male affectarum remedia.*

LVII. Ad aurium dolores & inflammationes.
LVIII. Ad aures fractas.
LIX. Ad aurium dolores & sibilos.
LX. Ad suppuratas vlceratásque aures.
LXI. Ad vermes aurium.
LXII. Ad carnes in iisdem excrescentes.
LXIII. Ad aurium sonitus.
LXIIII. Ad surditatem.
LXV. Ad aquam auribus interclusam.
LXVI. Ad aurium contusiones.
LXVII. Ad animalcula in aurem illapsa.
LXVIII. Ad quæuis alia auribus illapsa.

¶ *Dentium & gingiuarum remedia.*

LXIX. Ad dentium dolores colluenda remedia.
LXX. In eundem vsum commanducanda.
LXXI. In eundem vsum dentium cauis indenda oblinendáve.
LXXII. In eundem vsum auri naríve adhibenda. Amuletum.

LXXIII.

LXXIII. Dentes citra molestiam extrahentia.
LXXIIII. Ad infantium dentitiones.
LXXV. Ad dentium stuporem.
LXXVI. Smegmata dentes abstergentia.
LXXVII. Ad mobiles dentes, humoréque nimio diffluentes gingiuas.
LXXVIII. Ad excrescentes gingiuas liquida remedia.
LXXIX. Ad eosdem sicca.
LXXX. Ad Epulidas.
LXXXI. Ad nudatas carne gingiuas.

¶ *Ad reliquos oris fauciúmque affe- ctus remedia.*

LXXXII. Ad oris serpentia depascentiáque vlcera.
LXXXIII. Ad putrida oris vlcera.
LXXXIIII. Ad grauem oris halitum.
LXXXV. Ad tonsillas inflammatas itémque vlceratas.
LXXXVI. Ad vuæ relaxationem.
LXXXVII. Ad anginas gargarizanda.
LXXXVIII. Ad easdem illinenda.
LXXXIX. Ad easdem in potu exhibenda.
XC. Ad extrahenda quæ inter deuorandum gulæ inhæserint.
XCI. Vocem amissam restituentia.
XCII. Arteriam expurgantia.
XCIII. Voci splendorem afferentia.
XCIIII. Ad faucium asperitatem.

¶ *Ad pilorum affectus remedia.*

XCV. Ad alopecias.
XCVI. Ad capillorum defluuium.
XCVII. Decorantia densantiáque capillos.
XCVIII. Capillos flauos facientia.
XCIX. Eosdem denigrantia.
C. Canitiem tardantia.
CI. Pilos extergentia.
CII. Eosdem extenuantia.
CIII. Psilothra seu pilos abolentia.
CIIII. Impuberum pilos retardantia.

¶ *Cutis in capite reliquóque corpore vitiorum remedia.*

CV. Ad capitis achoras, furfures & superficiaria exanthemata.
CVI. Ad exanthemata intensè rubentia.
CVII. Ad phthiriasin, seu pedicularem morbum.
CVIII. Cutem extergentia.
CIX. Cutem faciémque erugantia.
CX. Faciem illustrantia.
CXI. Colorem commendantia.
CXII. Colorem mutantia.
CXIII. Alarum grauueolentiam emendantia.
CXIIII. Cicatrices nigras emaculantia.
CXV. Cicatrices corpori concolores reddentia.
CXVI. Stigmata quæ aboleant.
CXVII. Vibices cuti reliquæ concolores efficientia.
CXVIII. Vitiliginem albã & leucen exterentia.
CXIX. Ad vitiliginem nigram.
CXX. Ad lentigines ephelidas & varos.
CXXI. Ad ephelidas seu solares maculas.
CXXII. Ad varos.
CXXIII. Ad scabiem & pruritum.
CXXIIII. Ad pruritus pudendorum.
CXXV. Ad pruriginosa exanthemata.
CXXVI. Ad lichenas seu impetigines.
CXXVII. Ad pruriginem.
CXXVIII. Ad lepram.
CXXIX. Ad recentes lepras.
CXXX. Ad vnguium scabritiam.
CXXXI. Scabiem tollentia.

¶ *Remedia ad mammarum affectus.*

CXXXII. Mammas cohibentia.
CXXXIII. Mammillas virginum suo in statu cõseruantia.
CXXXIIII. Turgentes mammas reprimentia.
CXXXV. Lac restinguentia post partum.
CXXXVI. Mammas grumoso lacte turgentes lenientia.
CXXXVII. Lactis coagulationem inhibens auxilium.
CXXXVIII. Ad euocandum lac assumenda remedia.
CXXXIX. Lac attrahentia foris imposita.
CXL. Mammarum inflammationes lenientia.

¶ *Remedia ad testium affectus.*

CXLI. Ad testium inflammationes.
CXLII. Ad easdem inueteratas.
CXLIII. Ad excrescentem testium carnem.

¶ *Variorum tumorum præter naturam, vulnerum vlcerúmque remedia.*

CXLIIII. Ad furunculos.
CXLV. Ad partis cuiuslibet inflammationes.
CXLVI. Ad meningis inflammationes.
CXLVII. Ad diuturna œdemata.
CXLVIII. Ad parotidas.
CXLIX. Ad tubercula dissipanda.
CL. Ad eadem concoquenda seu maturanda.
CLI. Ad eadem rumpenda.
CLII. Ad rumpendos internos abscessus.
CLIII. Duritias emollientia.
CLIIII. Strumas discutientia.
CLV. Ad easdem amuleta.
CLVI. Ad meliceridas.
CLVII. Ad steatomata.
CLVIII. Ad bronchocelas.
CLIX. Ad polypos.
CLX. Ad ozænas.
CLXI. Ad vlcera in naribus, carnésque ibidem excrescentes.
CLXII. Ad vulnera recentia & sinus.
CLXIII. Ad vulnera superficiaria.
CLXIIII. Ad colli vesicæ, neruorum ac menin-

gum diffectiones.
CLXV. Ad neruorum vulnera ab inflammatione vindicanda.
CLXVI. Ad extrahenda offa.
CLXVII. Ad extrahenda spicula & aculeos.
CLXVIII. Ad erysipelata.
CLXIX. Ad eadem.
CLXX. Ad herpetas.
CLXXI. Ad epinyctidas.
CLXXII. Ad fauos.
CLXXIII. Ad calceamentorum attritus.
CLXXIIII. Ad desquamata.
CLXXV. Ad clauos.
CLXXVI. Ad verrucarum reliqua genera.
CLXXVII. Ad partis causuis acrochordonas.
CLXXVIII. Ad ambusta.
CLXXIX. Ad perniones nondum vlceratos fotus.
CLXXX. Ad eosdem illitus.
CLXXXI. A eosdem vlceratos remedia.
CLXXXII. Vlceribus senilibus cicatricem obducentia.
CLXXXIII. Vetustis vlceribus cicatricem inducentia.
CLXXXIIII. Ad extremarum partium vlcera sanatu difficilia.
CLXXXV. Ad putrida tibiarum vlcera.
CLXXXVI. Ad expurganda vlcera.
CLXXXVII. Vlcerum ab vstione crustas circũquaque rumpentia.
CLXXXVIII. Ad vlcera carne replenda.
CLXXXIX. Ad carnes in vlceribus excrescẽtes.
CXC. Ad pterygia.
CXCI. Ad paronychias.
CXCII. Ad aperienda callosa & diuturna vlcera.
CXCIII. Ad rimas pudendorum.
CXCIIII. Ad vlcera pudendorum.
CXCV. Ad dolores pudendorum.
CXCVI. Ad nomas pudendorum.
CXCVII. Ad vermes vlcerum.
CXCVIII. Ad carbunculos.
CXCIX. Carbunculos suppurantia rumpentiáque.
CC. Ad nomas putridáque vlcera.
CCI. Ad gangrænas.
CCII. Ad fera vlcera.
CCIII. Ad maligna vlcera.
CCIIII. Ad phagedænas.
CCV. Ad elephantiasin.
CCVI. Ad pedum rimas.
CCVII. Ad fistulas.
CCVIII. Ad hæmorrhagias in vulneribus.
CCIX. Ad sanguinis per summam cutem eruptiones.
CCX. Ad hæmorrhagias è naribus.
CCXI. Ad grumos sanguinis in imo corpore concretos.

¶ Sedis affectuum remedia.

CCXII. Ad hæmorrhoidas cohibendas.
CCXIII. Ad easdem aperiendas.
CCXIIII. Ad easdem delendas.
CCXV. Ad sedis inflammationes.
CCXVI. Ad sedis dolores.
CCXVII. Ad reprimenda condylomata.
CCXVIII. Ad eadem tollenda, vti & ficos.
CCXIX. Ad prægrandes ficos.
CCXX. Tubercula sedis vt ne repullulent.
CCXXI. Ad rimas sedis.
CCXXII. Ad interna sedis vlcera.
CCXXIII. Ad ascaridas.
CCXXIIII. Ad sedis procidentias.
CCXXV. Ad intertrigines.

¶ Ad neruorum articulorúmque affectus remedia.

CCXXVI. Ad luxata.
CCXXVII. Ad relaxatos artus.
CCXXVIII. Ad lassitudines & intertrigines ex itinere.
CCXXIX. Ad tetanum cæterásque conuulsiones assumenda.
CCXXX. Ad eosdem affectus inungenda.
CCXXXI. Ad tremores.
CCXXXII. Ad linguæ paralysin.
CCXXXIII. Paralyticis bibenda & inungenda.
CCXXXIIII. Ad arthritin interna remedia.
CCXXXV. Ad eandem, externa.
CCXXXVI. Ad podagricorum tophos ac nodos.
CCXXXVII. Ad ischiadem in potu sumenda.
CCXXXVIII. Ad ischiadem enemata.
CCXXXIX. Sinapismus post enemata vsurpãdus.
CCXL. Ischiadicis conuenientia cataplasmata.
CCXLI. Ad Ischiadem fotus.
CCXLII. Ad Ischiadem vstionis varia genera.

LIBRI SECVNDI LEMMATA.

PRAEFATIVNCVLA.

¶ Ad stomachi & hypochondriorum affectus remedia.

CAP. I. Ad stomachi diutinum ardorem ac sitim.
II. Ad æstuantem foris ventriculum.
III. Ad ventriculi & intestinorum flatus ex atra bile.
IIII. Ad singultum.
V. Ad stomachi dolores assumenda.
VI. Ad cardiogmon, seu oris ventriculi morsum.
VII. Ad stomachi dolores admouenda.
VIII. Ad cibi vomitum.
IX. Ad nauseam & humida stomachi vitia, necnon & vomitum.
X. Ad stomachi fluxiones.
XI. Ad stomachi subuersiones.
XII. Ad stomachi ex humiditate languorem admo-

admouenda.
XIII. Ad inflationes ventriculi.
XIIII. Ad ventriculi cruditates.
XV. Stomachum roborantia.
XVI. Ad mulierum picam seu malaciam.
XVII. Ad duritiem hypochondriorum.

¶ *Febricitantium remedia.*

XVIII. Ad linguæ asperitatem.
XIX. Ad quotidianas febres.
XX. Ad tertianas febres.
XXI. Ad quartanas febres.
XXII. Ad quarumuis febrium circuitus & rigores.
XXIII. Ad febres inordinatas.
XXIIII. Ad quosuis febrium rigores illinenda.
XXV. Ad lassitudines.
XXVI. Ad atrophiam.
XXVII. Ad sudores diaphoreticos.
XXVIII. Ad cardiacum affectum.

¶ *Pulmonis thoracisque affectuum remedia.*

XXIX. Ad sanguinis reiectiones.
XXX. Ad reiectiones diuturnas.
XXXI. Ad tusses veteres.
XXXII. Ad easdem tusses eclegmata.
XXXIII. Ad easdem suffitus.
XXXIIII. Ad rupta & conuulsa.
XXXV. Ad pleuritidem.
XXXVI. Ad peripneumoniam.
XXXVII. Ad vitiosorum è pectore reiectionem adiuuandam.
XXXVIII. Ad phthisin.
XXXIX. Ad dyspnœam, asthma & orthopnœam.

¶ *Ad intestinorum affectus remedia.*

XL. Ad tormina.
XLI. Ad intestinorum inflationes.
XLII. Ad intestinorum morsus.
XLIII. Torminosis admouenda.
XLIIII. Ad colicum affectum.
XLV. Ad ileon.
XLVI. Ad colicos paroxysmos.
XLVII. Ad alui diuturna profluuia.
XLVIII. Ad dysenteriam ore sumenda.
XLIX. Cœliacis & dysentericis in cibo vtilia.
L. Cœliacorum & dysentericorum externa remedia.
LI. Cœliacis accommodata enemata.
LII. Ad dysentericos enemata.
LIII. Morsus intestinorum ab enematis acrioribus inductos lenientia.
LIIII. Cœliacis ac dysentericis conuenientes insessus.
LV. Ad tenesmum.

¶ *Hepatis ac splenis affectuum remedia.*

LVI. Ad icterum seu morbum regium.
LVII. Ictericis accommodata errhina.
LVIII. Ad diuturnum hepaticum morbum.
LIX. Hepaticis admouenda.
LX. Splenicis salutaria.
LXI. Splenem absumentia vel imminuentia.
LXII. Splenicorum externa remedia.
LXIII. Hydropis, præsertímque ascitis, interna remedia.
LXIIII. Hydropis, quem anasarca vocant, interna remedia.
LXV. Hydropicorum externa remedia.

¶ *Ad lumbricos remedia.*

LXVI. Ad latos lumbricos.
LXVII. Ad teretes lumbricos.
LXVIII. Ad ascaridas.

¶ *Ad vteri reliquorúmque genitalium membrorum affectus remedia.*

LXIX. Ad vuluæ procidentias.
LXX. Ad vteri inflammationes, obstructiones ac dolores, insessus atque suffitus.
LXXI. Ad eosdem vteri affectus, pessi, vnguenta & iniectiones.
LXXII. Ad eosdem assumenda.
LXXIII. Ad vteri vlcera.
LXXIIII. Ad mordaces vuluæ pruritus.
LXXV. Menstrua & à partu purgamenta moderatè cientia.
LXXVI. Eadem potentiùs mouentia.
LXXVII. Eadem potentissimè promouentia.
LXXVIII. Pessaria menses, à partu purgamenta ac fœtus quoque ipsos euocantia.
LXXIX. Ad eadem suffitus.
LXXX. Ad eadem insessus.
LXXXI. Ad eadem imo ventri adhibenda.
LXXXII. Ad fluxum muliebrem assumenda.
LXXXIII. Ad eundem subdenda vuluæ.
LXXXIIII. Ad eundem insessus.
LXXXV. Ad eundem imo ventri admouenda.
LXXXVI. Ad vteri suffocationem.
LXXXVII. Ad eandem olfactoria.
LXXXVIII. Ad eandem suffitus.
LXXXIX. Ad eandem subdenda sedi.
XC. Conceptum promouentia potu.
XCI. Idem præstantia apposita.
XCII. Masculi fœminei ve sexus procreationem adiuuantia.
XCIII. Conceptum custodientia.
XCIIII. Ad partus difficultatem.
XCV. Ad conceptum impediendum.
XCVI. Venerem stimulantia.
XCVII. Venereos impetus inhibentia.
XCVIII. Ad genorrhœam, seu genituræ profluuium.
XCIX. Ad Veneris insomnia externa remedia.
C. Ad eadem, interna.

Renum ac vesicæ vitiorum remedia.

CI. Ad vrinæ incontinentiam.
CII. Ad nephritin.
CIII. Ad vlcus virgæ.
CIIII. Ad cruentam mictionem.
CV. Ad vesicæ cruciatus assumenda.
CVI. Ad eosdem admouenda.
CVII. Ad vesicæ vlcera.
CVIII. Ad vesicæ mordicationes.
CIX. Ad dysuriam seu vrinæ difficultatem.
CX. Insessus ad vesicæ affectiones.
CXI. Ad calculum.
CXII. Vrinam prolicientia.

Theriaca, hoc est, contra morsus ictúsque venenatos auxilia.

CXIII. Ad canis rabiosi morsum.
CXIIII. Ad quorumuis serpentium morsus.
CXV. Ad viperæ morsum.
CXVI. Ad ceraſtæ morsum.
CXVII. Vulneribus ex serpẽtium morsibus admouenda.
CXVIII. Ad hæmorrhoidis morsum.
CXIX. Ad presteris morsum.
CXX. Ad aspidis ptyadísve morsum.
CXXI. Ad scorpionum, phalangiorum, apum vesparúmque ictus assumenda.
CXXII. Ad eorundem ictus admouenda.
CXXIII. Ad scolopendræ & muris aranei morsus.
CXXIIII. Ad pastinacæ marinæ ictum.
CXXV. Ad marini draconis ictum.
CXXVI. Ad marini scorpionis ictum.
CXXVII. Ad stellionis morsum.
CXXVIII. Serpentes aliásque bestias venenatas substratu fugantia.
CXXIX. Easdem appositu necantia.
CXXX. Easdem illitu arcentia.
CXXXI. A serpentium morsibus præseruantia.
CXXXII. Amuleta quadam antipathia scorpio & venenatis bestiis aduersantia.
CXXXIII. Culices arcentia & abigentia.
CXXXIIII. Ad deuoratas hirudines.

Alexipharmaca, hoc est, venenorum assumptorum remedia.

CXXXV. Venenis in genere resistentia.
CXXXVI. Venenorum vim & efficaciam obtundentia.
CXXXVII. Aduersus aconitum.
CXXXVIII. Contra mel Ponticum.
CXXXIX. Contra toxicum.
CXL. Ad venena quæ telis gladiísve illinuntur.
CXLI. Ad ixiam.
CXLII. Contra cicutæ venenum.
CXLIII. Contra potum coriandrum.
CXLIIII. Contra taxi venenum.
CXLV. Contra potum psyllium.
CXLVI. Contra pharicum.
CXLVII. Contra opium, vel meconium.
CXLVIII. Contra ephemerum seu Colchicum.
CXLIX. Contra dorycnium.
CL. Contra solanum manicum.
CLI. Ad hyoscyamum.
CLII. Ad cantharidas.
CLIII. Aduersus buprestin.
CLIIII. Contra pityocampas, seu pinorũ erucas.
CLV. Ad potam salamandram.
CLVI. Ad leporis marini venenum.
CLVII. Contra rubetæ & ranæ mutæ venena.
CLVIII. Contra haustum sanguinem taurinum.
CLIX. Ad lac intus coagulatum.
CLX. Aduersum fungos.
CLXI. Contra gypsi potum.
CLXII. Contra lithargyri potum.
CLXIII. Contra cerussam.
CLXIIII. Aduersus hydrargyron seu argentum viuum.

Epilogus.

PLINIVS HIST. NAT.

Lib. xxii. cap. 24.

NON fecit cerata, malagmata, emplastra, collyria, antidota parens illa ac diuina rerum artifex: officinarum hæc, imo veriùs auaritiæ commenta sunt. Naturæ quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur: paucis ex causa, non ex coniectura rebus assumptis, vt succo aliquo sicca temperentur ad meatus, aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miscere vires, non coniectura humanæ opus, sed impudentia est. Nos nec Indicarum Arabicarúmque mercium, aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remediis tam longe nascentia: non nobis gignuntur, imo ne illis quidem: alioquin non venderent. Odorum causa, vnguentorúmque & deliciarum, si placet, etiam superstitionis causa emantur, quoniam thure supplicamus & costo. Salutem quidem sine his posse constare vel ob id probabimus, vt tantò magis sui deliciæ pudeat.

Idem lib. xxiiii. cap. 1.

SOla Naturæ placuerat esse remedia parata vulgo, inuentu facilia ac sine impendio, ex quibus viuimus. Postea fraudes hominum & ingeniorum captura officinas inuenère istas, in quibus sua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compositiones & mistura inexplicabiles decantantur: Arabia atque India in medendo æstimantur, vlceríque paruo medicina à Rubro mari importatur, cum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. Nam si ex horto petantur, aut herba vel frutex quæratur, nulla artium vilior fiat. Ita est profectò: magnitudo populi Romani perdidit ritus, vincendoque victi sumus. Paremus externis, & vna artium Imperatoribus quoque imperat.

Idem lib. xxix. cap. 1.

INuehi peregrinas merces, cōciliaríque extremo pretio, displicuisse maioribus crediderim equidem, non tamen hoc Catonem prouidisse, cum damnaret artem. Theriace vocatur excogitata compositio luxuriæ. Fit ex rebus externis, cùm tot remedia dederit Natura, quæ singula sufficerent. Mithridaticum antidotum ex rebus liiij. componitur, inter nullas pondere æquali, & quarundam rerum parte sexagesima denarij vnius imperata. Quo Deorum per fidem ista monstrante? Hominum enim subtilitas tanta esse non potuit. Ostentatio artis & portentosa scientiæ venditatio manifesta est. Ac ne ipsi quidem illam nouêre, &c.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBÆI, de facilè parabilibus tam simplicibus quàm compositis medicamentis, ad Andromachum, Liber prior.

IANO ANTONIO SARACENO LVGDVNÆO INTERPRETE.

PRÆFATIO. DOCTRINAM de simplicibus medicamētis, spectatissime Andromache, eâ quæ de variè cōpositis agit gratiorem acceptiorémque esse constat: quia non modò intellectu facilior est, sed & expeditior. Adde quòd singulorum quæ exhibentur vis & facultas, tāquam sincera, soluta & impermixta, vtentibus ipsis conspicuam sese præbet, ex eâque facilè deprehenditur id quod peculiaribus affectibus curandis aptè conuenienterq; congruit: at in iis medicamentis, quæ maiore varietate prędita sunt, haud ita fieri animaduertitur. In iis enim facultas nō ad singulares eorū quę simul miscētur actiones, sed ad ineffabilē quādam ipsius mixtionis compagem refertur. Hos autem libellos tibi dedicamus, tū quia pro rerū vsu, quo ipse vales, de laboribus nostris iudiciū facere potes, tum quia viro nostri studioso talis etiam gratia meritò debetur. Porrò à capitis affectibus ordiemur, si priùs monuerimus, remedia quæ ad interna vitia potionum forma vsurpamus, ea nos non nisi in diuturnis, quique iam veluti callum contraxerint, affectibus admittere: quippe qui haud ignoremus mala recentia communi ac minùs operosa curatione sanari.

Parabilia capitis affectuum remedia.

Ad Cephalalgias recentes & citra febrim. Capitis doloribus recentibus citra febrim ortis auxilio sunt infusa hæc olea: syluestris oliuæ,

ΠΕΔΑΚΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ἈΝΑΖΑΡΒΕΩΣ περὶ εὐπορίστων ἁπλῶν τε καὶ συνθέτων φαρμάκων βιβλίον τῶν δυοῖν πρότερον, πρὸς Ἀνδρόμαχον.

ΗΤΩΝ ἁπλῶν φαρμάκων παράδοσις, τιμιώτατε Ἀνδρόμαχε, τῆς τῶν ποικίλων ἀποδεκτοτέρα πέφυκεν, οὐ μόνον διὰ τὸ εὐπαρακολούθητον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ εὐπόριστον καὶ διὰ τὸ αὐτὴν τῶν προσφερομένων ἑκάστου τὴν δύναμιν φανερὰν ὑπάρχειν τοῖς προσφερομένοις καὶ χρωμένοις, ἀπολελυμένην καὶ ἀνεπίμικτον ἑτέρας φύσεως ὑπάρχουσαν, λαμβάνεσθαί τε ῥᾳδίως ἐξ αὐτοῦ τὸ ὡς πρὸς τὰ πάθη κατάλληλον· ὅπερ ἐπὶ τῶν ποικιλωτέρων οὐχ ὁρᾶται γινόμενον φαρμάκων. ἀναφέρεται γὰρ ἐπ' ἐκείνων οὐκ ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος τῶν μιγνυμένων ἐνεργείας ἡ δύναμις, ἐπὶ δὲ τὴν ἐκ μίξεως ἀνεκλάλητον ἀλληλουχίας. Ἀνατιθέμενοι δέ, σοι τὰ βιβλία, ὡς δυναμένῳ ἐπικρῖναι διὰ τῆς ἐν ἔργοις ἐμπειρίας τὴν ἡμετέρων πόνων, καὶ διότι ὀφείλεται ἀνδρὶ ἀποδεχομένῳ ἡμᾶς ἡ τοιαύτη χάρις. Ποιησόμεθα δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν περὶ κεφαλὴν συνισταμένων παθῶν, προδιαστειλάμενοι ὅτι ὅσα ἐν πόματος μέρει παραλαμβανόμενα ἐπὶ τῶν ἐντοπαθειῶν, ταῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῶν κεχρονισμένων ἤδη καὶ τύλον ἐχουσῶν ἐγκρίνομεν διαθέσεων· οὐκ ἀγνοοῦντες μὲν, ὅτι πρόσφατον πάθος διὰ τῆς κοινῆς καὶ ἀπεριέργου θεραπεύεται ἀγωγῆς.

Med. [illegible]

Εὐπόριστα βοηθήματα πρὸς τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν πάθη.

CAP. I. Πρὸς κεφαλαλγίας προσφάτους δίχα πυρετοῦ γινομένας ὠφελεῖν πέφυκεν, ἔλαιον ἐμβρεχόμενον τὸ ἐκ τῆς ἀγριάδος ἐλαίας,

ῥόδινον, μύρσινον, ἀμυγδάλινον, μήλινον, οἰνάνθινον. ποιεῖ δὲ ταῦτα καὶ μετὰ ὄξους, καὶ μετὰ χυλοῦ ἐνίοτε παραμιγνυμένου ἀνδράχνης, ἀειζώου, ἑλξίνης, στρύχνου, τριβόλου χλωροῦ, μυωτοῦ. Ποιεῖ δὲ καὶ τὸ ψύλλιον σὺν ὄξει βραχὲν καὶ ῥοδίνῳ· καὶ τῆλις βραχεῖσα ἐν ὕδατι, καὶ ἑψηθεῖσα ἐπὶ ὀλίγον, ἕως γλισχράσματος αὐτῆς μετὰ ῥοδίνου καὶ ὄξους ἐμβρεχομένη. Κατάπλασμα κεφαλῆς, μετώπου καὶ κροτάφων. ἄρτον μετ᾽ ὀξυκράτου καὶ ῥοδίνου λειώσας ἐπιτίθει.

II. Πρὸς δὲ τὰς χρονίας κεφαλαλγίας, ὀνίνησιν ἐμβρεχόμενα σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ ταῦτα· σπονδύλιον, πευκέδανον, ἄγνου σπέρμα σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ γλοιοπαγὲς, ὤκιμον, ἄμωμον, δαφνίδες, ἕρπυλλον, καλαμίνθη, κόνυζα ἡ λεπτόφυλλος, πήγανον, ἀμύγδαλα πικρά. καὶ τὰ ἀποζέματα δὲ τούτων, μιγνύμενα τῷ ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, ποιεῖ. πρὸς δὲ τούτοις σκαμμωνία τε καὶ συκαμίνου ὀπὸς, καταπλασσομένου τοῦ μετώπου καὶ κροτάφων· ἐνίοτε δὲ εἰ ἐπείγει, καὶ ὅλης τῆς κεφαλῆς. Ἁρμόζει δὲ μετὰ ἀλφίτου, ἤτοι ἀλεύρου κριθίνου ἢ ἄρτου, ταῦτα· ἡδύοσμον ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, ἀνδράχνη, ὑοσκυάμου φύλλα, στρύχνον, κόριον, σέρεως, πολυγόνου, ἀειζώου, σισυμβρίου τοῦ καλουμένου καρδαμίνης. μετὰ ὄξους δὲ καὶ ῥοδίνου μεθ᾽ ἕτερα καταπλάσσεται ἄγνου φύλλα, ἀλόη, ἀμύγδαλα πικρὰ, μελίλωτον, μύρτα, ὀξυμυρσίνης καρπὸς, οἰνάνθινον, ῥόδα, ῥίζα ἴρεως ξηρᾶς, ἀγριελαίας ἄνθη, μελάνθιον, σταφὶς ἀγρία μετὰ δαφνίδων, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν χρονίων· σήσαμον ὁμοίως, αἴρινον ἄλευρον μετὰ στέατος χοιρείου. καὶ τὸ αὐτὸ ἐπὶ τῶν κεχρονισμένων ἤδη. ἢ κάρδαμον φώξας λεῖον, ἀνάλαμβανε ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, καὶ ἔμπλασσε ἐπὶ τοῦ μετώπου. ἢ κάρυα Ποντικὰ καὶ πήγανον ὀλίγον, λεῖα σὺν ῥοδίνῳ· ἢ ὀρίγανον λεῖον σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ φυράσας, ἢ σικύου ἀγρίου ῥίζαν ξηρὰν λείαν σὺν οἴνῳ Ἀμιναίῳ· ἢ ἴρεως λείας ὀξύβαφον, πεπέρεως κόκκους ἑπτὰ, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ.

III. Πταρμικὰ ἐγχεόμενα ταῖς ῥισὶ σὺν μέλιτι, καθαίρει καὶ διὰ στόματος ὠφελίμως. χρώμεθα δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν κεχρονισμένων κεφαλαλγιῶν, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ἄλλων βοηθημάτων ὑπακουσῶν.

A rosaceum, myrtinum, amygdalinũ, melinũ & œnanthinum: eaq; cum aceto, admixto interdũ succo portulacę, semperuiui, helxines, solani, tribuli virétis aut myosotidis. Est & efficax psyllium maceratũ in aceto cum rosaceo: necnõ & è fœnogræco in aqua macerato & leuiter cocto extracta muccago, cum rosaceo B & aceto itidem irrigata. Capiti verò, fronti ac temporibus cataplasmatis in modum adhibeto panem, cum posca & rosaceo tritum.

Dolorib⁹ capitis inueteratis hęc cum aceto & rosaceo vtiliter irrigãtur: Spondylium, peucedanum, ocimũ, amomum, lauri baccæ, serpyllum, calamẽtum, conyza tenui- C folia, ruta & amygdalæ amaræ. Idẽ præstãt eorũdẽ decocta, ãmixtis aceto & rosaceo: necnõ & viticis semẽ, cum aceto itidẽ & rosaceo ad strigmenti consistentiã redactum: adhæc scammoniæ & sycamini lacteus succus frõti ac tẽporib⁹ adhibitus: interdũ etiã, si dolor vrgeat, toti capiti. At cum polẽta farináve D hordeacea aut pane cõueniunt isthæc: mẽta seu recens seu arida, portulaca, hyoscyami folia, solanũ, coriãdrũ, intybi folia, itẽq; polygoni semperuiui, & sisymbrij qđ cardamine dicitur. Aceto verò & rosaceo mixta hæc imponũtur: viticis folia, aloë, melilotus, myrti baccæ, rusci fructus, œnanthe, rosæ, radix iridis E sicca, oleastri flores, melanthiũ, staphis agria cũ lauri baccis, pſertim in diutinis dolorib⁹: sesamũ similiter, loliacea farina cũ adipe suillo, idq; in affectib⁹ iã inueteratis. Aut nasturtiũ tostũ & tritũ excipe aceto & rosaceo, frõtiq; alline. Aut: nucibus auellanis & pauca ruta tritis F cũ rosaceo eodẽ modo vtitor. Aut: origanũ tritũ cũ aceto & rosaceo subigito, aut cucumeris syluestris radicẽ tritã cũ vino Aminæo: aut deniq; iridis tritę acetabulũ, additis piperis granis septẽ cũ aceto & rosaceo.

Sternutatoria quę naribus infunduntur cum melle, vtiliter etiam G per os euacuant. Iis autem vtimur in antiquis capitis doloribus, quique aliis nullis cedunt auxiliis.

Ad Cephalæam seu capitis dolores diuturnos.

Sternutatoria ad eosdem capitis dolores.

[illegible]

Ἀμιναίῳ. [illegible]

A Sũt aũt ſucci anagallidis, marrubij, radicũ cyclamini & anemones, itẽq; cucumeris agreſtis & chelidonij minoris. Itidẽ foliorũ hederę & braſſicæ, necnõ & radicis betę albæ: prætereaq; irinũ vnguẽtũ. Sicca verò tritáq; cũ melle infunduntur, ſtruthiũ, daphnoidis ſemẽ, iris ſicca, veratrum albũ, caſtoriũ, nitrum, ſampſuchũ, piper & ſtaphis agria: itémque melanthium cum irino vnguento, & elaterium ex aqua.

Vaporationes & ſternutatoria. Erit & vtile ſuffitu excitare, quorũ vapores naribus excipiãtur, vti ex aniſo. Iuuãt & cõuenientibus adhibita tẽporibus ſternutatoria: qualia ſũt, veratrũ, caſtoriũ, pip, ſtruthiũ, ſinapi, & ęrugo raſilis: trichomanes itidẽ tritũ naribus inditũ, vti & ptarmica herba, ab effectu nomen ſortita.

Apophlegmatiſmus. Quin & apophlegmatiſmi haud inefficaciter vſurpantur, in his qui diuturno capitis dolore infeſtãtur. In eũ verò vſum cõmodè cõmãducãtur, daphnoidis ſemẽ, capparis agreſtis fructus, crethmi & naſturtii ſemina, maſtiche, ſinapi, pip rotũdũ æquè ac longũ, pyrethrũ & ſtaphis agria cum nitro & pipere: (ſed hęc fauces adurunt:) anemones radix, vua paſſa extractis vinaceis cũ pipere, thymus, hyſſopus, ſtruthiũ. Eſt & vtilis vaporatio ex aqua marina calente in aceto cocta.

Perfuſiones. Sin doloris acerbitas nos ad alia magis cõpoſita tranſire cogat auxilia, poſt antè memorata abraſo prius capite pfuſionibus vtemur, è decocto cupreſſi, lauri, capitulorũ papaueris ſiccorũ, viticis foliorũ & ſeminis qd papaueris erratici capitulis cõtinetur. Sed his vtimur etiã in curãdis phreniticis: ſũt enim ſõnifera.

Ad coryzam. Catarrhos q in nares ferũtur inhibẽt, bitumẽ ſuffitũ, myrrha narib. illita, & farina fabarum cũ allio abſorpta. Cõfert & nigella plurimùm olfactu, itẽq; cupreſſi pilularũ ſemẽ cũ vino tritũ & in nares attractum.

Sternutationes cientia, eaſdemq; inhibentia. Sternutamenta excitantur, ſi digitis firmiter prehendantur nares ſimul & venæ ad oculorũ angulos ſitæ. Cõtrà ſiſtuntur ſternutationes continuę, herbę ocimi aut ſeminis eiuſdem contriti odore.

A Ἀναγαλλίδος χυλὸς, πρασίου, κυκλαμίνου ῥίζης, ἀνεμώνης ῥίζης, σικύου ἀγρίου ῥίζης, χελιδονίου τοῦ μικροῦ τῶν ῥιζῶν, κισσοῦ φύλλων, κράμβης φύλλων, τεῦτλίου λευκοῦ τῆς ῥίζης· ἴρινον μῦρον· ξηρὰ δὲ λεῖα ἐγχεῖται σὺν μέλιτι, στρουθίον, δαφνοειδοῦς σπέρ- B μα, ἴρις ξηρὰ, ἐλλέβορος λευκὸς, καστόριον, νίτρον, σάμψυχον, πέπερι, σταφὶς ἀγρία, μελάνθιον σὺν ἰρίνῳ, ἐλατήριον σὺν ὕδατι.

IIII. Ὑποθυμιώμενοι δὲ ταῖς ῥισὶ διὰ τῆς τῶν ἀτμῶν ἀναδόσεως, ὠφελεῖ ἄνισον. Ὠφελεῖ δὲ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς παραλαμβανόμενα καὶ τὰ πταρμικά. ἔστι δὲ ἐλλέβο- C ρος καὶ καστόριον, πέπερι, στρουθίον, σίναπι, ἰὸς ξυστὸς, τριχομανὲς λεῖον ἐντιθέμενον τῇ ῥισὶν, καὶ ἡ λεγομένη πταρμικὴ πόα.

V. Καὶ οἱ ἀποφλεγματισμοὶ δὲ οὐκ ἀνωφελῶς ἐπὶ τῶν χρονίως κεφαλαλγούντων παραλαμβάνονται. Ἐπιτηδεύονται δὲ διὰ μασσωμένων τούτων, δαφνοειδοῦς σπέρματος, D καππάρεως τοῦ ἐκ τῶν ἀγρίων καρποῦ, κρήθμου, καρδάμου καρποῦ, μαστίχης, νάπυος, πεπέρεως στρογγύλου καὶ μακροῦ, πυρέθρου, καὶ σταφίδος ἀγρίας, μετὰ νίτρου καὶ πεπέρεως· (καίει δὲ ἀρτηρίας) ἀνεμώνης ῥίζα, σταφὶς ἐκ γιγαρτισμάτων μετὰ πεπέρεως, θύμον, ὕσσωπον, στρουθίον. ὑπαλμιζόμενα δὲ πρὸς ὠφελείας καθίσταται θάλασσα θερμὴ σὺν ὄξει ἑψομένη.

E VI. Εἰ δέ ποτε ἀναγκαζόμεθα δι᾽ ὑπερβολὴν ἀλγημάτων ἐπὶ ποικιλωτέρας ἔρχεσθαι βοηθείας, χρησόμεθα ἐκ τῶν προειρημένων καὶ καταντλήμασιν, ἐψιλωμένης τῆς κεφαλῆς ἀποζέματι κυπαρίσσου, δάφνης, μήκωνος κωδίων ξηρῶν, ἄγνου φύλλων, καὶ καρπου μήκωνος τῆς ῥοιάδος τῶν κεφαλῶν. F χρώμεθα δὲ τούτοις καὶ ἐπὶ τῶν φρενιτικῶν· ὑπνωτικὰ γὰρ ἄγαν καθεστήκασι.

VII. Καταῤῥόους δὲ τοὺς ἐν μυκτῆρσιν ἐφίστησιν, ἄσφαλτος ὑποθυμιωμένη, σμύρνα διαχριομένων τῶν μυκτήρων, κυάμινον ἄλευρον σὺν σκορόδῳ ῥοφούμενον. *al. διαφραχθέν.* μελάνθιον ὀσφραινόμενον ὠφελεῖ μεγάλως. κυ- G παρίσσου σφαιρίου σπέρμα, τετριμμένον μετὰ οἴνου καὶ ἀναῤῥοφηθὲν τῷ μυξωτῆρι.

VIII. Πταρμοὶ δὲ κινοῦσι παρακρατηθεῖσαι τοῖς δακτύλοις *αἱ ἐξκανθίδες φλέβες, καὶ ῥῖνες. *παύει δὲ πταρμοὺς συνεχεῖς, ὠκίμου σπέρμα λεῖον, καὶ ἡ πόα ἀποσφραγισθεῖσα. *ὑποσφραγισθεῖσα.*

IX. Τοῖς δὲ σειριῶσι παιδίοις ὠφελίμως κατὰ τοῦ βρέγματος ἐπιτίθεται ἡλιοτροπίου τοῦ σκορπιούρου καλουμένου φύλλα, κολοκύνθης ξύσματα, σικύου τοῦ πέπονος τὸ ἐπικείμενον τῇ σαρκὶ δέρμα, στρύχνου κηπαίου τῶν φύλλων χυλὸς μετὰ ῥοδίνου.

X. Ἐπὶ δὲ τῶν μετὰ πυρετοῦ τὴν κεφαλὴν πεπονθότων, ὡς ἐπὶ φρενιτικῶν καὶ ληθαργικῶν, ἁρμόζει ἰδίως ἄγνου σπέρμα μετ᾽ ἐλαίου ἑψηθὲν καὶ ἐπιβρεχόμενον· ἀμύγδαλα πικρὰ σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, πήγανον σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ, καὶ ἕρπυλλον ὁμοίως, κισσοῦ τῶν φύλλων χυλὸς, καστόρειον, ἢ πευκέδανον, ἢ σφονδύλιον μετὰ ῥοδίνου καὶ ὄξους, πήγανον καὶ λίνου σπέρμα πεφωγμένον ἡσυχῆ, ἀναληφθέντα κηρωτῇ καὶ ἐπιτεθέντα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ μέτωπον.

XI. Ὑπνοποιὰ δὲ καθέστηκεν καταπλασσόμενα κατὰ τοῦ μετώπου ἢ μυκτῆρσι προσαγόμενα, καρπὸς ὠκίμου, ἀτρακτυλίδος, μήκωνος ὀπὸς, ὑοσκυάμου καρπὸς καὶ φύλλα, ἁλικακάβου ὁμοίως καὶ τοῦ μωρίου φύλλα. εἶδος δὲ ἐστι μανδραγόρου· στρύχνου ῥίζης τοῦ ὑπνωτικοῦ φλοιός, βακχάριδος φύλλα· ἔστι δὲ εὐώδη· μαλαθρῶν φύλλα ἑψηθέντα ἐν οἴνῳ, τῶν μυκτήρων διαψώμενα, κρόκινον, μετώπιον, κύπρος. αὐτὴ μανδραγόρου, ὀπὸς καὶ ῥίζα, καὶ καρπός. καὶ μήκωνος ὁμοίως, καστόρειον, σμύρνα.

forte ἀγρίου. Morbanus μαλαβάθρου lectioné prætulisse videtur.

Contra lethargicos excitare scripsit Diosc. 2. de Mat. med. c. 26.

XII. Πινόμενα δὲ ὕπνον ποιεῖ· μηκωνείου < α. μετὰ στύρακος καὶ σμύρνας ἴσων, δίδου ὀρόβια γ΄. ἢ μανδραγόρου ὀβολοὺς δύο μετὰ τῶν προγεγραμμένων ἴσων, ἢ τῶν ῥιζῶν τὸ ἀπόβρεγμα, κυάθων δύο λαμβανομένων ἢ ὀποῦ μήκωνος ὅσον ὄροβος καταπινόμενος. ἢ τὰ φύλλα τοῦ μήκωνος ἀντὶ λαμβανόμενα, ἐσθιόμενα· θρίδακος ἀγρίας ὀπὸς καὶ ἡμέρας πινόμενος, καὶ αὐταὶ δὲ ἐσθιόμεναι. Χρώμεθα δὲ τοῖς ὑπνωτικοῖς καὶ ἐφ᾽ ὧν ἐστι χρόνια τὰ πάθη, ὅτε τεμνόμενός τις ἢ καιόμενος, ἀναντίληπτος ἐθέλει ὥστε τῶν ἀλγηδόνων γίνεσθαι.

XIII. Δακτυλίῳ δὲ προσαγόμενα ὕπνον ποιεῖ, μανδραγόρου ἢ μήκωνος ὀπὸς ἀνεθεὶς, καὶ σὺν ἐρίῳ προστεθείς.

XIIII. Ἐγερτικὴν ἔχει δύναμιν ἐπὶ ληθαργικῶν τῇ ῥινὶ προσαγόμενα, ὄξος, ἐλλέβορος λευκὸς, σίναπι, πέπερι, καστόρειον, στρούθιον,

Ad siriasim infantum.

Siriasi laborátibus puerulis ex vsu sút hæc sincipiti imposita: heliotropij, quem scorpiurum vocát, folia, cucurbitæ ramenta, cucumeris, qui Pepon dicitur, cutis carni incumbens, solani hortensis è foliis succus cum rosaceo.

Ad phreniticos & lethargicos.

His quibus cú febre caput malè affectum est, veluti phreniticis atq; lethargicis, priuatim ista cóueniút: lini semen cum oleo coctum & instillatum, amygdalæ amaræ cum aceto & rosaceo, ruta itidem cum aceto & rosaceo, similitérq; serpyllum, hederaceorum foliorú succus, castorium aut peucedanú, aut spódylium cum aceto & rosaceo: ruta deniq; & lini semé leuiter tostum, si cerato excipiantur & capiti frontíque adhibeantur.

Somnifica fronti adhibenda.

Somni porrò conciliádi vim habent hæc imposita fronti cataplasmatum more, vel naribus admota: semen ocymi & atractylidis, papaueris liquor, semé ac folia hyoscyami, similitérque halicacabi, morij, quæ species est mandragoræ, folia, solani somniferi è radice cortex, baccharis folia, quæ quidé odorata sunt, fœniculi folia in vino decocta & naribus affricta, crocinú vnguétum, metopium, cyprus, mandragoræ similitérque papaueris flores, liquor, radix & semen, castorium, myrrha.

Eadem intus sumpta.

Hæc verò súpta somnos alliciút: Meconij drach. j. cú styracis ac myrrhę pari pódere misceto: dosis quáta est triú erui granulorú magnitudo. Aut mandragoræ obolos duos cum antè memoratorum pari pondere exhibeto. Aut diluti quod ex eiusdé radicibus paratur cyathos duos. Aut papaueris liquor erui magnitudine deglutiatur: aut papaueris folia in cibo sumantur. Idé præstát lactucæ syluestris æquè ac satiuæ liquor haustus, ac ipsæ quoq; lactucæ esitatæ. Cæterùm vtimur & somnificis in diuturnis affectibus, cùm quis sectioné vstionémve admissurus cruciatuum sensum cupit euitare ac subterfugere.

Eadem ano subdita.

Accersit & somnum mandragoræ aut papaueris liquor, si dilutus lana excipiatur anóque subdatur.

Lethargicos excitantia et medica naribus admota.

Lethargicos excitare valent hęc admota narib': acetú, veratrú albú, sinapi, piper, castorium, struthium,

F βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἀπορρεουσῶν ῥανίδων. ἔπειτα καθιᾶσι ζεστὰ καυστήρια μ' ἢ ν' ἄχρις ἂν ἡ αἴσθησις περὶ τὸν τόπον γένηται· περιμάττουσι δὲ καὶ τὸ πρόσωπον ψυχρῷ ὕδατι, διὰ τοὺς ἐκ τῆς θερμασίας ἐπιγινομένους ἱδρῶτας. καὶ διὰ τοῦτο περιβεβλῆσθαι δεῖ, καὶ μὴ λίαν πληροῦν τὸν σωλῆνα· ὑπερχεῖται
G γὰρ ἐν τῷ ζέσαι. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον. Τὰ δὲ λοιπὰ ἐν τῷ ἑξῆς διελευσόμεθα.

ΠΕΔΑΚΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ἈΝΑ-ζαρβέως εὐποριστῶν καὶ ἁπλῶν φαρμάκων, βιβλίον δεύτερον.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAzarbæi, de facilè parabilibus simplicibúsque medicamentis, liber posterior.

IANO ANTONIO SARACENO LVGDVNÆO, INTERPRETE.

Τὴν τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ἐνέργειαν ἐν δυσὶ κατακεχωρισμένες βιβλίοις, τιμιώτατε Ἀνδρόμαχε, καὶ ἀμφοτέρω σοὶ ἀναθέντες, ἐπελθόντες τε ἐν τῷ πρὸ τούτου βοηθήματα ἁρμόζοντα τοῖς περὶ κεφαλὴν καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ ἀρτηρίας καὶ τὴν λοιπὴν ἐπιφάνειαν συνισταμένοις πάθεσιν, ἐν τούτῳ περὶ τῶν λειπομένων διευκρινήσομεν· ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν περὶ τὸν στόμαχον συνισταμένων παθῶν, προδιαστειλάμενοι, ὅτι ἐπὶ τῶν πινομένων, ἐφ' ὧν τὰς ποσότητας οὐ προσγράφομεν, ἡ μὲν ἐλαχίστη πόσις ἐστὶ τριώβολον· ἡ δὲ μέση, δραχμὴ μία· ἡ δὲ πλεία, δραχμαὶ δύω.

Τὰ τῶν περὶ τὸν στόμαχον καὶ τὰ ὑποχόνδρια συνισταμένων παθῶν βοηθήματα.

CAP. I. Τοὺς χρονίως καυσουμένους τὸν στόμαχον ὠφελεῖ ἅμα καὶ δίψαν παύει· γλυκυρρίζης χυλὸς πινόμενος, καὶ ἡ ῥίζα σὺν ὕδατι. ἑλίκων ἀμπέλου ἀπόβρεγμα, ἀνδράχνης χυλὸς καὶ αὐτὴ ἐσθιομένη, σέριδος χυλὸς καταρροφούμενος. πολυγόνου χυλὸς ὁμοίως. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐξ ἀσθενείας ἀναλαμβανόντων δίψαν παύει, κράμβη ἐσθιομένη ἔνωμος, σῦκα ἁπαλά, στρόβιλοι ἐσθιόμενοι, σύμφυτον πετραῖον διαμασώμενον. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ στομάχους καυσουμένους καθ' ἑαυτὰ καὶ σὺν ἀλφίτῳ· ἀειζώου ῥίζα, κοτυληδόνος φύλλα, κύπρου φύλλα, πολύγονον, σέρις, σόγχος, σέλινον, στρύχνον κηπαῖον, ἕλικες ἀμπέλου καὶ τὰ

Praefatiuncula.

Qvoniam, spectatissime Andromache, morborum curationes per simplicia medicamenta duobus libris distinximus, quorum vtrunque tibi dedicauimus, & priore quidem auxilia capitis, oculorum, fauciũ, ac summę cutis extremarúmque partium affectibus conferentia complexi sumus: iam superest, vt in hoc posteriore de reliquis agamus, à stomachi vitiis facto initio. Sed priùs Lectorem monitum velim, quotiescunque iis quæ ore sunt assumenda certam definitámve quantitatem minimè ascribimus, minimam quidem eorum dosin esse debere trium obolorum, maximá drachmarum duarum, mediam verò drachmę vnius.

Ad Stomachi & hypochondriorum affectus remedia.

Ad stomachi diutinum ardorem ac sitim.

Stomachi diutino ardore conflictatis prosunt simul & sitim pellunt, glycyrrhizæ succus epotus, & radix ipsa ex aqua bibita, capreolorum vitis dilutum: portulacæ succus, ac ipsa etiam in cibis sumpta: seridis succus absorptus, similitérque polygoni succus. Eorum verò qui conualescunt ex morbo sitim compescunt, brassica cruda esitata, ficus recentes, strobili in cibis sumpti, symphytũ petræum commanducatum. At imposita seu per se, seu cum polenta stomachos æstuantes hæc iuuant: semperuiui radix, Veneris vmbilicus, cypri folia, polygonum, seris, sonchus, apium, solanum hortense, vitium capreoli & folia, por-

tulaca cum polenta vel pane, vitiú folia per se ex aqua frigida, elate palmarum trita cum polenta: brassicæ denique folia cruda tritáque cum melle imponuntur.

Ad æstuantem superficiem ventriculi.

His quibus æstuat ventriculi superficies, opitulatur succus è cucurbitæ ramentis cum rosaceo, itidémque vuæ acerbæ succus cum rosaceo. Absinthij foliorum decocti poculum manè haustú, epithymum cum sero lactis potum quinque séxve vicibus per mensem.

Ad ventriculi et intestinorum flatus ex atra bile.

Iis qui bilem atram gignunt, quique stomachi ac intestinorum inflatione diuexantur, auxilio sunt hæc: pulegij decoctum dilutúmve bibitum, & aqua in qua candens ferrum extinctum sit. Spógiæ quoque ex aceto impositę conueniunt, maximè in inflatione intestinorú & mentis alienatione. Sin perseueret affectus, alumen liquidum cum chalcantho, aloë ac melle imponito, cerato admixto. Aut, hederæ folia cocta in vino cataplasmatis instar imponito: aut plantaginem tritam cum sale: aut fimum bouis armentariæ siccum in vino coctum, aut marrubium cum pane ac rosaceo, aut denique bulbos cú alumine tritos.

Ad singultum.

In singultu conueniunt hæc in potu sumpta: alyssi herbæ decoctum, aut ipsa etiam herba manibus detenta, anethi semen potum & olfactum, aristolochiæ radix ex aqua, asplenum herba cum posca, mentæ ramuli cum acidi Punici succo, castorium cum aceto, cuminum cum aceto, rha cum aqua, sisymbrij, quod cardamine dicitur, succus & semé, sternutatorium denique adhibitú. Ortus verò à frigore singultus soluitur summis manibus in calentem aquam demissis, aqua calida absorpta, spongia ex aqua feruenti stomacho adhibita, extremis denique partibus oleo Sicyonio confricatis.

Ad stomachi dolores sedandos.

Ad stomachi dolores faciunt: lac muliebre, bubulum aut asininum è papilla suctum, aut bibitum vbi per ignitos silices fuerit decoctum: gentianæ drach. j. cum aqua, mastiches cochlear vnum quotidie bibitum, aut succus ex eodem commanducato deglutitus, trium men-

φύλλα· ἀνδράχνη μετ᾽ ἀλφίτου ἢ ἄρτου, φύλλ᾽ ἀμπέλου καθ᾽ ἑαυτὰ ἐξ ὕδατος ψυχροῦ, ἐλάτη λεία σὺν ἀλφίτοις. ἢ φύλλα κράμβης ὠμὰ τρίψας μετὰ μέλιτος, ἐπιτίθει.

II. Τοῖς δὲ καυσουμένοις τὴν ἐπιφάνειαν ὠφελεῖ κολοκύνθης ξυσμάτων ὁ χυλὸς μετὰ ῥοδίνου, ἢ ὄμφακος χυλὸς σὺν ῥοδίνῳ. ἀψινθίου φύλλων ἀποζέματος ποτήριον ἓν κατὰ πρωΐ, ἢ ἐπίθυμον μετὰ γάλακτος ὀρροῦ πέντε ἢ ς΄. φορὰς τὸν μῆνα.

Quæ hic sequuntur, ad sequens caput referenda censet Gesnerus.

III. Χολὴν γεννῶσι μέλαιναν, καὶ ἐμφυσωμένοις στόμαχον καὶ ἔντερα ὠφελεῖ γλήχωνος ἀπόζεμα ἢ ἀπόβρεγμα πινόμενον, καὶ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ πεπυρωμένου σιδήρου ἐν ᾧ σίδηρος σβέννυται. ἁρμόζουσι δὲ καὶ σπόγγοι ἐξ ὄξους ἐπιτιθέμενοι, μάλιστα * κατὰ τὴν ἐμφύσησιν τῶν ἐντέρων καὶ τῆς διανοίας τὴν [illegible]. εἰ δὲ ἐπιμένει, στυπτηρίαν ὑγρὰν μετὰ χαλκάνθου καὶ ἀλόης καὶ μέλιτος ἐπιτίθει, κηρωτῇ μίξας. ἢ κισσοῦ φύλλα ἑφθὰ σὺν οἴνῳ καταπλασσε, ἢ ἀρνόγλωσσον λεῖον σὺν ἁλσίν, ἢ βοὸς ἀγελαίας βόλβιτον ξηρὸν ἐν οἴνῳ ἑψημένον, ἢ πράσιον μετ᾽ ἄρτου καὶ ῥοδίνου, καὶ βολβοὶ μετὰ στυπτηρίας λεῖοι.

Forte add. πινόμενα aut ἁρμόζουσι

IIII. Ἐπὶ δὲ τὸν λυγμὸν ἁρμόζει πινόμενα· ἀλύσσου τῆς πόας ἀφέψημα, καὶ αὐτὴ κρατηθεῖσα. ἀνήθου σπέρμα πινόμενον καὶ ἀποσφραινόμενον, ἀριστολοχίας ῥίζα μεθ᾽ ὕδατος, ἀσπλήνου πόα μετ᾽ ὀξυκράτου, ἡδυόσμου κλωνία σὺν ῥοιᾶς ὀξείας χυλῷ, καστόριον σὺν ὄξει, κύμινον σὺν ὄξει, ῥᾶ σὺν ὕδατι, σισυμβρίου τῆς καρδαμίνης λεγομένης χυλὸς καὶ τὸ σπέρμα, πταρμικοῦ προσαγωγή. Τὸν δὲ διὰ ψῦχος λυγμὸν λύουσιν ἄκραι χεῖρες εἰς θερμὸν ὕδωρ καθιέμεναι, ὕδατος θερμοῦ καταρρόφησις, σπόγγος ἐκ ζεστοῦ ὕδατος προσαγόμενος τῷ στομάχῳ, ἐλαίῳ Σικυωνίῳ ἀνατριβομένων τῶν ἄκρων.

V. Πρὸς δὲ τὰ ἀλγήματα τοῦ στομάχου ποιεῖ· γάλα γυναικεῖον ἢ βόειον ἢ ὄνειον θηλαζόμενον, ἢ πινόμενον. ἢ κόχλαξι * συναφεψόμενον. γεντιανῆς ∠ α΄. μεθ᾽ ὕδατος, μαστίχης κοχλιάριον ἓν καθ᾽ ἡμέραν πινόμενον, ἢ διαμασώμενον τοῦ χυλοῦ καταπινομένου.

** abundat.*

ἡδυόσμου κλωνίων τριῶν φύλλα σὺν ὀξείας ῥοιᾶς χυλῷ καταῤῥοφούμενα, γλήχων μετ' ὀξυκράτου.

VI. Πρὸς δὲ τοὺς δηγμοὺς τοῦ στομάχου τερμίνθου φύλλα ἀφεψόμενα, ὁμοίως σκορδίου χύλισμα· σόγχου χυλὸς μετὰ στροβίλων καὶ καρύων πικρῶν καὶ σικύου σπέρματος, κῶνοι ἐσθιόμενοι καθ' ἑαυτούς.

VII. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ ἀλγήματα στομάχου, μελίλωτον ἐν οἴνῳ ἑφθὸν μετὰ τηλίνου ἀλεύρου ἢ γύρεως, κυδώνιον ἑφθὸν σὺν ἄνθει, ἢ πήγανον σὺν μέλιτι.

VIII. Πρὸς δὲ τοὺς τὴν τροφὴν ἀποβάλλοντας ἐπιτιθέμενος ὠφελεῖ σπόγγος ἐξ ὄξους δριμέος ἄχρι φλυκταινώσεως, ἐπί τε τοὺς πόδας καὶ βραχίονας. ἐπὶ δὲ τοῦ θώρακος καταπλασσόμενος τυρὸς νεαλὴς μετ' ἀλφίτου, ἢ σελίνου φύλλα, ἢ σέριδος μετ' ὄξους καὶ ἀλφίτων, ἢ ἀνδράχνης ὡσαύτως, ἢ κολοκύνθης ξύσματα ὁμοίως.

IX. Τοὺς δὲ ναυτιῶντας καὶ πλαδῶντας ὁμοίως τὸν στόμαχον ἢ ἐξεμοῦντας ἵστησι πινόμενα, ἄλφιτα σὺν οἴνῳ, ἀμύγδαλα γλυκέα πρόσφατα σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενα, ἀγρώστεως τῆς ἐν Παρνασσῷ σπέρμα, κύμινον Αἰθιοπικὸν, ἀνήθου σπέρμα, πολυγόνου χυλὸς, καὶ κιχώριον ἐσθιόμενον καὶ σέρις, καὶ ὁ χυλὸς πινόμενος. σισύμβριον ἢ καρδαμίνη λεγομένη ποθεῖσα, θέρμοι γλυκεῖς λεῖοι σὺν ὄξει ποθέντες. θρίδακες ἄπλυτοι ἐσθιόμεναι, καὶ τὸ σπέρμα πινόμενον μεθ' ὕδατος. σόγχου ὁμοίως, ἴου ἄνθος μεθ' ὕδατος, κόστου < α. μετ' οἴνου. Κοχλίου χερσαίου Λιβυκοῦ σὰρξ ὅλη καταποθεῖσα νῆστι καὶ ἀλγήματα παύει στομάχου. προεσθιόμενοι δὲ ἐνιαῖοι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, τὸ αὐτὸ ποιοῦσι. ποιεῖ δὲ καὶ σὺν τῷ ὀστράκῳ ὅλος καταποθεὶς, τοῦ ὀστράκου συμπλασθέντος. Γίγαρτα φρυκτὰ ἀντὶ ἀλφίτων ἐσθιόμενα, γλήχων καταπλασθεῖσα ἐξ ὀξυκράτου, κύμινον σὺν ὀξυκράτῳ πινόμενον ἢ σὺν ὄξει, λαπάθου σπέρμα ὀβολοῖς δύο ἢ τρισὶν, ἀκακία μεθ' ὕδατος, λίθος ὁ ἐν τῇ Σαμίᾳ γῇ εὑρισκόμενος. μαράθρου σπέρμα ἢ χύλισμα, μάλιστα τοῖς ἀποξύνουσι ἢ ἐμοῦσι τὴν τροφήν.

X. Τοὺς δὲ ῥευματισμοὺς τοῦ στομάχου ἵστησι,

A ...tæ ramulorum folia cum acidi Punici succo absorpta, itemque pulegium ex posca bibitum.

Ad oris ventriculi morsus valent, terebinthi folia decocta: similiter & succus è scordio: sonchi succus cum nucleis pineis, amygdalis amaris & semine cucumeris: pinei etiam nuclei per se in cibis sumpti. *Ad cardigmon.*

B Stomachi dolores imposita leuant, melilotus in vino coctus cum farina fœnigræci aut polline, cotoneum cum flore coctum, ruta denique cum melle. *Ad stomachi dolores admouenda.*

Cibũ reiicientibus prodest spongia acri aceto [calente] imbuta, pedibus & brachiis adhibita, quoad C pustulæ excitentur. Conferunt verò adhibita pectori, caseus recens salitus cum polenta, folia apij aut seridis cum aceto & polenta, similiter & portulacæ folia aut cucurbitæ ramenta. *Ad cibi vomitum.*

Nauseam, stomachi ex nimia humiditate languorem ac vomitum D ista cohibent: polenta in vino bibita, amygdalæ dulces recentes cum suo putamine esitatę, graminis Parnassij semen, cuminum Æthiopicum, anethi semen, polygoni succus, cichorium in cibis sumptum, sicuti & seris, eorúmque succus epotus: sisymbrium, aut quod cardamine dicitur, potum: lupini dulces E triti cum aceto bibiti, lactucæ illotæ in cibis sumptæ, earúmque semen ex aqua potum, similiter & sonchi semen & flos violæ ex aqua, costi drachm. j. cum vino. Cochleæ terrestris Africanæ caro tota ieiuno deuorata, etiam dolores stomachi sedat. Idẽ præstant cochleæ duæ tréſve quotidie ante cibos a- F lios assumptæ: deuorata etiam tota proficit cum sua testa, hac circum aspersa: tosti acinorum nuclei polentæ vice in cibo sumpti, pulegium cum posca impositum, cyminum ex posca vel aceto potum, lapathi semen duûm triúmve obolorum pondere, acacia cum aqua, lapis qui in Samia terra reperitur, G fœniculi denique semen aut expressus eo succus, ac iis maximè quibus acescit cibus, aut vomitu reiicitur. *Ad nauseam & stomachi fluxionem, vomitum & vomitum.*

Stomachi fluxiones inhibent, *Ad stomachi fluxiones.*

al. λίνου

Diosc. 5. de mat. med. 176. χλωρά, virides siue virentes.

al. συμπλασθέντος Gesn.

balaustium ex aceto potum, rubi foliorum succus vel per se, vel ex aqua, aqua igniti ferri iniectione feruefacta, acetum scilliticum absorptum: (oportet autem ab exigua quantitate incipiendo bibere ad cyathū vsque vnum.) Punicum malum cum aqua frigida, scandicis decoctum, scillæ coctæ tres oboli cū posca, hypocisthidis drach. j. ex aqua: lens tosta polentæ loco inspersa, eiusdem decorticata grana xxx. deuorata: rosarum denique flos inspersus potui. Cæterùm tentatum fluxione ventriculum irrigare oportet rhois decocto lana succida excepto.

Ad eiusdem subuersiones. Stomachi subuersionibus medetur, passerculorū stercus potui datū.

Ad stomachi ex humiditate languorē adcommoda. Languentes ex nimia humiditate stomachos roborant hæc, cum cerato myrtino aut rosaceo imposita: rubi folia, absinthium, cupressi folia, coriandrum, cachry, palmula, cotoneū malū, elate cum palmulis.

Ad inflationes stomachi. Inflationibus stomachi, & his maximè qui tardè concoquunt, auxilio sunt hæc in potu sumpta: agallochi drach. j. cum vino, aristolochiæ drach. j. cum vino, smyrnij itidem semen cum vino, spinæ albæ radix cum vino, agaricum commanducatum superbibito mero. Ad inflationes stomachi, rhamni spinosi folia trita redige in pastillos, triobolares, è quibus vnum exhibeto febricitantibus cum hydromelitis diluti hemina vna: iis verò qui febre carent, cum vino diluto. Facit etiam ad ileosós & quosuis dolores à flatu: malo siquidem mirum in modum per ructus flatúsque resoluto sanescunt.

Ad cruditates ventriculi. Coctiones promouent: agaricum à cœna commanducatum deuoratúmque, nullo liquore insuper absorpto: aloës drach. j. ante cibum ex aqua sumpta, iuniperi baccę tritæ cum vino, cotonei mali dilutum, xylobalsami decoctum cum seseli, nardi Celticę decoctum cum aceti momento sumptum, iunci odorati decoctum cum rosarum flore haustum, seseli potum. Coctionem denique adiuuat, seridis succus absorptus.

Stomachū roborantia. Os vétriculi confirmāt, vua passa & scilla cocta cum melle delincta.

A βαλαύστιον μετ' ὄξους ποθὲν, βάτου χυλὸς φύλλων καθ' ἑαυτὸν καὶ μεθ' ὕδατος, ὕδωρ τὸ ἀπὸ σιδήρου πεπυρωμένου θερμανθὲν· ὄξος σκιλλητικὸν καταῤῥοφούμενον, (δεῖ δὲ ἀπ' ὀλίγου ἄρχεσθαι καὶ πίνειν ἄχρι κυάθου) ῥοιὰ μεθ' ὕδατος ψυχροῦ, *σκυθικος ἀφέψημα, σκίλλης ἑφθῆς τριώβολον ἐν ὀξυκράτῳ, B ὑποκιστίδος < α. ἐν ὕδατι. φακὸς πεφωσμένος ἀντὶ ἀλφίτου ἐπιπλασσόμενος. φακοὶ ἐπτισμένοι λ'. καταπινόμενοι. ῥόδων ἄνθος ἐπιπασσόμενον τῷ πόματι. *Εμβρέχειν δὲ δεῖ τοὺς ῥευματιζομένους στομάχους ἐρίοις οἰσυπηροῖς σὺν ῥοΐ.

σκάνδικος. *Fortè, ἐπιπασσόμενος.*

XI. Ἀνατροπὰς δὲ στομάχου θεραπεύει, C στρουθίων ἀποχώρημα διδόμενον ἐν ποτῷ.

XII. Κρατύνει δὲ τοὺς πεπλαδηκότας στομάχους ἐπιτιθέμενα μετὰ κηρωτῆς μυρσινίνης ἢ ῥοδίνης· βάτου φύλλα, ἀψίνθιον, κυπαρίσσου φύλλα, *κόριον, *κάχρυ, φοίνικες, μηλοκυδώνιον, ἐλάτη μετὰ φοινίκων.

κόριον fortè. κάχρυ fortè, hoc est [illegible].

XIII. Στομάχου δὲ ἐμπνευματώσεις D ὠφελεῖ πινόμενα, καὶ τοὺς βραδυπεπτοῦντας μάλιστα· ἀγαλλόχου < α. σὺν οἴνῳ, ἀριστολοχίας < α. σὺν οἴνῳ, σμυρνίου σπέρμα σὺν οἴνῳ, τὸ *ἄνθος, ἢ λευκῆς ῥίζα σὺν οἴνῳ. ἀγαρικὸν διαμασηθὲν ἐπιῤῥοφουμένου ἀκράτου. Πρὸς τὰς ἐμπνευματώσεις τοῦ στομάχου, ῥάμνου τῆς ἀκανθώδους φύλλα λεάνας, ἀνάπλασσε *τριωβολιαῖα, καὶ δίδου E τοῖς μὲν πυρέσσουσι μεθ' ὑδρομέλιτος κεκραμένου κο. α. ἀπυρέτοις δὲ μετ' οἴνου κεκραμένου. ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς εἰλεώδεις καὶ πᾶν ἄλγημα πνευματικόν· θαυμαστῶς γὰρ δι' ἐρυγῶν καὶ φυσῶν ὑγιεῖς γίνονται.

Subaudi, μεγέθη.

XIIII. Πέψεις δὲ ποιεῖ ἀγαρικὸν διαμασώμενον καὶ καταπινόμενον ἀπὸ δείπνου, F χωρὶς τοῦ ἀποῤῥοφεῖν· ἀλόης < α. σὺν ὕδατι, καὶ πρὸ τροφῆς· ἀρκευθίδες λεῖαι σὺν οἴνῳ, *μήλου ἀπόβρεγμα, ξυλοβαλσάμου ἀπόζεμα μετὰ σεσέλεως, ἢ νάρδου Κελτικοῦ μετ' ὀξυδίου ληφθὲν, σχοίνου ἄνθους ἀπόζεμα μετὰ ῥόδων ἄνθους πινόμενον, σέσελις πινομένη. Εὐπεψίας δὲ ποιεῖ σέριδος χυλὸς G καταῤῥοφούμενος.

καταῤῥοφεῖν τὸ ἀλ., Mod. Malim ego χωρὶς τοῦ ἐπιῤῥοφεῖν τι. *Suspicatur Gesnerus legendum μόνου, hoc est, mali.*

XV. Ῥώννυσι δὲ στόμαχον, σταφὶς, σκίλλα ἑφθὴ σὺν μέλιτι ἐκλειχομένη.

XVI. Ταῖς δὲ κισσώσαις ὠφελεῖ· ἀνδράχνη ἐσθιομένη, ἑλίκων ἀμπέλου ἀπόβρεγμα πινόμενον, κεδρόμηλα ἐσθιόμενα. A

XVII. Ὑποχόνδρια δὲ ὠφελεῖ ἐσκληρυσμένα παθόντα χρονίως, μάραθρον πινόμενον. Καὶ καταπλασσόμενα· ἀψίνθιον σὺν κυπρίνῃ κηρωτῇ ἢ φοίνιξι, λευκανθέμου φύλλα, σκόρδιον σὺν κηρωτῇ, τῆλις ἢ λινόσπερμον σὺν μελικράτῳ, ἢ σάμψυχον ἐν κηρωτῇ. B

Τὰ τῶν πυρεσσόντων βοηθήματα.

XVIII. Γλώσσης δὲ τραχύτητας ἐκμαλάσσει ἡδύοσμον λεῖον σὺν μέλιτι· ῥοῦς ἐρυθρὸς ὁμοίως, ῥόδινον σὺν ὕδατι, ἢ μέλι καθ' ἑαυτό. C

XIX. Τοὺς δὲ κατὰ περιόδους πυρετοὺς κεχρονισμένους θεραπεύει· χαμαίδρυος φύλλα λεῖα πρὸ μιᾶς ὥρας τῆς λήψεως πινόμενα, καὶ ὅσα ἐπὶ τριταϊκῶν αὐτίκα ἱστορήσομεν.

XX. Πρὸς δὲ τοὺς τριταϊκοὺς ἁρμόζει πόματα λαμβανόμενα πρὸ μιᾶς ὥρας τῆς ἐπισημασίας, προεγχριομένων καὶ ἀνατριβομένων τῶν ἄκρων. τριφύλλου σπέρματος κοκκία τρία κηρῷ καταπλασθέντα καὶ καταποθέντα ἐπὶ τρίς, τὰ πάντα ἐννέα. ἀρνογλώσσου ῥίζαι ἁδραὶ τρεῖς μετ' οἴνου πινόμεναι, ἱερᾶς βοτάνης ὁ τρίτος γόνυ ἀπὸ τῆς γῆς ἀφαιρεθὲν, καὶ διδόμενον. ποιεῖ καὶ σίλφιον κηρῷ περιπλασθὲν λευκῷ καὶ καταποθέν. ἐπιρροφείτωσαν δὲ ὕδωρ θερμὸν ἢ οἶνον. ἡλιοτροπίου τοῦ μεγάλου κόκκοι τρεῖς σὺν οἴνῳ, ὀνόβρυχις σὺν οἴνῳ, πενταφύλλου φύλλα γ'. μετ' οἴνου ἢ ὑδρομέλιτος ποτιζόμενα, πέπερι λεῖον μεθ' ὕδατος πινόμενον. Περιαφθέντα δὲ ὠφελεῖ τριταίους· λειχὴν ἵππου περιαφθεὶς, ἢ ἀράχνας τὰ ζῶα τρία συναναμαλάξας ἐμπλάσσουσι ἐπιθεὶς ἐν ὀθονίῳ κατὰ τοῦ μετώπου καὶ τῶν κροτάφων. D E F

XXI. Τεταρταϊκοὺς δὲ ὠφελοῦσιν ἀρνογλώσσου ῥίζαι ἐν οἴνῳ πινόμεναι· ἱερᾶς βοτάνης τέταρτον γόνυ ἀπὸ τῆς γῆς ἀφαιρεθὲν καὶ τριβὲν λεῖον σὺν οἴνῳ καὶ δοθὲν, ἀσφάλτου < α'. μετὰ καστορίου ὀβολοῦ, γλυκυρρίζης < β'. μεθ' ὕδατος κο. α'. ἡλιοτροπίου τοῦ μεγάλου κο. δ'. σὺν G

Pica laborantibus mulieribus auxilio sunt, portulaca in cibis sumpta, vitis capreolorum dilutum potum, citria mala esitata. *Ad mulierum picam seu malaciam.*

Hypochondriis affectu diuturno induratis auxilio est, fœniculum bibitum. Imponuntur verò cataplasmatum more, absinthium cum cerato cyprino aut palmulis, leucanthemi folia, scordium cum cerato, fœnumgræcum aut lini semen cum aqua mulsa, sampsuchum denique cerato exceptum. *Ad durities hypochondriorum.*

Febricitantium remedia.

Linguam scabram asperámve emolliũt ac læuigãt, mẽta trita cum melle, rhus erythros dictus, quo ad obsonia vtuntur, rosaceum cum aqua, aut mel per se. *Ad linguæ asperitatem.*

Diuturnas febres quæ [quotidianis] redeunt circuitibus, sanãt, chamædryos folia ante accessionem hora vna pota, & quæcunq; mox in curãdis tertianis cõmemorabimus. *Ad quotidianas febres.*

Tertianis febribus hæc conueniunt hora vna ante accessionem assumpta, priùs tamen vnctione frictionéque partium extremarum adhibita: trifolij seminis grana cera obuoluta nouem, nempe terna ternis deuorata vicibus: plantaginis radices succulentæ tres in vino potæ, verbenacæ supinæ tertium à terra geniculum decerptum & exhibitum. Confert & silphium cera candida obuolutum ac deuoratum, superbibita tamen aqua calida aut vino: heliotropij maioris grana tria cum vino, onobrychis cum vino, quinquefolij folia trita cum vino aut aqua mulsa pota: piper denique tritum ex aqua potum. Sed & amuleta tertianis febribus auxilio sunt, vti lichen equorum appensus, itidémque aranei tres contriti linteolo inditi, frontíque ac temporibus adhibiti. *Ad tertianas.*

Contra quartanos circuitus auxilio sunt, plãtaginis radices quatuor in vino bibitæ: verbenacæ supinæ quartum à terra geniculum decerptum, cum vino tritum & exhibitum: bitumi nis drach. j. cum castorei obolo, glycyrrhizæ drachmæ duæ cum aquæ hemina vna, heliotropij maioris grana quatuor cum vino, *Ad quartanas.*

vino, cimices è cubilibus quatuor cauis fabarum inditi ac deuorati, quinquefolij quatuor folia ex aqua mulsa aut vino, hyperici coreos appellati semen cum vino: pota quoque vrina cuique sua cyathorum quatuor mensura, vomitu prius euacuatos iuuare traditur: sed illam in fictili vase asseruari oportet. Idē facit impubis pueri vrina quinquies hausta. Quartanas finit oxyporon aliquod ante accessiones toti corpori illitum, poto deinde generis eiusdem medicamento. Aliud: radicis libanotidis sesquidrachmam in vini dimidia hemina paulò ante febrilem accessum exhibeto: ac vt ne rigore prehendatur æger, aliquo pingui præunctum & vndique coopertum quiescere finito, dū copiosus erumpat sudor.

Ad quosuis febrium circuitus & rigores.

Ad omnes in communi circuitus ac rigores faciunt hæc sudores mouentia: smyrnij semen cum vino, laserpitij agrestis ac domestici liquor melle cocto circumlitus ac deuoratus rutæ syluestris & satiuæ semen cum vino, radicis aristolochiæ drach. j. cum vino, myrrha ad fabæ magnitudinem, piper cum vino, iridis drach. ij. cum vino, hipposelini semen drach. j. pondere cum vino: similiter & hyperici, calaminthæ decoctum cum castorio, laserpitij semina cum nasturtio & ouo, vel pipere ac ruta, opopanacis drach. j. vel panacis drach. ij. seseli cum panace ac pipere in vino potum, ferulæ semen simili modo, verbasci radix in vino, radicis quinquefolij succus cum vino: canini stercoris sicci quantum sat esse coniectura videbitur, ex aceto bibitum.

Ad febres inordinatas.

Diuturnis & inordinatis febribus conuenit epotum ius è vetere gallinaceo, cuius ventri sal salsamentúmve inditū incoctúmque fuerit.

Ad quosuis febrium rigores diluendos.

Febribus cum rigore certo statóque circuitu redeuntibus ista cōferunt ex oleo trita, & ante accessiones illita, quippe quæ corpus excalfaciant sudorésque cieant: viticis semen, libanotidis semen, salis flos, lixiuium ficulneum, nitrum aut spuma nitri, baccæ lauri, pyrethrum, smyrnij quod hipposelinum dicitur semen, hypericum,

A οἴνῳ, κόρεις ζ' τῆς κλίνης δ'. ἐντεθέντες εἰς τὰ τῶν κυάμων βρώματα καὶ καταποθέντες, πενταφύλλου φύλλα δ'. μεθ' ὑδρομέλιτος ἢ οἴνου, ὑπερικοῦ τοῦ κόρεως λεγομένου τὸ σπέρμα μετ' οἴνου. ἱστορεῖται δὲ καὶ οὖρον ὠφελεῖν τὸ ἴδιον πινόμενον κυάθοις δ'. πρὸς ἐμεμεκόσι πλῆθος· δεῖ δὲ φυλάττειν αὐτὸ ἐν σταμνίῳ.

Ἡμίναις, Molbanus, &c. Gesn. mauult κυάθοις δ' πλῆθος ἐμεμεκόσι.

B Τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ καὶ παιδὸς οὖρον ἀφθόρου μέχρι πέντε πόσεων. Τεταρταῖον δὲ παύει πρὸ τῆς ἐπισημασίας ὀξυπόρου χρῖσις καθ' ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μετὰ ταῦτα πόσις τοῦ αὐτοῦ φαρμάκου. ἢ λιβανωτίδος ῥίζης < α' ς'. ἐν οἴνου ἡμικοτυλίῳ μικρῷ πρότερον τῆς λήψεως. καὶ συμπεριβάλλων ἀφεὶς ἡσυχάσαι, καὶ οὐ μὴ ῥιγώσει προαναλείφεσθαι λίπει, καὶ ἱδρώσει πολύ.

C

ῥιγώσει. Molbanus: qui & sequentia duo verba redundare putat.

XXII. Κοινῶς δὲ πρὸς πάσας περιόδους καὶ ῥίγη ποιεῖ κινοῦντα ἱδρῶτας· σμυρνίου σπέρμα μετ' οἴνου, ὀπὸς σιλφίου ἀγρίου καὶ ἡμέρου μέλιτι ἑφθῷ περιχριόμενος καὶ καταπινόμενος, πηγάνου ἀγρίου καὶ ἡμέρου

D σπέρμα σὺν οἴνῳ, ἀριστολοχίας ῥίζης < α'. σὺν οἴνῳ· σμύρνης ὅσον κύαμος, πέπερι σὺν οἴνῳ, ἴριδος < β'. σὺν οἴνῳ, ἱπποσελίνου σπέρματος < α'. μετ' οἴνου, ὑπερικοῦ ὁμοίως, καλαμίνθης ἀπόζεμα σὺν καστορίῳ, ὀποῦ φύλλα σὺν καρδάμῳ καὶ ᾠῷ, ἢ πεπέρει καὶ πηγάνῳ. ὀποπάνακος < α'. ἢ πάνα-

E κος < β'. σέσελι μετὰ πάνακος καὶ πεπέρεως σὺν οἴνῳ ποθέν, νάρθηκος σπέρμα ὁμοίως, φλόμου ῥίζα ἐν οἴνῳ, πενταφύλλου ῥίζης χυλὸς σὺν οἴνῳ, κόπρος κυνεία ξηρὰ στοχασμῷ μετ' ὄξους πινομένη.

Silphii foliorum succus, Molbanus, quasi legatur, ὀποῦ φύλλων. At Gesnerus laserpitii semina hic desiderari existimat.

XXIII. Πρὸς δὲ τοὺς χρονίους καὶ ἀτάκτους πυρετοὺς ἁρμόζει ἀλεκτρυόνος παλαιοῦ ζωμός, ἁλῶν ἐν τῇ γαστρὶ αὐτοῦ ἐγκαταγλύτων, ἢ ταρίχους, καὶ συνεψηθέντων, πινόμενος.

F

Forte καταπλασθέντων, aut ἐμβληθέντων.

XXIIII. Συγχριόμενα δὲ μετ' ἐλαίου λεῖα ἐπὶ τῶν μετὰ ῥίγους περιοδικῶν πυρετῶν ὠφελεῖ πρὸ τῆς ἐπισημασίας θάλποντα τὸ σῶμα, καὶ ἱδρῶτας κινοῦντα· ἄ-

G γνου σπέρμα, λιβανωτίδος σπέρμα, ἁλὸς ἄνθος, συκίνη κονία. νίτρον ἢ ἀφρόνιτρον, δαφνίδες, πύρεθρον, σμυρνίου τοῦ ἱπποσελίνου καλουμένου σπέρμα, ὑπερικόν,

Aet. 2. tetr. ser. 1. cap. 88. Dioscoridem citans, primo loco trochiscos è floribus chamæmeli proponit, vsus tempore oleo diluendos.

καλαμίνθη, κάχρυ ὀλίγον, καστόριον, κόνυζα, κόστος, σαγάπηνον, κνίδιος κόκκος μετὰ νίτρου καὶ ἐλαίου καὶ ὄξους, λύκαψος σὺν ὕδατι θερμῷ, σαμψύχινον, ἴρινον, μετώπιον, γλαύκινον, κύπρινον, χαμαίδρυς, χαμαίπιτυς, συκαμίνου ὀπὸς, σταφὶς ἀγρία. A

XXV. *Μιγνύμενα δὲ κόποις ὠφελεῖ· ἅλες, νίτρον, ὀνοβρυχὶς, σισύμβριον, χαμαιλέων, ἀμμωνιακὸν, πράσιον, ὀρίγανον, καππάρεως ῥίζα, σικύου ἀγρίου ῥίζα· τέφρα κληματίτη, ὄστρακον ἀφ' ἴπνου, ἀριστολοχίας πάλη, ὀποβάλσαμον, κεκαυμένος χαλκὸς, λεπὶς χαλκοῦ καὶ τὰ δριμέα ἀρώματα, βολβοὶ λεῖοι καταχριόμενοι σὺν πεπέρει καὶ ἀμμωνιακῷ, ἢ κηρωτὴ ὑγρὰ κυπρίνη, Κομμανικὸς λίθος εἰς ἔλαιον ἀποτριβόμενος καὶ συγχριόμενος. B C

χαμαιλαία, Moibanus.

XXVI. Ἀτροφοῦντας δὲ ὠφελεῖ, ὀρόβου φρυκτοῦ μέγεθος ὅσον κάρυον Ποντικὸν ἐν μέλιτι παρὰ τὴν τροφὴν διδόμενον.

XXVII. Ἵστησι δὲ ἱδρῶτας ἐπὶ τῶν διαφορουμένων καταπλασσόμενα· γῆ Σαμία, γύψος, λιθάργυρος, κηκὶς, σχιστὴ, μυρσίνη, θεῖον ἄπυρον, ἔλαιον τὸ ἐξ ἀγριελαίας, μυρσίνινον, τερμίνθινον, οἰνάνθινον, ῥόδινον, μήλινον, σχίνινον. Καταχριόμενα δὲ ἵστησι μάννα καὶ ἄμυλον σὺν ὠοῦ τῷ λευκῷ· ἢ ὠοῖς λείοις σὺν πεπέρει καὶ κνίδης σπέρματι, καὶ κηρῷ ὀλίγῳ, καὶ κόμμι, καὶ ὀνώνιδος σπέρματι, καὶ νίτρῳ ὀλίγῳ. D E

Moib. legisse videtur, καταπλασσόμενα.

βολβοὶ λευκοὶ legitur apud Aetium, bulbus candidus: nisi forte mendum subest.

XXVIII. Καρδιακοὺς δὲ ὠφελεῖ καταπλασσόμενα κατὰ τοῦ στομάχου· βάτου φύλλα μετὰ κηρωτῆς ὀλίγης ἢ ἄρτου, μυρσίνης φύλλα ἢ μύρτα, ἢ ἕλικες ἀμπέλου, ἢ ἀρνόγλωσσον σὺν ἄρτῳ ἢ κηρωτῇ ὀλίγῃ, μῆλα κυδώνια, φοίνικες, σέρις ἀγρία καὶ ἥμερος. F Καὶ ἐνέματα δὲ ὠφελίμως παραλαμβάνεται, πτισάνης χυλὸς καθεψημένου, ἀκρωτηρίων ἢ ποδῶν μετ' οἴνου, ἢ ὠοῖς ὠμοῖς σὺν οἴνῳ. Καταχρίεται δὲ αὐτῶν τὰ ἄκρα ὠφελίμως κηρωτῇ ὑγρᾷ μετὰ νάπυος λείου, ἢ ξηρῷ διεθέντι οἴνῳ.

Addit Moib. ἀρτίων, & mox subdit, ... ἢ ξηρῷ διεθέντι οἴνῳ. Moib.

Τῶν περὶ τὸν πνεύμονα καὶ θώρακα παθῶν βοηθήματα. G

XXIX. Αἵματος δὲ ἀναγωγὴν θεραπεύει πινόμενα· ἀγαρικοῦ τριώβολον ἐν οἴνῳ, ἀδιάντου

Diosc. 3. de mat. med. cap. 118. ex aqua.

calamintha, cachryos momentum, castorium, conyza, costus, sagapenum: granum Cnidium cum nitro, oleo & aceto: lycopsis cum aqua calida: vnguenta sampsuchinum, irinum, metopium, glaucinum, cyprinum: chamædrys, chamæpitys, sycomori liquor, & staphisagria.

Lassitudinibus conferunt mixta hæc: sal, nitrum, onobrychis, sisymbrium, chamelæa, ammoniacum, marrubium, origanum, capparis radix, cucumeris agrestis radix, cinis sarmentitius, testa fornacea, aristolochiæ pollen, opobalsamum, æs vstum, squama æris, & aromata acria, bulbi triti illiti cum pipere & ammoniaco, ceratum cyprinum liquidius, lapis Comanicus in oleum detritus & inunctus. — *Ad lassitudines.*

Cibum non sentientibus, quippe quorum corpora non aluntur, auxilio est, eruum tostum in nucis auellanæ magnitudinem melle collectum, & ante cibos exhibitum. — *Ad atrophiam.*

Sudores in iis qui exoluuntur cohibent inspersa hæc: terra Samia, gypsum, argenti spuma, galla, scissile alumen, myrtus, sulphur viuum, oleum agrestis oleæ, myrtinum, terebinthinum, œnanthinum, rosaceum, melinum & lentiscinum. Eosdem hæc illita sistunt: manna & amylum cum oui candido: bulbi triti cum pipere & vrticæ semine, ceræ momento, gummi, ononidis semine & pauco nitro. — *Ad sudores diaphoreticorum.*

Cardiacos iuuant hæc stomacho in modum cataplasmatis imposita: rubi folia cum pauco cerato vel pane, myrti folia aut baccæ, vitium capreoli, plantago cum pane aut cerato modico, mala cotonea, palmulæ, intubus agrestis & satiuus. Quin & vtiliter infunduntur enemata è ptissanæ decoctæ cremore, è partium extremarum pedúmve decocto in vino, aut ex ouis crudis cum vino. Sed & ægrorum extremæ partes commodè inunguntur cerato liquido cũ trito sinapi, aut sicco quod vino dissoluatur. — *Ad cardiacorum affectum.*

Pulmonis thoracísque affectuum remedia.

Sanguinis reiectioni medentur in potu sumpta hæc: agarici trium obolorum pondus in vino, adianti — *Ad sanguinis reiectiones.*

succus cũ aceto cyathi vnius quantitate per interualla multa absorptus: similiter & succi è polygono, semperuiuo, plantagine, rubo, portulaca aut vitium capreolis: balaustium cum posca, mentæ succus per se & cum posca vel aqua, clymeni succus trium obolorum pondere ex aqua, cupressi pilulæ ex aqua tritæ & potæ, lysimachia herba eiusdémque succus, myricæ fructus tritus eiusdémque cortex, ferulæ medulla & œnanthe sicca.

Ad reiectiones diuturnas.

Diuturnas autem reiectiones sistunt, porri semen, myrti semen potum ex aqua, vel potiùs myrti baccarum succo, vitex trioboli pondere cum posca, rosarum capita trita ex aqua, symphytum petræum eiusdémque semen, spinæ albæ radix drach. j. pondere cum oxycrato pota, althææ radicis decoctum: glutinum è zea coctum, quale librarium est, delinctum: confert & cum menta. Aliud: farinæ hordeaceæ per linteolum in succum solutæ dimidium cyathum, addita etiã menta, exhibeto. Valent & hypocistidis succus cum thuris momento, amygdala pota cum aqua frigida, amygdala amara cum amylo & menta ex aqua bibita, portulaca in cibis sumpta, arctij radix trium obolorum pondere cum posca & pineis nucleis xl. aspalathi succus cum oxycrato, rubi succus, Samiæ terræ aster ex aqua: membranaceum id quod in quercu inter caudicem & corticem medium interiacet, feruefactum: aut pellicula quæ glandem proximè contegit similiter feruefacta, cornu cerui vstum cum posca, castanearum decoctum, salicis fructus cum vino, centaurij maioris radix drach. ij. pondere cum vino, betonicæ folia drach. ij. pondere cum vino, corallij drach. j. ex aqua, leucographidis tãtundem simili modo, lapis hæmatites cũ succo Punici, ostracites lapis drach. j. pondere cum aqua, deglutitus è commansa mastiche succus, cotoneorum flos ex posca tritus, rubricæ Lemniæ drach. j. ex aceto, liquescens è tragacantha linguę subdita succus, tragij semen cum vino, quinquefolij è radice succus cum posca, suber è veteribus calcea-

A χυλὸς καταῤῥοφούμενος ἐν ὄξει ὅσον κύαθος α΄. καὶ ἐκ διαστημάτων ἢ πάλιν, ἢ πολυγόνου χυλὸς, ἢ ἀειζώου, ἢ ἀρνογλώσσου χυλὸς ὁμοίως, ἢ βάτου, ἢ ἀνδράχνης, ἢ ἑλίκων ἀμπέλου, ἢ βαλαύστιον σὺν ὀξυκράτῳ, ἢ ἡδυόσμου χυλὸς καθ' ἑαυτὸν καὶ σὺν ὀξυκράτῳ ἢ ὕδατι, περικλυμένου χυλοῦ τριώβολον μεθ' ὕδατος, κυπαρίσσου σφαιρία μεθ' ὕδατος λεῖα πινόμενα, λυσιμάχιος πόα καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς, μυρίκης καρπὸς λεῖος καὶ φλοιὸς αὐτῆς, νάρθηκος ἐντεριώνη, οἰνάνθη ξηρά.

διαστημάτων πολλῶν, Moibanus. — *κλυμένου.* — *Diosc. j. de mat. med. cap. 102. σὺν οἴνῳ ἐκπίνε.*

XXX. Πρὸς δὲ τὰς πολυχρονίους ἀναγωγὰς ἰσχύει, πράσου καρπὸς, μύρτου σπέρμα μεθ' ὕδατος ποθὲν, μᾶλλον δὲ μετὰ μύρτων χυλοῦ, ἄγνου τριώβολον μετ' ὀξυκράτου, ῥόδων κεφαλαὶ λεῖαι μεθ' ὕδατος, σύμφυτον πετραῖον καὶ ὁ καρπὸς, ἀκάνθης λευκῆς ῥίζης < α΄. μετ' ὀξυκράτου, ἀλθαίας ῥίζης ἀφέψημα. κόλλα ἀπὸ ζειᾶς ἑψηθεῖσα, ὡς εἰς βιβλία, ἐκλειχομένη· ἁρμόζει καὶ σὺν ἡδυόσμῳ, ἢ ἀλεύρου κριθίνου κυάθ. ς΄. χυλίσας δὲ ὀθονίου καὶ μίξας ἡδύοσμον δίδου. ὑποκιστίδος χυλὸς μετὰ λιβανίου ὀλίγου, ἀμύγδαλα πινόμενα μεθ' ὕδατος ψυχροῦ, ἀμύγδαλα πικρὰ μετ' ἀμύλου καὶ ἡδυόσμου πινόμενα μεθ' ὕδατος, ἀνδράχνη ἐσθιομένη, ἀρκτίου ῥίζης τριώβολον μετ' ὀξυκράτου καὶ στροβίλου κόκκων μ΄. ἀσπαλάθου χυλὸς μετ' ὀξυκράτου, βάτου χυλὸς, γῆς Σαμίας τὸ ἀστέριον σὺν ὕδατι. δρυὸς τὸ μεταξὺ τοῦ πρέμνου καὶ τοῦ φλοιοῦ ὑμενῶδες ἀποζεσθέν· ἢ ὁ περὶ τὸν βάλανον ὑμὴν ὁμοίως ἀποζεσθείς. κέρας ἐλάφου κεκαυμένον σὺν ὀξυκράτῳ, καστάνων ἀφέψημα, ἰτέας καρπὸς σὺν οἴνῳ, κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζης < β΄. σὺν οἴνῳ, κέστρου φύλλων < β. σὺν οἴνῳ, κοραλλίου δραχμὴ μεθ' ὕδατος, λευκογραφίδος < α΄. ὁμοίως, αἱματίτης λίθος σὺν χυλῷ ῥοιᾶς, ὀστρακίτου λίθου < α΄. μεθ' ὕδατος, μαστίχη διαμασσωμένη καὶ τοῦ χυλοῦ καταπινομένου, κυδωνίων ἄνθος μετ' ὀξυκράτου λεῖον, μίλτου Λημνίας < α΄. σὺν ὄξει, τραγακάνθη ὑποχυλιζόμενον, τραγέου καρπὸς μετ' οἴνου, πενταφύλλου τῆς ῥίζης ὁ χυλὸς σὺν ὀξυκράτῳ, φελλὸς ὁ ἐκ τῶν παλαιῶν κεφ-

Cyathos sex, Moibanus. Sed forte cyathum s'. i. semis legere præstabit, nam & aridorum mensura cyathus est. Gesn.

Ita, Diosc. j. de mat. med. si adsit febris. sin minus, ex aqua. — *μεγάλου mauult Moibanus.* — *καττυμάτων Moib.*

μίων κεκαυμένος καὶ ἄκαυστος λεῖος μετ' ὀξυκράτου πινόμενος, κονία πινομένη, γάλα θηλαζόμενον γυναικεῖον καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἀποφθινόντων. Ἐπιτίθεται δὲ ὠφελίμως κατὰ τοῦ θώρακος ἐπὶ τῶν αἱμοπτοϊκῶν σπόγγος ἐξ ὀξυκράτου, εἰ πολὺς εἴη ὁ ῥευματισμός· ἢ τὰ στύφοντα, οἷον ἂν εἴη σέρις, πολύγονον, ἀνδράχνη, κυδώνια, βάτος, φοίνικες, σίδια, μυρσίνη· ταῦτα μετ' ἄρτου ἢ ἀλφίτου.

XXXI. Τὰς μὲν βῆχας προσφάτους ἀσύμφορόν ἐστι θεραπεύειν. δι' ὑδροποσίας γὰρ καὶ οἰκείου τροφῆς τῆς διὰ ῥοφήματος εὐχερές ἐστι θεραπεύειν. Χρονιζούσας δ' ἰᾶται ταῦτα πινόμενα· ἀκάνθης ῥίζης < α. μετὰ μέλιτος, ἀρκευθίδες ε. ἢ ς'. ἢ ζ. ἢ η. κεδρίδες πινόμεναι σὺν οἴνῳ ἢ μελικράτῳ, ἀσφοδέλου ῥίζης < α. μετ' οἴνου, ἄσφαλτος ἀντὶ καταποτίου λαμβανομένη, βακχάριδος ἀφέψημα σὺν ὕδατι, βαλσάμου καρποῦ δραχμὴ σὺν οἰνομέλιτι, δαφνίδες δύο λεῖαι σὺν ὕδατι, ἑλξίνης χυλὸς καταρροφούμενος ὅσον * κύαθον, σμύρνης κυάμου μέγεθος καταπινόμενον, σμυρνίου ῥίζα καταπινομένη. θύμου, ἢ θύμβρας, ἢ ὑσσώπου *ἀπόζεμα ἢ ἀφέψημα μετὰ μέλιτος καὶ σύκων ξηρῶν. ἱππουρίδος χυλὸς ἢ ἀφέψημα, ἢ ἰσοπύρου μετὰ μελικράτου, ἢ κάρυα Ποντικὰ πινόμενα μετὰ μελικράτου καὶ πεπέρεως, * καυκαλίδος ῥίζα μασωμένη, χαλβάνη ἀντὶ καταποτίου, κενταυρείου τοῦ μεγάλου ῥίζης < β. σὺν οἴνῳ, κόμμι ἀμυγδαλῆς πικρᾶς ἢ κερασέων ἢ κοκκυμηλέων μετὰ κράματος, λάδανον σὺν στύρακι ἀντὶ καταποτίου, καὶ αὐτὸς ὁ στύραξ καθ' ἑαυτὸν, λυκίου Ἰνδικοῦ κυάμου τὸ μέγεθος ὁμοίως. μηκώνιον σὺν στύρακι καὶ σμύρνῃ ἴσοις ἀναπλασσόμενα εἰς ὀροβιαῖα μεγέθη, ἀναλαμβανόμενα μετὰ τροφὴν γ'. ἐπιρροφουμένου ὕδατος εἰς κοίτην ἀβλαβῶς δίδοται. μαστίχη λεία ποιεῖ καταπινομένου τοῦ χυλοῦ, οἰνάνθης τῆς πόας καρπὸς καὶ φύλλα καὶ καυλὸς σὺν οἴνῳ ἢ σὺν οἰνομέλιτι, ὀπόφυλλον μετὰ πράσου καὶ ὄξους, *ὀπὸς, ἢ θεῖον ἄπυρον, ἢ σαγάπηνον, ὀπὸς σὺν ὠῷ

ἀπόβρεγμα fortè, ne idem repetatur.

Hac vox fortè redundat.

mentorum soleis, seu vstum seu etiam non vstum, tritum & è posca bibitum, lixiuium potum, lac denique muliebre ex ipsa mamma suctum, id quod præcipuè tabescentibus confert. Foris verò sanguinem excreantium pectoribus vtiliter imponitur spongia ex posca, siquidem vehemens est fluxio: sic & adhibentur astringentia, qualia fuerint, intubus, polygonum, portulaca, cotonea, rubus, palmulæ, cortices mali Punici, myrtus: hæc autem cum pane polentáve imponuntur.

Tusses quidem recentes curare superuacaneum est, cùm & aquæ potu & conueniente cibo qui in sorbitionibus offertur iis mederi sit facile: diuturnis autem tussibus hæc assumpta medentur: acanthi radicis drach. j. cum melle, iuniperi baccę quinque, sex, septem octóve: cedri fructus poti cum vino aut aqua mulsa, asphodeli radix drach. j. pondere cum vino, bitumen catapotij instar deuoratum, baccharidis decoctum ex aqua, balsami fructus drach. j. pondere cum vino mulso, lauri baccæ binæ tritæ cum aqua, helxines succus mensura cyathi absorptus, myrrha fabæ magnitudine deglutita, smyrnij radix deuorata: thymi, thymbræ aut hyssopi dilutum decoctúmve cum melle & caricis: equiseti succus aut decoctum, isopyri decoctum ex aqua mulsa, nuces auellanæ in aqua mulsa potæ adiecto pipere, caucalidis radix commanducata, galbanum catapotij instar assumptum, cẽtaurij maioris radix drach. ij. pondere cum vino: gummi amygdali amaræ aut cerasi aut pruni cum vino diluto: ladanum cum styrace instar catapotij sumptum, atque ipse etiam styrax per se: similiter & lycium Indicum fabæ magnitudine. Meconium cum styracis & myrrhę partibus æquis in pastillos granorum erui magnitudine conformatur, è quibus tres à cibo sub horam somni aqua superbibita tutò exhibentur. Confert & mastiche trita, deglutito inde succo: item œnanthes herbæ folia, semen & caulis cum vino aut œnomelite, laserpitij semen cum porro & aceto, sulphur viuum aut sagapenum, laser in ouo

sorbili sumptum, saluia in sorbitione hausta: ari radix cocta in sorbitione, ac eadem etiam per se in cibo sumpta: simili quoque modo dracunculi radix, vuæ passæ detractis vinaceis esitatæ, mel coctum instar catapotij deuoratum: acetum scilliticum absorptum, (sed recentes tusses acetum irritat.) panacis aut peucedani è radicibus decoctum aut eorundem liquor deuoratus: marrubij decoctum cum melle: porrum coctum in cibo sumptum, ex eodem succus expressus haustus: sandaracha cum cera instar catapotij assumpta, seseli cum vino potum, scillæ coctæ drach. j. cum aceto mulso aut vino mulso, allium seu coctum seu crudum in cibo sumptum, caricæ super prunis assatæ insperso pipere, chamædryos decoctum, palmulæ caryotæ in vino maceratæ, deindéque tostæ superinsperso pipere: bryoniæ radix alba in puluerem contrita & pauco melle cocto excepta, instar catapotij deuorata: est enim acris: fœnigræci decoctum ex aqua diebus quindecim cyathi mésura potum; erysimum aut nasturtium diei vnius spatio præmaceratum, deindéque in ptissana coctum & absorptum. Aliud ad tussiculam: pulegium præbe manducandum: aut hyssopum ex vino tepido propinato ieiuno, & superdormiat. Aliud: hederæ acinis, ligno aut foliis tussi fluxionique obnoxium fumigato, & sanabitur: aut resinam cum vino vetere, aut cannabis agrestis semen ex aqua propinato: aut cedriá cum vino ieiunis potui dato, aut arsenicum cum ouo sorbili exhibeto, aut sulphur viuum simili modo. Aut fœnumgræcum, hyssopum aut pulegium ex posca decoquito, & ieiuno propinato. Aut: oleæ laurique folia tusa tritáque tribus matutinis ternûm cochlearium mensura potui dato. Tusses quæ cum vehementi sunt defluxione, iuuat, equina spuma pota cum aquæ dimidia hemina. Validas tussientium excreationes adiuuat, vinum in excauata scilla per noctem relictum & vrgente tussi exhibitum: sumatur verò per cannulam & parciore quantitate, propter acrimoniam: confert & acetum scillinum absorptum.

A ῥοφητῷ λαμβανόμενος, ἐλελίσφακος ἐν ῥοφήματι λαμβανόμενος· ἄρου ῥίζα ἑφθὴ ἐν ῥοφήματι, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἑφθὴ ἐσθιομένη· ἢ δρακοντίου ῥίζα ὁμοίως, σταφίδες ἐκγιγαρτισθεῖσαι καὶ ἐσθιόμεναι, μέλι ἑφθὸν αὐτὶ καταποτίου λαμβανόμενον, ὄξος σκίλλινον καταῤῥοφούμενον· τὰς δὲ προσφάB τους ἐρεθίζει τὸ ὄξος. πάνακος ἢ πευκεδάνου ῥίζης ἀφέψημα, ἢ ὀπὸς ὁ τούτων καταπινόμενος, πρασίου ἀπόζεμα σὺν μέλιτι, πράσον ἑφθὸν ἐσθιόμενον, καὶ τὸ χύλισμα αὐτοῦ καταπινόμενον. σανδαράχη σὺν κηρῷ ἀντὶ καταποτίου, σέσελι σὺν οἴνῳ πινόμενον, σκίλλης ἑφθῆς < α'. σὺν ὀξυμέλιτι ἢ οἰνομέC λιτι, σκόροδον ἑφθὸν ἢ ὠμὸν ἐσθιόμενον, σῦκα ξηρὰ ὀπτηθέντα ἐπ' ἀνθράκων ἐμπεπασμένα πεπέρει, χαμαιδρύος ἀφέψημα. καρυωτοὶ βραχέντες ἐν οἴνῳ, ἔπειτ' ὀπτώμενοι ἐπιπασθέντος πεπέρεως. βρυωνίας ῥίζα λευκὴ, ξηρὰ, λεία, καὶ ὀλίγῳ μέλιτι ἑφθῷ ἀναληφθεῖσα ἀντὶ καταποτίου. ἔστι γὰρ δριμεῖα.
D τήλεως κύαθος ἑψηθεὶς μεθ' ὕδατος καὶ πινόμενος ἐπὶ ἡμέρας ιε'. ἐρύσιμον ἢ κάρδαμον προβραχὲν ἡμέραν α'. εἶτα ἐν πτισάνῃ ἑψηθὲν καὶ ῥοφούμενον. Ἄλλο. πρὸς βηχίον. Λίνου δίδου διάχριμα ἀποτίεσθαι, ἴσου μετ' οἴνου χλιαροῦ δίδου πιεῖν νῆστει, καὶ κοιμάτω. ἢ κισσοῦ κόκκοις, ἢ ξύλῳ, ἢ φύλλοις κάE πνιζε τὸν βηχικὸν καὶ συῤῥέοντα, καὶ ἰᾶται. ἢ ῥητίνην σὺν οἴνῳ παλαιῷ πότιζε, ἢ ἀγριοκανάβου σπέρμα πότιζε μεθ' ὕδατος, ἢ κεδρίαν πότιζε νήστεις μετ' οἴνου, ἢ ἀρσενικὸν καὶ μετ' ὠοῦ ῥοφητοῦ δίδου φαγεῖν, ἢ θεῖον ἄπυρον ὁμοίως, ἢ τῆλιν ὑσσώπου, γλήχων μετ' ὀξυκράτου ἑψήσας δίδου πιεῖν νήστει. ἢ ἐF λαίας φύλλα καὶ δάφνης κόψας καὶ λειώσας δὸς πιεῖν γ'. πρωΐας κοχλ. γ'. Τὰς δὲ μετὰ ῥευματισμοῦ πολλοῦ ὠφελεῖ ἀφρὸς ἵππου μεθ' ἡμικοτυλίου ὕδατος πινόμενος. Τὰς δὲ σφοδρὰς ἐπιπλώσεις ἐν τοῖς βηχικοῖς ὠφελεῖ οἶνος ἐν σκίλλῃ γλυφείσῃ διανυκτερεύσας, καὶ διδόμενος κατὰ τὰς ἐπιG τάσεις τῆς βηχός. σίφωνι δὲ λαμβανέσθω, καὶ ὀλίγος διὰ τὴν δριμύτητα. ὠφελεῖ καὶ ὄξος σκίλλινον καταῤῥοφούμενον.

Γλήχωνα & mox pro [illegible]
Χωρὶς [illegible] & mox ὁ ξύλου [illegible] &c.
ἀγριοκανάβου σπέρμα [illegible] in Euporistis Galeno attributis.
[illegible] videtur expungendum.
[illegible] ὑσσώπου [illegible] γλήχωνα.
[illegible], Mosbanus, quasi [illegible] legerit.

A Ἄλλο βηχικόν. Πᾶσι δὲ τοῖς βήττουσιν ἁρμόζει βούτυρον μετὰ μέλιτος καὶ κυμίνου βραχέος. ἕψεται δὲ τὸ βούτυρον ἴσον τῷ μέλιτι, τοῦ πλήθους τοῦ μέλιτος προαφριζομένου, καὶ οὕτω προσβάλλεται τὸ κύμινον. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ φθισικῶν.

XXXII. Ἐκλειχόμενα δὲ ὠφελεῖ. δρακοντίου ῥίζα ἑφθὴ μετὰ μέλιτος, ἀμύγδαλα B πικρὰ μετ᾽ ἐλελισφάκου σὺν μέλιτι θερμαινόμενα. ἢ θύμβρα, ἢ ὕσσωπον, ἢ στοιχὰς σὺν μέλιτι. λινόσπερμον λεῖον σὺν ἴριδι καὶ καρύοις πικροῖς καὶ μέλιτι, κνίδης σπέρμα ὁμοίως. πίσσα, πισσέλαιον ὁμοίως, πράσιον ξηρὸν ἢ καὶ ὑγρὸν λεῖον σὺν μέλιτι· ἢ ῥητίνη πιτυΐνη ὑγρά, ἢ τερμινθίνη ἐκλειχομένη, C σκόρδιον σὺν καρδάμῳ ἢ ῥητίνῃ καὶ μέλιτι. στρουθίου κοχλιάριον σὺν μέλιτι. τραγορίγανον σὺν μέλιτι. τραγάκανθον ὑποχυλιζόμενον, φλόμου ῥίζα σὺν μέλιτι, μελάνθιον λεῖον βεβρεγμένον ἀναληφθὲν σταφίδος σαρκί, ἢ φοίνικος, ἢ γλυκέων.

Sic Plinius, lib. 23 cap. 8. & Dioscor. 1. de mat. med. σὺν μέλιτι καὶ γάλακτι, cum melle & lacte.

φοινίκων γλυκέων, Moib.

XXXIII. Ὑποθυμιώμενα δὲ ὠφελεῖ D χρονίας βῆχας, διὰ καλαμίνου σίφωνος καὶ ἄμβικος τετρημένου κατὰ τὸν πυθμένα, δι᾽ οὗ καὶ ὁ σίφων καθιέμενος ἀναπέμπει εἰς τὸ στόμα τὸν ἀτμόν· ἀρσενικόν, σανδαράχη λεῖα, βραχέντα ὕδατι καὶ ἀναπλασθέντα τῷ μεμεθοδευμένῳ ἄμβικι, πυρὸς ἀθρόου περὶ τὸν ἄμβικα. βηχίου φύλλα E θυμιώμενα, θεῖον ἄπυρον, κάλαμος ἀρωματίτης καθ᾽ ἑαυτὸν καὶ σὺν ῥητίνῃ τερμινθίνῃ, πρόπολις, σανδαράχη σὺν ῥητίνῃ ἢ τερμινθίνῃ, ἄσφαλτος, λιβανωτὸς σὺν ῥητίνῃ, σκίλλα ξηρά, ἐρύσιμον, ἔλαιον κέδρινον, κενταυρείου ῥίζα, μαράθου καρπός. F

ἢ interserit Moibanus. At Gesnero superfluum est.

ἢ subdit. λιβανωτίς, Moib.

XXXIIII. Ῥήγμασι δὲ καὶ σπάσμασι ἴαται πινόμενα· ἀβροτόνου ἀπόζεμα, καὶ τοῦ καρποῦ λείου < α. μεθ᾽ ὕδατος. ἀγαρικὸν μεθ᾽ ὑδρομέλιτος, ἀειζώου χυλός, ἀκάνθου τῆς παιδέρωτος ῥίζα. ἀκόρου ῥίζης ἀπόζεμα, καὶ αὐτὴ ἡ ῥίζα ξηρά. πολυγόνου χυλός, χαμαίδρυος ἀπόζεμα, νάρδου ἀγρίας ῥίζα ὁ- G μοίως, κενταυρίου τοῦ μεγάλου ῥίζα, μαλάχης ῥίζα μεθ᾽ ὕδατος. κλεονίκιον μετ᾽ οἴνου, σεσέλιος καρπὸς καὶ ῥίζα μετ᾽ οἴνου, ἀλθαίας ῥί-

Ita Dioscor. 3. de mat. med. sc. febricitantibus, et nō febricitantib. ex vino mulso. Moib. [illegible] legendum suspicatur.

Omnibus porrò tussientibus conuenit butyrum cum melle & cumini exiguo: coquitur verò butyrum æquali quantitate cum melle priùs despumato, tandémque cuminum adiicitur: hoc genus remedij etiam phthisicis seu ex pulmonum vlcere ad tabitudinem redactis opitulatur.

Ad eosdē tussientes ecligmata.

Hæc verò delincta iuuant: dracunculi radix cocta cum melle, amygdalæ amaræ cū saluia in melle feruefactæ: thymbra, hyssopus aut stœchas cum melle: semen lini tritum cum iride, amygdalis amaris & melle: vrticę semen eodem modo, pix, similitérq; picinum oleum, marrubium siccum aut etiam virés tritum cum melle, resina pinea liquida aut terebinthina delincta: scordium cum nasturtio, aut resina & melle: struthij seu radiculæ cochlearium vnum cum melle, tragoriganum cum melle, liquescens è tragacantha lingue subdita succus, verbasci radix cum melle, melanthium tritum maceratúmque & exceptum carne passularum aut palmularum dulcium.

Ad tussim suffitus.

Tusses porrò diuturnas adiuuant suffumigata quæ sequuntur, ita vt ex iis vapor in os recipiatur per arundineum canalem ollulæ in fundo pertusę foramini insertum. Hęc verò sunt indenda ollulæ, arsenicum seu auripigmentum & sandaracha trita & aqua irrigata, ac ipsi ollulæ vndique adhibendus ignis. Prosunt & suffitu tussillaginis folia, sulphur viuum, calamus aromaticus per se & cum resina terebinthina, propolis, sandaracha cū resina terebinthina, bitumē, thus cū resina, scilla sicca, erysimū, oleū cedrinū, cētaurij radix, fœniculi semē.

Ad rupta vulsáque.

Ruptis & conuulsis medentur in potu sumpta hæc: abrotoni decoctum, eiúsque semen tritum ex aqua drach. j. pódere: agaricum cum aqua mulsa, semperuiui succus, acanthi pæderotis radix, acori radicis decoctum & ipsa quoque sicca, polygoni succus, chamædryos decoctum, nardi syluestris radix similiter, centaurij maioris radix, maluæ radix ex aqua, cleonicium seu clinopodium cum vino, seseleos semen & radix in vino, althææ ra-

dix, alcæa in melicrato, rutæ agrestis semen in vino, halimi radicis drach. j. in melicrato, radicis bryoniæ succus ex melle delinctus, fimus suillus aceto solutus & potus, aristolochiæ radix cum ruta, iuniperi baccæ quinque sexve ad octo vsque potę cum aqua mulsa, asphodeli radicis drach. j. cum vino, baccharidis decoctum in aqua, bulbi assati in cibo sumpti cum oleo, verbasci radix cum vino: gentianæ radicis drach. ij. aut succi drach. j. cum aqua: helenij radicis decoctum, elichrysi aut serpylli aut equiseti radices & folia cum aqua aut vino, calami aromatici oboli duo cum vino, calaminthę decoctum, galbanum instar catapotij deuoratum, cętaurij radicis drach. ij. cum vino, cedri fructus eodem modo, betonicæ foliorum drach. j. cum aqua mulsa, clinopodij decoctum, costi drach. j. cum vino & absinthio, lilij radix cum melle, libanotidis radix, sapphirus lapis in potu sumptus, iridis radix cum vino passo, silphij liquor cum lixiuio colato, opopanax cum marrubij aut origani decocto: moly tritum cum pipere & exiguo myrrhæ, addito pauco vino aquáve: sagapeni drach. j. cum aqua mulsa, seseli cum vino, scordium cum resina, nasturtio & melle.

Ad pleuritidem. Pleuriticis hæc subueniunt in potu sumpta: agallochi drach. j. cum aqua mulsa, æthiopidis radix in melicrato cocta: similiter & acori radicis drach. j. cum trifolij seminis pari quantitate: centaurij radicis drach. j. simili modo, abrotoni decoctum cum aqua mulsa, sagapeni drach. j. eodem modo, vrticæ semen cum melle delinctum, bryoniæ radix cum melle simili modo, apocyni semē potum ex aqua: suillum stercus aqua solutum potúmque, etiam diuturnos admodum dolores soluit: aristolochiæ radix ex aqua pota, ari radix cocta in cibis sumpta, similitérque dracunculi, asphodeli radix cum vino. Inueterato autem affectu, balsami semē drach. j. pondere cum aqua mulsa: cętaurij maioris radicum drach. ij. cum vino, leucacanthæ è radice succus cyathi vnius mensura cum aqua mulsa, radix peucedani de-

A ζα, ἀλκαία ἐν μελικράτῳ, πηγάνου ἀγρίου σπέρμα ἐν οἴνῳ. ἁλίμου ῥίζης < ά. ἐν μελικράτῳ, βρυωνίας ῥίζας χυλὸς ἐν μέλιτι ἐκλειχόμενος, ὑὸς* ἄφοδος ὄξει διεθεῖσα καὶ ποθεῖσα. ἀριστολοχίας ῥίζα μετὰ πηγάνου, ἀρκευθίδες έ. ἢ ς΄. μέχρι ή. πινόμεναι σὺν μελικράτῳ, ἀσφοδέλου ῥίζης B < ά. σὺν οἴνῳ, βακχάριδος ἀφέψημα ἐν ὕδατι, βολβοὶ ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι σὺν ἐλαίῳ, φλόμου ῥίζα σὺν οἴνῳ, γεντιανῆς ῥίζης < β΄. ἢ χυλοῦ < ά. σὺν ὕδατι. ἑλενίου ῥίζης ἀπόζεμα· ἑλιχρύσου, ἢ ἑρπύλλου, ἢ ἱππουρίδος ῥίζαι καὶ φύλλα σὺν ὕδατι ἢ οἴνῳ. καλάμου ἀρωματικοῦ ὀβολοὶ δύο σὺν οἴνῳ, C καλαμίνθης ἀπόζεμα, χαλβάνη ἀντὶ καταποτίου, κενταυρίου ῥίζης < β΄. σὺν οἴνῳ, κεδρίδες ὁμοίως, κέστρου φύλλων < ά. μεθ' ὑδρομέλιτος, κλινοποδίου ἀπόζεμα, κόστου < ά. μετ' οἴνου καὶ ἀψινθίου, κρίνου ῥίζα σὺν μέλιτι, λιβανωτίδος ῥίζα, λίθος σάπφειρος πινόμενος, ἴρεως ῥίζα σὺν γλυD κεῖ, ὀπὸς σιλφίου μετὰ κονίας ὑλισθείσης. ὀποπάναξ μετὰ πρασίου ἢ ὀριγάνου ἀποζέματος, μῶλυ λεῖον σὺν πεπέρει καὶ ὀλίγῃ σμύρνῃ μετ' οἴνου ὀλίγου ἢ ὕδατος, σαγαπήνου δραχμὴ σὺν ὑδρομέλιτι. σέσελι σὺν οἴνῳ, σκόρδιον σὺν ῥητίνῃ καὶ καρδάμῳ καὶ μέλιτι.

E XXXV. Πλευριτικοὺς δὲ ὠφελεῖ πινόμενα· ἀγαλλόχου < ά. μεθ' ὑδρομέλιτος, αἰθιοπίδος ῥίζα ἐν μελικράτῳ ἑψηθεῖσα, ἀκόρου ῥίζης < ά. μετὰ τριφύλλου καρποῦ τοῦ ἴσου ὁμοίως, κενταυρίου ῥίζης < ά. ὁμοίως, ἀβροτόνου ἀπόζεμα μεθ' ὑδρομέλιτος, σαγαπήνου < ά. ὁμοίως, κνίδης σπέρF μα σὺν μέλιτι ἐκλειχόμενον, βρυωνίας ῥίζα σὺν μέλιτι ὁμοίως, ἀπὸ κρίνου σπέρμα ποθὲν σὺν ὕδατι· ὑὸς* ἄφοδος ἀνεθεῖσα ὕδατι καὶ ποθεῖσα, καὶ τὰ λίαν χρόνια ἀλγήματα λύει· ἀριστολοχίας ῥίζα ποθεῖσα μεθ' ὕδατος, ἄρου ῥίζα ἑφθὴ ἐσθιομένη, δρακοντίου ὁμοίως, ἀσφοδέλου ῥίζα μετ' οἴνου. ἐπὶ δὲ τῶν κεG χρονισμένων, βαλσάμου καρποῦ < . σὺν μελικράτῳ. κενταυρίου τοῦ μεγάλου < β΄. τῆς ῥίζης σὺν οἴνῳ, λευκακάνθης ῥίζης χυλοῦ κύαθ. ά. σὺν μελικράτῳ, ῥίζα πευκεδάνου ἑκ-

ἀγρίου, hoc est, syluestris addit Diosc. 2. de mat. med. cap. 98.

Diosc. 3. de mat. cap. 100 cum aceto eluit.

al. ἀποκύνου, sicut & Plinius habet. ἀγρίου, hoc est, syluestris addit Diosc. cap. 98. lib. 2. de mat. med.

Diosc. 3. de mat. med. cyathi tres cum vino.

ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι. πετροσέλινον ὁμοίως. πηγάνου ἀπόζεμα, ἀνήθου, ἢ στοιχάδος, ἢ συμφύτου σὺν μελικράτῳ. τριφύλλου καρπὸς καὶ τὰ φύλλα σὺν μελικράτῳ. τραγορίγανος ἀποβρεχθεῖσα καὶ περιπνευμονικοὺς ὠφελεῖ μεθ' ὑδρομέλιτος. ψευδοβουνίου κλωνία τρία ὁμοίως, σαγαπηνοῦ < α. μετὰ πηγάνου ἀποζέματος. Καταπλασσόμενα δὲ ὠφελεῖ τοὺς πλευριτικούς. κρίθινον ἄλευρον σὺν μελιλώτῳ καὶ κωδίαις μήκωνος ἑψηθὲν ἐν μελικράτῳ. χαλβάνη ἢ ῥητίνη τερμινθίνη ἐπιτεθέντα καθ' ἑαυτὰ ἀντὶ μαλάγματος. ῥίζα κράμβης καυθεῖσα σὺν τοῖς καυλοῖς, ἀναληφθείσης τῆς τέφρας ἀξουγγίῳ παλαιῷ καὶ ἐπιτεθείσης. κυπάρισσος σὺν πηγάνου φύλλοις. σαγάπηνον ἀναληφθὲν κηρωτῇ μυρσίνῃ, πράσιον ὁμοίως, τέφρα κληματίνη σὺν ἀξουγγίῳ, κυπαρίσσου φύλλα ἁπαλὰ, καὶ σῦκα, καὶ ἀξούγγιον, ἴσα. ἢ θαψίας χυλῷ τὸν θώρακα καταχρίειν πρὸς ὀλίγον. μάλιστα δὲ ποιεῖ ἐπὶ τῶν περιπνευμονικῶν. κώδιον περιχρισθὲν πίσσῃ ὑγρᾷ, καὶ θείῳ ἀπύρῳ καταπασθὲν, καὶ ἐπικαταπλασθὲν τῇ πίσσῃ, καὶ ἐπιτεθέν. δεῖ δὲ τὰ μέσα τοῦ κωδίου χρίειν, ἵνα μὴ διαρρυῇ ἡ πίσσα. καὶ ὁ τῶν σωματεμπόρων δὲ δρώπαξ ὠφελεῖ καταχριόμενος. καὶ κονία ἄσβεστος ὄξει γλοιωθεῖσα καὶ ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ κυπρίνῃ. σπύραθοι αἴγειοι σὺν ὄξει, μιγέντος ὀποῦ Μηδικοῦ ὀλίγου.

Ad horum librorum calcem Doctiß. Geſnerus varias adiecit tum oxymelitis, tum & aliorum medicamentorum præparationes, quas in exemplari manuſcripto reperit: quamuis minimè Dioſcoridis eſſe, & ipſa margini aſcripta cenſura & longè diuerſa dictio abundè teſtabantur. Eas nos, tum quia corrupta deprauataque ſunt adeò, vt reſtitui vix vllo modo poßint, tum quia partim ex Nicolao Myrepſo & Aëtio, partim etiam aliunde deprompta videbantur, hîc tranſcribere ſuperuacaneum duximus. Erant prætereà nonnulla ad quoſdam particulares affectus non minùs mendoſa remedia, quædam etiam ſimplicium aliquot mangonia, quæ nos omnia conſultò prætermiſimus. Quòd ad illa verba attinet, tam ad captandos ſerpentes quàm ad eorundem morſus pronuntianda, ea non miror probitate inſigni virum D. Geſnerum ſua interpretatione indigna cenſuiſſe: quippe cùm ſint planè ſuperſtitioſa, imo potiùs Magica, adeóque Chriſtianis auribus δυσφόρητα. Quòd ſi quis tamen curioſiùs iſthæc additamenta deſideret, ea ex Dioſcoridis ἀντιγράφῳ editione Argentinenſi repetat, per me licet.

IANI ANTONII SARACENI LVgdunæi Scholia αὐτοσχέδια in Dioſcoridis ἐμπειρικῶν Librum priorem.

CAP. II. ἀμύγδαλα πικρὰ] Amygdalæ amaræ fruſtra hic repetuntur, quoniam earum iam eſt facta mentio ſub huiuſce capitis initium, vſurpandarum itidem cum aceto & roſaceo.

CAP. VIII. πταρμοὺς ἐπέχει ἢ δακτύλοις αἱ σφαγαὶ] His refragatur Aëtius, qui ſub finem ſer. 2. Tetr. 2. inter rationes ſiſtendi ſternutamenta, hanc ipſam etiam recenſet, quæ fit venis ad magnos angulos ſitis ab vtraque naſi parte compreſsis. Ariſtoteles etiam, vti patet ex Probl. ſect. 33. perfricato oculo aut etiam naſo deſinere ſternutamenta exiſtimauit.

ὠκίμου δὲ πταρμοὺς] His repugnat Dioſc. 2. de mat. med. cap. 171. vbi de eodem ocimi ſemine agens, ſcribit in hæc verba: ποιεῖ δὲ πταρμοὺς πάνυ ἐπισπώμενον δι' ὀσφρήσεως, hoc eſt, *aſſidue in nares attractum ſubinde ſternutamenta mouet:* quãquã & reperiuntur vetuſti codices, in quibus & eo loco ἀντὶ τοῦ, παύει, legitur, id eſt, *ſedat.* Vtrunque porrò verum eſſe poteſt pro varia humoris cerebro contenti, ſeu inquàm quieti, ſeu etiam agitati, diſpoſitione: id quod etiam rectè Moibanus admonuit.

κρόκου ἐκ. γ'] Malim, κνίκου. Cùm enim epilepticos purgans remedium hic proponatur, cnici ſeu carthami facultas, quàm croci, conuenientior videtur.

ὀποῦ φύλλον] Moibanus ſilphij ſemen vertit, & rectè: nam ὀποῦ φύλλον, quod huic eidem Authori cap. 69. huiuſce libri, voce compoſita ὀποφύλλον dicitur, laſerpitij ſemen ſatis deſignat: ſiquidem & ὀπὸς Hippocrati interdum non ſilphij modò ſuccum, ſed ipſum quoque ſilphium ſeu laſerpitiũ ſignificat: & φύλλον, teſte Gal. in gloſsis Hipp. etiam per ſe ſimpliciter effertur, pro ipſius laſerpitij ſemine, quia inſtar folij latum ſit.

CAP. XXVIII. ἀπὸ τῶν μαγειρίων] Moibanus reſtituit, αἰγειρίων. *fuligo*, inquit, *quæ de populo nigra colligitur.* Geſnerus, καμίνων, legendum ſuſpicatur, & *fornacum fuliginem* interpretatur. Malui equidem, ne tantopere à manuſcripti codicis lectione recederem, μαγγανῶν legere, vertique *coquinariam fuliginem.*

CAP. XLVI. ὕσσωπον κεκαυμένον] Ad quid, quæſo, hyſſopum vſtum? Malim ergo, οἴσυπον. Nam & œſypum ad genas calloſas ciliorúmque defluuio laborantes commendat Dioſcorides, 2. de mat. med. Sed is error, vt ὕσσωπος ἀντὶ τοῦ οἰσύπου accipiatur, & hic alibi & aliàs frequenter apud Medicos occurrit.

CAP. XLVII. ὑπὸ ψιλώθρῳ] διαφορηθῆναι vocat Paulus, quo loco idem curationis genus comprobat, quod tamen Aëtio minimè probatur.

CAP. LIII. Ἀνακολλήματα δὲ] Suſpicor legendum, ἀνακολλᾷ δὲ, aut ἀνακολλῶσι δὲ, vel, ἀνακολλήματα δὲ ἐστὶν, &c. Sic vbi legitur, χονδρίλλη ὁ κόμμι, reſtituo, ἢ χονδρίλλης κόμμι ὁμοίως. Nam etſi quoduis gummi pilos fortaſſe glutinare valet, vti legitur apud Paulum & Oribaſium, tamen vis ea peculiariter tribuitur à Dioſc. 2. de mat. med. cap. 161. ei gummi, quod circa ramulos chondrillæ maſtiches ſimile reperiri aſſerit.

CAP. LVII. καὶ τὸ ἐκ τοῦ λίπους, &c.] Hæc alioqui mendoſiſsima ſic emendat Moibanus, ἢ τὸ λίπος ἐκ τοῦ ἐλειοῦ, ὅς καλεῖται γλῆρες, ἢ παρὰ τισι λαγώπορος ἢ σκίουρος λέγεται, hoc eſt, *& pinguedo gliris, qui à nonnullis lagonirus & ſciurus dicitur.* Malim: ὅς καλεῖται γλῆρες Ῥωμαϊστί, παρ' ἡμῖν δὲ μυωξὸς ὑπὸ τινων λαγώπορος λέγεται. Sed de gliris apud Græcos variis ſynonymis vide Heſychium, Suidam & Varinum. Eſt verò σκίουρος, aliud animantis genus vmbram ſibi cauda faciens, quod & Heſychius alio nomine καμψίουρον, ab inflectenda cauda, ſeu ἀπομυρὸν, à caudæ magnitudine, dici aſſerit: quanquam & forſitàn huius pinguedo æquè ac gliris ad aurium dolores accommodatur.

CAP. LIX. ἰσχάδας εἰς ὄξος ἔλαιον] Hæc ad finem vſque capitis quàm corruptiſſimè ſcripta ſic emendat Moibanus: ἰσχάδας εἰς ὄξος ἔλαιον, ἢ κρομμύου χυλὸν ἢ θερμαίνων ἢ ἀθρέως ἐγχυματίζει δὲ ἢ ἐπὶ ἀθρέως τὸ ἔλαιον, ἐνσταλάζει τὸ ἐπὶ ὄξει θερμῷ μέχρι ποιεῖ αὐτὸς χρηστὸν, hoc eſt: *aceto, cui infuſum ſit oleum & aparum ſuccus, calfacto, idque per lanam ſpecillo inuolutam in aures inſtillato calens quantum ſuſtinet æger.* Malim verò ſic: ἰσχάδες εἰς ὄξος ἔλαιον ἢ κρομμύου χυλὸν, θερμαίνει, ἢ ἀθρέως ἔλαιον ἐγχυματίζει δὲ ἐνσταλάζειν θερμὸν τὸ ὄξος, καθὼς εἰς τὸ οὖς μέχρις αὐτὸ χρηστὸν.

CAP. LXIX. ἀλφιτα, ὀποφύλλου μετὰ] Rectiùs fortaſſe, ἄλφιτα ὀποῦ μετὰ, &c. aut ὀποφύλλον accipiendum pro laſerpitij ſemine, quod etiam φύλλον iam antè monuimus ſimpliciter nominari ab Hippocrate, teſte Gal. in Gloſſ. quia latum ſit. Inferiùs verò, ἀντὶ τοῦ χολὰς δὲ ὑγιαίνει, rectiùs legas, χολὴν ἀγαθὴν δὲ ὕπνου. Itidémque ad capitis calcem, pro ἀλαλάζωσι, malim, ἀλωπεκίζωσι.

CAP. LXXXVII. κόκκοις ιβ'] Doſis hæc, ceu nimia, mihi non parum ſuſpecta eſt.

CAP. LXXXVIII. ποιεῖ δὲ ἐμέτους] fortè, ποιοῦσι δὲ, &c. De vomitum cientibus hic nouum caput fecit Moibanus, id quod vti Geſnero, ita & mihi improbatur: quãuis & ex iis quæ ſequuntur remediis nonnulla vomitum prouocant, quem in anginis interdum eſſe vtilem rectè monet Aëtius.

CAP. XCII. ἦχος δὲ] Moibanus, ἀρτηρίας δὲ, reponit. At malim ego, paucioribus immutatis literis, βρόγχος reſtituere.

CAP. XCVI. καὶ ἀδιάντῳ] Malim, ἀδιάντῳ, vti etiam legendum cenſuimus, lib. 4. de mat. med. cap 136. de adianto.

CAP. XCVIII. τρὺξ ὄξους] Aëtius, τρὺξ οἴνου παλαιοῦ, *fæx vini veteris*. Pro eo verò quod ſequitur, μετὰ χοιρείου ἢ μετ' ἐλαίου, rectiùs legas, μετὰ χοιρείου ἢ βαλανίνου ἐλαίου. Sed & pro eo quod habetur, δι' ὅλης νυκτὸς, Plinius idem commemorans remedium, *una nocte*, reddit: quod ipſum & Paulus &

Aëtius innuere videntur.

Cap. XCIX. καὶ ἀκακίας χύλισμα] Moibanus hic redundare nonnulla existimat. Ego verò coniicio potiùs ita legendum, ἀκακίας χύλισμα ὃ ἐκ τῶν μεγάλων ἢ φύλλων τῆς ἀκακίας, ἢ ὁ ἐκ τῶν ... αὐτῆς ... χυλός, &c. Nam & hæc duo succi Acaciæ genera memorantur apud Diosc. lib. 1. de mat. med. cap. 133.

μυρσίνης οἴνῳ ἑψηθεῖσα] Fortè vinum myrtinum intelligit Dioscorides, quod è baccis in eo decoctis parabatur, vti videre est apud eundem, lib. 5. de mat. med. cap. 36.

καππάρεως ῥίζαι] Moibanus, καππάρεως, restituit: attamen malim, καππάρεως, quoniam capparis radices πρὸς ... τῶν τριχῶν μελάνωσιν, ad denigrandos capillos, vsurpari à Medicis est in confesso.

τῆς ῥίζης ἀσφοδέλου] Malim, ἀσφοδέλου, ... scilicet φύλλοις: itémque pro, ..., seu potiùs, ...

Cap. CIII. ἄχρις ἂν ἐξιδρώσῃ] Moib. quousque exudet. Scilicet illi ἐξιδρώσῃ, vel ἐξιδρώσωσι legere visum est. Et certè quidem de eodem ad abolendos pilos remedio agens Dioscor. lib. 4. cap. 189. illicò pòst addit, cutem vbi exudauerit abstergendam, deindéque recentem dryopterin imponendam. At huic loco, meo quidem iudicio, aptius conuenientiúsque fuerit, si legerimus, ἐξιουλίσωσι. Est enim ἐξιουλίζειν seu ἐξιουλίζειν Hesychio, τὸ τρίχας ἐκδιδόναι. Siquidem ἴουλος, addit ille, ῥίζας τριχῶν ἢ τὸ ὑπεξέχον, hoc est, pilorum radicem, aut quod è pilis extra cutem eminet, significat. Est etiam ipsi Suidæ, ἴουλος, ἀπὸ τοῦ εἶναι ... αὐτῷ, ... τῶν τριχῶν, id est, prima lanugo, aut, qui primi efflorescunt exoriunturque pili.

... ἄλευρον] μύρου potiùs, quàm ἄλευρον, hîc legendum satis indicat quod sequitur, ... sine adiuncto: adde quòd vnguentum telinum, seu quod è fœnogræco paratur, scribit idem Author, 1. de mat. med. cap. 57. ... μίγνυσθαι, hoc est, medicamentis ad faciei nitorem inducendum immisceri.

Cap. CXIII. ἀποσβεννύμενον ἰρίνῳ] Irino vnguento restinctis, vertit Moibanus. Sed rectiùs legas, ἀποσβέννυται οἴνῳ simpliciter, aut, οἴνῳ Χίῳ, hoc est, vino odorato. Sic Paulus lib. 3. cap. 36. ad hircosa vitia alarum plumbaginem vrit, vinóque odorato restinguit. Adde quòd terra Chia vsta vnguento irino iniecto incenderetur potiùs, quàm restingueretur. Neque tamen illud, ἰρίνῳ, omittendum censeo: interiicienda modò distinctio. Nam & ipsum per se irinum vnguentum quidni, vt ozænarum graueolentiam, teste Diosc. 1. de ma. med. cap. 66. ita etiam hircosum alarum fœtorem emendet?

Cap. CXVII. ... ἄλευρον] Rectiùs fortasse legas, ... μύρον, aut, ... μύρον. Nam & Dioscor. lib. 1. de mat. med. cap. 62. de susino seu liliaceo vnguento, sic habet: ... id est, vibices quamprimùm emendat & reliquæ cuti concolores efficit. Sed & Orib. 3. ad Eunap. ad finem cap. 36. scribit, vibices concolores statim fieri detuo liliaceorum continuò inunctum.

Cap. CXVIII. ἀλφοὶ δὲ λευκοὶ ἢ λεῦκαι] Sunt qui ἀλφὸν λευκὸν & λεύκην pro eodem cutis vitio accipiunt: sed hîc rectè manifestò distinguuntur. Siquidem ἀλφὸς λευκὸς, seu vitiligo alba, ἀλφὸς simpliciter Celso vulgóque Medicorum plerunque dicta, in cute potissimùm hæret: & λεύκη præterquàm quòd albida magis est, altiùs etiam descendit, carnémque ipsam occupat. Sed de his vide Gal. 3. de causis sympt. & Celsum, lib. v. cap. vlt.

Cap. CXXIIII. θάλασσα ...] Sic legit Moibanus. Malim tamen, ..., vel, ... Nam & fotu marinam aquam conferre pruritui, vel ipse testatur Diosc. lib. de ma. med. v. cap. 19. At potu non est dubium quin, vti salsamenta omnia cateráque quæ praui sunt succi, pruritum excitet, nedum tollat: nisi fortè per accidens, dum, qua pollet vi cathartica, pruritum gignentes humores expurgat.

Cap. CXXX. κονίας σὺν ...] Κονία inter alia ἄσβεστον seu calcem significat. Ideò verò calcem hoc loco potiùs, quàm lixiuium aut cinerem lixiuum vertere placuit, vti & Moibano, quòd & ipse Diosc. lib. 3. de ma. med. cap. 103. viscum scribit vngues scabros efficaciùs auferre, addita calce: μετὰ ἀσβέστου, inquit ille.

Cap. CXXXII. καλῶν ἠριγέροντα] Contrà erigeronta scribit Plinius, lib. 26. cap. vlt. ex passo mammas vberiores facere. Moibanus pro, ἠριγέροντα, reponit, κώνειον, hoc est, cicutam: & reuerà quidem in cicutæ genere, quam & ipse Autor, lib. 3. de mat. med. cap. 79. asserit in virginibus mammarum incrementum inhibere, ibidem Cretica præfertur. Cicutam porrò ἄγριον quidem & ἀγριομύρον nonnullis συνωνύμως dici reperio inter notha Diosc. at ἠριγέροντα nusquam. Verùm quia proximè sequenti capite etiam κωνείου, hoc est, cicutæ, fit mentio, cui eadem vis tribuitur, quæ modò citato cap. lib. 3. de mat. med. necesse fuerit, aut caput hoc tanquam superuacaneum ..., adeóque vna litura expungi, aut non de cicuta, sed de altera quapiam herba fieri hoc loco mentionem. Ea verò quænam qualísve sit, mihi adhuc incompertum est: peritioribus aliis coniectandum relinquo.

Cap. CXXXVI. ἄλευρον κυάμινον] Aëtius, aut certè ipsius Interpres, Tetrab. 4. ser. 4. cap. 35. legisse videtur, ἄλευρον κυάμινον, aut etiam, κύμινον simpliciter: rursúmque, pro eo quod habetur, ..., legisse comperitur. Attamen Oribasius, 4. ad Eunap. cap. 82. ab hoc nostro contextu nihil euariat.

...] Post commemorata alia ad lactis coagulationem auxilia, tale quid specialiter de apio refert Aëtius, loco modò citato: Moibanus redundare hanc postremam periodum existimat, vt qui vix vllum inter χοιράδων ... discrimen agnoscat. Ego verò hanc ipsam periodum ad proximè sequens caput potiùs pertinere iudico, quasi hoc sit illius initium: neque dubito quin deglutita cera æquè ad coagulationis curationem valeat, atque ad ipsius .... Cùm enim, ex sententia Galeni, circa principium lib. 4. de sanit. tu. eadem sit ratio mali quod imminet arcendi, & eius quod iam inuasit depellendi, consentaneum videtur, vt vno & eodem remedio lactis coagulatio & præcaueri & profligari possit. Cæterùm quæ & hoc capite & proximè sequenti continentur si quis vnico capite complecteretur, rectè, nec id abs re, facturus videbitur.

Cap. CXL. ...] Hæc è cap. 135. cui

L. v.

quidem minùs aptè congruebant, in hunc locum, ceu commodiorem, transferre visum est.

CAP. CLX. ἄχρις αὐ πεπανθῶσι] Ista lectio tolerari pòtest, ἄχρις αὐ πεπανθῶσι, *donec maturatæ fuerint*, nempe ozænæ. Tùm enim vlcera maturata dicuntur, cùm ad pus saniémque perducta sunt. Alioqui maluissem hoc loco legere, vti apud Gal. 3. κτ τόπους, cùm de ozæna & polypis agit, ἄχρις αὐ ἀποσκεπασθῶσι, quasi continuanda sit illitio è Polyidæ trochiscis, qui σφραγῖδες nomine designantur, *donec ozænas persanauerit*: aut, ἄχρις αὐ αἱ φλυκτίδες ἀποπέσωσι, *donec vlcerum crustæ exciderint*.

CAP. CLXIII. ἐν γὰρ τοῖς φύλλοις] Moibanus pro his restituit, ἐν δὲ & τὰ φύλλα, quoniam Dioscorides, lib. 1. de mat. med. cap. 111. vlmi non tantùm corticem, sed & folia in eundem vsum commendat. Sed hic ego nihil immutãdum censeo. Nam vti citato loco dixerat Autor, vlmi corticem vulnera egregiè glutinare fasciæ loco circumuolutum, quia sit lori modo flexilis: ita hoc loco, eundem voluisse iudico vulneribus superilligari fasciæ instar, quia sint cortici vlmi tenues tunicæ, ceu etiam tiliæ, aut potiùs quia sint illi cortici tunicæ seu membranæ instar philyrarum. Philyræ enim seu philuræ etiam dicuntur tenuissimæ tunicæ, quæ inter tiliæ arboris corticem & lignum reperiuntur, quæque, quia facilè instar fasciarum obuoluuntur, pro fasciis vsurpari possunt. Sic nanque Plin. lib. 16. cap. 14. *Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana, quibus uincula tiliæ vocantur: tenuissimæ earum philyræ, coronarum lemniscis celebres, antiquorumque honore*. Porrò & ab harum similitudine, aliarum arborum ac etiamnum papyri membranæ, philyræ seu philuræ dicuntur.

CAP. CLXV. ἢ ναρκίσσου ὁμοίως] Moibanus emendat, ἢ ναρκίσσου: sed ego malim, ἢ ναρκίσσου ὁμοίως, scilicet ῥίζα. Nam & narcissi radicem potissimùm ad glutinanda vulnera commendat Diosc. 4. de mat. med.

CAP. CLXVI. χαλκάνθης ῥίζα] Moibanus restituendum censet, λευκακάνθης ῥίζα, hoc est, *leucacanthæ radix*: maximè cùm leucacantha eximiè siccet, ac remissè calfaciat, adeóque extrahendis ossibus infractis apta esse possit. Maluissem ὀξυακάνθης ῥίζα, id est, *acutæ spinæ radix*, quoniam ipsam quoque testatur, lib. 1. de mat. med. ca. 122. infixa corpori spicula & aculeos extrahere. Sed quoniam Plinius, lib. 34. cap. 12. scribit, *chalcanthum ossa fracta extrahere cum semine hyoscyami*, faciliùs adducor vt credam, hîc quoque legendum, χάλκανθον σὺν ὑοσκυάμου σπέρματι.

CAP. CLXXVIII. ῥίζα ἐγχλωρῶν, &c.] Lego, κυκλαμίνου ῥίζα ἐγχλωρῶν, (seu ἐγκοιλανθεῖσα) ἐλαίου σὺν κηρῷ αὐτῷ ἐπιτιθεμένη, hoc est, *cyclamini radix, cui mansa oleum cum cera inditum sit*. Sic esse legendum constat ex Diosc. de mat. med. lib. 2. cap. 194. vbi de cyclamini radice sic habetur, quanquam ibidem id remedium non ad ambusta, sed ad perniones commendatur: ἐγκοιλανθεῖσα δὲ πληρωθεῖσα τοῦ ἐλαίου, καὶ τιθεμένη ἐπὶ θερμοσποδιᾶς. συγχρίεται δὲ ἐνίοτε καὶ κηροῦ Τυρρηνικοῦ ὀλίγον, &c. quæ sic vertimus: *Ipsa quoque cyclamini radix excauata oleo impletur, & cineri feruenti imponitur, addita interdum cera Tyrrhenicæ momento*. Porrò ex illo ipso loco hunc quidem ceu mutilum restituendum esse monuit Moibanus: at quo modo esset restituendus, haudquaquam expressit.

CAP. CLXXIX. συκαμίνου ῥίζης] Malim, κυκλαμίνου ῥίζης ἀφέψημα, quia mori radix nusquam, quod sciam, ad perniones commendatur: at cyclamini radix tum à Dioscoride, loco modò citato, tum ab Aëtio, iiij. Tetrab. ser. 2. cap. 73. ad perniones sanandos expetitur: fuit vero facilis librarij lapsus.

CAP. CLXXXI. μύρτινον] Hanc periodũ ita legendam existimo: ἐπίπασσε μυρσίνης μετ' ἐλαίου μυρτίνου, λεῖα: alioqui nullus constabit sensus.

CAP. CXCIII. σὺν κηρῷ ὀπτηθεῖσα] Moibanus, σὺν κηρῷ, legendum suspicatur: Gesnerus non multò meliùs, σὺν κηρίῳ, id est, *cum cerea candela*, nisi fortè κηρῷ, hoc est, *cera*, ibidem legẽdum est. At ego, σὺν ἐρίῳ, potiùs legẽdum esse crediderim, hoc est, *cum lana*, ita vt cinis ille foliorum hederaceorum in oleo tritus lana aut vellere excipiatur, adóque indatur.

CAP. CCI. μυρίκης φύλλα] Vix alibi, quod sciam, folia myricæ ad emarginandas gangrænas vsurpantur: at myrti folia in eum vsum commemorantur à Paulo, lib. 4. cap. 19. quo loco inter alia gangrænæ remedia ex Oribasio recenset, μυρσίνης φύλλα ἐν οἴνῳ ἑψηθέντα λεῖα μετὰ μέλιτος, hoc est, *myrti folia in vino cocta tritaque cum melle*. Icciricò & hoc loco pro μυρίκης, μυρσίνης, reponendum indicaui.

CAP. CCX. ἀνθύλλιον] Fateor tum à Dioscoride, tum & à Galeno vim Anthyllidi tribui glutinandorum sanandorúmque vulnerũ, adeóque sistendæ etiam hæmorrhagiæ illam nõ male accõmodari posse. Sed quæ loca citat Moibanus ex Paulo & Aëtio, non satisfaciunt. Nam vtrobique, in Aldinis saltem eorum Autorum exemplaribus, ἀνθήλην potiùs, quàm ἀνθυλλίδα legi reperio, nempe apud Paulum, lib. 4. cap. 53. & apud Aëtium, tetr. 2. serm. 2. cap. 94. Ergo nil vetat, quominùs quę hîc dicũtur, de arundinis propẽdẽte coma seu panicula interpretemur, & hãc lectionẽ, ἀνθήλην καλαμίνην, retineamus: nisi malumus simul & semel pro iis vocibus, ἀνθήλην καλάμου, reponere. At fortasse verò similius est, id quod & ipse suspicatur Gesnerus, ἀνθήλης nomẽ hîc à Dioscoride accipi pro phlei seu stœbes flore, quoniam & apud Theophr. ἀνθήλη simpliciter & sine addito, florem eum significat. Nostram hanc confirmant sentẽtiam Dioscorides & Plinius, dum phleõ seu stœben (eiusdem enim sunt plantæ nomina) hæmorrhagiæ mederi scripto prodidêre.

ἢ ὠοῦ τὸ λευκόν] Rectiùs, ἢ ὠοῦ τοῦ λευκοῦ, vt is sit sensus, quem ego expressi. Sic & oui candidum ad sanguinis profluuia gypso admiscet Oribasius, 3. ad EVnap. cap. 36. & 7. ad EVstathium, c. 20. Itémq; Aëtius, 4. Tetr. ser. 2. cap. 51. sed illi prętereà desiderant tritici pollinem, qualis molendinorum parietibus adhærescit.

καὶ τὸ ἐν βαλανείῳ] Haud dubiè tota hæc periodus obscura quidem est: attamen partim ab Aëtio, partim etiam ab ipso Paulo illustrari posse videtur. Ille enim, tetr. 2. ser. 2. cap. 94. inter remedia ad hæmorragiam è naribus, καλὸν δὲ, inquit, καὶ φράττειν κηρῷ τὰ ὦτα, *bonum, inquàm, est & aures cera obturare*: atque hîc quoque fortassis αὐτὰ τὰ, ἐμφραττόμενα, legẽdum, ἐμφραττόμενα. Hic verò, lib. 3. cap. 58. de sistendo agens sanguinis profluuio,

quod febribus interdum superuenit, ἀλλὰ δὲ, inquit, καὶ τῆς πόσθης ἡ ἀπόδεσις ἰδίως ἐπέχει τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας. *Creditur & praeputij deligatio peculiariter sanguinis profluuia cohibere.* Sed & secundum hac ipsa periodo propositum remedium, etsi deprauatum ita est, vt quantumuis oculatissimus Gesnerus sensum nullũ elicere potuerit, illud ipsum esse coniicio, quod ego reddidi. Pro his enim καὶ τῷ ἐν βαλανείῳ ἐκπιέσθαι αὐτὸ, legendum suspicor, ἢ τὸ ἐν τῷ ἰνίῳ σικυάζεσθαι αὐτό: vel, quod magis placet, quia τὸ σικυάζεσθαι, αὐτὸ τὸ, σικύας προσβάλλειν, nusquam alibi, quod sciam, reperitur, σικυάζειν αὐτό, aut τῷ τῷ ἰνίῳ σικύας προσβαλλόμενον. Porrò & huius remedij meminit Aëtius, loco modò citato, vbi, καὶ αὐτὸν, inquit, τῷ ἰνίῳ σικύαζε μετ' ἀμυχῶν, hoc est, *& occipitio cucurbitam adhibeto cum scarificatione.*

Cap. CCXIII. κατέχει καὶ οὐκ ἐᾷ ἐκτρέπεσθαι] Moibanus: *eas cohibet nec sinit euerti*, suspicatúrq; mendum aliquod subesse. Nos verò, *eas cohibet nec sinit inuerti*, nihilque immutandum censemus. Siquidem illud ceu ratum certúmque ponimus, quæcunque hæmorrhoidas prouocant, easdem simul & semel extrahere atque euertere: alioqui & nos αὐτὸ τὸ, κατέχει, lubenter ἀνατρέπειν reposuissemus. At remedia quæ hoc loco proponuntur, ex mente Dioscoridis, prætérquàm quòd illas extrahunt euertúntque, simul & semel cohibent ne intrò reuertantur. Ista porrò sic intelligenda satis supérque patet ex Aëtio, 4. Tetr. ser. 2. cap. 6. qui quidem cùm duplicem eo loco tradat hæmorrhoidum curationem, nempe tum eam quæ manus opera & auxilio, tum & eam quæ medicamentis instituitur, neutram rectè commodéque perfici posse simul etiam admonet, quin priùs sedes ac ipsæ quoque hæmorrhoides extrahantur euertantúrve, euersǽque cohibeantur, vt ne statim inuertátur seu intrò vertantur. Hoc verò præstant ἀνατρέψιμα dicta medicamenta: quo in numero cyclamini succum & alia id genus eo ipso loco recenset, quorum pleraque proculdubio ex 9. Galen. de comp. med. κατὰ τό. cap. 7. deprompsit.

Cap. CCXXVIII. ῥαβδὶον ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις] Ista prætermisit Moibanus, quoniam, vti fatetur, quid sibi vellent diuinare haud potuit. Ego probabili cõiectura ductus, quæ in hac periodo corrupta & deprauata videbantur ita restitui, vt ῥαβδὸν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις, ἄγνου ῥάβδον ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις legerim, adeóque, nisi fallor, mentem Autoris sum assecutus. Enimuerò de Vitice & ipse Dioscorides 1. de mat. med. cap. 135. scribit in hũc modum: δοκεῖ δὲ καὶ τοὺς ὁδοιποροῦντας ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ἀπαρατρίπτους φυλάττειν, ἐὰν ῥάβδον αὐτοῦ κατέχῃ χερσὶ κρατοίη: quod nos ita vertimus: *Creditur & viticis virga intertrigines arcere, si eam manu, dum iter facis, manu teneas.* Quin & Plinius lib. 24. ca. 9. *virgam* (agni inquit) *qui in manu habeant aut cinctu, negantur intertriginem sentire.* De artemisia verò etiam inter notha Dioscoridis hæc reperiuntur. ὁδοιπορῶν τὴν βοτάνην ἐὰν ἔχῃ ἐν ὁδῷ, κόπον οὐκ αἰσθάνεται, quę quidẽ Apuleius. cap. x. ita vertit: *Herbam artemisiam monoclonon si quis iter faciens secum in manu portauerit, non sentiet itineris laborem.* Sed & Plinius, lib. 26. cap. 15. *Artemisiam*, inquit, *& elelisphacum alligatas qui habeat viator, negatur lassitudinem sentire.* Lassitudinem porrò non tantùm ex attritu neruosarũ partium, sed etiam ex membrorum intertrigine & attritu calceamentorum in itineribus oriri, neminem esse credo, qui non aliquando sit expertus.

Cap. CCXXXVII. ῥάβδους σὺν τοῖς φύλλοις] Plinius itidem, lib. 24. cap. 9. de Sparto agens, quod genista sit nécne dubitat: *Rami*, inquit, *similiter cum fronde in aceto macerati succum dant ischiadicis vtilem, cyathi vnius potu*, &c. At Diosc. lib. 4. de mat. med. cap. 158. ramos seu virgas non quidem aceto, sed aqua macerat: præterea verò foliorum frondísve nullam facit mentionem: quippe qui eodem capite Sparto ῥάβδους tribuisset ἀφύλλους, hoc est, *virgas sine foliis.*

Cap. CCXL. ἄλευρον ἑψόμενα] Malim, ἑψηθὲν, aut, legendum: νίτρον καὶ κρίθινον ἄλευρον, ἑψηθέντα, &c. Sic inferiùs, pro, κολοκυνθίδος ἴσον, legendum videtur, κολοκυνθίδος ἴσον, aut subintelligendum σπέρμα, ita vt quemadmodum sisymbrij, ita & colocynthidis semen hic recipiatur.

ταρσῶσαι καὶ ἰσχναίνειν] Moibanus suspicatur legendum, σιναπισμός. Sed sinapismi iam est facta mentio, proximè præcedenti capite. Ego ταρσωσμοῦ vocem libenter retineo. Est autem ταρσωσμός, πληγὴ vel illa seu percussio, quam τοῖς σώμασι τῶν ἀνδραποδοκαπήλων, hoc est, *mancipiorum mangonibus*, vsitatam refert Gal. 14. Meth. cap. 16. quoties gracilem extenuatámve partem ἀνατρέφειν & pristino statui restituere nitebantur. Ita verò dicta huic Autori videtur, quia per eam ταρσῷ, hoc est *ferula* certo quodam modo partibus extenuatis incutiebantur.

ἑψηθεὶς, ὁ σὺν ἄν,] Vel legendum, ἑψηθεὶς σὺν ὄξει, vt sit idem cum eo quod alibi legitur apud Dioscor. ἄχρις ἡμίσους, coctu, inquã, *ad dimidias*: vel legendum, ἑψηθεὶς σὺν ἴσῳ, vti etiam suspicatur Moibanus, ita vt subaudiamus ἐλαίῳ. Hinc porrò constat mangonum dropacem alium fuisse à Medicorum dropace: ille enim, vt ex hoc ipso loco videre est, picis tam liquidæ quàm aridæ paribus constabat portionibus: hic verò etiam simplicissimus, vt magis minúsve compositos omittam, pice arida oleo paucissimo liquata, vti patet ex Aëtio, Tetrab. 1. ser. 3. cap. 180. Cæterùm sub finem capitis dictiones illæ, ἐν σκιᾷ ξήρανας, proculdubiò redundant, adeóque videntur expungendæ, vel pro iis restituendum, τοὺς ἐν σκιᾷ, quasi, vt exiccentur hi trochisci, in vmbra reponi debeant, vti etiam disertis verbis admonet Aëtius, 3. Tetr. ser. 4. cap. 4.

Cap. CCXLII. ἰσχιάδι] Ista cùm nihil significent, legendum hauddubiè ἰσχιάδι, &c. Hoc porrò capite ischiadicos vrendi varios modos satis anxiè & obscurè prosequitur Autor, qui tamen tum ex lib. de mat. med. 2. cap. 98. tum ab Aëtio ex Anthyllo 3. Tetr. ser. 4. cap. 3. tum etiam à Cælio Aureliano v. Chron. cap. 1. vtcunque illustrãtur. Nos hodie siue superficie tenus, siue altiùs locum quempiam actu adurere placet, ignita ferramenta, ceu longè efficaciora promptioráque, neque ita crudeliter ęgros excarnificantia, præferimus.

IN LIBRVM II.

Cap. III. κατὰ τὰς ἐμφράξεις αὐτῶν.] Pro eodem habet Paulus, lib. 3. cap. 37. ἐν ταῖς ἐπιτάσεσιν. Vertunt Interpretes, *in accessionibus.* Malim ego, *cùm intenditur affectus.* Intenditur verò augetúrq; quando non tantùm ventriculus aut os ipsius, sed & intestina inflantur, malúmque ipsum ita

cerebro communicatur, vt mens etiam ipsa de suo statu dimoueatur.

CAP. IX. αἱ ἄλφιτον ἐπιβέβλημα] fortè, ἐπιπεπασμένα, *inspersa*, vti & cap. 3. lib. v. de mat. med. vbi de vinaceis sic legitur: γίγαρτα δὲ καὶ αὐτὰ ἄλφιτον ἐπιπασσόμενα, ἀρμόζει δυσεντερικοῖς, καὶ κοιλιακοῖς, καὶ τοῖς τὸν στόμαχον ἀνατρεπομένοις. quæ sic vertit Plin. lib. 23. cap. 1. *Nuclei acinorum iisdem rebus tritique, stomacho vtiles sunt: inspergitur farina eorum polentæ modo potionis dysentericis & cœliacis, & dissolutis stomacho.*

CAP. X. ἐμβρέχειν δὲ δεῖ] hoc capitulum, quod duodecimum legebatur, placuit cum decimo coniungere: quippe quod ab eo non nisi librarij culpa disiunctum videbatur. Sed & illum pleraque alia perperàm similiter disiunxisse, aut etiam transposuisse constat. Cæterùm pro, ἐν φιλ. lubentiùs legerem, ἐκ φόδε ἀμολγμ: alioqui fomentum fuerit siccum, non item irrigatio seu perfusio, quam verbum illud, ἐμβρέχειν, hauddubiè designat.

CAP. XIII. ἢ αἶγος ἢ λευκῆς] Lego, ἀκάνθης λευκῆς ῥίζα. hoc est, *spinæ albæ radix*. Nam & ipse Dioscor. 3. de mat. med. c. 14. spinæ albæ radicem potam stomachicis conferre prodidit. Moibanus σχοίνου ἄνθος ἢ λεύκης, &c. legit, hoc est, *iunci odorati flos, populi albæ radix*, &c. Suam coniecturam ex eo confirmat, quòd scripserit Autor, 1. de mat. med. cap. 16. iuncum odoratum vim habere inflationes discutiendi, ac florem ipsum in potiones adhibitum vtilem esse ad oris ventriculi affectus. Sed hoc quantumuis ita sit, ad quid, quæso, illa populi albæ radix, quam quidem nusquàm, quòd sciam, auditum est à Medicis propinari solitam? Etsi fateor ipsius arboris corticem ac ipsa quoque folia dari posse potui, ad lentorum viscidorúmque humorum abstersionem, qui obstructiones faciunt.

ἐπιρροφούμενον ἀγαρικὸν] Contrà, lib. 3. de materia med. cap. 1. stomachicis quidem agaricum commanducatum deuoratúmque conferre prodidit: sed ea tamen conditione addita, vt nullus deinde liquor superbibatur. Sunt enim hæc illo loco Authoris de agarico verba, quæ etiam hoc libro paucis immutatis, proximè sequenti capite, repetuntur: μασηθὲν καὶ καταπινόμενον δὲ χωρὶς ποτίσματος, ὑδαρὲς ἐστὶν ὑπὲρ στομάχου.

CAP. XVIII. ῥόδινον σὺν ὄξει] Malim ex Aëtio, Tetr. 2. ser. 1. cap. 118. ῥόδινον σὺν μέλιτι, ἢ καθ' ἑαυτὸ, hoc est, *rosaceum cum melle, aut etiam per se.*

CAP. XXI. καὶ εἰ μὴ ἐκχυθῇ, &c.] Moibanus, ἐκχυθεὶς legit, & sequentes duas voces redundare putat. Malim equidem, καὶ εἰ μὴ ἐκχυθεὶς ἀποσταλαχθῇς λίπει, καὶ ἱδρώσει πολύ. vel, καὶ εἰ μὴ ἐκχυθεὶς ἀποσταλαχθεὶς λίπῃ καὶ ἱδρώσῃ πολύ. Equidem si verbum verbo non reddidi, attamen Autoris mentem expressisse mihi videor.

CAP. XXV. ματαίως δὲ κόπος]Quanuis lassitudines, ἀγρυπνία, sudores ἀδιαλείπτως, & affectio cardiaca, symptomata sunt, quorum alia febres antecedunt, alia easdem comitantur aut subsequuntur, attamen locis cõmodioribus reponi poterant.

Κομμανικὸς λίθος] Moibanus Comanicum lapidem, ni fallor, à Comania regione Asiæ, in qua fortasse is reperitur, sic dictum, vnum & eundem esse cum Gagate suspicatur. Neque dubito quin, cùm lapis is e bitumine liquido nigro gignatur, vbicunque bitumen eiusmodi reperitur, ipse etiam reperiri possit. Hincque adeò præter illa cognomina & alia sortitus est, vti Samothracij ab Insula Samothrace, Thracij à fluuio Thracio Ponto dicto, itémq; Obsidiani ab Obsidio, qui primus in AEthiopia eum inuenisse fertur. Vt vt sit, Gagatem lapidem acopis misceri Dioscorides scripto prodidit, lib. v. de mat. medic. cap. 146.

CAP. XXXI. καυκαλίδος ῥίζα μετ.] Malim, κακαλίας. Nam de Caucalide tale nihil proditur à Dioscoride & Galeno, in simplicibus. Sed de Cacalia seu Cancano sic Dioscor. lib. 4. de mat. med. cap. 123. *Radix in vino maceratam, aut tragacantha, & delincta commendatur, aut per se, tussi & arteriæ scabritiu medetur.* Eadem totidem verbis à Gal. 7. simpl. itémque ab Aëtio repetuntur.

καρπὸν Βραχεῖας] Moibanus pro voce, καρπὸν, καρπίον, hoc est, *nuces*, vel κάρυα, hoc est, *baccas*, reponendum censuit. Ego καρυωτῶν vocem retineo. Nam & Dioscor. lib. 1. de mat. med. cap. de Palma 148. *Caryotæ seu caryotides*, inquit, *si comman ducantur, faucium asperitati medentur.*

καὶ τοῖς ἐπιδόσεως τῆς βηχὸς] Legendum, ἐπιδιδούσης, αὐξανομένης, hoc est, *cum ingruente tussi urgente tussi*. Sic legimus apud Paulum, lib. 3. cap. 37. dum de ventriculi inflatione agit, ἐν ταῖς ἐπιδόσεσιν, quod minùs rectè Interpretes verterũt, *in accessionibus*, vti iam antè monuimus.

CAP. XXXV. ἀγαλλόχου τὸ α] ἀγαλλοχίου, legisse videtur Moibanus. Sed & de agallochi radice Diosc. 1. de mat. med. cap. 21. *Iu quos lateris dolor excruciat bibitur ex aqua optata.*

CAP. XLVII. Ἡρακλεῶτις] fortè, Ἡρακλειώτιδος, aut, Ἡρακλεωτικῆς, aut etiam Ἡρακλείας, vti cap. 33. lib. 4. de mat. med.

ἐλάτης μυρεψικῆς] Ad differentiam abietis, quæ est in arborum genere, Palmæ inuolucrum, quod alio nomine σπάθη dicitur, hoc loco ἐλάτη μυρεψικὴ cognominatur, quòd vnguentarij eo ad vnguentorum spissamenta vterentur, vti scripsit idem Diosc. lib. 1. de mat. med. cap. 150. nos *elaten vnguentariam vertimus.*

ἶρις μετ' οἴνου] Malim, καρὸς μετ' οἴνου, ἀντὶ cum vino, aut, κηκὶς μετ' οἴνου, *galla cum vino*. Si quidẽ Ceram in sorbitiones addi dysentericis scribit Dioscorides, lib. 2. de mat. med. cap. 105. Gallas verò, lib. 1. c. 146. dysentericis etiã ex aqua aut vino bibitas conuenire. Nam quòd ad iridem spectat, mihi saltem nostrâs, æquè ac doctiss. Gesnero, in dysenteriis curandis suspecta est. Florentia verò, quatenus, vel ipso Gal. teste variis in locis, vlcera citra morsum abstergit, exiccat & carne explet, non omnino spernenda videtur.

CAP. XLIX. ἀρνογλώσσου ἑψημα ἐσθιέ] Hoc loco videtur Autor plantaginem ex oleo & aceto coctam desiderare. Sed quando bis hoc eodem capite remedium idem è plantagine repetitur, his verbis, ἀρνόγλωσσον ἑψημένον ὁμοίως. vel mutilata ea verba dicendum est, vel plantaginem aliter paratam experti. Et certè quidem priore loco videtur Autor eam coctam sumi velle cum oleo & aceto: posteriore verò, cum aceto tantùm. At lib. 2. de mat. med. c. 153. cum sale & aceto sumptam dysentericis & cœliacis subuenire tradidit: nisi fortè eo loco ἀντὶ τοῦ μεθ' ἁλῶν, *cum sale*, legendum, μεθ' ἐλαίου, vti ego suspicor, hoc est, *cum oleo.*

καὶ σίνηπι δὲ ἐπιτιθέμενον] Facilè crediderim tum

doctiss. Gesnero legendum hoc loco, ἐπιπασσό-μενα, quippe cùm galla trita rectiùs vino inspergatur, quàm illinatur. Quin & 1. de mat. med. cap. 146. de Galla, vbi legitur: ἁρμόζουσι δὲ καὶ κοιλιακοῖς καὶ δυσεντερικοῖς ἐπιπλαττόμεναι οἴνῳ καὶ ὕδατι λεῖαι, ἢ πινόμεναι αὐτῷ. ἐπιπλαττόμεναι, fateor legendum ἐπιπασσόμεναι, adeóque Latinam meam versionem sic restituendam: *Tritæ cœliacis & dysentericis aquæ aut vino inspersæ ac bibitæ conueniunt.*

CAP. LII. κυάμου Ἑλληνικοῦ τὸ λοπὸν] κελύφη Ἑλληνικοῦ σὺν τῷ λέπει &c. restituit Gesnerus. Ego malim, κυάμου Ἑλληνικοῦ τὸ λέπος, *fabæ Græcæ corticis*: aut citra immutationem, κυάμου Ἑλληνικοῦ τὸ λεπτοῦ, exponendum *fabæ Græcæ minoris*: siquidem pro terrarum diuersitate varióque cultu fabæ aliæ maiores, aliæ minores reperiuntur. Neque verò de faba Græca Plinij, quę reuera Loti arboris fructus est, sed de faba communi, quam Græci Græcam ad AEgyptię differentiam cognominauerunt, hæc, & quæcunque alibi de faba Græca referuntur, accipienda sunt.

CAP. LVI. ἀρχεγονίου τὸ στόμα καὶ τῆς γλώττης] Hæc videntur à librario quopiam, sicut & pleraque alia, malè transcripta. Enimuerò Autor, cap. 53. lib. 4. de mat. med. scribit in hunc modum, de lichene qui petris innascitur: ὠφελεῖ δὲ καὶ ἰκτερικοὺς μετὰ μέλιτος ἀρχεγονίου. στόματος δὲ καὶ τῆς γλώττης ῥευματισμοὺς παρηγορεῖ, hoc est, *Iuuat & arquatos cum melle perunctus: oris autem ac linguæ defluxionibus succurrit.* Ita quæ eo loco distincta disiunctáque sunt, perperàm hîc coniungi videntur.

CAP. LVIII. ὀξαλίδος ἀγρίας] Trifolium id paruum, quod vulgo acetatum dicitur, hoc loco intelligi videtur. Officinæ *panem cuculi* nominant. Plinio oxys dicitur, lib. 27. cap. 12. Est autem Galen. ὀξὺς eadem quæ & ὀξαλὶς, lib. 4. de simpl. cap. 3.

CAP. LXIII. στάχυν ἰνδικὸν] στάχυ restituit Gesnerus: fortè verò piperis spicam nominat, quæ veriùs piper longum dicitur.

αἰωρεῖσθαι δὲ] Lubens hoc verbum, αἰωρεῖσθαι, ad hilaritatem, aut etiam gestationem aliquódve pensile exercitamenti genus retulissem: quasi voluerit Autor, epoto eo ex vrina capræ remedio hilaritati sese tradant ægri. (nam & verbum αἰωρεῖσθαι tale quid interdum significat) vel gestatione aliove quopiam exercitij genere concutiantur & agitentur. Attamen non displicuit etiam Moibani coniectura, qui pro hisce vocibus, αἰωρεῖσθαι δὲ, restituendum censuit, δι' οὔρων, &c. Enimuerò & ipse Dioscorides lib. 2. de mat. med. cap. 99. de eadem vrina capræ scribit in hunc modum: αἰγὸς δὲ [οὖρον] ὑδέρικοις τοῖς ὑπὸ σάρκα πινόμενον μετὰ νάρδου στάχυος καθ' ἑκάστην ἡμέραν σὺν ὕδατι κυάθοις β'. ἄγει οὖρα καὶ κοιλίαν. quæ nos ita vertimus: *Caprinum lotium ad aquam quæ cutem subiit cum spica nardi & aquæ binis cyathis quotidie bibitum, vrinas & aluum ducit.*

ἢ ἀπόζεμα] Gesnerus σέσελι, σέσελις, σελινοσπέρματος, restituendum suspicatur, & ad apij semina refert. Ego malim ἀσπαράγου. Nam & asparagorum radices non minore quàm radices apij vrinæ ciendæ vi pollent. Cęterùm & ipse lubens, Aetij exéplo, isthæc omnia ad capitis vsque calcem vnico remedio composito comprehẽdissem: nisi quominùs id facerem, priores hæ disiunctiuæ particulæ prohibuissent.

CAP. LXX. κυπαρίσσου] Rectiùs, κυπείρου. Hic enim vuluæ affectionibus cupressus parum congruit. At cyperos vuluæ perfrigerationib. & obstructionibus fotu accommodatur, teste ipso Diosc. lib. 1. de mat. med. cap. 4.

CAP. LXXXI. ἐπιπασσόμενον δὲ] Hoc erat principium capitis alterius, à priore distincti: sed cum illo priore coniungendum existimauimus, aut annectendum septuagesimo septimo. Neque verò dubium est, quin proposita hîc remedia, quanuis ad collyria & pessos accommodari possint, in eosdem etiam vsus intrò veneri rectè adhibeantur.

CAP. LXXXII. τὸ δὲ ἀπὸ κυνοσβάτου] Hanc eandem lanuginem vitatidam refert Autor, dum de Cynosbato agit, lib. 1. de mat. med cap. 123. quò fit vt Cynosbaton hoc loco cum oxyacantha cõfudisse videatur. Rubum quidem caninũ, κυνόβατον Græcis dictum, fateor, eodẽ Autore teste, etiam à nonnullis oxyacantham nominari solitum: sed ea est oxyacantha propriè dicta, quam ipse, citati libri cap. 122. fluori muliebri sistendo idoneam agnoscit.

CAP. LXXXVII. ἐλλύχνια βρεχόμενα] Malim, ἐλλύχνια φλεγόμενα (seu ἀνάπτομενα) καὶ σβεννύμενα, hoc est, *extinctos lucernarum funiculos qui medo* [illegible] *ansi erant.* Est enim verisimile voluisse Autorem ellychnia vicissim accendi & restingui, quò faciliùs citiúsve illorum extinctorum nidore mulieres ab vtero suffocatę reuocarentur. βρεχόμενα verò eadem seu madefacta, & ocyùs restinguuntur, & minùs facilè accenduntur.

CAP. XCII. μετὰ τὴν σύλληψιν] Aliud voluit Diosc. lib. 4. de mat. med. cap. 191. Vult enim eo loco, non μετὰ τὴν σύλληψιν, hoc est, *à conceptu*, sed μετὰ τὴν κάθαρσιν, hoc est, *à purgatione menstrua*, mercurialis huius aut illius semen veredis adhiberi, vt mares aut fœminæ concipiantur.

CAP. XCIII. ὑπὸ τὴν σπίμας] Gesnerus σπίλας barbarum vocabulum esse suspicatur, quod *vittam* aut *redimiculum* significet. Ego, σπείρας seu σπείρης, legendũ puto, cum hac voce etiam Athenæus vtatur. Est autem σπεῖρα Polluci, πλοχμός, ἀπὸ τοῦ περὶ τριχῶν, *implexa aut intorta seu renodata coma*: crinium spiram aut nodum verterim: Tutulos Varro & Festus videntur appellasse. Papinius suggestum comę. Eódem spectat illud Hesychij, dũ σπεῖραν, κορυφὴν κατὰ πλοκὴν ἔχειν τῶν τριχῶν, interpretatur. At Eustathio in Homerum, σπεῖρα ἐστὶ γυναικεῖος τις κόσμος ὅ τῆς κορυφαίας ὁ τριχὰς χαλᾶν; nempe *ornamentum quoddam muliebre*; *litie vittam* siue *redimiculum* interpreteris parũ interest. Capillare etiam Martiali dictũ videtur, reticulum quo mulieres capillos inuoluunt. Cæterùm negat Gesnerus vsquam se inuenisse, quænam sit herba melanspermon: at non recordatur eius quod apud Plinium legisse potuit. lib. 20. cap. 17. gith, melanthium & melanspermon, varia esse vnius eiusdémque plantæ nomina.

CAP. XCV. ἐν πάσῃ μετὰ τὴν σύλληψιν] Aliud est quod voluit Autor, lib. 2. de mat. med. cap. 146. Hunc enim brassicæ florem intelligit adhibendum, non à conceptu, sed à puerperio, vt cõceptus impediatur. Sunt enim eo loco hæc illius verba: τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς, μετὰ τὴν κάθαρσιν ἀτοκίου ποιεῖ.

CAP. XCVI. κάλυκα δὲ καὶ ἀπαλὰς] Hoc ea-

pitulum, quod priores Interpretes à præcedenti capite seiunxerant, nos illi annectendum censuimus: quippe cùm indubitanter eò pertineat, præsertim verò ad postrema illa verba, *σκίγκος ἐκ δαὶς πιθεὶς*. quanquam prætereà nonnulla, quæ fortasis exciderunt, interiicienda videntur, quæque facile fuerit ex 2. de mat. med. cap. 71. supplere. Sunt enim illo loco hæc de scinco Dioscoridis verba: *φασὶ δὲ δύναμιν ἔχειν πιθεῖσαν τὰ περὶ τοὺς νεφροὺς αὐτοῦ μέρος, ὅσον ✠ πλῆθος μετ' οἴνου, ἐρεθιστικὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια. ἀμβλύνεσθαι δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς συνουσίας φακοῦ ἀφεψήματι μετὰ μέλιτος πινόμενον*, &c. quæ nos ita vertimus: *Aiunt sanè partem eam quæ renes amplectitur, drachmæ pondere in vino potam, Venerem accendendi vim habere: attamen lentis decocto cum melle intensam illam cupiditatem inhiberi.* Quotquot etiam alij rei Medicæ Scriptores de scinco egêre, tantam eo assumpto pudendi arrectionem excitari voluerunt, vt eam deinde adhibitis remediis comprimi remittique sit necesse: quod, vt aliâs, ita etiam obiter hoc loco, admonendum Autor existimauit. Quin & vox hæc, *ἐπιπεθῆν*, per se satis indicat, hanc periodum ad proximè præcedentem pertinere. Huc adde quòd quæ deinceps recensentur auxilia è pastinacæ semine ac terebinthi fructu petita, Venerem hauddubiè conciliandi, non item restinguendi, vim habent: quod tamen minimè agnouit Gesnerus, aut quisquis alius hæc à præcedentibus seiunxit: dum ipsa, æquè ac lentis decoctum, in eorum numero collocat, quæ valent intensam Veneris cupiditatem restinguere.

CAP. XCVII. *δρακοντίου ῥίζα*, &c.] Contrà dracunculi radicem ex vino potam Venerem excitare scribit Diosc. lib. 2. de mat. med. ca. 196. At fortasis alia vis est radicis recentis, alia eiusdem exiccatæ. Hic porrò de sicca radice agitur, illic verò de recenti sermonem haberi fit verisimile.

στρόβιλοι μετὰ σικύου] Contrà nucleos pineos recenset Orib. lib. 4. ad Eunap. cap. 105. inter excitandæ Veneri dicata remedia. Itémque Aëtius, Tetr. 1. ser. 3. cap. 238. in eorum eduliorum censu numerat, quæ copiosum semen generant. Fortasse verò aut hic mendum subest, aut vis illa conciliandæ Veneris partim maceratione, partim seminis cucumeris admixtione restinguitur. Quid quòd iis portulacæ succum insuper Autor addi fortasse voluit? Suspicor enim *ἀνδράχνης χυλοῦ*, non, *χυλὸς*, hoc loco legendum, quoniam & Plinius, lib. 23. cap. 8. de iisdem pineis agens nucleis: *Miscetur his*, inquit, *contra uehementiores stomachi rosiones semen cucumeris; & succus portulacæ.* Quòd ad ficus spectat quæ prætereà hic commemorantur, maior subest difficultas. Nam & ab Aëtio, loco modò citato, inter copiosum semen gignentia edulia reponuntur. Et certè quidem, vel ipso Gal. teste, fat abundè nutriunt, ac flatulentæ sunt, totáque vi seu substantia corpori familiares.

CAP. CI. *κασορίας λίαν*] Suidas *κασορίας* Græcis dictas refert, *τὰς σάρκας τὰς περιγραμμένας τῆς φύσεως τῶν καμήλων ὑπὸ ταῖς πτέρυξιν, αἳ τέμνονται ὅπως εἰς πόλεμον ἐξίωσι, ἵνα μὴ εὐνουχίζωνται*. hoc est, *carnes quæ cameli inter alas genitalium prominent, quæque in bellum exituris præciduntur, ne ne in posterum coeant.* Sed non constat vllum Medicinę Scriptorem earum meminisse: multò minùs siue ad hunc affectum, siue ad alium quemuis vsurpasse. Quare inclinat animus, vt cum Gesnero vel *κάπρου ὀδόντας*, vel, *κάπρου ὄνυχας*, hic legendum putem. Nam & *urinæ incontinentiam cohibent*, inquit Plinius, lib. 28. cap. 15. *uesicæ aprinæ, si assæ mandantur: ungulæ apri cinis, potioni inspersus.* Suspicatur porrò & idem Gesnerus, *κοχλίας*, fortasse legendum, quoniam & ad emendandam vrinæ incontinentiam Autor tertij Parabil. Galeno attributi, cochleam cum sua testa vstam tritámque in vino propinat ante somnum. Sed & Plin. lib. 32. cap. 9. scribit in hæc verba: *Iubent & cochleas Africanas cum sua carne comburi, cinerémque ex uino Signino dari.* Quòd ad qualencunque fimum attinet, qui *κόπρος* etiam voce designatur à Græcis, hic desiderari vix crediderim.

CAP. CV. *ἢ βολβοὺς πυροῦ*] *πυρροὺς*, legendum censui, ac bulbos rufos interpretatus sum. Nam & bulbum rufum qui ex Africa deferretur, ceu præstantiorem, commendauit Dioscor. lib. 2. de mat. med. cap. 200. Meminit & Hipp. variis in locis, *βολβῶν τῶν ἐν τοῖς πυροῖς*, aut, *βολβίου τοῦ ἐν τοῖς πυροῖς*, hoc est, *bulbuli qui inter segetes triticeas nascerentur*, atque ideò suspicatus est Gesnerus, hic etiam bulbos eiusmodi desiderari.

CAP. CXI. *πρὸς ὀχούς*] Adderem libenter, *ἢ ἐν νεφροῖς*. Nec enim contra vesicæ solùm, sed & contra renum calculos proficiunt pleraque eorum quæ sequuntur auxilia.

ἀνθεμίδος τῆς πορφυρανθοῦς] Malim, *τῆς χρυσανθοῦς*. Trium enim duntaxat anthemidis generum meminit Dioscorides, lib. 3. cap. 154. quæ pro florum externorum colore vario, candido, inquàm, melino & purpureo distinguerentur. Hanc, quam ad calculum cæteris antefert, *πορφυρανθὲς* nominat, alteram, *χρυσάνθεμον*, tertiam, *λευκάνθεμον*, quanquam & hoc nomen parthenio quoque tribuitur. Cæterùm vox, *ἄλλο*, quæ in extremo capitis huiusce legitur, hauddubiè redundat.

ἐπὶ δὲ τῶν παίδων] Ista ab hoc capite cxi. minimè seiungenda duxi, quia quæ sequuntur auxilia non magis pueris, quàm ætatibus aliis conueniunt, nec magis vesicæ, quàm renum calculis: quamuis pueri vesicæ magis quàm renum calculis sunt obnoxij. Spectat verò hæc periodus ad proximè præcedens è pæoniæ granis remedium. Nam & lib. 3. cap. 157. de granis pæoniæ fuluis seu rubentibus scribit in hæc verba: *ὑπὸ δὲ παιδίων πινόμενα καὶ ἐσθιόμενα, ἀρχὰς λιθιάσεως περιαιροῦσι*, *à pueris*, inquàm, *pota esitatáue initia calculorum eximunt.* Hæc cùm ita sint, in extrema hac peripdo, pre, *ἀφανίζει*, rectiùs legas, *ἀφανίζειν*.

CAP. CXII. *Ἀρεταῖος ὄνομα*] Gesnerus locum hunc planè mutilum corruptúmque censet. Ego, *ὄνομα*, lego, dum quis certius aliquid in medium protulerit.

χαμαιδάφνης] *δάφνην Ἀλεξανδρείαν* simpliciter vocat, lib. 4. de mat. med. Sed hic fortè legendum vtrunque, *χαμαιδάφνη*, *δάφνης Ἀλεξανδρείας ῥίζα*. Nam & lib. citato, cap. 149. Chamædaphnes succus ad ciendas vrinas commendatur.

CAP. CXIII. *πυρῆνος*] etiam sub finem capitis eiusdem herbæ fit mentio, sed vtrobique Gesnerus, *ναρδίνης*, legendum putat, & nardi montanæ radicem interpretatur: quanuis apud Gal. nō *πυρῆνος*, sed *πάνος* legitur. Malim ego, *πευκέδανον*,

ac pyrethrum eo nomine designari existimo: quin & πύρεθρον, quod proximè sequitur, quódq; fortassis margini explicationis gratia ascriptum erat, inde in contextum perperàm translatum crediderim. Porrò & in Theriacis Nicander πολείδος φύλλων meminit, itémque in Alexipharmacis, ῥιζίδος πολείδος: ac vtroque loco Scholiastes πύρεθρον interpretatur, asseritque Iolaum & Aristeam herbæ eodē insignitę nomine fecisse mentionem, quam contra serpentis cuiusuis morsum plurimùm commendauerint. Sed & πολείας inter alias πυρέθρου nomenclaturas in ipsius Dioscoridis nothis reperitur.

Cap. cxxxiii. βδέλλας δ' ὅταν] Autor librorum de venenis qui Dioscoridi tribuûtur, caput de hirudinibus deuoratis, exemplo Nicādri, refert in Alexipharmaca, quia deglutitæ noceant, haud secus ac venena, quę in cibo potúve sumûtur. Nos cum Gesnero inter Theriaca reposuimus, quia, vt & serpentes aliáque id genus virulenta animantia, suo morsu noxam inferant. Neque tamen illas ita suo morsu nocere existimamus, quasi per se virus aliquod insigne corporibus imprimant, vti illa: sed per accidens duntaxat, dum suo suctu vasorum oscula recludūt, indéque fit vt sanguis in ventriculum confluat, ibíque tandem, vti alibi dum est extra propria vasa, concrescat & coaguletur, venenique naturam concipiat.

